B.55.G.16

NAZIONALE
8
55 G
16
ROMA
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II

8-55-G 16

ARISTOTELIS

STAGIRITAE

Politicorum ſiue de Republica

LIBRI OCTO

Leonardo Aretino interprete

CVM

D. THOMAE AQVINATIS EXPLANATIONE

nunc denuo ſumma cura ad manuſcriptum exemplar collata,
atque compluribus in locis reſtituta.

Quibus antiqua (vt ſe habebat) eorundem adiecta eſt quæ deliteſcebat,
Politicorum interpretatio, quam D. Tho. olim exponendo ſecutus eſt,
Ex vetuſto & manuſcripto codice inter imprimendum oblata.

His acceſſere ipſius D. Thomæ DE REGIMINE PRINCIPVM *Libri quatuor
longe pulcherrimi, ex Opuſculis illius excerpti: qui cum ad rem maxime conferre viderentur,
in calce operis appoſiti leguntur.*

OECONOMICA

etiam ex antiqua interpretatione, è duobus manuſcriptis codicibus deſumpta, ne perirent,
tanquàm Corollarium quoddam ſunt addita.

Iul. Martiani Rotæ labore ac diligentia,

*Cum Indice locupletiſſimo omnium, quæ tam in libris Politicorum Ariſtotelis,
quàm in expoſitione D. Thomæ Aquinatis notatu digna viſa ſunt.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS APVD IVNTAS
M D LXVIII.

CLARISSIMO ATQVE ORNATISSIMO VIRO M. ANTONIO AMVLIO EQVITI SENATORI AMPLISSIMO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Thomas Iunta. S. D.

NON Satis cuiquam ad optime conſulendum vitæ ſuæ inſtituto eſſe arbitror clariſſime atque ornatiſſime AMVLI, vt, quanquam connexæ inter ſe ſcientiæ omnes videntur, ſtatim is quibuſque literarum ſtudijs, abſque vllo delectu incumbat: verum in eo iudicij ac prudentiæ quædam veluti ſumma conſiſtit, vt, quum cætera omnia viderit, atque altius aliquando inſpexerit, vnum tamen quaſi proprium ſibi domicilium eligat: illud præcipue cauens ne forte ignoret, qua ſit natura, quóue ingenio, qui patriæ mores, & quæ temporum ratio habenda eſſe videatur: ne, aut inuita Minerua (quod aiunt) quicquam faciat, aut plurimum in ijs operæ inſumat, quæ ſaltem, vt mediocria, maximo vſui atq; ornamento eſſe non poſſint. At vero, qui diligenter ciuitatis huiuſce conditionem, formam deinde reip. adminiſtrandæ conſiderauerit, is certe nihil in nobiliſſimarum & præclariſſimarum ſcientiarum ſtudijs, VENETO ciui prius faciendum, aut magis conandum ſtatuerit, quàm vt recte ciuitatem & ſapienter regendo, ſummam inter ſuos laudem conſequatur. quum enim ob plurimas naturæ imbecillitates, vt ſunt rerum humanarum vices, longus rerum vſus, & ratio hominibus pridem perſuaſerit, in vnum congregatis, quod in alijs quoq; animantibus videmus, vnà viuere, vnumq; aliquem, qui tum corporis, tum animi dotibus cæteris antecellat, ducem habere atque magiſtrum longe vtiliſſimum fuiſſe, ac pulcherrimam iſtam ciuilis vitæ ſocietatem inde ortam, coniunctaq; hæc domicilia & hominum conuenticula, quas tum vrbes dicimus, tum ciuitates, fuiſſe conſtituta, & principes viros, qui illas regerent, deſtinatos, quis neget eum, qui ad huiuſmodi munia admittendus ſit, ſumma laude dignum exiſtimari, ſi eam vitæ rationem ſequatur, in qua & ſibi ipſe, & ſuæ ciuitati, ac cæteris prodeſſe poſſit? nimirum, quum ex ſapientiſſimorum hominum ſententia, tres potiſſimum apud omnes gentes gubernandæ reipub. quædam veluti formæ reperiantur, quarum vna eſt regis, altera optimatum, tertia populi totius æquabilitate ac moderatione contenti, &, quum difficillimum quiddam ſit, ac longe maius quàm homines opinantur, ita ſe ad tria hæc aliquem comparare, vt ad vnamquanq; natus eſſe videri poſſit, quum interim innumerabilia propemodum præſtare debeat is, qui vnus ſupra cæteros poſitus cuncta moderetur, ad cuius nutum omnia dirigantur, Et, in optimatum gubernatione, tam multa ſint, quibus apprime inſtructum eſſe illum neceſſe eſt, qui cum pluribus rempub. adminiſtret, ac tot ei neceſſaria eſſe, qui populari adminiſtrationi, ceu naui cuidam ventis agitatæ inſeruiat, vt, ne ſuis ipſa fluctibus obruatur, nihil quotidie maiori penè ſtudio, præ oculis habendum ſit, quàm quomodo poſſit velificationem mutare, longe difficillimum eſſe etiam fatendum eſt, recte aliquem poſſe in veſtra hac tam bene conſtituta rep. quæ non ad vnius quidem aut alterius imaginem à maioribus veſtris conſtituta, ſed ex omnibus omnium virtutibus, & quæ in vnà quaq; earum inerant bonis ſapienter compoſita eſt, ſine literis atque multiplici quadam, variaq; eruditione verſari. Etenim, ſi optimum gubernandi genus Athenienſium, quando nihil magis ſimile reperitur, quam Athenienſi populo Venetus, ſi Lacedæmoniorum, Thebanorum, Corinthiorum aſpexerimus, horum ſingulos in vna aut altera ſeparatim virtute valuiſ-

ſe deprehendemus. quæ vero in omnibus egregie præſtiterit virtutibus reſpub. nulla adhuc præter veſtram inuenta eſt: quæ ſola quidem poſt homines natos in ſe veræ reip. non modo imaginem, ſed authoritatem etiam ac ſummum ſplendorem retinet. nàm, & in deliberando ſi quando res verſatur, nihil veſtro Senatu prudentius, nihil ſapientius excogitari poteſt. & in ferendis vel de hominum fortunis, vel de capite ſententijs, ſola profecto iudicia veſtra ſeueritatem cum clementia & æquitate coniunctam ſeruare omnes intelligunt. ſi vero ipſam benefaciendi rationem ſpectes, nemo certe aut ſæpius, aut melius, aut opportunius vnquam dedit. nam de referenda gratia, quid dicam? cum veſtra reſpubli. fœcundi agri rationem præclare imitetur? in rebus autem fortiter ac magno animo gerendis, quid maius dici, quid excogitari poteſt? Vos, aduerſis reipu. temporibus, omnem penè Europam cum inimicam haberetis, non modo efferarum nationum in vos impetum conſtanter ſuſtinuiſtis, ſed tam longe lateq́; etiam veſtra ſingulari prudentia propulſaſtis, vt & maximam ipſi vobis vtilitatem pepereritis & egregiam apud omnes gentes conſtantiæ & fortitudinis laudem fueritis conſecuti. omittam, quanta cura diligentiaq́; chriſtianam religionem ac pietatem iam inde à primordio vrbis, ad hæc vſque tempora, inuiolatam veſtra reſpub. colat: quanto ſtudio aduenas ac peregrinos amplectatur. hæc enim & templorum vrbis amplitudine ac numero, & quotidiana penè beneficentia ita ſunt illuſtria, vt mea hac exili commemoratione minime indigere videantur. quæ poſtremo ſit huius reipub. in alienis rebus abſtinentia, in ſuis continentia, alterum vel in eius victu ac veſtitu quotidie perſpici poteſt, alterum ab eius vicinis intelligi, qua vna terra mariq́; amiciſſime vtuntur. nulla enim totis mille & amplius annis reſpub. à vobis bello laceſſita, nullus Rex iniuria prouocatus, nulli quicquam iniuſte ademptum: contra vero multi conſilio, multi ſtudio, multi opibus adiuti ſunt. Quam ob rem concludi facile poteſt, Venetos adoleſcentes, qui ad rempub. acceſſuri ſunt, ne veſtra huius temporis, & præterita maiorum gloria illis oneri futura ſit, ſumma ope niti debere, vt nobiliſſimarum ſcientiarum cognitione animum colentes, ſe qua parte poſſunt reipub. & patriæ vtiles exhibeant. quid enim aliud facere illos decet, qui in republica nati ſunt, atque ea repub. quæ nulla putat neque maiora, neque ampliora nobilitatis inſignia, quàm quæ ſunt ipſa virtute fundata? nam nobilitas ipſa, quæ in ſummo honore ac dignatione apud omnes eſt, nihil porrò aliud eſt, quàm antiqua, & per multos annos, cum diuitijs, in vna domo continuata virtus. Obijciat aliquis fortaſſe, vt ſunt hominum ingenia, ſibi maxime æquum videri, qui ad rempublicam acceſſuri ſunt, eos optimarum artium ſtudijs operam impendere, cæteris non ita eſſe faciendum: ei ego ſic breuiter, & quantum per me fieri poterit, hac in parte reſpondeo. Quum totum hoc, quod humanæ vitæ curriculum vocamus, partim ocio, partim negocio, duobus quaſi alternis ſpacijs, diſtinguatur, quumq; non, nihil omnino, ſed aliquid remiſſius agere, ocium nuncupetur. Quid obſecro per Deos immortales ab eo homine, quem abſq; vlla reipu. vnquam adminiſtrandæ facultate in ſua ciuitate naſci fortuna voluerit, honeſtius fieri queat, quàm ſi ſe totum ad literarum ſtudia conferat? nimirum, quum ex animo conſtemus & corpore, & altera noſtri pars, quæ dicitur animus, corpore nobilior ſit, quis adeo vecors eſt, qui neſciat, hunc non ſplendore ſerici, non grato purpuræ colore, non vnguentis, non gemmis, non auro, ſed literis, diſciplinis, & ſapientiæ ſimul ſtudijs coli poſſe? quæ omnia huiuſmodi ſunt, & nobiſcum ita coniuncta, vt ſeparari vllo pacto non poſſint. noſque oblectant ad vltimam vſque ſenectutem: atque ita oblectant, vt, quod maximum cæteris in rebus incommodum eſt, ab omni ſuſpicione vacent, ne quandoq; auferantur. ſed quid aliud voluptas eſt, quàm habere quod volumus, quodq́; potiſſimum nos natura cogit expetere? ſed omnes ducente natura id agimus, vt multa videre atque intelligere poſſimus: atq; ijdem illi, qui literas auerſantur, non perindè aliam

ob rem

ob rem ſibi placent, quam quòd ea, quæ ipſi forte didicerint, in cognitionem aliorum, ac præcipue hominum literatorum peruenire poſſe non credunt. ſi igitur voluptas eſt, tenere, quod cupimus, & nemo eſt, qui non quamplurima ſcire deſideret, is, qui non ad publica in ſua ciuitate munera natus eſt, atq; omnia tantum voluptate metitur, quare ineffabilem iſtam delectationem, quæ ex varia hac literarum cognitione percipitur, tantopere fugit? nonne videmus, nihil eſſe in rerum natura, quod literis expreſſum non ſit, atque deſcriptum? Etenim, ſi vniuerſam hanc terræ molem, atque eam in primis, quam Deus Opt. Max. nobis ad habitandum dedit, velimus cognoſcere, infiniti propemodum ſcriptores non maría ſolum, terras, flumina, inſignes vrbes, ſub oculos ponent, ſed fontes, qui ſyluis obſiti latitant, antra, ædificia incredibili Regum ac populorum ambitione conſtructa: qui varias machinas, qui arma, atque inſtrumenta, qui ſigna, qui tabulas, qui vaſa à maioribus noſtris tantopere laudata, magna noſtra cum voluptate recenſeant. alij, non eorum tantum animantium, quæ non procul à noſtro conſpectu recedunt, verum etiam belluarum, quæ aut aquis occultantur, aut luſtris & ſaltibus auijs clauduntur, naturam atq; habitum indicabunt. alij, non herbam, non fruticem, non arborem prætermittent, cuius effigiem, colorem, ſaporem, verbis ſuis non optime reddant. alij metallorum pariter & gemmarum figuram, ac latentem in eis vim, nec non diuerſa lapidum genera, & quo quæque loco effodiantur, docebunt. quod ſi oculos, vt homines in primis decet, ſurſum quandoque velimus attollere, nobiſq; in mentem veniat in has ſupremas ſedes, vnde noſter euolaſſe dicitur animus, cogitatione penetrare, non deerunt qui nos per multiplices iſtos ſyderum orbes, ad ipſius Dei Opti. Maxi. tribunal vſque perducant. atque interim narrent, qui fieri ſoleat, vt pluuia, grando, nix, viciſſim ex alto deſcendant, quæ tanta lucis atque vmbræ varietas: cur toties è noſtro aſpectu ſe Luna proripiat: atque etiam Sol ipſe, nonnunquam deficere videatur. præterea, ſi nos met ipſos aliquando reſpexerimus, ac ſimul conſideremus, quo artificio quantaq; proportione ſingula hæc inſtrumenta ſpirandi, mouendi, veſcendi natura formarit, infinitos pene inueniemus, qui non modo totam hanc corporis ſpeciem in ſua membra diſtinguant, ſed etiam minutiſſimas quaſq; venas, & vnde naſcantur, & quo pertingant, magna hercle totius generis humani vtilitate commemorent. Itaque ſatis arbitror patet, literarum ſtudia ſummi vſus & maximi ornamenti loco haberi oportere, ac neminem eſſe, qui ea in primis ſequi non debeat. quod ſi bene inſtitutis hominibus & à reipubli. tamen adminiſtratione ſemotis literas neceſſarias eſſe omnino fatendum eſt, quanto magis ei, qui ad rem quandoque publicam ſit acceſſurus, neceſſarias eſſe intelligemus? Ego quidem, ſi alicubi literis operam dare adoleſcentibus neceſſarium vnquam iudicaui, profectò in hac veſtra ciuitate id omnino faciendum exiſtimo. in qua, cum præclaram iſtam & optime conſtitutam rempubli. intueor, eamq; per tot annos iam Deorum immortalium benignitate domi ac foris, pace ac bello, ſumma cum veſtra & totius Chriſtiani nominis dignitate agentem video, in eam ſtatim opinionem adducor, vt contendere non dubitem, eos ciues, qui ad illius curam acceſſuri ſunt, ſi literas & honeſtarum ſcientiarum ſtudia negligant præter communem omnibus naturæ legem, patriæ ſuæ quoque plurimum obeſſe conari. nam, vt reliqua taceam, ſi à vobis omni virtutum ſplendore cumulatis, ad parum doctos adoleſcentes reipub. gubernacula quaſi per manus tradentur, facile id quandoque fiat, vt ſumma cum difficultate amplitudinem iſtam, quæ veſtra eſt, retinere poſſitis. Ex omnibus autem ijs, quæ virum cum primis ingenuum, ac nobilem decere ſolent, diſciplinis, nullam ego veſtris adoleſcentibus magis neceſſariam eſſe arbitror, quam eam quæ rerum publicarum adminiſtrationem docet. qua de re cum duo grauiſſimi Philoſophi Plato & Ariſtoteles acutiſſime ſcripſerint, atque ille formam potius, quam ἰδέαν Græci appellant, quandam reipub. oſtenderit, hunc

ego ſanè, quod omnes reipub. ſtatus, virtutes, ac vitia libris octo diligentiſſime, vt omnia, perſecutus ſit, adoleſcentum veſtrorum manibus qui teratur, digniorem eſſe exiſtimaui, vt declinatis iis, quæ reipub. veſtræ obeſſe poſſent, acrius in ea incumbant, quæ illam non modo tueri, verum etiam quam maxime augere queant. quæ duo, mea quidem ſententia, ex vno Ariſtotele multo commodius percipi poſſunt, quam ex reliquis, qui ea de re ſcripſerunt, auctoribus. Quam ob rem me recte facturum, & à veſtra ac totius vtilitate reipub. non alienam rem iudicaui, ſi poſt Galeni & Ariſtotelis operum editionem, hos quoq; Ariſtotelis libros octo de repub. cum diui Thomæ Aquinatis commentariis, iampridem impreſſis illis quidem, nunc vero cum manuſcriptis etiã codicibus diligenter collatis, & in melius (vt vides) reformatis, ad priſtinum ſcilicet ſuum candorem ſummo ſtudio redactis, typis noſtris in publicum mittendos curarem. quum enim alter eorum corporibus mederi, alter, quod maius eſt, animos noſtros meliores reddere conſueuerit, & quantum in me fuit, quum vtrunque abunde præſtare contendiſſem, id tantum ſupereſſe mihi videbatur, vt, quæ publice quoq; reip. vtilitati in commune conſulerent, ea quam maxime poſſemus, caſtigata ad ſtudioſorum, atque in primis nobilium adoleſcentum veſtrorum commoditatem edenda curaremus. quod etiam tum demum à me factum eſt, quum Iul. Mart. Rotam ſummæ doctrinæ & eruditionis virum nactus ſum. qui de vobis & de vniuerſo eruditorum hominum genere bene merendi ſtudio & voluntate accenſus, totos diui Thomæ Aquinatis commentarios ſumma cura ab innumeris penè, quibus antea referti erant, erroribus repurgauit: & magna ex parte reſtituit. effecitq́, vt nunc merito affirmare poſſimus, poſt hunc exſcribendi libros modum inuentum, Ariſtotelis quæ vocãtur Politica cum diui Thomæ commentariis caſtigatiora nunquam prodiiſſe. quod quanti laboris opus fuerit, tuum & eruditorum ſit iudicium. nihil mihi de his hoc loco dicendum ſit. ne, dum velim aliorum labores ac vigilias laudare, id faciendo de me ipſe loqui etiam videar voluiſſe. id tantum dixerim, quod, cum difficile admodum ſit, antiquorum ſcripta publice aliqua cum laude interpretari, propterea quod integrum illum ſcientiarum orbem ac multas alias diſciplinas, velut officii ſui adminiſtras, id munus requirit, longe difficillimum eſſe etiam credendum eſt, quæ in ſcriptoribus erunt vitioſe deſcripta, citra offenſionem corrigere. multi enim errores in libris, vel librariorum incuria, vel temporum iniquitate, vel arrogantis alicuius literatoris temeritate, ita aliquando inoleſcunt, vt plurimis locis deprauati nulli penè vſui, maximo autem impedimento ſtudentibus eſſe poſſint. quos omnes ſi multorum quis codicum accurata collatione caſtigarit, nihil de ſuo addens, nihilq́ detrahens, niſi id faciendum euidenti quadam & certa ratione cognoſcat, aut quæ omnino corrigi non poſſunt, notare tantum optime poterit, tanti nimirum ingenii opus eſt, tantiq́ in literis vſus, vt qui id commode feceris, ſumma laude dignus ab omnibus exiſtimandus ſit. His acceſſere ipſius diui Thomæ de regimine Principum libri quatuor longe pulcherrimi, qui cum antea, cum Beati illius viri opuſculis excudi conſueuiſſent, vel ob id vnum mihi his addi debere viſi ſunt, quod ei de vna eademq́ re cum ipſo Ariſtotele penè ſermo eſſet. quum enim quomodo Principes & Reges bene viuere & ſapienter imperare debeant, certis quibuſdam legibus & ſanctioribus inſtitutis chriſtianus vir chriſtiana eruditione proſequatur, ab eo vos, hoc eſt tot (abſit dicto inuidia) princeps, & quaſi quidam ſupremi illius atque æterni regis, in terris legati, præcepta abunde haurire mihi poſſe videmini & recte viuendi, & populos veſtræ curæ fideiq́ commiſſos, bene beateq́ ac ſumma cum laude gubernandi.

Cur autem editionem hanc tibi vni potiſſimum clariſſime & ornatiſſime AMVLI *ex tanto nobilium virorum cœtu dicare, & ſub tuo nomine in manus hominum exire voluerimus, id ſiquis paulo altius ſecum exiſtimabit (modo æquus rerum æſtimator eſſe velit) non ſolum recte, ſed iure*

reid

re id à nobis factum fuiſſe iudicabit. Nam, quum tu ab ineunte adoleſcentia eam ſemper vitæ rationem ſecutus ſis, quæ non multarum opum voluptatem ſæpenumero, et ijs, qui ipſam vnam admirantur, moleſtam, non imperij gloriam pollicetur vnà cum hoc corpore cito perituram, ſed animi libertatem, et incredibilem illam bene actæ vitæ dulcedinem cum laudis æternitate coniunctã, iure optimo hos tibi deberi libros vidimus, qui ab Ariſtotele de repub. ſummo ſtudio conſcripti ſunt. ita enim tu te quoq; ad huius reip. et patriæ tuæ vtilitatem græcis et latinis literis, & omni nobiliſſimarum artium cognitione ab ineunte ætate præparaſti, vt, poſtquã reipub. admotus es, trigeſimum ab hinc annum, miros in ea præclariſſimarum tuarum virtutum prouentus protuleris. omittam quod in eorum omnium, quæ ſunt, cognitionem, diuinarum humanarumq́ rerum perceptionẽ, tam accurate ex ſapientum lectione perueniſti, vt ad totius quoq; philoſophiæ arcana penitus acceſſeris: quotidianoq́ ſermone, publicaq́ et priuata viuendi ratione, nihil tibi non lectum, nihil non intellectum probes. Quis enim eſt, qui neſciat, quum ſuperioribus annis hæc reſpub. grauiſſimo Otthomanico bello premeretur, nec ſolum claſſe Corcyram inſulam hoſtes obſiderent, ſed omnem Illyrij oram, et interiorem regionem, magna equitum manu etiam infeſtarent, et longe difficillimũ cuiq́ eſſet, in tanto rerum diſcrimine tunc remp. tueri, vnus tu, qui à Codro, Themiſtocle, Philenis fratribus, Curtio, Regulo, et duobus Decijs antea didiceras, qua pietate Deos penates, aras, et focos, ac ipſa maiorum ſuorum monumenta vnumquenq; colere deceat, qui meminerit ſe nihil habere, quod neceſſe non ſit patriæ referre acceptum, IADRAE Comes factus, et ad Dalmatiam tutandam celeriter ad vrbem deſtinatus, pro patria penè deuotus, tam forti, tam conſtanti animo rempub. ope, opera, et conſilio defendiſti, tanta ingenij dexteritate oppidanorum animos in fide continuiſti, neq; animum inclinare paſſus es, vt non multis deinde menſibus ea conſeruata ciuitate, et erectis Iadrenſium animis, magna cura patriam tuam et vniuerſam remp. leuaueris. quo tempore ea tua fuit vigilantia, ea cura, ea induſtria, vt nihil quod aut ab optimo præſide, aut à viro ſapientiſſimo deſiderari poſſet, vnquã prætermiſeris. cum enim regio illa ſuapte natura inculta et aſpera, omnibus ijs, quæ ad commeatus attinent, indigeret, et milites, qui Iadram tutabantur, diuturnis Barbarorum excurſionibus, et agri direptione, fame ac rerum omnium penuria veluti domeſticis quibuſdam hoſtibus circumuenti, laborarent, ac iam locum deſerere cogerentur, tu quum de publico oppidanos ac milites alere vltra non poſſes, de tuo alere inſtituiſti: et magno frumenti numero, quem tibi in venturi anni vſum, et familiæ tuæ alimentum eo deuehendum curaueras, in mediam vrbem aducto, inſperata annonæ copia, repente omnes exhilaraſti: magnum certe noſtris temporibus facinus & memorabile. hominem tantæ liberalitatis inueniri, vt magnam ciuium et oppidanorum multitudinem, non ſociorum, vt multi ſolent, damnis, ſed propria impenſa libentiſſime ſuſtentarit. quod tamen ideo tibi facilius fuit, quia totum vitæ tuæ curſum ſumma cum liberalitatis ſemper laude tranſegiſti. Nam, quid dicam de BRIXIANA *præfectura, quã tanta prudentia, tanta in rebus omnibus vigilantia geſſiſti, vt ciues illi te non quaſi ab hac repub. miſſum aliquem, ſed hominem planè diuinum, vel potius de cælo lapſum numen admirarentur? ac primum tu, vt optimi ſolent Medici qui magis affectam corporis partem curandam ſuſcipiunt, ciues, qui inter ſe diſſidebant, et inuiſa contentione acres inter ſe inimicitias exercebant, quaſi potiorem partem ciuitatis curaturus, ad pacem & concordiam traduxiſti: graues deinde omnium controuerſias ſuſtuliſti: multas ab ijs iniurias propulſaſti: contentiones et rixas conſopiſti: vt tuorum meritorum ex illorum ciuium animis memoriã nulla ætas, nulla obliuio delere vnquã poſſit. Sed quid ego hæc commemoro? norunt omnes quot quantiſq; animi dotibus abundes, nihilq́ ingenio tuo vel præſtantius, vel acutius, vel facundius eſſe poſſe. neminem te ſermonis grauita-*

*te, ornatu, gratia ſuperare. Prudentia vero te tantum eſſe, vt neminem habeant, quem tibi ho=
mines in hoc genere laudis anteponant. nam quis te vno dicenda acutius cogitauit, aut cogitata con
ſultius diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expediuit? Iuſtitia vero atq; integritate quantum polleas,
teſtes ſunt cum prouinciales & vrbani, quibus es functus ſumma cum laude, magiſtratus, tum il=
le præcipue quo continentis oræ Sapientes reip. negocia in Senatu procurant. cui etiam per multos an
nos maxima cum tui nominis celebritate, & reip. vtilitate præfuiſti. teſtis eſt illa ad Carolum V.
Imperatorem Legatio, vnde tantum laudis ac gloriæ reportaſti, tantum Veneti nominis amplitu=
dini vel vna liberalitate ac munificentia tua acceſſionis eſt factum, vt difficile dictu ſit, gratior ne
in patriam redieris, an honoratior. præterea, quando is, qui oratoris perſonam ſuſtinet, magnum
onus perferre multorum teſtimonio exiſtimatur, eo in munere tractandis multis magniſq; rebus te
ita ſemper geſſiſti, vt omnium expectationem quanquã maximam, facillime ſuperaris. nam &
literæ tuæ de rebus maximis ad Senatum opportune & prudenter miſſæ, omnium animos ac men=
tes tibi mirum in modum conciliarunt: & quæ geſſiſti, omnia eiuſmodi fuerunt, vt te non pruden
tiſſimum modo & reip. amantiſſimum, verum etiam diligentem & ſemper vigilem pro communi
patriæ ſalute, in quadam quaſi ſtatione poſitum oſtenderint. Quid? nõne toto eo tempore, quo apud
Carolum reip. nomine legatum egiſti, maximus ille & ſapientiſſimus omnium, qui vnquã fuerunt,
reip. chriſtianæ Imperator, te ita carum ſemper ac iucundum habuit, vt nullius conſuetudine ac
familiaritate libentius vteretur, quã tua? & poſt publica patriæ tuæ negocia ſumma ſemper felici=
tate ac felicitate confecta, non integros ferè dies tecum domeſticis colloquijs & iucundis ſermonibus
tantum abſumeret, ſed etiam de maximis quibuſq; ſuis & Imperij rebus te peramanter in conſilium
adhiberet. Merito igitur is abs ſe diſcedentem te. in argumentum amoris in te ſui, atq; ad diutur=
nam legationis bene & feliciter actæ memoriã, non ſummis modo in omnem poſteritatẽ honoribus
auxit, & egregijs laudibus cumulauit, ſed clariſſima etiam tibi, & familiæ tuæ inſignia donauit.
Quam ob rem omittam, quot quantiſq; reuerſus in patriam laudibus exceptus ſis, quot honoribus
ornatus: vt nullum tam magnum atq; amplum in repub. munus ſit, nulla tam excellens procura=
tio, qua te non omnes hac ætate dignum penitus exiſtiment. Suſcipe igitur alacri animo vir Cla=
riſſime, hoc qualecunq; ſit, quod à me munus proficiſcitur, & libenter amplectere. nam, quum
pluribus cauſis, quas omittam, hoc volumen ad te pertineat, ob hoc tamen potiſſimum à me tibi
mitti debuit, tum quod tu Senator ampliſſimus, qui vnam hanc poſt homines natos remp. & quæ
magnam ipſius imperij Græciæ partem latiſſime quandoq; armis imperioq; complexa eſt, ita quoti=
die adminiſtras, vt inde magnam laudem conſequaris, recte hos Ariſtotelis de repub. libros cum
D. Thomæ commentarijs, ſuſcepturus omnibus videris, & ſub tuo patrocinio ſuſceptos
fortiter defenſurus, tum etiam quod egregie me facturum exiſtimaui, ſi hoc quanquã
exili teſtimonio, quantum non ego ſolum, ſed vniuerſa planè ciuitas tibi &
priuatim & publice debeat, poſteritas noſceret: Et, cum nouerit,
non parua deinde ex nominis tui amplitudine authoritas
Typis noſtris accederet. Vale.*

INDEX OMNIVM QVÆ tam in libris Politicorum Ariſt. q̃ in expoſitione Diui Tho. Aquinatis notatu digna duximus.

ABſtinentia nimia à mulieribus ducit hominem ad maſculorum cõcubitum. 26.3.H
Accidentis, cuius eſt generatio ſm quid, & etiam ſecũdũ quid corruptio. 90.1.D
Acqſitio pecuniæ ex rebus naturalib⁹, eſt naturalis & ꝓpria ps pecuniatiuę. 11.4.E
Acquiſitio pecuniæ non ex rebus naturalibus, ſed ex ipſiſmet pecunĳs, non eſt ſecundum naturam. 11.2.B. Ideo iſta ars digne odio habetur. ibidem.CD
Actio & factio in hoc differre videntur, quia factio eſt operatio tranſiens, actio vero immanens. 4.4.F
Adulator eſt, qui dicit & operatur ea quæ opinatur placere, in nullo volens contriſtari. 56.4.H
Agere & facere ſpecie differunt. 4.3.F
Amantes iuxta Ariſtophanis dictum deſiderant fieri vnũ per naturam, at quia hoc eſſe non poteſt, deſiderant fieri vnum quatenus poſſibile eſt. 17.2.A
Amici comprincipantes, debent eſſe amici principantis, & principatus. 50.4.EF
Amor ſeparat principatum regalem à tyrannico, cum tyrannus non ob amorem, ſed ob proprium commodum imperet. 13.1.A
Amor propinquitatis, vel ipſa propinquitas, tollitur propter longinquam generationem, vel propter aliquam offenſam. 17.1.A
Amor libidinoſus additus amori naturali, cauſat in coitu maximam delectationem. 17.1.B
Amor diminuitur per cõicationem ad multos. 17.2.C.
Amor ſui, licet naturalis ſit, q̃ñq; tamen eſt vituperio dignus, ſimiliter & amor aliarum rerum. 18.1.D
Amor honoris & diuitiarum eſt cauſa & maior pars iniuſtitiarum quæ fiunt in ciuitate. 28.1.C
Amor & timor peruertunt ſæpe iudicium iudicis & principantis. 99.2.C
Anima dominatur corpori principatu deſpotico, appetitui vero principatu politico. 5.3.G
Animal idem, nõ poteſt habere plures partes eiuſdem ſpeciei, differentes ſecundum ſpeciem. 55.1.A
Aſalia pſecta non poſſunt generari niſi ex ſemine. 25.3.H
Animus ſiue voluntas eſt in nobis immediatum principiũ agendi. 108.4.H
Appetitus finis licet infinitus ſit, appetitus tamen eorum quæ ad finem ordinantur non eſt infinitus. 125.2.D
Appetitus irrationalis prior eſt q̃ intellectus in actu perfecto. 119.3.H
Appetit⁹ mal⁹ & ꝑuerſus ꝑuertit iudiciũ de ſe ipſo. 38.2.C
Appetitus poteſt moueri non ſolum à ratione, ſed etiam à ſenſu, & ideo non totaliter ſubĳcitur rationi. 5.3.H
Ars, ſi faceret ea, quæ ſunt naturæ: ſimiliter operaretur ſicut & natura. 1.1.D
Ars poſſeſsiua eſt quædam pars œconomiæ. 4.3.C
Ars acquirendi pecunias, num ſit omnino eadem œconomicæ, vel pars ipſius. 8.1.C
Ars dicitur eſſe pars alterius artis, quæ conſiderat partem eius: quam conſiderat alia ars. ibidem.D
Ars ſubminiſtratiua ea dicitur quæ facit aliquid in miniſterium alterius artis ibidem
Ars vna miniſtrat alĳ dupliciter, ſ. præparando, & materiam exhibendo ibidem
Ars triplex, pręparatiua, formæ introductiua, & vſualis. 41.4.G
Ars, ſiue artifex vſualis rectius iudicat, q̃ ille qui formam introducit in materia. ibidem
Ars medicinæ cur non ſit pars œconomicæ ſicut eſſe dicitur pecuniatiua. 11.1.D
Ars militaris & medicinæ non ſunt ordinatæ ad cõgregãdas pecunias, lʒ plurimi faciũt eas pecuniatiuas. 10.4.H
Artifex, certius & rectius operatur per artem quã per rationem. 50.1.D
Artifices, & qui non ſunt factiui operationũ virtutis non participant ciuilitate per ſe. 110.4.E
Artifices non indigerent miniſtris, ſi inſtrumenta inanimata ad imperium obedire poſſent artificis. 4.4.E
Artifices, & exercentes agriculturam non erãt ciues apud Cretenſes ſed ſerui. 19.1.D
Artifices, non ſunt dicendi ciues, niſi cum aliqua conditione diminuente, vt ſunt pueri & ſerui. 35.4.F
Artifices & mercenarĳ, in populari ſtatu poſſunt eſſe ciues cum ad principatum promoueri poſſint, in optimatum vero ſtatu, hoc eſt impoſſibile. 36.1.C
BAbylon ciuitas magna fuiſſe monſtratur ex hoc, quòd quando fuit capta vna pars ciuitatis, alia pars non ſenſit hoc vſq; ad tertium diem propter murorum amplitudinem. 34.1.A
Barbarus quis dicatur. 2.2.D
Barbarus ſimpl'r ille dr̃ qui ratione deficit, vel ꝓpter inclementiam cœli, vel ob malam conſuetudinem. 2.3.E
apud Barbaros non eſt principatus ſm naturam. 161.F
Barbarus vt plurimum corpore robuſtus eſt, mente vero debilis. ibidem.
Beatitudo eſt perfectiſsimum bonum hominis, in qua eſt omnium aggregatio bonorum. 100.4.H
Bellicæ actiones in ciuilibus ordinantur ad duo, quando ſunt eligendæ & bonæ, quando vero non, & qui ſit earum finis ponitur. 103.3.E
Bonus dicitur dupliciter, ſ. ſecundum actum perfectum, & ſecundum inclinationem. 43.4.F
Bonus generat bonum, quomodo ſit intelligendum. ibidẽ.
Bonus & ſtudioſus vir ille dicitur, cui ſimpliciter bona ſunt bona propter ipſam virtutem. 115.2.D
Bona exteriora terminum quendam habent, ideo in ipſis non poteſt eſſe felicitas. 101.2.D
Bona omnia, non ſunt ad inuicem comparabilia, cum nõ ſint vnius ſpeciei. 43.2.A
Bona exteriora ſunt propter bona animæ & corporis, bona corporis propter bona animæ, & hæc omnia ꝓpter bonum commune ciuitatis. 87.4.E
Bonum hominis eſt eſſe perfectum ipſius hominis, quia bonitas perfectio quædam eſt. 100.4.G
Bonum hominis duplex, quoddam eſt intrinſecum vt ſanitas & ſcientia, quoddam extrinſecum vt diuitiæ. 71.2.B
Bonorum quæ ſunt extra animam, cauſa ſunt fortuna & caſus, vnde dicuntur bona fortunæ. 101.4.E
CAuſæ & principia ſeditionum in ciuitatibus ſunt ſeptem vno modo, alio modo plures. 71.3.E
Cauſæ primæ & prima principia diſpoſitiua ad ſeditionem ſunt duo, honor. ſ. & lucrum. ibid.FGH
Calumnia eſt falſi criminis impoſitio, ſeu alienę rei vſurpatio propter falſi criminis impoſitionem. 74.3.E
Cœlum non ponit neceſſitatem in ĳs, quæ operantur ſecũdum intellectum. 90.1.B
Ciuitas optime gubernat & viuit, quæ attingit ad felicitatem optimam. 115.1.B
Ciuitas quo in loco ſit extruenda, & qũo. 112.2.D. verſa ad orientales ventos ſalubrior eſt. ibidem.
Ciuitas ad mare ſita, num periculum ſubeat & ſit ſibi dãnoſum quæritur. 107.1.C. qũo ſe hr̃e debeat circa nauticã & multitudinẽ naualẽ declarat. ibidem.3.EFGH
Ciuitatẽ incolentes & regẽtes, quales eſſe debẽt. 107.4.H
Ciuitas, licet habeat bonas leges, ſi tamen non ſunt ciues aſſueti & eruditi in illis, non proficient eis. 82.1.A
Ciuitas, an magis debeat regi ab optimis legibus an ab optimis

optimis viris. 474.F. ſi autem á viris optimis, num ab vno vel pluribus. 49.1.B
Ciuitas non eſt inſtituta gratia alicuius boni particularis & ſecundum quid. 38.4.E
Ciuitas nõ eſt inſtituta gratia compugnationis & cõmutationis & aliorum contractuum & quare. 39.2.A
Ciuitas non eſt communicatio loci, neq; iniuriandi ſibi ipſis & commertij gratia. 39.2.D
Ciuitas eſt communicatio bene viuendi, compoſita ex domibus & diuerſis generibus gratia vitæ perfectæ, eſt p ſe ſufficientis. 39.3.E
Ciuitas natura ſerua, non poteſt dici ciuitas. 55.2.B
Ciuitas, propter maximam vnitatem tollitur. 18.3.G
Ciuitas, cum ſit quoddam totum perfectũ, oportet quod conſiſtat ex partibus diſsimilibus ſm ſpeciem. 15.3.G
Ciuitas, perfecta communitas eſt, cum in ea ordinent quæ ſunt neceſſaria vitæ. 3.1.B
Ciuitas, ſecundũ naturam eſt prius ꝗ̃ vnus homo. 3.4.G
Ciuitas eſt liberorũ hoſum ſocietas, cuius finis eſt vtilitas cõis, i quã oĩs admĩſtratio publica tẽdere debet. 36.2.D
Ciuitas omnis regitur aut ab vno, aut à paucis, aut á multis. 21.1.D
Ciuitas quæ á mulieribus regitur, male ordinata ſit opus eſt, cum mulieres ratione deficiant. 26.4.E
Ciuitas valde læditur per Regem, qui ex vili ſtatu ad regiam ſit aſſumptus dignitatem. 30.1.D
Ciuitas eſt quoddam totum conſtitutum ex ciuibus tanq̃ ex partibus. 32.3.E
Ciuitas non debet eſſe ex egenis, quia nihil poſſet tribuere ad commune. 43.2.D. nec ex ſeruis, quia ſeruus nõ poteſt habere principatum ibidem.
Ciuitas poteſt eſſe ſine iuſtitia & virtute bellica, ſed non bene ibidem
Ciuitas determinatæ multitudinis eſſe debet, in magnitudine & paruitate, ſicut ſunt omnia naturalia. 106.1.A B
Ciuitatis ſitus, cõicare debet mari & terræ, vt ſit vtilis ad expellendũ inimicos, & ad iuuandũ inimicos. 107.1.A
Ciuitatis iſtrutor, ꝗ̃ maximorũ hoĩbꝰ bonorũ fuit. 3.4.G
Ciuitatis maxĩa vnitas, eſt ipſiꝰ ciuitatis deſtructio. 15.4.F
Ciuitatis perfectio non conſiſtit in hoc ꝙ quilibet dicere poſſet, hoc eſt meũ vt dicebat Socrates, & probatur plurimis rationibus. 16.1.D
Ciuitatis poſſeſsio tãta eẽ debet, vt ex ea viuaẽ bñ. 20.3.E
Ciuitatis partes ſecundum Platonem quæ & quot ſint. 16.1 C D. improbatur eius opinio ibidem. 3.F. Ponitur intentio propria. G H
Ciuitatis magnitudo, non conſiſtit in multitudine ciuium abſolute. 105.2.D
Ciuitatis magnitudo ſita eſt & attenditur ſecundum multitudinem partium per ſe ipſius, homines: omnes autẽ habitantes non ſunt per ſe ipſius partes. 105.3.H
Ciuitatis ꝑtes quot nũero ſint, & q̃. 109.2.A B C.&.3.H
Ciuitates, propter excellentias datas præter proportionẽ non virtuoſe corrumpuntur. 79.4.F
Ciues, num cõicare debeant in omnibus aut in nullo, aut in quibuſdam ſic, in quibuſdam non. 14.4.H
Ciues in nullo cõicare, eſt cõtra rationem ciuitatis ibid.
Ciues qua cura corporis ſint alendi. 119.3.E
Ciues excedentes in diuitijs, vel in amicis vel in potentia ſunt relegandi á ciuitate. 45.2.A B
Ciuis, ꝑ quę fiat diſciplinatus & ſtudioſus ingrẽ. 117.2.C
Ciuium multitudo tanta eſſe debet in ciuitate, quãta poſſit à principante cognoſci. 106.2.D
Ciuis in optima politia dicitur ille qui eligit, & poteſt ſubijci & principari propter vitam virtuoſam. 44.4.F
Ciuis qs ſit appellãdus, & quæ ciuitas dici debeat. 32.2.B
Ciues q ſint appellãdi, ac plures ciuiũ ſpẽs ponunẽ. 35.3.H
Ciuis per ſimilitudinem quis dicatur. 32.3.H
Ciuis ſimpliciter eſt ille qui particeps eſt publicæ poteſtatis iudicandi & decernendi. 32.4.G
Ciuis nõ eſt ille q participat iudicio & cõcione, ſed q põt cõſtitui in principatu cõſiliatiuo vel iudicatiuo. 33.2.A
Ciuis altera deſcriptio ponitur, & dictum Gorgię Leontini declaratur. ibidem C D
Ciuis num dicendus ſit, qui nuper fuerit ciuitate donatus. 33.3.E. num iuſte vel iniuſte ſit ciuis. ibidem
Ciuis boni, & boni viri, num eadem ſit virtus. 34.2.B
Ciuis virtus inquantum eſt ciuis, conſideratur in ordine ad politiam. 34.3.G
Cõmunis rerũ vſus ac poſſeſsio excitat multas in ciuitate diſcordias, tẽperantiã ac liberalitatem auſert. 17.1.D
Communicatio ſecundum naturam duplex eſt, ſ. maris & fœminæ, & principantis & ſubiecti. 2.1.B C D
Communicatio duorum in eo quod expedit vtriq;, eſt ratio amicitiæ. 7.2.D
Communitas domus ad quid ordinetur. 2.4.E
Communitas ciuitatis eſt naturalis. ibidem
Commutatio pecuniaria eſt per rationem inuenta. 9.4.F
Communitas liberorum ducit homines ad iurgia, tollit reuerentiam ſeniorum, & cõſanguinitatis amorẽ. 16.3.G
Commutatio incepit á rebus, quæ natura miniſtrat ad neceſſitatem humanæ vitæ. 9.3.F
Commutatio quæ eſt per pecuniã non eſt naturalis. 9.4.F
Coniugium, non debet fieri in nimia iuuentute nec in nimia ſenectute, vt parentes filijs, & filij parentibus prodeſſe poſſint. 120.2.A B
Conſilium fœminarum & puerorum incoſtans & imperfectum eſt & quæ ſit huius ratio. 13.3.G
Conſiliũ Eubolis de ciuitate obſidenda quale fuerit. 23.3.F
Conſilium Periandri ad Traſibulum miſſum circa ciues in potentia excedentes, & quietem ciuitatis turbantes, in ſpicis virga truncatis. 45.2.H
Conſilium maxime neceſſarium eſt in ſtatu populari, cum populus vt plurimum imprudens ſit & ſine virtute, & impetu ducatur voluntatis. 92.4.F
Contumelia affectus inſurgit in perſonam ſeu in corpus eius á quo eſt affectus. 83.3.G
Contumeliæ quælibet pars, licet ſit multa, eſt inductiua iræ. 83.3.G
Contumelia facta in perſonam ſiue coniunctam ſiue propriam eſt eã inſurrectionis cõtra monarcã. 83.4.F G H
Conuiuiorum inſtitutio, ab antiquis ordinata eſt, quod ꝓbat quibuſdam exemplis, vbi etiam nonnulla de principijs Italiæ dicuntur. 111.2.B
Corporis cura prius ſuſcipienda eſt ꝗ̃ animi, & prius diſponendus eſt appetitus ꝗ̃ intellectus. 119.4.H
Corruptio rerum publicarum ex quinq; poteſt oriri principijs. 79.2.D
Corruptio rerumpublicarum ſit propter negligentiã paruarum præuaricationum, propter adulationem, & propter malum ordinem. 78.4.F
Corruptio non ſit ſimul tota. 78.3.H
DEcretum, eſt enunciatio quædam vniuerſalis de particularibus operabilibus. 56.3.H, alio modo dicitur iudicium aliqđ, de aliquo operabili. ibidem
Decreti & legis differentia in quo ſita ſit. ibidem
Deus, ſi felicitaretur ab aliquo extrinſeco, haberet finem diuiſum á ſe ipſo, quod eſt falſiſſimum. 101.3.H
Dei felicitas eſt ipſa ſui ipſius natura, differens ſecundum rationem tantum. ibidem
Dictiones iſte omnis & vterq; propter ſuam duplicitatem etiam in orationibus, ideſt, in diſputationibus faciunt ſyllogiſmos litigioſos. 16.2.B
Diſciplinæ aliquæ, quærendæ ſunt propter delectationem quæ eſt in vacatione. 126.1.C
Diſciplinæ, quas iuuenes dicere cõſueuerũt, ſunt quatuor ſ. literæ, gymnaſtica, muſica, & peritia figurãdi. 125.3.F cuius gratiæ ſint addiſcendæ. 126.3.E F G H
Diſſenſio in ciuitate naſciẽ, cum qs nõ ſibi vẽ accipere ſuã ꝓpriam dignitatem & ꝙ ſibi non fiat iuſtum. 69.4.H
Diuites contumelioſi & elati & iactatores ſunt patientes aliquid á poſſeſsione diuitiarum 101.2.B

Diuites

Diuites & egeni vſr eſſe maxime partes ciuitatis. 56.1.A
Diuites ſunt fideliores ciuitati q̃ pauperes, & magis ſeruāt politiam. 43.3.H
Diuitiarum abundantia ſecundum ſe inclinat ad id, quod præter rationem eſt. 101.2.B
Diuitiæ, quomodo ſe habeant ad felicitatem, diffuſe tractatur. 115.3.E F G H
Diuitiæ veræ ſunt ex huiuſmodi rebus quibus ſubuenitur neceſsitati humanæ naturæ. 9.1.D. ſunt finitæ ibidem ſunt organa œconomici & politici ibidem
Diuitiæ & pecuniæ, num ſint omnino ibidem. 10.1.C
Diuitiæ non ſolum ſunt denarij, ſed etiam diuitiæ ſunt quę ſunt ſecundum naturam. ibidem.D
Diuitiæ non veræ ſunt illæ, quæ valent & non valent ſecundum arbitrium hominis. 10.1.D
Diuitiæ, nobilitas, & libertas, ordinant ad ciuitatē. 43.2.D
Diuitiæ quæ arte nummulatia acquiruntur io infinitum procedunt. 10.2.D
Diuitiæ & libertas, non ſunt bona hoīs ſm q̄ hō. 69.4.G
Dominus eſt, qui mēte viget, ſeruus vero qui viribus corporis præditus eſt. 2.2.A
Domus communitas quædam eſt ſecundum naturam conſtitutam in omnem diem. 2.4.E
Domus, ſecundum Heſiodum poetam tria habere debet, virum. ſ. fœminam, & bouem. 1.3.H
Domus perfecta, ex liberis conſtat & ſeruis. 4.1.D
Domus primæ partes ſunt hæ tres combinationes, ſ. domini & ſerui, mariti & vxoris, ac patris & filij. 4.1.D
Domus diſpenſator habet pro fine bonam vitam eorum qui ſunt in domo. 10.4.E
Domus diſpenſator iō quærit augere pecuniā in infinitū. quia ſtudet non tm̄ ad viuēdū, ſed bene viuēdū. 10.3.H
EGeni & priuatum omni bono fortunæ, impoſsibile eſt bene operari. 114.4.H
Egeſtas prauam reddit populi generationem. 96.3.G
Egeſtas eſt cā ſeditionū & delictorum in ciuitate. 20.4.E
Egeſtas, fames, & frigus & cætera naturalia, non cogunt hoīem in ſuos vel extraneos exercere tyrannidē. 23.1.E
Egeni & idiotæ magis principantur in populari ſtatu, quā diuites & ſanguine clari. 92.2.B
Egenorū & diuitū differentiæ quæ & quot ſint. 53.3.G H quæ mediorum. ibid. 4.F
Electio per ſe, eſt appetitus ratione determinatus. 49.1.A
Electio principis an ſit melior ſucceſsione ibidem
FElix eſſe nō poteſt homo, qui aliqua virtutum caret. ſ. vel fortitudine, vel tēperantia vel reliqs. 101.1.A B
Felicitatis diffinitio quæ ſit ponitur. 115.1.C
Felicitas primo & per ſe in actione ſm virtutem. 101.2.C
Felicitas ſine virtute eſſe non poteſt, cum ſit principium eius. 101.2.C
Felicitas cum ſit bonum perfectiſsimum ipſius hominis, aggregar bona omnia ad hominum ſpectantia, ſ. animā corpus, & exteriora bona. 100.4.G
Felicitas non conſiſtit in diuitijs, & quomodo diuitiæ ſe habeant ad felicitatem. 115.3.E F G H
Felicitas in quo ſita ſit ſecundum aliquos, quorum opinio reprobatur. 101.1.D
Felicitas ciuitatis, non poteſt ſaluari in infinita eius parte vt ſunt ruſtici. 19.4.F
Felicitas ciuitatis & ſingulorum hominum, an ſit eadem dubitatur. 102.1.B
Finis vltimus vnus eſt eorū, quorū eſt vna natura, 102.1.D
Finis cuiuslibet artis & ſcientiæ, eſt bonum. 42.3.F
Finis popularis ſtatus qui ſit, & quæ ſint in ipſum tendentia. 92.1.E
Finis optimus ſemꝑ intendiť ab optimo agēte ꝑ ſe. 51.3.F
Finis rectus appetitus, non eſt ſine rectitudine voluntatis ſuppooentis rectitudinem intellectus, bonum vel finē oſtendentis. 104.4.G
Finis vltimus humanæ vitæ conſiſtit in operatione partis animæ ſpeculatiuæ, 114.4.E
Finis optimæ reip. qui ſit declaratur. 100.4 F
Finis cuiuslibet recte politiæ eſt feliciter viuere. 44.1.D
Filij diuerſificantur á parentibus in bonitate vel malitia non ſolum propter diſpoſitionem naturalem, ſed etiam propter rationem. 7.2.A
Filiorum coitus cum matribus, ac patrum cum filiabus illicitus & inhoneſtus ferè apud omnes fuit. 17.1.A
Forma diſtinguitur ſecundum diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem. 54.4.H
Formæ diſtinctio oon eſt ꝑꝑ diſtinctionem materiæ ibid.
Fortitudo potentiam habens ſuperbia eſt. 84.3.G
Fortitudine vtens ad congregādum diuitias, vtitur ea nō ſecundum naturam. ibidem
Fortitudinis vt virtus eſt, non eſt congregare pecunias, ſed facere virum in terribilibus audacem. 10.4.H
GEnerans, ſemꝑ intendit generare ſibi ſimile. 43.4.G
Generatio hominis & conſuetudo ordinentur oportet ad rationem & intellectum. 119.3.H
Generatio diuerſorum animalium ponitur. 8.4.G H
Generatio perfectorum animalium non poteſt fieri niſi ex ſemioe. 25.3.H
Generoſi & liberi ſunt aptiores ad principatum conſequēdum q̄ alij. 43.4.F
Generoſi qui vere dicantur. ibidem.
HAbitus ille optimus eſt, qui eſt ſecundum virtutem perfectiſſimam, & reſpectu perfectiſſimi obiecti. 126.1.B
Heroica virtus quæ ſit, & qualis ſit eius operatio. ibidem
Heroicus vir quis dicatur. 45.1.B
Heroicus homo ſi ſolus ſit in ciuitate, non poteſt dici pars ciuitatis ibidem.A
Heroicus homo excedit oēs alios in virtute, immo ſupra cōmunem modum hominum attingit ad operationem cuiuslibet virtutis. ibidem.A B
Heroicus hō nō indiget lege, quia ſibi ipſi eſt lex. ibid.C
Heroicus vir, quomodo ſe debeat habere ad ciuitatem & ciuitas ad ipſum. 46.1.A
Hominum, quidam ex ipſa natiuitate apti ſunt ad ſeruiendum. quidam vero ad imperandum. 5.2.A
Homo habet vt in pluribus peruerſum appetitū reſpectu ſui ipſius, qa vnuſquiſq; nimis afficiť ad ſeipſum. 38.2.D
Homo eſt longioris vitæ ſm naturam q̄ ſit fœmina, cum complexio eius ſit ea fortior & melior. 121.1.B
Homo de tribus in iudicio diſceptat quæ ſunt, iniuria, dānum & mors. 24.1.D
Homo homini ꝑꝑ quas cauſas iniuriam faciat. 23.1.B
Homo, naturaliter ciuile animal eſt. 3.2.C
Homo natura ſolitarius, aut Deus aut beſtia ibidem.D
Homo eſt optimum animalium, ſi perficiatur in eo virtus: ad quam habet inclinationem naturalem. 3.4.H
Homo eſt peſſimum animalium ſi ſine lege & ſine iuſtitia ſit. ibidem
Homo qui non poteſt regi niſi ab alio, non eſt naturalitec ſui ipſius ſed alterius, & ideo ſeruus. 4.4.H
Honor eſt factiuus boni ſm aīam, inquantum aliquis propter honorem operatur magna & honorabilia. 115.2.B
Honor, odium, & contemptus tyrannidem euertunt, regnum vero domeſtica ſeditio. 84.3.G
IMperare nemo bene poteſt, niſi qui prius ſub imperio fuerit. 35.1.D
Intellectus humanus eſt principium eorum quæ ſecundum artem fiuot. fol.1.col.1.lit.C
Intellectus diuinus eſt principium rerum naturaliū ibid.
Intellectus & voluntas non oeceſsitātur in operationibus ſuis à virtute cæleſti per ſe. 108.3.G
Inſtrumentum animatum in artibus, miniſter eſt. 4.3.H
Inſtrorum quædā ſunt aīata, quædam vero inaīata. 4.3.H
Inſtrumentum inaīatum in domo ſupellectilis eſt, ſeruus vero inſtrumentum eſt animatum. ibidem
Ira, mouet iratum in ꝑſonā principis, ꝑꝑ perſonal punitionē, magis q̃ ob depoſitionem á principatu, 83.3.G

Iræ & odij differentiæ binæ ponuntur. 85.2.D

Iratus non poteſt facile ratiocinari, quia ira eſt admixta triſtitiæ. 85.2.D

Iudex ſe habet ad ciuitatem, ſicut anima ad corpus. 55.3.G eſt pars neceſſaria magis q̃ aliæ. ibidem

Iudiciũ rectũ, melius fit p plures q̃ per vnum. 48.2.A B C

Iudicium quod fit per ignem vel per aquam, temerarium & irrõnabile eſt, cũ hoc ſit cõmittere ſe fortunæ. 69.1.C

Iudiciorum ſpecies quot ſint, & quomodo purgandi & á quibus. 68.4.F

Iudiciorum ſpecies ſunt octo & quæ. 69.1.A

Iuſtitia eſt magis ſaluatiua ciuitatis, q̃ ſint cæteræ virtutes. 43.4.H

Iuſtitia, eſt habitus, per quem ſumus operatiui iuſtorum, & volumus operari iuſta ibidem

Iuſtitia eſt duplex, particularis. ſ. & vniuerſalis ibidem.

Iuſtum & æquale in populari ſtatu & in qualibet rep. quo modo habebant omnes, cũ in eis reperiantur diuites & pauperes, nobiles & idiotæ. 23.2.A

Iuſtum populare eſt, q̃ omnes habeant honores, vel participent cõmunibus bonis, non ſm dignitatem perſonæ, ſed ſecundum æqualitatem quantitatis. 92.2.A

Iuſtum ſimpliciter & iuſtum ſecundum quid, penes quæ bona ſit attendendum. 71.2.B

Iuſtum dñatiuum & iuſtũ politicũ nõ ſunt idem. 50.4.H

Iuſtum ſimpliciter, & iuſtum ſecundum quid, penes quid attenditur. 38.2.A

Iuſtum æquale conſiſtit in quadam æqualitate ſecundum proportionẽ, nõ ſolum ex parte rerum, ſed etiam ex parte ſuppoſitorum. 38.2.A

Iuuenum & adoleſcentium coniunctio improba eſt ad filios pcreandos, quod plurimis rõnibus probat. 120.3.F

LEges etiam minus bonæ, non ſunt facile immutandæ. 25.1.D

Leges mutare an ciuitati conducat. 25.3.E

Leges, ſi ſint mutandæ, num oẽs mutandæ ſint. 25.4.H

Leges inter Græcos prĩo inuẽtæ ſunt apud Cretã. 28.4.H

Leges omnes ferri debent ſecundum quod competunt politię per ſe, & non econtrario. 52.4.E

Leges & mores diuerſarum nationum ponuntur. 103.1.A

Leges debent inſtruere ciues nõ minus ad bellum q̃ ad pacem, cum vita ocio & negocio conſtet. 117.2.B

Leges eaſdem non eſt poſsibile conferre ſtatui populari & paucorum. 52.4.F

Leges antiquæ quatuor, q̃bus popularis ſtatus ex agricultoribus cõſtitutus, pſeuerãtiam hr̃e poterat. 94.3.G H

Leges & conſuetudines in republica, inſtituendæ ſunt ſecũdum ordinem ad rempublicam. 94.4.E

Legislator permittens viuere ſubditos voluptuoſe pro libero voluntatis arbitrio, non eſt verus legislator ſed corruptor. 94.4.G

Legis mutatio debilitat virtutem legis. 25.4.H

Legislatores nonnulli ſtatuerunt multitudinem dominari quodammodo debere in eligendo. ſ. & corrigẽdo, at nõ per ſe ipſam. 41.2.B

Legislator inſpicere tempus nuptiarum debet, vt ex copula nuptiarũ, fiat bona diſpoſitio generationis ex quibus oritur bona diſpoſitio ciuium. 120.1.A

Legislator ordinare debet aliquid circa honores vt pax in ciuitate ſeruetur. 23.1.A

Legislator primo intendere debet vt remoueantur ſeditiones populi á ciuitate. 22.1.D

Legislator debet ſuſtinere aliqua mala, ne amittantur maiora bona. 18.3.E

Legislator debet facere totam ciuitatem beatam. 19.4.E

Legislator in ferenda lege ad plura reſpicere debet, videlicet ad regionem, ad homines, & ad vicina loca. 20.2.A

Legislatores plurimi ponuntur, & quæ fuerint eorum leges. 31.3.G.4.G.H.32.1.B

Lex melius & eligibilius eſt quod principetur quã aliquis vnus ciuium. 49.2.G

Lex quæ datur in ciuitate, eſt neceſſaria omnibus æqualibus potentia & genere. 45.1.C

Lex eſt de conferentibus ad finem politiæ ibidem

Lex an homo magis dominari debeat, cum in homine paſsiones peruertentes iudicium, in lege vero paſsiones iudicium perficientes cadant. 40.2.B

Lex, quæ nimiam ab mulieribus abſtinentiam iubet, facit homines pedicones. 26.3.G H

Lex apud Cumas circa homicidia quæ fuerit. 25.3.G

Lex Solonis de poſſeſsionibus poſsidendis. 22.3.E

Lex Socratis de ordinanda ciuitate ponitur. 19.4.H

Lex Phedonis Corinthij duo dicebat eſſe in ciuitate obſeruanda, ſcilicet vt multitudo ciuiũ ſemper remaneret æqualis, & diuitiæ pariter, & dignitates ſemper eſſent ęquales. 21.1.A

Lex Phaleæ Carthaginenſis ponitur & improbaẽ. 22.1.A

Lex Locrorum erat circa poſſeſsiones, ne quis eas vendere poſſet niſi ob maximum infortunium, vt puta ſi eſſet captus ab hoſtibus. 22.3.F

Lex Phaleæ in quibus defecerit. 22.4.E.F.23.1.A B C D quæ eius fuerit opinio circa artifices ciuitatis. 23.4.G

Lex Hippodami Mileſii qualis fuerit. 23.4.H, in quib° defecerit. 24.2.D. quæ fuerit eius opinio de ſentẽtia per iudices in eum qui eſſet condemnandus ferenda. 24.2.A

Lex licet feratur in vniuerſali, in particulari tamen quandoq; habet inſtantiam. 42.2.B

Lex daẽ in habitudine ad politiã & ad finẽ eius. ibidem. D

Liber homo dicitur ille, qui per virtutem intellectualẽ exiſtentem in eo operatur, non accipiens ab alio rationem operandi. 103.4.H

Liber, dr̃ ille, qui mente poteſt præuidere ea quæ agenda ſunt, & inclinatur ad virtutem. 43.4.E

Liberi & ingenui differentia quæ ſit, ibidem

Lex quandoq; deficit in aliquo particulari, vnde tunc indiget dirigente. 47.4.H

Liberum eſt, quod eſt cauſa cui, vel in genere cauſæ agentis vel finalis. 82.1.D

Libertas reip. & populi, non conſiſtit in hoc q̃ quilibet faciat quicquid vult, ſed ſm quod reſp. quærit, & viuere ſm remp. non eſt ſeruitus ſed libertas. 82.1.C.D

Libertas eſt virtus quædam voluntatis in ordine ad intellectum præcedentem & finem ſequentem 108.4.H

Libertas eſt finis popularis ſtatus, cuius etiam deſcriptio ponitur. 92.1.C D

Libertas & ſeruitus, nobilitas & ignobilitas determinantur virtute mentis. 7.1.D

Libertas & diuitiæ nõ ſunt bona hoĩs ſm q̃ hõ. 69.4.G

Libertatis opus, eſt, viuere & operari ſecundum voluntatem propriam, ſeruitutis vero ſecundum arbitrium alterius. 92.2.C

Lingua congruit in duo opera naturę, in guſtum videlicet & loquutionem. 2.2.C

Luſtratiua ſiue gymnaſtica diſciplina quomodo ſit á pueris addiſcenda, quibus ſunt erudiendi agonibus, & vſq; ad quã ætatem eius exercitatio eſt protrahẽda. 126.3.H vſq; ad finem lectionis.

MAgiſtratus non ſunt diſtribuendi ſecũdum exceſſum cuiuslibet boni. 42.3.E

Magiſtratus an attribuendi ſint nobilibus, an opulẽtis, an virtute præditis. 43.2.B

Magiſtratibus in creandis, tria ſunt animaduertenda. ſ. q̃ conſtituantur, á quibus fiat electio, & ſorte an electione creentur. 68.1.B C D. oſtenduntur inſuper modi, cuiuſcunq; politiæ conuenientes ibidem. 3.E F G H

Magiſtratus, quales, á quibus ſunt ciuitates adminiſtrandæ ſint. 99.2.B C D.99.1.A B

Magiſtratuũ, aliqui ſunt ſine quibus ciuitas non eſſe poteſt, aliqui vero ad cultum & ornatum ciuitatis pertinentes, ibidem, vſq; ad finem libri diffuſe.

Magiſtratus qui verſatur circa criminalia, & circa condẽnationes eorũ qui ad mortem vel relegationem dãnati ſunt,

ſunt, grauis eſt, propter multas inimicitias. 99.1.C
eſt eñ iſte magiſtratus neceſſarius in ciuitate ibidem
Medicina conſiderat ſanitatem, & quæ, & qualis, cui, & quali corpori conueniat. 52.1.B. conſiderat etiam diſpoſitiones & complexiones corporum. ibidem.
Medicus non conſiderat in omnibus ea quæ ſcripta ſunt in medicina. 47.4.H
Medicus triplex, practicus, ſciens, & expertus, & quæ ſit horum proprietas & differentia. 41.3.E F
Medicus ſimpliciter ſciens, in oībus melius iudicat ibidem
Mercatura eſt maxima pars artis pecuniatiuæ. 11.4.G
Mercaturæ partes tres ſunt, ſcilicet, nauigatio, deuectio, negociatio, & quæ ſit harum differentia. ibidem
Monarchiæ ſimpliciter ſaluantur ex contrarijs, quibus corrumpuntur. 85.4.H
Monarchia ex tribus corrumpitur principijs, contumelia, timore, contemptu. 83.3.E
Monarcha, licet oēs excellat in potentia & virtute, non tñ eſt expellēdus. 45.4.H. ſi non principatur propter bonum commune, totis viribus expellendus eſt. ibidem
Mulierũ inordinatio in ciuitate quæ mala pariat. 26.2.B
Mulierũ multitudo medietas ciuitatis eſt, quæ cum inordinatæ ſunt etiam ipſa media ciuitas inordinata eſt. 26.3.F
Mulieres prægnãtes quali ſint cuſtodienda cura, & quo cibo alēdæ. & ne d ſidia torpeãt maximę cauēdũ. 121.3.H
Multitudo idiotarum, ſi aliqua recte eligat & iudicet, iudicant & eligunt á caſu. 41.3.G
Multitudo eſt duplex, beſtialis & rationalis, & cui nã multitudini dominari conueniat. 41.1.B C D
Multitudinem nullo pacto dominari, terribile eſt, & periculoſum ibidem
Muſica quo pacto vtendum eſt, & quid ex muſica ſit ediſcendum. 131.4.H
Muſica tranſmutat animam, qñq; ad iram, quãdoq; ad mãſuetudinem, aliquando ad audaciam. 129.3.H
Muſica addiſcenda eſt, & quo ad partem quæ in voce ſita eſt, & quo ad eam, quæ in manuum motu. 130.3.F. quę non eſt excludenda á iuuenibus. 131.1.A. quæ ſint muſicalia illa quibus vtendum eſt ad bonum intellectus & mores. ibidem
Muſica quodãmõ diſponit ad virtutes morales. 129.1.B
Muſica non eſt docenda, nec in ea ſunt erudiendi iuuenes, quod probatur bina ratione. 128.2.B
Muſica, num ſit á iuuenibus addiſcenda, & quæ fuerit antiquorum de ipſa opinio. 125.3.H. & 127.3.G
NAtura, non perficit ea quæ ſunt artis, ſed ſolum quędam principia præparat. 1.1.D
Natura non ſolum intendit generationem, ſed etiam q generata ſeruentur. 2.2.A
Natura non ordinat vnum ad diuerſa officia, ſed vnum ad vnum. 2.2.C
Natura nihil agit fruſtra, quia ſemper operatur ad determinatum finem. 3.3.F
Natura fecit animalia & plantas ad ſuſtentationem hominum. 9.1.A
Natura ex determinatis principijs, & p determinata media procedit in ſuos effectus. 25.3.H
Nobilitas quomodo ſit virtus. 43.4.G
Nummularia ars maxime circa quæſtum pecuniarum verſatur. 10.1.B
Nummularia ars in qua per fœnus pecunia pecuniam gignit rationabiliſsime odio habetur. 11.2.C D
OPerans per artem non habet paſsionem, operans vero per rationem, paſsionem habere poteſt, & ideo deflecteret á vero iudicio. 50.2.A
Operationes viles quæ ſint, & quot numero ſint exacte ponuntur. 12.1.B
Opinio quorũdã de gñone hoĩs ex terra naturali. 25.3.G
Opinio Platonis de corruptione reip. qualis fuerit aſsignatur, licet non ſit multum manifeſta nobis. 89.3.F
Opinio quorundam circa tyrannidē, dicentiũ ipſam inter oēs reſp. optimam eſſe, licet irrationabiliter. 103.1.C
Opinio quorundam q muri non ſunt neceſſarij ciuitati optimæ, quæ habet optimos viros. 115.2.A. cuius opinionis impugnatio ponitur. ibidem. 3.E
Opinio Socratis de vxorum ac liberorum cõmunitate ponitur & impugnatur. 15.2.A. Cuius lex de huiuſmodi communitate ſeruanda, detrimentum affert ciuitati, nõ vtilitatem aliquam. 16.3.F. Impedit amicitiam ciuitatis, quæ debet eſſe inter principes & ſubiectos. 17.1.D. Interimit opera duarum virtutũ, temperantię videlicet erga mulieres, & liberalitatis ergo amicos. 18.2.C D
Quid deceperit Socratem, & quę cã eius erroris. 18.3.E
Optimatum ſtatus melior eſt q̃ regum. 48.3.F
Optimatũ ſtatus, eſt virorũ æqualiũ in virtute. ibidem. H
Optimatum ſtatus, qñõ ſit conuerſus in paucorum potentiam. ibi. quomodo in tyrannidem ibi. 4. E. quomodo in ſtatum popularem. ibidem
Optimatum ſtatus quomodo labatur in popularē, & reſp. in ſtatum paucorum. 77.1.B. quomodo fiant ſeditiones, & ponuntur exempla ibid. 2.B C D
Optimatum ſtatus mixtus ex hoc corrumpitur, quod diuites plũ recipiunt q̃ pauperes. 78.1.D
Optimatum ſtatus, politicus, & regius, ſub obiecta politiarum. 51.1.C
Optimatum ſtatus eſt, cui ſubijcit multitudo quæ nata eſt ſuſtinere dñium multitudinis ſtudioſorum. ibidem. D
PArtes ciuitatis plures ſunt & quæ. 55.1.C
Paſsio eſt motus appetitus ſub ſantaſia boni vel mali. 48.1.A
Paſsio peruertit iudicium rationis ibidem
Paucorum ſtatus & tyrannis ſunt minóris durationis inter omnes reſp. quia magis recedunt á regno. 89.1.C
Paucorum ſtatus tranſmutatur, vel propter diſſenſionem diuitum inter ſe, vel ,ppter diſſenſionem pauperum ad diuites. 74.3.E
Virtus omnis diuiſa, minor eſt ſe ipſa vnita. 75.4.F
Paucorum ſtatus tunc maxime corrumpitur, cum diuites conſumpſerunt bona ſua impudice & inhoneſte viuentes 76.1.D. ponuntur exempla plura ad hoc. ibidem
Paucorum ſtatus non de facili corrumpitur ſi ſit concors. 76.2.B. tranſmutari tamen poteſt tempore belli & tempore pacis & ponuntur exempla. 76.3.F
Paucorum ſtatus tranſmutari poteſt in popularem á caſu. 77.1.A
Paucorũ ſtatus, requirit æqualitatē in ædificijs, vt nullus pp munitionē alios expugnans tyrãnizet ſolus. 113.1.A
Pauper & egenus, impoſsibile eſt, q bene principetur, & vacet negocijs ciuitatis. 30.3.F
Pauper eſt infidelior diuite, quia paupertas cogit eum ad pacta frangenda. 43.3.H
Pauperibus venientibus ad congregationē eſt danda merces, diuitibus vero non venientibus pęna. 66.1.D
Pecuniatiua ars non eſt eadem œconomicæ, ſed ſubſeruit ei. 11.1.D
Pecuniatiuarum artium vna laudabilis eſt, duæ autem vituperabiles ſunt. 11.2.C D
Pęnæ quantitas, reſpondere debet quantitati delicti ſecundum legem iuſtitiæ. 96.2.A
Pęnæ, aliqñ eſſe debent occultæ, aliquando aũt publicæ, ſecundum q peccata publica ſunt vel priuata ibidem
Pęnę, vel vindictæ publicæ in nobiles viros factæ, periculoſiſsimæ ſunt, quippe quæ ſunt principia magnarum diſſenſionum. ibidem
Politica eſt ſcla actiua, conſideratiua alicuius vnius cõis, non particularis & perfecta conſiderat illud. 52.4.H
Politica, inter oēs ſcientias practicas eſt nobilior, quia cõſiderat vltimũ & pfectũ bonũ in rebus humanis. 1.2.D
Politia eſt principatus eorũ q ſunt liberi ſm naturã. 7.3.E
Politia, deſpotica ſiue dominatiua, & quilibet principatus non ſunt vnum ad inuicem ibidem
Politica non facit homines, ſed accipit eos á natura generatos

ratoſ & eis ſic vtitur. 91.C
Politicæ ſcientiæ ordo, genus, neceſsitas, dignitas, & modus, quæ ſint. 1.2.B.C.D
Politicæ œconomicæ & principatus differentia. 7.3.F.G
Politicæ & œconomicæ proprium & immediatum opus non eſt facere cibum, ſed diſpenſare factum in domo ſicut oportet. 11.1.C
Politiæ ſunt duæ maxime, ſicut duo ſunt venti principales. 54.1.C
Politicus, conſiderat politiam ſimpliciter & ex ſuppoſitione. 52.2.B
Politicus ſtatus, regius, & optimatum qui ſit. 51.1.D
Politia eſt quædam pars prudentiæ. 34.3.F
Politia Solonis & Athenienſium ponitur pariterq; diſcutitur. 31.1.B.C.D.3.E.F.G.H
Politia eſt ordo inhabitantium ciuitatem. 32.2.H
Politia quæ bonum communem intendit, recta politia eſt, ſecundum iuſtitiam abſolutam, illa vero quæ ſolū principantium vtilitatem intendit iniuſta eſt. 37.2.A
Politiæ quot numero ſint, & quæ ſint ponitur. ibidem
Corruptiones, ſiue labes, Regiæ poteſtatis, optimatum ſtatus, & reip. ſunt tyrrannis, paucorum potētia, & popularis ſtatus. ibid.3.F.G
Politia, eſt ordo inhabitantium in ciuitate, qui ordo attenditur ſecundum aliquam iuſtitiam. 38.1.C
Politia regni, eſt optima inter omnes politias rectas, & regula omnium aliarum. 46.2.H
Politia peſsima quæ ſit, quæ minus mala, & quæ minime. 53.1.H
Politiæ ideo ſunt plures, quia cuiuſlibet ciuitatis plures ſunt partes differentes ſecundum rationem. 53.5.F
Politia duo reqrit, rōnē videlicet rectā, & potētiā. 42.1.D
Politia eſt ordo principatuum in ciuitate ſecundum quem diſtribuuntur ipſi principatus ſm rationem. 52.4.E
Politia laconum quæ fuerit quantum ad mulieres. 26.1.A.B.C.D. & infra quæ quantum ad poſſeſsiones. 27.1.A. quæ, quo ad ipſos ciues. 27.3.F. quæ quantum ad populum & conuiuia publica quæ erāt in ciuitate. 28.2.B.C
Politia inter alias optima illa eſt, quæ diſpenſatur & regitur ab optimo viro vel optimis viris 51.3.F
Politia corrupta quomodo corrigatur. 52.3.F
Politiæ recte ſunt tres, regnum, optimatum ſtatus & reſp. non recte autem ſimiliter tres, tyrannis, paucorum potentia, & popularis. 54.4.E
Politia Cretenſium ponitur, ac in quibus defecerit aperiſ. 28.3.H. in quibus eſſet melior Lacena. 29.2.A
Politia Hippodami Mileſii quæ fuerit, & quomodo homines, & regiones diuiſerit. 24.1.A.B.C.D
Politia quæ conſtat ex tyrannide ſiue plebeio ſtatu nō eſt dicenda politia cum nō ſit ſm ordinem rationis. 21.3.F
Politiæ ſunt differentes ſecundum ſpeciem, & quædā ſunt priores, quædam vero poſteriores. 33.1.C
Politiæ iuſtæ & iniuſtæ quæ nā dr̄ia ſit deſcribitur. 37.1.D
Politiæ populares & paucorum, plures ſunt. 56.2.A
Politiarum diuerſitas cōſtituit diuerſitatem ciuiū. 36.2.A
Popularis ſtatus & paucorum, quomodo ſaluantur à corruptione quæ eſt à diuitibus. 80.1.G
Popularis ſtatus contrariatur tyrannidi per accidens ſicut figulus figulo. 85.1.A.B
Popularis ſtatus, qūo quiſpiam iuſte decernat. 93.1.D
Potentia ducatus exercitus, & potentia quę eſt domina cōtractuum qui circa forum ſunt, differunt ſpecie. 68.4.F
Principatus Ephororum quis fuerit apud Gręcos. 21.3.E
Principatus ijſdem ciuibus ſemper demandatus, eſt cauſa ſeditionis, tum apud ignobiles, tū apud milites. 19.3.H
Principatus politicus permutaſ de perſona, in pſonā non autem principatus qui eſt maris ad fœminam. 12.4.G
Principatus melior eſt, qui eſt meliorū ſubiectorum. 5.2.A
Principatus oīs & ſubiectio, ad aliqd opus ordinaſ. 5.2.A
Principatus animę ſupra corpus homini naturalis eſt, homini (inquam) bene diſpoſito, non corrupto. 5.3.G
Principatus qui eſt in partibus animalis, habet ſimilitudinem exterioris principatus. ibidem
Principatus vxoris in domo: non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid, cum & ipſa ſit ſubiecta viro. 7.3.G
Principatus patris in filios eſt regius. 12.4.H
Principatus diſtributio non debet fieri ſm dignitatem ingenuitatis. 44.2.B. nec ſecundum dignitatem virtutes nec ſecundum dignitatem multitudinis ibidem. C.D. Ad recte principandum duo requiruntur. ſ. ſcire recte regere, & potentia. ibid. col.3.G
Principatus plures vnum tenere in paruis ciuitatibus non inconuenit. 67.1.C
Principatus plures non ſe mutuo impediunt. ita vt nō poſſint vni & eidem iniungi. 67.2.A
Principatus, an debeant diſtingui ſecundum rem, vel ſecūdum hominem. 67.3.E.F.G.H
Principatus opationes ſunt conſiliari, iudicare, & præcipere, ſed præcipere maxime ptinet ad principatū. 66.4.G
Principatus vnus melius cōmittiſ vni q̄ pluribus. 67.2.C
Principatus cui attribuendus ſit, an virtuoſo impotēti, an potenti & nequam. 81.1.B
Principatus an multitudini magis, an magis paucitati bonorum conueniat. 40.3.E.F
Principatus debeſ magis liberis & gn̄oſis q̄ alijs. 43.4.F
Principatus debet diſtribui ſecundum exceſſum alicuius boni. 39.4.F
Principatus, vnius virtuoſi eſſe non debet, quoniam plures erunt ab honoribus excluſi. 40.2.A
Principatus politicus eſt, in quo quis principatur liberis & æqualibus ſm virtutem ad bonū ſubditorū. 50.4.H
Principatu dignus, eſt aſſumendus ad principatum etiam ipſo inuito. 28.1.B
Principatus bonus ſecundum Homerum non eſt ille, vbi multitudo principatur. 56.4.G
Principans in populari ſtatu, dominium firmabit, ſi diſsimulabit in ordinationem vitæ ſubditorum, quis inordinate viuentes diligunt eum, qui vitam eorum inordinatam diſsimulat. 94.4.G.H
Principans principali principatu tria habere debet, amorem. ſ. principatus, potentiam, & virtutem. 80.4.H
Principans perfecte, debet habere prudentiam. 80.4.G
Principās hō, melius eſt eū principari per intelſm abſolute, q̄ per intelſm coniūctum appetitui ſenſitiuo. 50.1.A
Principes & rectores ciuitatum ad hoc intēdere debēt, vt pecunia multiplicetur in ærario publico. 12.3 F
Princeps quilibet habeat neceſſe eſt perfectam virtutē moralem, cum opus eius ſit principalis artificis. 13.3.G
Principantium & ſubiectorum in optima ciuitate, num eadem eſſe debet dubitatur. 116.2.C. cuius dubitationis ſolutio diffuſe ponitur ibidem vſq; ad vndecimā lcōnē.
Principari hominem multis ſecundum virtutem æqualibus, non eſt naturale. 50.2.C
Principis propria virtus eſt prudentia. 35.3.F
Principari qualitercunq; omnibus, num optimum ſit, diſcutitur, ac ad vtranq; partē arguitur, concluditurq; demum hoc non eſſe optimum. 103.4.H. 104.1.A.B.C.D
Principia corrumpentia monarchiam tria ſunt, contumelia, metus, & contemptus. 83.3.E
Principium dicitur eſſe dimidium totius. 73.2.B
Proportio & proportionalitas in hoc differunt, q. proportio eſt habitudo duarū quantitatū ad inuicem, proportionalitas vero eſt habitudo proportionum. 70.3.F
Proportio eorum quæ ſunt ad finem, opus eſt, q. ſit ſecundum proportionem finium. 1.3.F
Pueri ſtatim nati qūo ſint alendi, & quanta ſit lactis vis, ac num melius ſit à nutrice, vel ꝓpria matre infantē nutriri. 122.3.F. quomodo ſunt aſſueſcendi ad motum ibidem. quomodo curandi ſunt in habita ætate quæ incipit in tertio anno. 123.1.C. à quibus rebus ſunt amouēdi ibidem.3.E.F.G.H. vſq; ad finem libri.
Pueri quomodo ſunt inſtruendi quo ad ea quæ pertinent

ad

ad rectam animæ æducationem. 124.2.C. quia eorum bona inſtitutio, vtilis ad remp. tuendam & conſeruandam. ibidem.4.F
Pullus generatur ex albo oui, cuius rubeum cedit in nutrimentum pulli. 8.4.H
RAptus eſt motus alicuius præter inclinationem eius naturalem vel voluntariam á principio extrinſeco. 129.2.A
Regis officium eſt, cuſtodem eſſe iuſtitiæ. 82.4.H
Regio quomodo & in quot partes ſit diuidenda, & qualis totius agri ſit facienda partitio. 112.1.A
Regio vtilis ad bene viuendum qualis ſit, & quibus conditionibus ornata eſſe debet. 106.3.FGH
Regius ſtatus eſt cui ſubijcitur multitudo quæ nata eſt ſubijci ſecundum inclinationem naturalem alicui ſuper excelleno in virtute. 51.1.D
Regimen regale eſt, quando ille qui præeſt ciuitati: habet plenariam poteſtatem. 1.3.H
Regimen politicum eſt, quando præſes coarctatur ſecundum aliquas leges ciuitatis. ibidem
Regimen regis ſuper ciuitatem vel gentem, proceſsit á regimine anoquioris in domo vel vico. 3.1.A
Regimen regale apud Lacones quare noo erat perpetuum, ſed ad tempus. 28.2.A
Regnum & optimatum ſtatus per ſe contrarij ſunt quia intendunt diuerſos fines. 85.1.A
Regnũ p quæ principia & p quas cauſas ſaloaſ. 85.4.GH
Regnum non corrumpitur ab extrinſeco, ab intrinſeco tamen, multipliciter corrumpi poteſt. 85.3.F
Regni & tyrannidis origo. 82.2.A
Regnum factum eſt propter auxilium bonorũ contra multitudinem, ne virtuoſi ab ea grauentur. 82.3.E
Rex aſſumitur ex virtuoſis, excedens ſecundum virtutem, vel ſecundum nobilitatem generis. 82.3.E
Reſpublica optima & prima, ex ſe, minime eſt corruptibilis ſecundum Platonem, cum ſit maxime vna. 90.1.D
Reſpublica paucorum, qũo ſit inſtituenda, quot ſint eius ſpecies, & quæ optima, quæ peſsima ſit. 97.1.ABCD
Reſpublica popularis optima, eſt, ex prſa & optima multitudine populari, quæ agricolarum eſt. 93.4.H. probatio, huius habetur. 94.1.ABCD. proxima huic, quæ ex paſtoribus conſtituitur. ibidem.4.GH
Reſpublica mutari quot modis contingat. 70.2.A
Reſpublica á quo ſaluetur medio, cuius tranſgreſſio corrũpit eam. 81.2.D.3.EFGH
Reſpublica popularis & paucorum, penes quos eſſe dicatur, & qui ſint in eis regentes. 54.2.D
Reſpublicæ non diſtinguuntur ſeu determinantur per ſe multitudine & paucitate ibidem
Reſpublica paucorum eſt, cum tantum diuites principatum tenent ibidem.3.E
Reſpublicæ diuerſificantur ſecundũ diuerſitatem eius qđ principatur in eis. 91.4.F
Reſpublicæ omnes intendunt aliquod iuſtum, & æquale ſm proportionem cum intendant ſaluationem. 69.4.F
Reſpublicæ interdum deſtruuntur per ſe ipſas, interdum vero per externas cauſas. 78.3.E. per quid eædem ſaluantur ponitur. ibidem.GH
Reſpublicæ corrũpi poſſunt ex quinq; principijs, quorũ et præſeruaciones ponunt diffuſe. 79.2.D.80.1.ABCD
Reſpublicæ quomodo tranſmutentur. 73.4.EFGH
Reſpublicæ multæ, propter quas cauſas fuerint diuerſimode deſtructæ. 78.1.2.ABC
Rerumpublicarum diuerſitas eſt ex diuerſitate finis, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finem. 109.3.F
Reuerentia eſt triſtitia propter apparentem ingloriationem. 88.1.A
SAcerdotes, inter alios homines vacare debent contemplationi. 114.2.C
Sacerdotes qui curam habent de cultu diuino, non debent aſſumi per ſortem ſed per electionem. 66.4.E
Sacerdotium noo debet demandari agricolæ vel artifici, ſed principalioribus ciuibus. 110.4.H
Sapiens vt plurimũ diligit magis bonum cõe ꝙ propriũ, ideo non ſuſcitat in ciuitate ſeditionem. 70.1.A
Sapiens & philoſophus facile ditari poſſet ſi vellet, ſed id non eſt philoſopho curæ. 12.2.BC
Sapientes non male iudicant de ſe ipſis, quia habent prudentiam & appetitum rectum. 38.2.D
Scientia quæ cõſtituit aliquid ineſſe vt eo vtatur, melius iudicat, & certius omnibus. 41.4.H
Scientia dominatiua conſiſtit in hoc, vt homo ſciat vti ſeruis præcipiendo eis. 7.4.H
Scientia conſiderans aliquam naturam, conſiderat paſſiones etiam illius naturæ. 52.1.D
Scientiæ humanæ quæ ſunt de rebus naturalibus ſunt ſpeculatiuæ, quæ vero ſunt de rebus ab homine factis, ſunt practicæ. 1.1.D
Scientiæ ſeruilis & liberæ differentia quæ ſit. 7.4.EF
Signa io denarijs argenteis & aureis, fuerunt impreſſa ad quantitatem demonſtrandam. 9.4.F
Seditio ciuium oritur non ſolum propter inæqualitatem poſſeſſionis, ſed etiã ob inæqualitatem honoris. 22.4.H
Seditio in ciuitate fit per tranſgreſſionem iuſtitiæ, per quã conſeruatur pax. 23.3.G
Seditiones qũo ſuſcitentur á populo in ſtatu paucorum, & quomodo á diuitibus in ſtatu populari. 73.1.A. quomodo per diſpoſitionem ſitus. ibidem.BC
Seditionis exempla quinq; ponuntur diffuſe. 73.3.EFG
Seditiones qua de cauſa excitentur, & quid ſit illud quod homines ſeditioſos efficiat. 71.1.A
Sedioones qualiter propter exceſſum, propter timorem, & qualiter pp contemptum & excreſcentiam ſiant. 72.1.ABCD. qũo ob diſſimilitudinem ibidem.3.H
Sedioones á paruis principijs multum inualeſcũt. 73.2.A maxime autem quando ſit diſſidium inter diuites habẽtes poteſtatem in ciuitate ibidem.B
Seditionũ cauſarũ enumeratio ĩ vrbibus exiſtẽtiũ. 73.1.D
Seditionũ principia maxime diſpoſitiua duo ſunt honor & lucrũ & qũo hoc ſit verũ io ambobus. 71.3.EFGH
Seruus, an liceat ꝙ aliqua ſit virtute prędiius. 13.1.C
Seruus in quantum ſeruus, non habet cõſilium de ſuis actibus. 13.3.F
Seruus præ ſeruo, dominus præ domino, puerbium. 7.4.E
Seruus & fœmina natura ſunt diſtincta. 2.2.B
Seruus & fœmina apud barbaros nõ ſunt diſtincta ſed eodem gradu habentur. 2.2.D
Seruus in domo, organũ, ſiue inſtrũm animatũ eſt. 4.3.H
Seruus eſt, q ſm naturã ſui ipſius nõ eſt, ſed alteri⁹. 4.4.H
Seruus eſt organum animatum, actiuum, ſeparatum, alterius homo exiſtens. 5.1.A
Seruus naturaliter eſt, qui ſecundum naturã validus eſt ad opera corporis, & impotens ad opera rationis. 5.4.H
Seruus & ſeruire dupliciter contingit. ſ. ſecundũ naturam, & ſecundum legem. 6.2.D
Seruitus quæ ex bello oritur, iuſta eſt ſecundum quid, nõ ſimpliciter. 6.4.EFG
Seruitus quæ ſequitur ex bello iniuſto non eſt ſimpliciter iuſta ibidem
Seruitus & libertas, nobilitas & ignobilitas determinãtur virtute mentis. 7.1.D
Somous & ebrietas, licet ſint hominibus delectabilia, tñ ſecundum ſe, nec bona nec ſtudioſa ſunt. 127.4.E
Somnus & ebrietas conſiderationem remouent, & rationis viſum ibidem
Speculatiuus ſeparatus eſt á corpore & ſenſibilibus ſecundum electionem, quamuis non ſecundum rem. 102.2.B
Speculatiua vita, an ſit actiua eligibilior, quæ ſit earũ deſcriptio, & earum officium ponitur. ibidem
Status popularis, quomodo ſit adminiſtrandus, qui oẽs indifferenter

indifferenter admittit. 95.1.D. quibus documentis firmiter, præter Cliſtenis documenta tradita. ibidem. 3.H
Status popularis non prohibet mulieres pauperum exire ad negociationes, ſed pręcipit, quod non facit ſtatus optimatum. 68.1.B
Status popularis quomodo incidat in tyrannidē. 74.2.C quod fit per malitiam eorum qui duces ſunt in populo. ibi.3.E.&.75.1.A B C
Status popularis & paucorū, ſunt male ordinati. 70.3.H at ſtatus popularis magis ſecurus. ibid.4.G H
Status paucorum immutatur vel in ſeipſum vel in tyrannidem, & quomodo. 74.2.D
Status paucorum ex quibus contingat fieri fortis & debilis, & quę ſint elemēta ad ipſum firmandū. 97.3.F G H
Subſtantiæ, cuius eſt generatio ſimpliciter, eſt etiam corruptio ſimpliciter. 90.1.D
TEmperantia reprimit motus concupiſcentiæ, iuſtitia vero dirigit operationes hoīs ad alterum. 119.2.A
Thaletis Mileſii factum ad pecuniam lucrandam, vbi pariter dicit̄ facile eē homini philoſopho ditari. 12.2.A
Timor cōis adunat eos qui valde ſunt ſeparati. 74.3.F
Timor eſt triſtitia vel turbatio propter fantaſiā futuri mali. ibidem
Timor q̄ſo facit timentē ſeſe inimico coniungere. ibidem
Timor eſt vna ex cauſis, quibus contra principem fit inſurrectio. 84.2.B
Timoris ſeruilis & liberi differentia quæ ſit, & quæ horū deſcriptio, & qui eis maxime afficiantur. 114.1.D
Totum naturaliter eſt prius ꝙ partes materiæ, licet partes priores ſint ordine generationis. 3.4.F
Totum perfectum in rebus naturalibus inuenitur eſſe conſtitutum ex diuerſis partibus ſecundum ſpeciem. 15.3.G
Totum quod componitur ex partibus eiuſdem ſpeciei, eſt imperfectum in genere naturæ ibidem.
Tripodes in miniſterio templi ſe ipſos mouentes. 4.4.G
Tyrannis & paucorum ſtatus ſunt minoris durationis inter reſp. quia plus recedunt à regno quod per ſe diuturnius eſt. 89.1.C. quomodo fiant diuturniores, & hoc ꝑ exempla ibidem
Tyrannis corrumpi poteſt à cauſa extrinſeca puta à potentiori repub. contraria. 84.4.H. & ab intrinſeca, puta à familiaribus coniurantibus contra tyrannum. 85.1.B
Tyrannis originem habet à populo ac multitudine contra nobilitatem. 82.3.E
Tyrannis quomodo fiebat priſcis temporibus, & quomodo fiat nunc. ibidem
Tyrannis, quia inordinata eſt, de facili eſt corruptibilis. 86.1.D. ponuntur item principia quibus ſaluat̄ ibid.
Tyrannis ſaluatur diuiſione ſubditorum inter ſe & eorundem paupertate. 86.3.E F
Tyrannis maxime corrumpitur odio & contemptu, tanꝗ̄ principalibus cauſis. 85.2.A
Tyrannus vt ſaluet tyrannidem non debet apparere ſubditis ſæuus, quia ſæuitia reddit eum odioſum. 88.1.A
Tyrannus non debet fidere amicis ſi vult ſaluare tyrannidem, cum poſsit ab ipſis maxime ſubuerti. 86.4.F
Tyrannus tria conſiderat ad ſaluandum tyrannidem, puſillanimitatem, ſcilicet ſubditorum, diſſidētiam, & paupertatem. 87.2.A
Tyrannus, quibus modis capere poſsit ſubditorum amorē & reuerentiā, quibus ſaluatur tyrannis. 89.1.A B C D
Tyrannus non intendit bonū commune ſed propriū, quia intendit delectationem ſecundum ſenſum. 83.1.A
Tyrannus accipit mala quæ ſunt in ſtatu paucorum, & ea quæ ſunt in populari, 83.2.C
Tyrānis & regnū, quibus ex cauſis diſſoluantur. ibid.2.C
Tyrannorum occiſores honorantur & quare. 23.1.C
Tyrannidum, quæ diuturniores & quæ breuioris temporis fuerint numerantur. 89.2.C D
Tyrannidi contrariatur ſtatus popularis per accidēs ſicut figulus figulo. 85.1.A B
Tyrannus, vt conſeruet tyrannidem debet facere ſeipſum potius ſemibonum ꝗ̄ malignum. 89.1.B
Tyrannus quas iniurias vitare debet, ne ſubditis inferat, quibus principatum amittere poſſet. 88.3.E F G
Tyrannia ſaluatur per acceſsionem ad regnū, & ad illud quod eſt ſecundum rationem. 87.3.E
VIolentia nunꝗ̄ eſt ſine aliqua virtute eius, qui violentiam facit. 6.3.G
Vita tripliciter dicitur. ſ. anima, operatio, & conuerſatio. 80.1.A
Vita contemplatiua principaliter conſiſtit in applicatione hominis ſecundum intellectum ad primum obiectū & optimum. 102.2.A
Vir non habet plenariam poteſtatem ſuper vxorem quantum ad oīa ſed ſecundū ꝙ exigit lex matrimonij. 12.4.E
Vitæ diuerſa genera habentur. 83.4.E F G H
Virtus boni ciuis, & virtus boni viri non eſt eadē. 34.4.E
Virtus propria principis eſt prudentia, quæ regit & gubernat. 35.3.F
Virtus non deſtruit illud cuius eſt, & qđ habet eā. 40.1.A
Virtus figuræ cœleſtis non recipitur in contento, niſi mediante continente proximo. 108.3.F
Virtuoſi & excellentes in virtute, iuſte poſſunt mouere ſeditionem in ciuitate, cum id minime faciant. 70.1.A & inducuntur ad hoc duæ rationes. ibidem
Voluntas hominis eſt principaliter de fine humanæ vitæ, ad quem ordinatur tota politica conuerſatio. 14.3.G
Virtutes omnes, quæ ordinantur ad vacationem præexiguntur ad felicitatem vniuſcuiuſcunꝗ̄ ciuitatis. 119.1.B

Iulij Martiani Rotæ in octo libros Politicorum.

περιοχή

Quærere Primus opes, vrbisq́; exordia monſtrat.
Excutit hinc veterum ciues, & iura Secundus.
Tertius in varias diſtinguit publica partes.
Altius hæc eadem ſecernit ſingula Quartus.
Quintus habet lapſus, & habet retiacula Quintus.
Oſtendit populis ſua quæq; regimina Sextus.
Septimus extructam componit legibus vrbem.
Creſcentis ſobolis mores Octauus adumbrat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

ARISTOTELIS STAGIRITÆ

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, Politicorum ſeu de rebus Ciuilibus LIBER PRIMVS.

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Ciuitas ex vicis, Vicus ex domibus cohaluit. Domus autem vel ex viro & vxore, vel patre & liberis, vel ex domino & ſeruis componitur, harum prima & ſecunda naturalis eſt, tertia quandoq; naturalis eſt, quandoq; non, ſunt.n.quidam natura ſerui & domini, quidam legibus acquiſiti. Acquiſitionis etiam ſpecies multæ Naturales, vt captura, paſtio, & agricultura, Non naturales vt, mercatura, fænus, & mercenaria. Porrò in his omnibus, quod ſecundum naturã, expetendum & præferendum eſt: quod autem præter naturam, poſtponendum, & fugiendum.

LECTIO PRIMA.

Ciuitatũ origo, quidq; ciuitas ſit, & ꝙ homo ciuile ſit animal, ciuitatemq; natura priorem eſſe ſuis partibus, vico & domo.

Leonardi Aretini translatio.

QVoniam videmus omnem ciuitatem eſſe ſocietatem quandam: & omnem ſocietatem boni alicuius gratia conſtitutam. Nam eius gratia quod bonũ videtur, omnia omnes agunt: patet ꝙ bonum aliquod omnes coniectant.

Tex.cõ.22. SIcut Philoſophus docet in Secundo Phyſic. Ars imitatur naturam. Cuius ratio eſt: quia ſicut ſe habent principia adinuicem: ita proportionabiliter ſe habent operationes & effectus. Principium autem eorum, quæ ſm artem fiunt: eſt intellectus humanus: qui ſm ſimilitudinem quandam deriuatur ab intellectu diuino: qui eſt principium rerum naturaliũ. Vnde neceſſe eſt: ꝙ & operationes artis imitentur operationes naturæ. & ea quæ ſunt ſm artem: imitentur ea, quæ ſunt in natura. Si.n.aliquis inſtructor alicuius artis opus artis efficeret: oporteret diſcipulum, qui ab eo artem ſuſcepiſſet, ad opus illius attendere, vt ad eius ſimilitudinem & ipſe operaret. Et ideo intellectus humanus, ad quem intelligibile lumẽ ab intellectu diuino deriuatur: neceſſe habet in his, quæ facit informari ex inſpectione eorum, quæ ſunt naturaliter facta, vt ſimiliter operetur. Et inde eſt ꝙ Philoſ. dicit, Quòd ſi ars faceret ea, quæ ſunt naturę, ſimiliter operaretur ſicut & natura: & econuerſo, ſi natura faceret ea, q̃ ſunt artis, ſimiliter faceret ſicut ars facit, ſed natura quidem non perficit ea, quæ ſunt artis: ſed ſolum quædam principia pręparat: & exẽplar operandi quodãmodo artificibus præbet. Ars verò inſpicere quidem poteſt ea: quæ ſunt naturæ: & eis vti ad opus proprium perficiendum: perficere verò ea non poteſt. Ex quo patet, ꝙ ratio humana eorum, quæ ſunt ſm naturam, eſt cognoſcitiua tantum: eorum verò quæ ſunt ſm artem, eſt & cognoſcitiua & factiua. vnde oportet ꝙ ſcientiæ humanæ quæ ſunt de rebus naturalibus ſint ſpeculatiuæ. Quæ verò ſunt de rebus ab homine factis, ſint practicæ ſiue operatiuæ ſm imitationem naturæ. Procedit autem natura in ſua operatione ex ſimplicibus ad compoſita: ita ꝙ in eis, quæ per operationem naturæ fiunt, quod eſt maxime compoſitum, eſt perfectum & totum, & finis aliorum, ſicut apparet in omnibus totis reſpectu ſuarum partiũ. Vnde & ratio hominis operatiua ex ſimplicibus ad compoſita procedit, tanquam ex imperfectis ad perfecta. Cũ autem ratio humana diſponere habeat non ſolum de his quæ in vſum hominis veniunt: ſed etiam de ipſis hominibus, qui ratione reguntur, in vtriſque procedit ex ſimplicibus ad compoſitum. In illis quidem rebus, quæ in vſum hominis veniunt, ſicut cum ex lignis conſtituit nauem, & ex lignis & lapidibus domum. In ipſis autem hominibus, ſicut cum multos homines ordinat in vnam quandam cõmunitatem, quarum quidem communitatum cum diuerſi ſint gradus & ordines: vltima eſt communitas ciuitatis ordinata ad per ſe ſufficientia vitæ humanæ. Vnde inter omnes cõmunitates humanas ipſa eſt

B perfectiſſima. Et quia ea, quæ in vſum hominis veniũt, ordinantur ad hominem, ſicut ad finem, qui eſt principalior his quæ ſunt ad finem: ideo neceſſe eſt, ꝙ hoc totum quod eſt ciuitas, ſit principalius omnibus totis, quæ ratione humana cognoſci & cõſtitui poſſunt. Ex his igitur quæ dicta ſunt circa doctrinam Politicam, quam Ariſt. in hoc libro tradit, quatuor accipere poſſumus. Primo quidem neceſſitatem huius ſcientiæ: omnium enim quæ ratione cognoſci poſſunt: neceſſe eſt aliquam doctrinã tradi ad perfectionem humanæ ſapientiæ, quæ Philoſophia vocatur. Cum igitur hoc totum, quod eſt ciuitas, ſit cuidam rationis iudicio ſubiectum: neceſſe fuit ad cõplementum Philoſophiæ de ciuitate doctrinam tradere, quę Politica nominatur, i. ciuilis ſcientia. Secundo poſſumus accipere genus huius ſcientię. Cum enim ſcientię practicæ à ſpeculatiuis diſtinguantur in hoc, ꝙ ſpeculatiuæ ordinantur ſolum ad ſcientiam veritatis: practicæ verò ad opus: neceſſe eſt hanc ſcientiam ſub practica Phi

C loſophia contineri, cum ciuitas ſit quoddam totum, cuius humana ratio non ſolum eſt cognoſcitiua, ſed etiam operatiua. Rurſumq; cum ratio quædam operetur ꝑ modum factionis, operatione in exteriorem materiam trãſeunte, quod proprie ad artes pertinet, quæ mechanicæ vocantur, vtpote fabrilis, & nauifactiua, & ſimiles. Quędam verò operetur per modum actionis, operatione manẽte in eo qui operatur, ſicut eſt conſiliari, eligere, velle, & huiuſmodi, quę ad moralem ſcientiam pertinent. Manifeſtum eſt Politicam ſcientiam, quæ de hominum conſiderat ordinatione, non contineri ſub factiuis ſcientiis, quæ ſunt artes mechanicæ: ſed ſub actiuis, quæ ſunt ſcientiæ morales. Tertio poſſumus accipere dignitatem & ordinem politicæ ad omnes alias ſcientias practicas. Eſt.n. ciuitas principaliſſimum eorum, quæ humana ratione conſtitui poſſunt. Nam ad ipſam omnes cõmunitates humanæ referuntur. Rurſumq; omnia tota, quæ ꝑ artes mechanicas conſtituuntur ex rebus in vſum homi-

D num venientibus, ad homines ordinantur, ſicut ad finẽ. Si igitur principalior ſcientia eſt, quæ eſt de nobiliori & perfectiori: neceſſe eſt Politicam inter omnes ſcientias practicas eſſe principaliorem, & architectonicam oĩum aliarum, vtpote conſiderans vltimum & perfectum bonũ in rebus humanis. Et propter hoc Philoſophus dicit in fine 10. Ethic. ꝙ ad Politicã perficitur Philoſophia, quæ eſt circa res humana. Quarto ex prædictis accipere poſſumus modum & ordinem huiuſmodi ſcientiæ. Sicut enim ſcientiæ ſpeculatiuæ quæ de aliquo toto conſiderant ex conſideratione partium, principiorum notitiam de toto perficiunt, paſſiones & operationes totius manifeſtando: ſic & hæc ſcientia principia & partes ciuitatis conſiderans, de ipſa notitiam tradit, partes & paſſiones & operationes eius manifeſtans: & quia practica eſt, manifeſtat inſuper quomodo ſingula perfici poſſunt, quod eſt neceſſarium in omni practica ſcientia.

His igitur prælibatis, ſciendum eſt, ꝙ Ariſtoteles in hoc lib. præmittit quoddam procemium, in quo manifeſtat intentionem huius ſcientię, deinde accedit ad propoſitum manifeſtandum. ibi. {Qm̃ declaratum eſt quibus ex partibus &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit dignitatem ciuitatis, de qua eſt politica ex eius fine. Secundo oſtendit comparationem ciuitatis ad alias communitates. ibi. {Quicunq; verò putant &c.} Circa primum duo intendit probare: quorum primum eſt, ꝙ ciuitas ordinetur ad aliquod bonum ſicut ad finem. Secũdo ꝙ bonum ad quod ordinatur ciuitas, ſit principaliſſimũ inter bona humana. ibi. {Maxime verò principaliſſimũ omnium &c.} Circa primum ponit talem rationem. Omnis cõitas eſt inſtituta gratia alicuius boni. Sed omnis ciuitas eſt cõitas quædam, vt manifeſte videmus. Ergo omnis ciuitas eſt inſtituta gratia alicuius boni. Quia igitur minor manifeſta eſt, maiorem ſic probat. Omnes hoĩes omnia quæ faciunt operantur gratia eius quod videtur bonum, ſiue ſit vere bonum, ſiue non. Sed omnis cõitas eſt inſtituta aliquo operante. Ergo omnes communitates coniectant aliquod bonum, i. intendunt aliquod bonum ſicut finem. Deinde cum dicit.

Maxime verò principaliſſimum omnium, quæ eſt principaliſſima, & cæteras omnes complectitur. Eſt autem hæc illa, quæ ciuitas appellatur & ciuilis ſocietas.

Oſtendit ꝙ illud bonum, ad quod ordinatur ciuitas, eſt principaliſſimum inter bona humana tali ratione. Si omnis cõmunitas ordinatur ad bonum: neceſſe eſt ꝙ illa cõmunitas, quæ eſt maxime principalis, maxime ſit coniectatrix boni, quod eſt inter omnia humana bona principaliſſimum. Oportet. n. ꝙ proportio eorum quæ ſunt ad finem, ſit ſm proportionem finium. Quæ autem communitas ſit maxime principalis, manifeſtat per hoc qđ addit. {Et cæteras omnes complectitur.} Eſt enim communitas quoddam totum: in omnibus autem totis, talis ordo inuenitur, ꝙ illud totum quod in ſe includit aliud totum, principalius, ſicut paries eſt quoddam totum: & quia includitur in hoc toto, quod eſt domus, manifeſtum eſt, ꝙ domus eſt principalius totum: & ſimiliter communitas quæ includit alias communitates, eſt principalior. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ciuitas includit omnes alias cõmunitates. Nam & domus & vici ſub ciuitate comprehenduntur, & ſic ipſa cõitas politica eſt communitas principaliſſima. Eſt ergo coniectatrix principaliſſimi boni inter omnia bona humana: intendit enim bonum cõe, quod eſt melius & diuinius ꝗ̃ bonum vnius, vt dicitur in principio Ethicorum. Deinde cum dicit.

Lect. 1. cap. 1.

Quicunq; verò putant gubernatoris ciuitatem & regis, patriſq; familias, & domini, eandem eſſe rationem, non bene dicunt.

Comparat ciuitatem ad alias communitates, & circa hoc tria facit. Primo ponit quorundam falſam opinionem. Secundo oſtendit qũo poſitæ opinionis falſitas innoteſcere poſſit. ibi. {Sed hæc vera non ſunt &c.} Tertio ſm aſſignatum modum ponit veram cõparationem ciuitatis ad alias communitates. ibi. {Primum igitur neceſſe eſt combinare &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit falſam opinionem. Secundo inducit eorum rationem. ibi. {Multitudine. n. & paucitate &c.} Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ duplex eſt communitas omnibus manifeſta, ſ. ciuitatis & domus. ciuitas autem duplici regimine regitur, ſ. politico & regali. Regale quidem eſt regimen quando ille, qui ciuitati præeſt, habet plenariam poteſtatem. Politicum autem regimen eſt, qñ ille qui præeſt, habet poteſtatem coarctatam ſm aliquas leges ciuitatis. Et ſimiliter duplex eſt regimen domus, ſ. œconomicum & deſpoticum. Deſpotes quidem vocatur omnis habens ſeruos. œconomus autem vocatur ꝓcurator, vel diſpenſator alicuius familiæ. Vnde deſpoticum regimen eſt, quo aliquis dominus ſuis ſeruis præſidet. œconomicum autem regimẽ eſt, quo aliquis diſpenſat ea quæ pertinent ad totam familiam, in qua continentur non ſolum ſerui, ſed etiam liberi multi. Poſuerunt ergo quidam, ſed non bene, quod iſta regimina non differunt, ſed ſunt omnino idem. Deinde cum dicit.

Multitudine. n. & paucitate, ſed non ſpecie, illorum ſingulos putant differre, veluti ſi paucorum quidem, dominum: ſi verò plurium, patrem familias: ſi etiam plurium, gubernatorem ciuitatis vel regem, quaſi nihil differat magna domus, & parua ciuitas: gubernatorq; ciuitatis & rex, qñ quidem idem præſidet & regit. Qñ vero ſm rationem talis ſcientiæ in parte præſidet, & in parte ſubeſt, gubernator ciuitatis.

Ponit rationem eorum, quæ talis eſt. Quæcunque differunt ſolum multitudine & paucitate, non differunt ſpecie, quia differentia quæ eſt ſecundum magis & minus, non diuerſificat ſpeciem. Sed prędicta regimina differunt ſolum multitudine & paucitate, quod ſic manifeſtabant. Si enim communitas quæ regitur ſit paucorum, ſicut in aliqua parua domo ille qui præeſt dicitur paterfamilias, ad quem pertinet deſpoticus principatus. Si autem ſit adhuc plurium, ita ꝙ non ſolum contineat ſeruos, ſed etiam multitudinem liberorum, dicitur ille ꝗ præeſt œconomus. Si autem ſit adhuc plurium, puta nõ ſolum eorum qui ſunt vnius domus ſed vnius ciuitatis, tunc dicitur regimen politicum aut regale. Quod quidã dicebant tanquam nihil differret domus à ciuitate niſi magnitudine & paruitate: ita ꝙ magna domus ſit parua ciuitas, & econuerſo, quod ex ſequentibus patebit eſſe falſum. Similiter etiam politicum & regale regimen ponebant differre ſolum multitudine & paucitate. Qñ enim ipſe homo præeſt ſimpliciter & ſecundum omnia, dicitur regimen regale. Quando verò ſecundum rationem talis ſcientiæ in parte præſidet, idem ſecundum leges poſitas per diſciplinam politicam, eſt regimen politicum, quaſi ſm partem principetur, quantum ad ea, ſ. quæ eius poteſtati ſubſunt, & ſm partem ſit ſubiectus, quãtum ad ea, in quibus ſubiicitur legi. Ex quibus omnibus concludebant, ꝙ omnia prædicta regimina, quorum quædam pertinent ad ciuitatem, quædam ad domum, non differant ſpecie. Deinde cum dicit.

Sed hęc vera nõ ſunt, quod manifeſtum erit ſm hanc doctrinam conſiderantibus. Vt enim in aliis compoſitum vſq; ad incõpoſita diuidere neceſſarium eſt: hæ nãque ſunt minime totius particulæ, ita ciuitatem ex quibus cõponitur cõſiderantes, & quid illa differant inter ſe: & ſi qd artificij recipiunt ſingula ipſorũ intuebimur. Siquis igit̃ ab initio rerũ originẽ inſpicit, vt in aliis, ſic & in iſtis optime diſcerneret.

Oſtendit modum manifeſtandi falſitatem prædictæ opinionis: & dicit, ꝙ ea q̃ dicta ſunt nõ ſunt vera: & hoc erit manifeſtum ſm hanc doctrinam conſiderantibus, i. ſm artem conſiderandi talia quæ infra ponentur. Modus autem huius artis eſt talis. Quòd ſicut in aliis rebus ad cognitionem totius neceſſe eſt diuidere cõpoſitum vſq; ad incompoſita, i. vſq; ad indiuiſibilia, quæ ſunt minime partes totius: puta, ad cognoſcẽdum orationem, neceſſe eſt diuidere vſq; ad literas. Et ad cognoſcendum corpus naturale mixtum, neceſſe eſt diuidere vſq; ad elementa, ſic ſi conſideremus ex quibus ciuitas cõponatur, magis

poterimus

poterimus videre de præmiſſis regiminibus quid vnumquodq; ſit ſm ſe, & quid differant adinuicem, & vtrum aliquid ſm vnumquodq; eorum poſſit artificialr̃ conſiderari. In omnibus enim ita videmus, q̃ ſi quis inſpiciat res ſm q̃ oriuntur ex ſuo principio, optime poterit in eis contemplari veritatem. Et hoc ſicut eſt verum in aliis rebus, ita etiam eſt verum in his de quibus intendimus. In his autem verbis philoſophi conſiderandum eſt, q̃ ad cognitionem compoſitorum: primo opus eſt via reſolutionis, vt. ſ. diuidamus compoſitum vſq; ad indiuidua. Poſtmodum verò neceſſaria eſt via compoſitionis, vt ex principiis indiuiſibilibus iam notis diiudicemus de rebus q̃ ex principiis cauſantur. Deinde cum dicit.

Primum igitur neceſſe eſt cõbinare illos qui non poſſunt eſſe niſi ſimul, ceu marẽ & fœminam generationis cauſa. Et hoc nõ ex electione, ſed velut in cæteris animalibus & plãtis, naturale eſt deſiderium tale alterum relinquendi.

Secundum præmiſſum modum, ponit veram comparationem aliarum communitatum ad ciuitatem, & circa hoc duo facit. Primo agit de aliis communitatibus, quæ ordinãtur ad ciuitatem. Secundo de communitate ciuitatis. ibi. {Quę autem ex pluribus pagis &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit cõmunitatem perſonæ ad perſonam. Secundo ponit communitatem domus q̃ complectitur diuerſas perſonarum cõmunicationes. ibi. {Ex his duabus igitur &c.} Tertio ponit cõmunitatem vici, quæ eſt ex pluribus multitudinibus. ibi. {Sed quæ ex pluribus domibus &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit duas communicationes perſonales. Secundo cõparat eas adinuicem. ibi. {Natura quidẽ igitur &c.} Duarum autem cõicationum perſonalium, primo ponit eam quæ eſt maris & fœminæ: & dicit. Quòd quia oporteret nos diuidere ciuitatẽ vſq; ad partes minimas: neceſſe eſt dicere, q̃ prima combinatio eſt perſonarum, quę ſine ſe inuicem eſſe non poſſunt, ſ. maris & fœminæ. Huiuſmodi enim combinatio eſt propter generationem, per quam producuntur & mares & fœminę. Et ex hoc patet q̃ ſine ſeinuicem eſſe non poſſunt. Sed qualr̃ iſta combinatio ſit prima, oſtendit per hoc quod ſubdit. {Quod nõ ex electione.} Vbi conſiderandum eſt, q̃ in homine eſt aliquid quod eſt proprium eius, ſ. ratio, ſm quam ei competit q̃ ex conſilio & electione agat. Inuenitur etiam aliquid in homine, quod eſt cõmune ei & aliis, & huius eſt generare. Hoc igitur non competit eis ex electione, i. ſm q̃ habet rationem eligentem, ſed competit eis ſm rationem communem ſibi & animalibus, & etiam plantis. Omnibus. n. his ineſt naturalis appetitus vt poſt ſe derelinquat alterum tale quale ipſum eſt, vt ſic per generationem conſeruetur in ſpecie, quod idem numero conſeruari non poteſt. Eſt quidem igitur huiuſmodi naturalia appetitus etiam in omnibus aliis rebus naturalibus corruptibilibus. Sed quia & viuentia, ſ. plantæ & alia habẽt ſpecialem modum generandi, vt. ſ. generent ex ſeipſis: ideo ſpecialiter de plantis & animalibus mentionem facit. Nam etiam in plantis inuenitur vis maſculina & fœminina, ſed coniuncta in eodem indiuiduo: licet in vno abundet plus vna, in alio altera: ita. ſ. vt imaginemur plantam omni tempore eſſe talem, qualia ſunt mas & fœmina tempore coitus. Deinde cum dicit.

Imperans verò natura & parens, ꝓpter conſeruationem. Nam quod poteſt mente proſpicere, natura imperat ac dominatur: quod autẽ poteſt corpore hoc facere, paret natura & ſeruit, quapropter domino & ſeruo idem cõfert.

Ponit ſecundam communicationem perſonarum, ſ. principantis & ſubiecti, & hæc etiam communicatio eſt

A à natura propter ſalutem. Natura. n. non ſolum intendit generationem, ſed etiam q̃ generata ſaluentur: & q̃ hoc quidem contingat in hominibus per cõmunicationem principantis & ſubiecti: oſtendit per hoc, q̃ ille eſt naturaliter principans & dominans, qui ſuo intellectu poteſt præuidere ea quæ congruunt ſaluti: puta cauſando proficua & repellendo nociua. ille aũt qui poteſt per fortitudinem corporis implere opere quod ſapiens mente præuiderit, eſt naturalr̃ ſubiectus & ſeruus. Ex quo manifeſte patet, q̃ idem expedit vtriq; ad ſalutem, ſ. q̃ iſte principetur & ille ſubiiciatur. Ille. n. qui propter ſapientiam poteſt mente præuidere, interdum ſaluari non poſſet deficientibus viribus corporis, niſi haberet ſeruum q exequeretur, nec ille qui abũdat viribus corporis, poſſet ſaluari, niſi alterius prudentia regeret. Deinde cum dicit.

Natura igr̃ diſtincta ſunt fœmina & ſeruus. nihil. n. natura facit tale quale ſtatuarij Delphi-

B cum gladium ob inopiam, ſed vnum ad vnũ. Sic. n. optime inſtrumenta proficient, ſi eorum ſingula non multis, ſed vni deſeruiant.

Comparat prædictas communicationes adinuicem, & primo ſm veritatem. Secundo excludit errorem. ibi. {Verum apud barbaros &c.} Concludit ergo primo ex prędictis q̃ fœmina & ſeruus naturaliter diſtinguuntur. Fœmina. n. naturaliter eſt diſpoſita ad generandũ ex alio, non eſt autem robuſta corpore quod requiritur in ſeruo. Et ſic prædictæ duæ communicationes abinuicem differunt. Cauſas autem præmiſſæ diſtinctionis aſſignat ex hoc, q̃ natura non facit aliquod tale ſicut illi qui fabricãt ex ære. i. ex metallo Delphicum gladium pro aliquo paupere. Apud Delphos enim fiebant quidam gladij, quorum munus ad plura miniſteria deputabatur: puta, ſi vnus gladius eſſet ad incidendum, ad limandum, & ad aliqua alia huiuſmodi. Et hoc fiebat propter pauperes q

C non poterant plura inſtrumenta habere. Natura aũt ſic non facit vt vnum ordinet ad diuerſa officia, ſed vnum deputat ad vnum officium. Et propter hoc fœmina non deputatur à natura ad ſeruiendum, ſed ad generandum: ſic. n. optime fient omnia quando vnum inſtrumentum non deſeruit multis operibus, ſed vni tantum. Sed hoc eſt intelligendum quando accideret impedimẽtum in vtroque vel altero duorum operum, quibus idem inſtrumentum attribueretur: vt puta, ſi oporteret vtrũque opus frequenter ſimul exercere. Si autem per vices diuerſa opera exerceantur, nullum impedimentum ſequitur, ſi vnum inſtrumentum pluribus operibus accommodetur. Vnde & lingua congruit in duo opera naturę, ſ. in guſtum & locutionem, vt dicitur in ſecundo de partibus animalium. Non enim hæc duo opera ſm idem tempus ſibiinuicem coincidunt. Deinde cum dicit.

Verũ apud barbaros fœmina & ſeruus eo-

D dem gradu habentur.

Excludit errorem contrarium, & primo ponit errorẽ. Secundo oſtendit cauſam erroris. ibi. {Cauſa verò huius eſt &c.} Dicit ergo primo, q̃ apud barbaros fœmina & ſeruus habentur quaſi eiuſdem ordinis: vtuntur enim fœminis quaſi ſeruis. Poteſt autem hic eſſe dubium, qui dicantur barbari. Dicunt enim quidam omnem hominem barbarum eſſe ei qui linguam eius non intelligit. Vnde & Apoſtolus dicit. Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Quibuſdam autẽ videtur illos barbaros dici, qui non habent literalem locutionem in ſuo vulgari idiomate. Vnde & Beda dicitur in linguam Anglicam, liberales artes tranſtuliſſe, ne Anglici barbari reputarẽtur. Quibuſdam aũt videtur barbaros eſſe eos qui ab aliquibus cuiuslibet legibus non reguntur. Et quidem oĩa aliqualiter ad veritatem accedunt: in nomine. n. barbari extraneũ aliquod

Primę Corin. 14. cap.

intelligitur. Poteſt.n.aliquis homo extraneus dici, vel ſimplr̃ vel quo ad aliquem. Simpliciter quidem extraneus videtur ab humano genere, qui deficit ratione ſm quam homo dicitur: & ideo ſimplr̃ barbari nominantur illi, qui ratione deficiunt, vel propter regionem cęli quã intemperatam ſortiuntur, vt ex ipſa diſpoſitione regionis hebetes vt plurimum inueniantur, vel etiam propter aliquam malam conſuetudinem in aliquibus terris exiſtẽtem, ex qua prouenit vt homines irrationales & quaſi brutales reddantur. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ex virtute rationis procedit, ꝙ homines rationabili iure regantur, & ꝙ in literis exercitentur. Vnde barbaries conuenięter hoc ſigno declaratur, ꝙ homines vel non vtuntur legibus, vel irrationabilibus vtuntur: & ſimiliter, ꝙ apud aliquas gentes non ſint exercitia literarum, ſed quo ad aliquem dicitur eſſe extraneus, qui cum eo non communicat. Maxime autem homines nati ſunt ſibi communicare per ſermonem, & ſecundum hoc illi qui ſuum inuicem ſermonem non intelligunt, barbari ad ſeipſos dici poſſunt. Philoſophus autem loquitur hic de his, qui ſunt ſimpliciter barbari. Deinde cum dicit. E F

Cauſa verò huius eſt, quoniam quod natura dominetur non habent, ſed fit eorum ſocietas ex ſeruo & ſerua: quamobrem aiunt poetæ, Græcos barbaris dominari oportere, quod idẽ ſit natura barbarus & ſeruus.

Aſſignat cauſam prędicti erroris. Et dicit ꝙ cauſa eius eſt, quia apud Barbaros non eſt principatus ſm naturã. Dictum eſt enim ſupra ꝙ principans ſm naturam eſt qui poteſt mente præuidere. Seruus autem qui poteſt opere exequi. Barbari autem vt plurimum inueniuntur corpore robuſti & mente deficientes. Et ideo apud eos non poteſt eſſe naturalis ordo principatus & ſubiectionis. Sed apud ipſos fit quædam communicatio ſeruæ & ſerui, i. communiter vtuntur: ſerua, ſ. muliere & ſeruo: & quia naturaliter non eſt principatus in barbaris, ſed in his qui mente abundant. Propter hoc dicunt poetæ, ꝙ congruũ eſt ꝙ Græci qui ſapientia pręditi erant principentur barbaris, ac ſi idem ſit naturaliter eſſe barbarum & eſſe ſeruum. Cum autem ecõuerſo eſt, ſequitur peruerſio & inordinatio in mundo ſecundum illud Salomonis. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſicut ſeruos ſuper terram. Deinde cum dicit. G

Eccl.10.c.

Ex his igitur duabus ſocietatibus domus prima: recteq; Heſiodus inquit, domum in primis, mulieremq;, & bouem aratorem. Bos.n. pro ſeruo pauperibus eſt.

Determinat de communitate domus, quę conſtituitur ex pluribus communicationibus perſonalibus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ex quibus conſiſtit iſta cõmunitas. Scd̃o oſtendit ad qd ſit. ibi. {Quotidiana &c.} Tertio oſtendit quomodo nominãtur qui in hãc cõmunitate ſunt. ibi. {Quos Charundas &c.} Dicit ergo primo ꝙ ex prædictis duabus communitatibus perſonalibus, quarum vna eſt ad generationem, alia ad ſalutem, conſtituitur prima domus. Oportet.n. in domo eſſe virum & fœminam, & dominum & ſeruum. Ideo autem dicitur domus prima, quia eſt & alia cõmunicatio perſonalis, quæ inuenitur in domo, ſ. patris & filij quæ ex prima cauſatur. Vnde primæ duæ ſunt primordiales, & ad hoc inducit verbum Heſiodi poetæ qui dixit, ꝙ domus habet hæc tria, dominum qui præeminet, & mulierem & bouem ad arandum. In paupere enim domo bos eſt loco miniſtri. Vtitur.n. homo boue ad exequendũ aliquod opus ſicut & miniſtro. Deinde cum dicit. H

Quotidiana igitur ſocietas ſm naturam conſtituta, domus eſt, quos Charundas quidem E Homoſitios: Epimenides verò Cretenſis Homocapnos appellat.

Oſtendit ad quid ordinetur communitas domus. Vbi conſiderandum eſt, ꝙ omnis humana communicatio eſt ſm aliquos actus. Actuum autem humanorum quidam ſunt quotidiani, ſicut comedere, calefieri ad ignẽ, & alia huiuſmodi. Quidam autem non ſunt quotidiani, ſicut mercari, pugnare, & alia huiuſmodi. Naturale eſt autem hominibus vt in vtroq; genere operum ſibi cõmunicent ſe inuicem iuuãtes. Et ideo dicit, ꝙ nihil aliud eſt domus q̃ quædam communitas ſm naturam conſtituta in oẽm diem, i. ad actus qui occurrunt quotidie agendi. Et hoc manifeſtat conſequenter per nomina. Quidam.n. Charundas nomine, nominat eos qui communicãt in domo homoſitios, quaſi vnius pulmenti, quia communicant in cibo. Quidam autem alius nomine Epimenides natione Cretenſis, vocat eos Homocapnos, quaſi vnius fumi, quia ſedent ad eundem ignem. Deinde cum dicit. F

Sed quæ ex pluribus domibus conſtituitur ſocietas prima, vtilitatis gratia non quotidianæ, pagus eſt.

Ponit tertiam communitatem, ſ. vici. Et primo oſtendit ex quibus ſit iſta communitas & propter quid. Scd̃o oſtendit quod ſit naturalis. ibi. {Maxime verò ſm naturam &c.} Dicit ergo primo ꝙ prima cõmunicatio quæ eſt ex pluribus domibus, vocatur vicus: & dicitur prima ad differentiam ſecundæ quæ eſt ciuitas, hæc autem cõmunitas non eſt conſtituta in diem ſicut dicit de domo, ſed eſt inſtituta gratia vſus non diurnalis. Illi enim qui ſunt conuicanei, non communicant ſibi in actibus quotidianis, in quibus communicant ſibi illi qui ſunt vnius domus, ſicut eſt comedere, ſedere ad ignem & huiuſmodi, ſed communicant ſibi in aliquibus exterioribus actibus non quotidianis. Deinde cum dicit. G

Maxime verò ſm naturam videtur pagus propagatio quędam eſſe domus, quos dicimus coaluiſſe, & natos eſſe natorum.

Oſtendit ꝙ communitas vici ſit naturalis. Et primo oſtendit propoſitum per rationem. Secundo per quædã ſigna. ibi. {Quapropter primo &c.} Dicit ergo primo ꝙ vicinia domorum, quæ eſt vicus, maxime videtur eſſe ſm naturam. Nihil.n. eſt magis naturale quam propagatio multorum ex vno in animalibus, & hoc facit vicinia domorum. Hos.n. qui habent domos vicinas, quidam vocant collactaneos, puerosq;, ideſt filios, & puerorum pueros. i. nepotes. Vt intelligamus quod hmõi vicinia domorum ex hoc primo proceſſit, ꝙ filij & nepotes multiplicati inſtituerunt diuerſas domos iuxta ſe habitantes. Vnde cum multiplicatio prolis ſit naturalis, ſequitur ꝙ cõitas vici ſit naturalis. Deinde cum dicit. H

Quapropter primo ſub regibus ciuitates erant, nunc verò etiam gentes. Nam ex his qui ſuberant regno accreuerũt. Omnis aũt domus regitur à ſeniore: itaq; & genera inde propagata propter conſanguinitatem. Et hoc eſt ꝙ inquit Homerus. Iura dãt ſinguli natis & vxoribus, ſparſim nãq; & ſic antiquitus habitabãt.

Manifeſtat idem per ſigna. Et primo ſm ea quæ videmus in hominibus. Secundo ſm ea quæ dicebantur de diis. ibi. {Et deos ob hoc &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quia ex multiplicatione prolis conſtituta eſt vicinia. Ex hoc pceſſit ꝙ à principio quælibet ciuitas regebatur à rege, & adhuc aliquæ gentes habent regem, & ſi ſinguli ciuitates ſingulos reges non habeant: & hoc ideo ꝙ ciuitates & gentes conſtituunt ex his qui ſunt ſubiecti regi. Quõ

autem

autem ſignum hoc reſpondeat præmiſſis, oſtendit ꝑ hoc quod ſubditur. Quia omnis domus r. gitur ab aliquo antiquiſſimo, ſicut à patreſamilias reguntur filij. Et exinde contingit quod etiam tota vicinia quæ erat inſtituta ex conſanguineis, regebatur ꝓpter cognationem ab aliquo qui erat principalis in cognatione, ſicut ciuitas regitur à rege. Vnde Homerus dixit, ꝙ vnuſquiſq; vxori & pueris ſuis inſtituit leges, ſicut rex in ciuitate. Ideo aũt hoc regimen à domibus & vicis proceſſit ad ciuitates, quia diuerſi vici ſunt, ſicut ciuitas diſperſa in diuerſas partes. Et iõ antiquitus habitabant hoĩes diſperſi ꝑ vicos, non autem congregati in vnam ciuitatem. Sic ergo patet ꝙ regimen regis ſuper ciuitatem vel gentem ꝓceſſit à regimine antiquioris in domo vel vico. Deinde cum dicit.

Et deos, ob hoc ipſum, putant cuncti regem habere. Quoniam & ipſi partim nunc, partim antiquitus ſub regibus degebant. Quẽadmo-B dum verò formas humanas diis attribuunt homines, ſic etiam & vitas.

Ponit aliud ſignum per ea quæ de diis dicebantur. Et dicit, ꝙ propter præmiſſa oẽs gentiles dicebant ꝙ eorũ dij regebantur ab aliquo rege, dicẽtes Iouem eſſe regem deorum: & hoc ideo, quia hoĩes adhuc aliqui regibus reguntur. Antiquitus aũt ferè omnes regebantur regibus: hoc autem fuit primum regimen vt infra dicetur. homines aũt ſicut aſſimilant ſibi ſpecies deorum .i. formas eorum, æſtimantes deos eſſe in figura quorundam hominum, ita & aſſimilant ſibi vitas deorum .i. conuerſationes, æſtimantes eos conuerſari ſm ꝙ vident conuerſari homines. Hic Ariſt. nominae more Platonicorum ſubſtantias ſeparatas à materia ab vno tantum ſummo Deo creatas: quibus gentiles erronee & formas & conuerſationes hominum attribuebant, vt hic Philoſophus dicit.

C Quæ aũt ex pluribus pagis conficitur ſocietas, ciuitas eſt. Quę quidẽ, vt ita dixerim, totius ſufficientię finẽ habet. Conſtituta quidẽ gratia viuendi, exiſtens autem bene viuendi gratia.

Poſtq̃ Philoſophus determinauit de communitatibus ordinatis ad ciuitatem, hic determinat de ipſa communitate ciuitatis. Et diuiditur in partes tres. Primo oſtendit qualis ſit ciuitatis communitas. Secundo oſtendit ꝙ eſt naturalis. ibi. {Quapropter omnis ciuitas &c.} Tertio agit de inſtitutione ciuitatis. ibi. {Ex his igitur patet &c.} Circa primum oſtendit conditionem ciuitatis quantum ad tria. Primo oſtendit ex quibus ſit ciuitas. Quia ſicut vicus conſtituitur ex pluribus domibus, ita ciuitas ex pluribus vicis. Secundo dicit, ꝙ ciuitas eſt cõmunitas perfecta, quod ex hoc probat, quia cum omnis cõicatio omnium hominum ordinetur ad aliquid neceſſarium vitæ, illa erit perfecta cõitas quæ ordinatur ad hoc, D ꝙ homo habeat ſufficienter quicquid eſt neceſſarium ad vitam, talis aũt communitas eſt ciuitas. Eſt. n. de ratione ciuitatis ꝙ in ea inueniantur omnia quę ſufficiunt ad vitam humanam, ſicut contingit eſſe. Et propter hoc componitur ex pluribus vicis, in quorum vno exercetur ars fabrilis, in alio ars textoria, & ſic de aliis: vnde manifeſtum eſt ꝙ ciuitas eſt cõitas perfecta. Tertio oſtendit ad quid ciuitas ordinata ſit. eſt. n. primitus facta gratia viuendi, vt. ſ. homines ſufficienter inuenirent vnde viuere poſſent, ſed ex eius eſſe prouenit, ꝙ homines non ſolum viuant: ſed ꝙ bene viuant, inquantum per leges ciuitatis ordinatur vita hominũ ad virtutes. Deinde cum dicit.

Quapropter omnis ciuitas natura eſt, ſiquidem & primæ ſocietates, nam hic illarum eſt finis. Natura verò finis eſt, quale enim vnumquodq; eſt generationis perfectæ. Hanc vniuſ-

A cuiuſq; naturã eſſe dicimus, ceu hominis, equi, domus, inſuper cuius gratia & finis, optimum: ſufficientia verò, finis & optimum.

Oſtendit ꝙ communitas ciuitatis eſt naturalis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ ciuitas eſt naturalis. Secundo ꝙ homo eſt naturaliter animal ciuile. ibi. {Ex his igitur patet &c.} Tertio oſtendit quid ſit prius ſm naturam: vtrum vnus homo, aut domus, vel ciuitas. ibi. Et certè ſm naturam &c.} Circa primum ponit duas rationes, quarum prima talis eſt. Finis rerum naturalium eſt natura ipſarum. Sed ciuitas eſt finis prædictarum cõmunitatum, de quibus oſtenſum eſt quod ſunt naturales, ergo & ciuitas eſt naturalis. Quod autem natura ſit finis rerum naturalium, probat. ibi. {Quale enim &c.} tali ratione. Illud dicimus eſſe naturam vniuſcuiuſq; rei, qđ conuenit ei quando eſt eius generatio perfecta, ſicut natura hominis eſt quam habet poſt perfectionem generationis ipſius: & ſimiliter eſt de equo & de domo, vt tamen natura domus intelligatur forma ipſius, ſed diſpoſitio rei quam habet perfecta ſua generatione eſt finis omnium eorum, quæ ſunt ante generationem ipſius: ergo illud quod eſt finis naturalium principiorum, ex quibus aliquid generatur, eſt natura rei. Et ſic cum ciuitas generetur ex præmiſſis communitatibus quæ ſunt naturales, ipſa erit naturalis. Secundam rationem ponit. ibi. {Inſuper cuius gratia &c.} Quæ talis eſt. Illud quod eſt optimum in vnoquoq; eſt finis: & cuius gratia aliquid fit, ſed habere ſufficientiam eſt optimum, ergo habet rationem finis. Et ſic cum ciuitas ſit cõmunitas habens per ſe ſufficientiam vitę, ipſa eſt finis præmiſſarum cõmunitatum. Vnde patet ꝙ hæc ſecunda ratio inducitur vt probatio minoris præcedentis rationis. Deinde cum dicit.

Ex his igitur patet ciuitatem eſſe ex his, quę natura ſunt, & ꝙ homo natura ciuile ſit animal. Et qui abſque ciuitate eſt per naturam, nõ per fortunam, aut nequam eſt, aut potior q̃ homo. Vt ab Homero per contumeliam increpatur ſine tribu, ſine iure, ſine domo: nam ſimul talis eſt, & belli cupidus.

Oſtendit ꝙ homo ſit naturaliter ciuile animal. Et primo concludit hoc ex naturalitate ciuitatis. Secundo ꝓbat hoc per operationem propriam ipſius. ibi. {Ex quo patet ſociale animal &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ꝓpoſitum. Secundo excludit dubĩonem. ibi. {Et qui abſq; ciuitate eſt &c.} Concludit ergo primo ex præmiſſis, ꝙ ciuitas eſt eorum quæ ſunt ſm naturam. Et cum ciuitas non ſit niſi congregatio hominum, ſequitur ꝙ homo ſit animal naturaliter ciuile. Poſſet autem hoc alicui venire in dubium ex hoc, ꝙ ea quæ ſunt ſm naturam omnibus inſunt. Non autem omnes homines inueniuntur eſſe habitatores ciuitatum. Et ideo ad hãc dubitationem excludendam conſequenter dicit, quod aliqui ſunt non ciuiles propter fortunam: vtpote, quia ſunt expulſi de ciuitate, vel propter paupertatem neceſſe habent excolere agros, aut animalia cuſtodire. Et hoc patet quod non eſt contrarium ei quod dictum eſt, ꝙ homo ſit naturaliter ciuilis, quia & alia naturalia aliquando deficiunt propter fortunam: puta, cum alicui amputãtur manus, vel cum priuatur oculo. Sed ſi aliquis homo habeat ꝙ non ſit ciuilis, per naturam, aut nequam eſt: vtpote, cum hoc contingit ex corruptione naturæ humanæ, aut eſt melior q̃ homo, inquantum. ſ. habet naturam perfectiorem aliis hominibus communiter: ita quod per ſe ſibi poſſit ſufficere abſque hominum ſocietate, ſicut fuit in Io. Baptiſta & B. Antonio heremita. Adducit ad hoc dictum Homeri maledicentis quendam, qui non erat ciuilis ꝓꝑ prauitatem. Dicit. n. de ipſo ꝙ erat ſine tribu,

quia non poterat contineri vinculo amicitiæ. Et ſine iure, quia non poterat contineri ſub iugo legis. Et ſceleratus, quia non poterat contineri ſub regula rationis. Qui autem eſt talis ſm naturam, ſimul cum hoc oportet ꝙ habeat ꝙ ſit cupidus belli, quaſi litigioſus & ſine iugo exiſtens. Sicut videmus ꝙ volatilia, quæ non ſunt ſocialia, ſunt rapacia. Deinde cum dicit.

Ex quo patet ſociale animal eſſe hominem, magis, ꝗ omnis apis: & ꝗ omne gregarium. Nihil.n. vt diximus, fruſtra natura facit. Sermonē verò homo habet ſolus omnium aīalium. Nā vox quidem moleſti atq; iocundi ſignificatio eſt. Quapropter aliis quoq; exiſtit aīalibus: huc uſque.n. natura proceſſit in his, vt ſenſum habeant iocundi & moleſti, & hoc inter ſe ſignificare poſſint. At ſermo ad hoc datus eſt nobis, vt oſtendamus vtilitatem & dānum, atq; ita iuſtum & iniuſtum. Hoc.n. præter cætera aīalia hominibus ꝓprium eſt, vt boni & mali, ac iuſti & iniuſti, aliorum hmōi ſenſum habeant ſoli. Horumq; ſocietas facit domum & ciuitatem.

Probat ex propria operatione hominis ꝙ ſit animal ciuile, magis etiam ꝗ apis & ꝗ quodcunq; gregale aīal tali ratione. Dicimus.n. ꝙ natura nihil facit fruſtra, quia ſemper operatur ad finem determinatum. Vnde ſi natura attribuit alicui rei aliquid quod eſt de ſe ordinatum ad aliquem finem, ſequitur ꝙ ille finis detur illi rei à natura. Videmus.n. ꝙ cum quædam alia aīalia habeant vocem, ſolus homo ſupra alia animalia habet loquutionem. Nam & ſi quędam animalia loquutionem humanā proferant: non tñ proprie loquuntur, quia non intelligunt quid dicant, ſed ex vſu quodam tales voces proferunt. Eſt aūt differētia inter ſermonem & ſimplicem vocem. Nam vox eſt ſignum triſtitiæ & delectationis, & ꝑ conſequens aliarum paſſionum, vt iræ & timoris, quæ oēs ordinantur ad delectationem & triſtitiam, vt in 2.

Cap. 3. Ethic. dicitur. Et ideo vox datur aliis aīalibus, quorum natura vſq; ad hoc peruenit ꝙ ſentiāt ſuas delectationes & triſtitias: & hoc ſibiinuicem ſignificent per aliquas naturales voces. Sicut leo per rugitum, & canis ꝑ latratum: loco quorum nos habemus interiectiones. Sed loquutio humana ſignificat quid eſt vtile & quid nociuum. Ex quo ſequitur quod ſignificet iuſtum & iniuſtum. Conſiſtit.n. iuſtitia & iniuſtitia ex hoc, ꝙ aliqui adæquentur vel non adæquentur in rebus vtilibus & nociuis. Et iō loquutio eſt propria hoībus, quia hoc eſt ꝓprium eis in comparatione ad alia animalia ꝙ habeant cognitionem boni & mali, ita & iniuſti, & aliorum huiuſmodi quæ ſermone ſignificari poſſunt. Cum ergo homini datus ſit ſermo á natura, & ſermo ordinetur ad hoc ꝙ hoīes ſibiinuicem cōicent in vtili & nociuo, iuſto & iniuſto, & aliis huiuſmodi. Sequitur, ex quo natura nihil facit fruſtra, ꝙ naturaliter homines in his ſibi cōicent. Sed cōicatio in iſtis facit domum & ciuitatem. Igitur homo eſt naturaliter animal domeſticum & ciuile. Deinde cum dicit.

Et certe ſm naturam prius eſt ciuitas, ꝗ domus, & ꝗ ſinguli noſtrum. Nam totum prius eſſe ꝗ partem, neceſſarium eſt: perempto.n. toto, non erit pes, nec manus, niſi æquiuoce: veluti ſi quis dicat lapideam. nam corrupta quidē erit talis. Cuncta quidem opera diffinita ſunt & potentia. Itaq; cum amplius non ſint talia, non eſt dicendum illa eſſe eadem, ſed æquoca. Eſſe igitur ciuitatem natura, & prius ꝗ ſinguli

E manifeſtum eſt. Si.n. non eſt ſufficiens vnuſquiſq; ſeparatus, perinde ſe habet ac reliquę partes ad totum. Qui aūt in cōi ſocietate nequit eſſe, quiq; nullius indiget ꝑꝑ ſufficientiam, nulla pars eſt ciuitatis. Quare aut beſtia, aut Deus.

Oſtendit ex præmiſſis, ꝙ ciuitas ſit prior ſm naturam ꝗ domus, vel ꝗ vnus homo ſingularis tali ratione. Neceſſe eſt totum eſſe prius parte, ordine.ſ. naturæ & perfectionis. Sed hoc intelligendum eſt de parte materiæ, non de parte ſpeciei, vt oſtenditur in 7. Metaph. Et hoc ſic probat. Quia deſtructo toto homine non remanet pes neq; manus niſi æquiuoce, eo modo quo manus lapidea poſſet dici manus. Et hoc ideo, quia talis pars corrumpitur corrupto toto. Illud autem quod eſt corruptum nō retinet ſpeciem, à qua ſumitur ratio diffinitiua. Vnde patet ꝙ non remanet eadem rō nominis, & ſic nomen ęquiuoce prædicatur. Et ꝙ pars corrumpatur corrupto toto, oſtendit per hoc, ꝙ omnis pars diffinitur per ſuam operationem, & per virtutem qua operatur. Sicut diffinitio pedis eſt, ꝙ ſit membrum organicum habens virtutem ad ambulandum. Et ideo ex quo iam non habet talem virtutem & operationem, non eſt idem ſm ſpeciem, ſed ęquiuoce dicitur pes. Et eadem ratio eſt de aliis huiuſmodi partibus quæ dicuntur partes materiæ, in quarum diffinitione ponitur totum, ſicut & in diffinitione ſemicirculi ponitur circulus. Eſt.n. ſemicirculus media pars circuli. Secus autem eſt de partibus ſpeciei quæ ponunt in diffinitione totius, ſicut lineę ponuntur in diffinitione trianguli. Sic igitur patet ꝙ totum eſt prius naturaliter ꝗ partes materię, quāuis partes ſint priores ordine generationis. Sed ſinguli homines comparantur ad totam ciuitatem, ſicut partes hominis ad hominem. Quia ſicut manus aut pes non poteſt eſſe ſine homine, ita nec vnus homo eſt per ſe ſibi ſufficiens ad viuendum ſeparatus à

Lect. 10. T. c. 35.

G ciuitate. Si aūt contingat ꝙ aliquis non poſſit cōmunicare ſocietate ciuitatis propter ſuam prauitatē, eſt peior ꝗ homo & quaſi beſtia. Si verò nullo indigeat, & quaſi habens per ſe ſufficientiam: & propter hoc non ſit pars ciuitatis, eſt melior ꝗ homo. Eſt.n. quaſi quidam deus. Relinquitur ergo ex præmiſſis, ꝙ ciuitas eſt prius ſm naturam ꝗ vnus homo. Deinde cum dicit.

Natura igitur omnibus ad huiuſmodi ſocietatem eſt appetitus. Qui autē primus inſtituit, maximorum bonorum cauſa fuit, vt enim perfectione ſuſcepta optimum cūctorum animalium eſt homo: ita ſi alienus fiat à lege & à iudiciis, peſſimum eſt oīum animalium. Sęuiſſima eſt enim iniuſtitia tenens arma. Homo vero arma tenet, per innatam prudētiam atq; virtutē,

H quibus plurimum valet contrarium vti. Itaq; impiiſſimum & immaniſſimū eſt ſine virtute, & ad libidinem cibationemq; deterrimū. Iuſtitia verò ciuile quiddā eſt. Nā ius, ordinatio eſt ciuilis ſocietatis. Iudicatio aūt, iuſti iudicium.

Agit de inſtitutione ciuitatis cōcludens ex pręmiſſis, ꝙ in omnibus hominibus eſt quidam naturalis impetus ad communitatem ciuitatis, ſicut & ad virtutes. Sed tamen ſicut virtutes acquiruntur per exercitium humanum, vt dicitur in 2. Ethic. ita ciuitates ſunt inſtitutę humana induſtria. Ille autem qui primo inſtituit ciuitatē, fuit cauſa hominibus maximorum bonorum. Homo.n. eſt optimum animalium ſi perficiatur in eo virtus, ad quam habet inclinationem naturalem. Sed ſi ſit ſine lege & iuſtitia homo, eſt peſſimum omnium animalium, quod ſic probat. Quia iniuſtitia tanto eſt ſeuerior, quāto

Lec. 1. c. 1.

plura habet arma, i. adiumenta ad male faciendum: homini aũt ſm ſuam naturam conuenit prudentia & virtus quæ de ſe ſunt ordinata ad bonum: ſed qñ homo eſt malus, vtitur eis quaſi quibuſdam armis ad male faciendũ, ſicut per aſtutiam cogitat diuerſas fraudes, & per abſtinentiam potens fit ad tolerandum famem & ſitim, vt magis in malitia perſeueret, & ſſl'r d : aliis: & inde eſt ꝙ homo ſine virtute quãtum ad corruptionem iraſcibilis eſt, maxime ſcelestus & ſilueſtris, vtpote crudelis & ſine affectione. Et quãtum ad corruptionem concupiſcibilis eſt peſſimus quãtum ad venerea, & quantum ad voracitatẽ ciborum. Sed homo reducitur ad iuſtitiam per ordinem ciuilem, quod patet ex hoc, ꝙ eodem noĩe apud græcos, nominatur ordo ciuilis cõitatis & iudicium iuſtitiæ. ſ. ſibi. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ille qui ciuitatem inſtituit, abſtulit hominibus ꝙ eſſent peſſimi, & reduxit eos ad hoc ꝙ eſſent optimi ſm iuſtitiam & virtutes.

LECTIO II.

De tribus familiarum generibus, quarum vna ex dño & ſeruo, ſecunda ex viro & vxore, tertia ex patre & liberis conſtat.

QVoniam verò declaratum eſt quibus ex partibus ſit conſtituta ciuitas, neceſſariũ videtur primũ de re domeſtica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus conſtat. Rei domeſticę rurſus partes ſunt ex quibus domus eſt conſtituta.

Poſito procemio in quo oſtendit conditionem ciuitatis & partium eius, hic accedit ad tradendum ſcĩam politicam. Et primo ſm præaſſignatum modum determinat ea quę pertinent ad primas partes ciuitatis. Scđo determinat ea quæ pertinẽt ad ipſam ciuitatem in ſecundo lib. qui incipit ibi. {Qm̃ propoſuimus conſiderationem facere &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur ꝓpoſitum. ibi. {De his vtiq; &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quibus intendit determinare. Secundo quo ordine. ibi. {At primum de ſeruo & domino &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit ꝙ eſt determinandum de his quæ pertinent ad domum. Secundo enumerat ea, quæ pertinent ad domum. ibi. {Domus autem perficitur &c.} Dicit ergo primo ꝙ manifeſtum eſt per præmiſſa, ex quibus partibus ciuitas conſtat: & oportet ad cognoſcendum totum præcognoſcere partes vt ſupra habitum eſt. Neceſſe eſt vt primum dicamus de iconomia quæ eſt diſpẽſatiua vel gubernatiua domus. Quia omnis ciuitas compon ẽ ex domibus ſicut ex partibus. Deinde cum dicit.

Domus autem perficitur ex ſeruis & liberis. Cũ verò prima quęq; ſint in minutiſſimis perquirẽda. Primę verò ac minutiſſimę partes domus exiſtant, dñs & ſeruus, maritus & vxor, pater & filij. De his vtiq; tribus conſiderandum fuerit, qd vnũquodq; & quale eſſe oportet: hoc eſt, de dñica, de cõiugali, de paterna diſciplina.

Enumerat ea quæ pertinent ad domum. Et primo ea quæ pertinent ad ipſam ſicut partes. Secundo ea quæ pertinẽt ſicut neceſſaria partibus. ibi. {Eſt inſuper quędam pars &c.} Dicit ergo primo, ꝙ partes domus ſunt ex quibus domus conſtituitur. Omnis aũt domus. i. domeſtica familia ſi ſit perfecta, conſtat ex ſeruis & liberis. Dicit aũt perfecta. Quia in domo pauperis eſt bos pro miniſtro, vt ſupra dictum eſt. Et quia vnumquodque, quod in multis conſiderari poteſt: primo quærendum eſt in paucioribus & ſimplicioribus, vt facilior ſit doctrina. Ideo dicendum eſt, ꝙ primæ & minimæ partes domus ſunt hæ tres combinationes, ſ. domini & ſerui, mariti & vxoris, patris & filij, quę quidem tertia ex ſecũda A oritur: & ideo ſupra eam prætermiſit. Et ideo de iſtis tribus conſiderandum eſt quid vnumquodq; ſit. Et conſequenter ponit nomina harum combinationum, & dicit, Quod combinatio domini & ſerui vocatur deſpotica, i. dominatiua. Combinatio autem viri & fœminæ nõ erat nominata ſuo tempore, ſed ipſe nominat eam coniugalem, quam nos matrimonium vocamus. Simil'r & tertia combinatio patris & filij non habebat proprium nomẽ, ſed ipſe vocat eam paternam. Deinde cum dicit.

Eſt inſuper quędã pars quę videtur quibuſdam eſſe diſciplina rei familiaris. Quibuſdam verò maxima eius pars. Loquor aũt de illa parte quæ verſatur circa acquirendum, quæ & ipſa quẽadmodum ſe habeat, conſiderandum erit.

Ponit quartum quod pertinet ad neceſſaria domus, & dicit. Quòd eſt quædam alia pars œconomiæ quæ vocatur pecunialis, quæ quibuſdam videtur eſſe tota œco- B nomia, quibuſdam verò maxima pars eius eſt, eo ꝙ diſpenſatio domus maxime conſiſtit in acquiſitione & cõſeruatione pecuniæ. Et de hac etiam parte conſiderandum eſt quomodo ſe habeat. Deinde cum dicit.

At primum de ſeruo & domino dicamus, vt quæ neceſſaria ſunt, intueamur: & ſiquid de his melius comprehendere poſſimus, q̃ ea quę nunc exiſtimantur.

Dicit quo ordine de his ſit agendum: & dicit ꝙ primo dicendum eſt de domino & ſeruo, & hęc conſideratio ad duo erit vtilis. Primo quidem vt poſſimus cognoſcere ea, quæ ſunt opportuna in talibus, ſ. ad exercendum dominium in ſeruos. Secundo valet ad ſcientiam, vt per hoc poſſimus accipere aliquid melius his, quæ antiqui ſunt opinati de dominio & ſeruitute. Deinde cum dicit.

Quibuſdam porrò videtur ſciẽtia quædam C eſſe dominatio, eademq; eſſe diſciplina domeſtica, & dominatio gubernatioq;, ciuilis & regia, vt in principio diximus. Aliis autem præter naturam videtur eſſe dominatio, quoniam natura nihil differat, ſed lege duntaxat inductum ſit, vt alij liberi ſint, alij ſerui. Quapropter iniuſtum, violentum enim.

Determinat ea quæ propoſuit, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de combinatione domini & ſerui. In ſecunda de aliis duabus combinationibus. ibi. {Quoniam autem tres partes œconomiæ &c.} Prima diuiditur in duas. In prima determinat de combinatione dñi & ſerui. Et quia ſeruus eſt quædam poſſeſſio: ideo in ſecunda parte determinat de alia parte œconomiæ, q̃ eſt pecuniatiua vel poſſeſſiua. ibi. {Totaliter aũt de vniuerſa poſſeſſione &c.} Circa primum duo facit. Primo D narrat opiniones quoi ũdam de dominio & ſeruitute. Secundo determinat veritatem de eis. ibi. {Cum igitur poſſeſſio &c.} Circa primum ponit duas opiniones, quarũ vna eſt, ꝙ deſpotica. i. dominatiua eſt quædam ſcientia, qua aliquis ſcit dominari ſeruis, & ꝙ eſt idem cum iconomia qua aliquis ſcit gubernare domum: & cum politica & regnatiua qua aliqs ſcit gubernare ciuitatẽ, ſicut in procemio dictum eſt. Alia opinio eſt, ꝙ habere ſeruũ ſit præter naturam, & ꝙ ſola lege ſit ordinatum, ꝙ quidam ſunt ſerui, & quidam liberi, & ꝙ nulla dr̃ia ſit inter eos ſm naturam. Vnde vlterius inducũt ꝙ eſt iniuſtum eſſe aliquos ſeruos. Ex quadam enim violentia ꝓuenit ꝙ quidã alios ſibi ſubiecerit in ſeruos. Deinde cum dicit.

Cũ igitur poſſeſſio ſit pars domus, certe & illa per quã acquirimus, pars erit domeſticæ diſciplinæ. Nã ſine neceſſariis impoſſibile eſt, &

E viuere, & bene viuere. Vt verò in artibus neceſſarium eſt ſubeſſe ꝓpria inſtrumēta, ſi opus modo confici debeat, ſic etiam in re familiari. Inſtrumentorum verò quædā inanimata ſunt, quædam animata: veluti, gubernatori, nauis quidem gubernaculum inanime eſt: qui verò proram regit, animatus: nam miniſter in artibus, locum inſtrumenti obtinet, ſic & res poſſeſſa, inſtrumentum eſt ad vitam: res aūt poſſeſſa, multitudo inſtrumentorum, & ſeruus poſſeſſum quiddam animatum, & tanꝗ inſtrumētum ante inſtrumentum, omnis miniſter. Si.n. poſſent inſtrumenta ad iuſſum vel nutum dn̄i opus ſuum conficere, quemadmodum Dedali, aut Vulcani tripodes, quos inquit Poeta ſpōte

F ſua diuinum prodiiſſe in certamen: ſic & pectines texerent, & plectra pulſarent, nec architecti ſane miniſtris, neq; dn̄i indigerent ſeruis. Quæ igitur inſtrumenta dicuntur, factiua ſunt, quod verò poſſidemus, actiuum eſt. A pectine quidem enim aliquid fit præter illius vſum, à veſte verò atq; lectica vſus ſolum. Præterea cū ſpecie differāt facere & agere, & indigeat vtrūque inſtrumentis, neceſſarium eſt & illa eādem habere differentiam. Vita certe actio eſt, & nō factio. Quapropter ſeruus miniſter eſt ad actionem: id autem quod poſſidetur, dicitur quēadmodum & pars ad totum. Pars enim non ſolū alterius eſt pars, ſed etiā omnino alterius. Qua-

G propter dominus, ſerui eſt dominus ſolum, ſed illius non eſt. Seruus autem non ſolum domini ſeruus, ſed omnino illius.

Determinat veritatem de dominio & ſeruitute, & primo determinat rationem ſeruitutis. Secundo inquirit de opinionibus præmiſſis. ibi. {Verum verò ſit aliquis naturalis &c.} Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad cognoſcendū rationem ſeruitutis. Secundo concludit ex præmiſſis diffinitionem ſerui. ibi. {Quæ igitur ſit natura &c.} Circa primum quatuor ponit, quorum primum eſt, ꝙ poſſeſſio ſit quædam pars domus, & ꝙ ars poſſeſſiua ſit quædam pars œconomiæ. Et hoc ideo, quia impoſſe eſt viuere in domo ſine neceſſariis ad vitam, q̄ per poſſeſſiones habentur, & hoc probat per ſimilitudinem in artibus: videmus.n. ꝙ vnicuiq; arti neceſſarium eſt habere conuenientia inſtrumenta ſi debeat perficere opus ſuum, ſicut ſabro neceſſe eſt habere martellum ſi debeat facere cultellum. Et hoc modo gubernatori domus neceſſe eſt habere res poſſeſſas ad ꝓprium opus ſicut quædam inſtrumenta. Secundo ibi. {Inſtrumētorum verò &c.} Ponit vnam diuiſionem inſtrumentorum dicēs, ꝙ inſtrumentorum quædam ſunt animata & quædam inanimata. Sicut gubernatori nauis inanimatum inſtrumentum eſt gubernaculum: inſtrumētum autem eius animatum eſt prorarius, i. ille q cuſtodit anteriorem partem nauis, quæ vocatur prora, & obedit gubernatori. Miniſter.n. in artibus habet rationem inſtrumenti, quia ſicut inſtrumentum mouetur ab artifice, ita etiam inſtrumentum mouetur ad imperium ꝑcipientis. Et ſicut eſt in operibus artis duplex inſtrumentum: ita etiam in domo eſt inſtrumentum inanimatum ipſa res poſſeſſa: puta, lectus, vel veſtis, quæ eſt inſtrumentum quoddam deſeruiēs vitæ humanæ. Et multitudo talium inſtrumentorum eſt tota poſſeſſio domus. Cum aūt ſer-

E uus ſit quædam res poſſeſſa animata, ſequitur ꝙ ſit organum animatum deſeruiens vitæ domeſticæ. Eſt aūt huiuſmodi organum animatum, quod eſt miniſter in artibus, & ſeruus in domo eſt inſtrumētum ſuper alia inſtrumenta: quia.ſ. ipſe vtitur aliis inſtrumentis & mouet ea, & ad hoc indigemus miniſtris & ſeruis. Principales.n. artifices qui architectores dicuntur, non indigerent miniſtris, neq; domini domorum indigerent ſeruis, ſi vnūquodq; inſtrumētum inanimatum poſſet ad imperium domini, agnoſcens ipſum, perficere opus ſuum: puta, ꝙ pectines per ſe pectinarent, & plectra per ſe cytharizarent, ſicut dicitur de ſtatua quā fecit Dedalus, ꝙ per ingenium argēti viui mouebat ſeipſam. Et ſimiliter quidam Poeta dicit, ꝙ in quodam tēplo Vulcani qui dicebatur Deus ignis, tripodes quidam erant ſic præparati, ꝙ per artificium humanum, vel per artem necromanticam per ſeipſos, quaſi ſpontanei videbantur ſubinduere diuinum agonem, quaſi concertando ad ſeruiendum in miniſterio

F tēpli. Tertio ibi. {Quæ igitur inſtrumenta dicunt̄ &c.} ponit ſecundam diuiſionem organorū. organa.n. artium dicuntur organa factiua, ſed res poſſeſſa, quæ eſt organū domus, eſt organum actiuum. Et hanc diuiſionem duplici ratione probat. Primo quidem, quia organa factiua dicuntur, ex quibus fit aliquid præter ipſum vſum inſtrumenti. Et hoc videmus in ipſis inſtrumentis artis, ſicut ex pectine, quo vtuntur textores, fit aliquid alterum præter vſum ipſius.ſ. pānus. Sed ex rebus poſſeſſis, quæ ſunt inſtrumenta domus, non fit aliquid aliud præter vſum ipſius, ſicut ex veſtitu & lecto non fit niſi vſus eorum. Ergo iſta organa non ſunt factiua ſicut organa artium. Secundam rationem ponit ibi. {Præterea. Cum ſpecie differant &c.} quę talis eſt. Diuerſorum diuerſa ſunt inſtrumenta. Sed actio & factio differunt ſpecie. nam factio eſt operatio, per quam aliquid fit in exteriori materia, ſicut ſecare & vrere. Actio aūt eſt operatio permanēs in operante, & pertinens ad vitā ipſius, vt dicitur 9. Me- T. c. 16.

G ta. Ambæ autem hæ operationes indigent inſtrumentis. Ergo inſtrumenta eorum differunt ſpecie. Sed vita. i. conuerſatio domeſtica non eſt factio, ſed actio. Ergo ſeruus eſt miniſter & organum eorum quæ pertinent ad actionem, non autem eorum quæ pertinent ad factionem. Quarto ibi. {Id autem quod poſſidetur &c.} oſtendit qualiter ſeruus ſe habet ad dominum: & dicit, ꝙ eadem eſt comparatio rei poſſeſſæ ad poſſeſſorem & partis ad totum: quantum ad hoc ꝙ pars non dicitur ſolum pars totius, ſed etiam dicitur ſimpl'r eſſe totius, ſicut dicimus manum hominis. Et non ſolum dicimus ꝙ ſit pars hominis & ſimpl'r res poſſeſſa: puta veſtis, non ſolum dicitur ꝙ ſit poſſeſſio hominis, ſed ꝙ ſimpliciter eſt huiuſmodi hominis. Vnde cum ſeruus ſit quædam poſſeſſio, ſeruus non ſolum eſt ſeruus domini, ſed eſt ſimpliciter illius. Ille autem qui eſt dominus, non eſt ſimpliciter ſerui, ſed ſolū eſt dominus eius. Deinde cum dicit.

Quæ igitur ſit natura ſerui, & quæ poteſtas,

H ex his patet. Qui enim ſuiipſius, nō eſt ſm naturam, ſed alterius: homo autem eſt, hic naturā eſt ſeruus. Alterius autem eſt qui poſſidetur, homo exiſtēs. Res verò poſſeſſa, eſt inſtrumentum ad acquirendum, actiuum & ſeparabile.

Concludit ex præmiſſis diffinitionem ſerui & dicit, ꝙ manifeſtum eſt ex prædictis quæ ſit natura ſerui, & poteſtas eius, quod eſt officium ipſius. Nam virtus ad actionem refertur, officium autem eſt cōgruus actus alicuius. Cum enim ſeruus ſit hoc ipſum quod eſt alterius, vt dictum eſt, quicūq; homo non eſt naturaliter ſuiipſius, ſed alterius, ipſe eſt naturaliter ſeruus. Ille autem homo non eſt naturaliter ſuiipſius, ſed alterius qui non pōt regi niſi ab alio. Hoc autem conuertitur.ſ. ꝙ quicūque eſt res poſſeſſa, vel ſeruus alterius, eſt homo alterius. De ratione

autem rei poſſeſſę eſt, ꝙ ſit organũ actiuum & ſeparatũ. Vnde poteſt talis diffinitio ſerui concludi. Seruus eſt organum animatum, actiuum, ſeparatũ, alterius homo exiſtens. In qua quidem diffinitione organum ponitur tanquam genus, & adduntur quinq; differentiæ. Per hoc.n. ꝙ dicitur, Animatum, diſtinguitur ab inſtrumẽtis inanimatis. Per hoc autem ꝙ dicitur, Actiuum, diſtinguitur á miniſtro artificis, qui eſt organum animatum factiuũ. Per hoc autem ꝙ dicitur, Alterius exiſtens, diſtinguitur á libero qui quandoq; miniſtratur in domo non ſicut res poſſeſſa, ſed ſponte vel mercede conductus. Per hoc autẽ ꝙ dicitur, Separatum, diſtinguitur á parte quæ eſt alterius non ſeparata, ſicut manus. Per hoc ꝙ dicitur, Homo exiſtens, diſtinguitur á brutis animalibus, quæ ſunt res poſſeſſæ ſeparatæ.

LECTIO III.

Quód aliquibus natura ſeruire conueniat, aliquibus autem dominari.

VTrum vero ſit aliquis natura talis vel nõ, & vtrum melius ac iuſtius ſit alicui ſeruire vel non, ſed omnis ſeruitus ſit præter naturam, conſiderandum poſtea erit.

Poſtquam philoſophus oſtẽdit rationem & virtutem ſerui, hic procedit ad inueſtigandũ de opinionibus ſupra poſitis: & primo inquirit. Vtrũ ſeruitus ſit naturalis. Secundo vtrũ dominatiua ſit idem quod politica. ibi. {Patet autem ex his &c.} Circa primũ tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo determinat eam approbando vnam partem. ibi. {Nec ſane difficile &c.} Tertio oñdit quomodo etiam alia pars dubitationis habet aliqualiter veritatem. ibi. {Quód autem contradicentes &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſt prædicta conſiderandum eſt, vtrum aliquis ſit naturaliter ſeruus vel non. Et iterum, vtrum alicui magis ſit dignum & iuſtũ ꝙ ſeruiat q̃ ꝙ nõ ſeruiat an non, ſed omnis ſeruitus, præter naturam ſit, quod quidem remittit ad duas præmiſſas quæſtiones. Si.n. oĩs ſeruitus eſt præter naturam, tunc nullus eſt naturaliter ſeruus. Et iterum, Non erit iuſtum neq; dignum ꝙ aliquis ſeruiat, quod.n. eſt præter naturam, non eſt dignum neq; iuſtum. Deinde cum dicit.

Nec ſane difficile eſt ratione perſpicere, & ex his quę fiunt, cognoſcere. Imperare enim & parere non ſolum neceſſariorum eſt, verum etiã vtilium, ac ſtatim ex generatione quædã diſtincta ſunt alia, quidem ad imperandum, alia vero ad parendum, & ſpecies multæ & imperantiũ & parentium. Et ſemper melius imperium, meliorum parentium eſt, ceu hominis q̃ beſtię, nam quod à melioribus perficitur, melius eſt opus: vbi vero aliud imperat, aliud paret, eſt aliquod horum opus.

Determinat propoſitam quæſtionem, oſtendẽs duo.ſ. ꝙ aliquis homo naturaliter eſt ſeruus, & ꝙ alicui dignũ & expediens eſt ſeruire. Et circa hoc duo facit. Primo.n. proponit modum quo hæc oſtẽdenda ſunt.d. ꝙ non eſt difficile, ꝙ aliquis contempletur prædictarum quæſtionum veritatem & rationem, & ꝙ etiam veritatem addiſcat ex his, quæ in rebus accidunt. Secunda. ibi. {Imperare enim &c.} Secundũ duos præmiſſos modos oſtendit propoſitum, & primo ex his quæ fiunt. Secundo ex ratione. ibi. {Nam quæcunq; &c.} Circa primũ quatuor proponit, quorum primũ eſt ꝙ principari & ſubiici non ſolum eſt de numero eorum, quæ ex neceſſitate vel violentia proueniunt, ſed etiam eſt de numero eorũ, quę expediunt ad ſalutem hominum, & hoc pertinet ad ſecundam quæſtionem. Quod enim expediens eſt alicui videt eſſe dignum & iuſtum ei. Secundũ eſt quod in hominiA bus ex ipſa natiuitate videmus, ꝙ eſt quędam diſtinctio, ita ꝙ quidam ſunt apti ad hoc vt ſubiiciantur, quidã vero ad hoc ꝙ principẽtur. Et hoc pertinet ad primã quæſtionem, quod enim ex natiuitate cõfeſtim ineſt alicui videtur eſſe naturale. Tertium eſt, ꝙ ſunt multæ ſpecies eorum qui ſubiiciuntur & eorum qui principantur. Aliter enim principatur vir fœminæ, aliter dominus ſeruo, aliter rex regno. Et hoc etiam pertinet ad eandem quæſtionẽ. Nam ea quæ naturaliter inſunt rebus, ſecundum eorũ diuerſitatẽ diuerſificantur. Et Quartũ eſt ꝙ ſemper eſt melior principatus qui eſt meliorum ſubiectorum, ſicut melior eſt principatus quo quis principatur homini, q̃ quo qs principatͬ beſtię. Et hoc probat tali ratione. Oĩs principatus & ſubiectio ad aliquod opus ordinatur, obedit enim qui ſubiicitur principanti in aliquo opere. Sed opus quod fit á melioribus eſt melius. Ergo & principatus melior. Et hoc etiam quartũ pertinet ad primã quęſtionem, nam quæ naturaliter inſunt, tanto ſunt meliora

B quanto ſunt meliorum. Deinde cum dicit.

Nam quæcunque ex pluribus conſtant, & vnum quid commune fiunt, ſiue ex continuis, ſiue ex diſcretis, in omnibus apparet & quod imperat & quod paret.

Oſtendit propoſitũ ex ratione. Et primo ponit rationem ad oſtendendum ꝙ aliqui ſunt naturaliter ſerui, quibus expedit ſeruire. Secundo oſtendit qui ſint tales. ibi. {Quicunq; igitur &c.} Circa primum ponit talẽ rationẽ. Quæcunq; ſunt ex pluribus conſtituta, in his eſt aliquid principans & aliquid ſubiectũ naturaliter: & hoc expedit, Sed hominum multitudo eſt ex pluribus conſtituta, Ergo naturale eſt & expediens ꝙ vnus principetur & alius ſubiiciatur. Huius autem rationis minor manifeſta eſt ex præmiſſis, in quibus oſtenſum eſt, ꝙ homo eſt naturaliter animal politicũ, & ita naturale eſt ꝙ ex multis hominibus conſtituatur vna multitudo. Vnde ea prę-

C termiſſa probat maiorem, & ſic in hac ratione tria facit. Primo ponit maiorem. Secũdo probat eam. ibi. {Et hoc ex tota natura &c.} Tertio infert cõcluſionem. ibi. {Eodem modo &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quæcunq; ſunt cõſtituta ex pluribus, ita ꝙ ex eis fiant vnum cõmune, ſiue illa plura ſint coniuncta ſicut membra corporis coniunguntur ad conſtitutionem totius, ſiue ſint diuiſa, ſicut ex multis militibus conſtituitur vnus exercitus, in omnibus his inuenitur eſſe principans & ſubiectum, & hoc eſt naturale & expediens, vt per ſingula patebit exempla. Deinde cum dicit.

Et hoc ex tota natura ineſt animatis, nam & in his, quæ expertia ſunt vitæ, eſt quoddam imperium inſtar harmoniæ. Sed hæc forſan aliena ſunt ab iſta conſideratione.

Probat propoſitum quadrupliciter. Primo quidem in rebus inanimatis. Secũdo in partibus hominis. ibi. {Ani-

D mal vero conſtat &c.} Tertio in genere animalium. ibi. {Rurſum in homine &c.} Quarto in differentia ſexuũ. ibi. {Eſt autem maſculus &c.} Dicit ergo primo ꝙ veritas præmiſſæ propoſitionis inuenitur in rebus inanimatis, nõ quia ſit eis proprium, ſed ex eo ꝙ eſt commune toti naturæ, quia etiam in his quæ non participant vita eſt aliquis principatus, puta harmonię, quod poteſt intelligi dupliciter: vno modo de harmonia ſonorum, quia ſemper in vocibus quæ conſonãt aliqua vox prędominatur, ſm quam tota harmonia diiudicatur. Poteſt etiam intelligi de harmonia elementorum in corpore mixto, in quo ſemper vnum elementorum eſt prædominans, ſed huiuſmodi, pertranſit, quia ſunt extrinſeca ab hac conſideratione. Deinde cum dicit.

Animal vero conſtat primum ex anima & corpore, quorum alterum imperat ſecundum naturam,

naturam, alterum paret. Oportet autem cõſiderare naturam nõ in corruptis, ſed in his quę magis ſe habent ſecundũ naturam, quo circa is qui & animo & corpore optime diſpoſitus ſit, inſpiciẽdus eſt: in quo certe id manifeſtũ eſt. Nã prauorum quidem aut praue diſpoſitorum ſæpe inueniretur corpus imperare animo, ex eo quia peruerſe ac præter naturam ſe habent. Eſt igitur, vt dicimus primum in animali proſpicere imperium dominicum & ciuile. nã animus quidem in corpus dominicum habet imperiũ, mens vero in appetitũ ciuile & regiũ, in quib⁹ clarum eſt ſm naturam & vtilitatẽ imperari ab animo corpori, & ab ea parte, quę habet rõnem ei parti, quæ ſubiacet perturbationi. Equalitatem vero ac viciſſitudinem omnibus nocere.

Oſtendit propoſitum in partibus hominis, & dicit ꝙ prima compoſitio animalis eſt ex anima & corpore, quę quidem compoſitio dicitur prima non ſecũdum ordinẽ generationis, ſed ſecundum principalitatem, quia eſt ex partibus principaliſſimis. Harum autẽ partium vna eſt naturaliter principans ſcilicet anima, alia vero ſubiecta ſcilicet corpus. Poſſet autem aliquis dicere ꝙ hoc nõ eſt naturale, cum nõ inueniatur in omnibus. Et ideo ad hoc excludẽdum ſubdit, ꝙ ad iudicandum quid ſit naturale oportet conſiderare ea quæ ſe habent ſecundum naturã, nõ autem ea quę ſunt corrupta, quia huiuſmodi deficiũt à natura, & ideo ad iudicandum quæ pars in homine naturaliter principetur, oportet conſiderare aliquem hominem qui ſit bene diſpoſitus & ſecundum animam & ſecundum corpus, in quo eſt manifeſtum, ꝙ anima corpori dominatur: ſed in hominibus peſtilentibus & qui male ſe habent multoties corpus principatur animæ, q̃a p̃ſerũt commodum corporis cõmodo animæ. Et hoc ideo, quia ſunt male diſpoſiti & præter naturam. Oſtendit autem conſequenter ꝙ principatus qui eſt in partibus animalis, habet quãdam ſimilitudinem exterioris principatus. Poſſumus enim in animali quod eſt homo cõſiderare duplicem principatum ad partes eius. ſ. deſpoticum, quo dominus principatur ſeruis, & politicum, quo rector ciuitatis principatur liberis. Inuenitur. n. inter partes hominis ꝙ anima dominatur corpori, ſed hoc eſt deſpotico principatu, in quo ſeruus in nullo poteſt reſiſtere domino, eo ꝙ ſeruus, id quod eſt ſimpliciter domini, vt ſupradictum eſt. Et hoc videmus in mẽbris corporis ſcilicet manibus & pedibus, ꝙ ſtatim ſine contradictione ad imperium animæ applicãtur ad opus. Inuenimus etiam ꝙ intellectus ſeu ratio dominatur appetitui, ſed principatu politico & regali qui eſt ad liberos. Vnde poſſunt in aliquibus contradicere. Et ſimiliter appetitus aliquando non ſequitur rationem. Et huiuſmodi diuerſitatis ratio eſt, quia corpus non poteſt moueri niſi ab anima, & ideo totaliter ſubiicitur ei, ſed appetitus poteſt moueri non ſolum à ratione ſed etiam à ſenſu, & ideo nõ totaliter ſubiicitur rationi. In vtroq; autem regimine manifeſtum eſt ꝙ ſubiectio eſt ſm naturam & expediens, eſt enim naturale & expediens corpori ꝙ regatur ab anima, & ſimiliter eſt naturale & expediẽs parti paſſibili. i. appetitui qui ſubiicitur paſſionibus vt regatur ab intellectu vel ratione, & vtrobiq; eſſet nociuum ſi id quod debet ſubiici ſe haberet ex æquo, vel ecõtrario ei quod debet principari. Corpus enim corrumperetur niſi ſubiiceretur animæ, & appetitus eſſet inordinatus niſi ſubiiceretur rationi. Deinde cum dicit.

Rurſus in homine & aliis animalibus eodẽ modo. Manſueta quidem meliora ſunt q̃ fera, E his autem vniuerſis melius eſt vt homini pareant. nam ſalutem ita recipiunt.

Probat idem in genere animalium. d. ꝙ ſimiliter ſe habet in homine & aliis animalibus, ꝙ naturale & expediẽs eſt vt homo aliis dominetur. Videmus. n. ꝙ animalia manſueta quibus homo dominatur digniora ſunt ſm naturam ſilueſtribus inquãtum participant aliqualiter regimine rationis. Sed & omnibus animalibus expedit, ꝙ ab homine regantur, quia ſic in multis caſibus adipiſcuntur ſalutẽ corporalem quam per ſe conſequi non poſſent ſicut pater, cum eis copioſa pabula & remedia ſanitatis ab hominibus exhibentur. Deinde cum dicit.

Præterea autem maſculus & fœmina alterum melius ſm naturam, alterum deterius, & hoc imperans, illud parens.

Probat idem in differentia ſexuum, & dicit, ꝙ eodem F modo etiam ſe habet maſculinũ ad fœmininum, ꝙ naturaliter maſculinũ eſt melius, & fœmininum deterius, & maſculus principans, fœmina autem ſubiecta. Eſt autem attendẽdum ꝙ prima duo exempla ſunt de toto integrali, alia duo de toto vniuerſali quod eſt genus vel ſpecies. Et ſic patet ꝙ prædicta propoſitio in vtriſque locum habet. Deinde cum dicit.

Eodemq; modo neceſſe eſt in cunctis hominibus eſſe.

Concludit propoſitum. ſ. quod eodem modo ſe habet in hominibus ſicut in præmiſſis, ſcilicet ꝙ naturale & expediens eſt ꝙ quidam principentur, & quidam ſubiiciantur. Deinde cum dicit.

Quicunq; igitur diſtant tãtum quãtum animus à corpore, & homo à beſtia, per hunc modum ſe habent, quorũcunq; eſt opus in corpo- G ris vſu, & hoc eſt in eis potiſſimũ, hi ſunt natura ſerui, quibus melius eſt vt imperetur, quemadmodũ in præmiſſis, eſt. n. natura ſeruus qui poteſt alterius eſſe, qua propter & alterius eſt.

Oſtendit qui ſunt qui naturaliter principãtur & ſubiiciuntur. Et primo quales ſunt ſm animam. Secũdo quales ſm corpus. ibi. {Vult ergo &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit quales ſunt ſm animam qui naturaliter principantur & ſubiiciuntur. Secũdo ponit cõparationẽ inter homines, qui naturaliter ſunt ſerui, & bruta animalia, quæ etiam naturaliter ſeruiunt. ibi. {Et qui tantum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum anima naturaliter dominetur corpori & homo beſtiis, quicunq; tantum diſtant ab aliis, ſicut anima à corpore & homo à beſtia propter eminentiam rationis in quibuſdam & defectũ in aliis, iſti ſunt naturaliter domini aliorum, ſm ꝙ etiam Salomon dicit, ꝙ qui ſtultus eſt ſeruiet ſapiẽti. Diſponun- H tur autem hoc modo, ſcilicet ꝙ ad eos ſe habeant aliqui, (Prouer. 1. c.) ſicut homo ad beſtias, vel anima ad corpus, illi quorum opus principale eſt vſus corporis, & ꝙ hoc eſt optimum quod ab eis haberi poteſt. Sunt. n. validi ad exequenda opera corporalia, impotentes autem ad opera rationis & iſti ſunt naturaliter ſerui, quibus melius eſt ꝙ regãtur à ſapientibus, ſiue conueniens eſt ꝙ credatur rationibus ſupradictis, quia in hoc ſortiuntur regimen rationis. Et ꝙ iſti ſint naturaliter ſerui patet per hoc, quia ille eſt naturaliter ſeruus, qui habet aptitudinem naturalem vt ſit alterius, inquantum ſcilicet non poteſt regi propria ratione, per quam homo eſt dominus ſui, ſed ſolum ratione alterius, propter quod naturaliter alterius eſt quaſi ſeruus. Deinde cum dicit.

Et qui tantum particeps eſt rationis vt ſentiat quidem, at non habeat. nam cętera quidem

animalia

animalia ratione quidem nõ ſentiunt, ſed paſſionibus inſeruiunt, vſus etiam variat parumper, neceſſariorum.n.corpori auxilium fit ab vtriſq;, à ſeruis videlicet, ac manſuetis aĩalibus.

Comparat ſm conuenientiam & differẽtiam hominẽ naturaliter ſeruum ad animal brutum, & dicit ꝙ ille, qui eſt ſeruus naturaliter communicat ratione ſolũ quantũ ad hoc ꝙ recipit ſenſum rõnis, ſicut edoctus ab alio, ſed non quantum ad hoc ꝙ habeat ſenſum rationis per ſeipſum. Sed alia animalia ſeruiũt homini nõ quaſi recipientia aliquem ſenſum rationis ab homine, inquantum, ſ. memoria eorum, quæ ſunt bene vel male paſſa ab homine timore vel amore incitantur ad ſeruiendũ. Et ſic quàtum ad modum ſeruiendi eſt differentia, inquantum naturaliter ſeruus ſerunt rationem, brutum autẽ animal paſſione timoris, ſ. vel amoris acquiſita per memoriã bene vel male patiendi ab homine. Sed opportunitas.i.vtilitas quæ ex vtriuſq; ſeruitio prouenit modicũ variatur, ab eadem.n. præbetur nobis auxilium & à ſeruis & à domeſticis animalibus, ſ. ad neceſſaria corpori. Non.n. naturaliter ſeruus cum deficiat ratione poteſt auxiliari per cõſilium, vel ad aliquod opus rationis: in corporalibus autem pluribus modis poteſt ſeruire ſeruus q̃ animal brutum, propter rationem. Deinde cum dicit.

Vult ergo natura, & differentia facit corpora liberorum & ſeruorum, alia quidem robuſta ad neceſſarios vſus, alia vero recta et inutilia ad tales operationes. Verum vtilia ad ciuilem vitã. hæc autem diuiſa eſt in belli opportunitates & pacis: accidit vero ſæpe & cõtra, hos q̃dẽ corpora habere liberorum, illos vero animos.

Oſtendit quales ſint ſerui ſm corpus. Et primo proponit quod intendit. Secũdo probat propoſitũ, ibi. {Nam id quidẽ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ natura vult, i. habet quendam impetum ſiue inclinationem ad hoc vt faciat differentiam inter corpora liberorum & ſeruorũ, ita. ſ. ꝙ corporia ſeruorum ſint fortia ad exercendum vſum neceſſarium qui eis competit, ſ. ad fodiendum in agro & alia ſimilia miniſteria exercenda. Sed corpora liberorum debẽt eſſe recta, id eſt bene diſpoſita ſm naturam & inutilia ad tales operationes ſeruiles, quod exigit complexio delicata, ſed tamen debent eſſe vtilia ad ciuilem vitam, in qua liberi homines conuerſantur. Iſte autem qui habet membra vtilia ad ciuilem vitam, habet diſpoſitionem diuiſam in bellicam opportunitatem & pacificam, vt ſcilicet tempore belli habeat membra apta ad pugnãdũ, & ad alia militaria opera, tẽpore vero pacis ad exercendum alia ciuilia opera. Et quamuis natura habeat inclinationem ad prædictam differentiam corporũ cauſandam, tamen quandoq; deficit in hoc, ſicut etiam in omnibus aliis quæ generantur & corrumpuntur, conſequitur natura effectum ſuum vt in pluribus, deficit vero in paucioribus. Quando ergo in hoc natura deficit, accidit multoties contrarium ei quod dictum eſt, vt. ſ. illi qui habẽt animas liberorum, habeant corpora ſeruorum vel econuerſo. Eſt autem conſiderandum, ꝙ philoſophus hic inducit concludens ex præmiſſis, in quibus agebat de diſpoſitione animę, quia cũ corpus ſit naturaliter ꝓp animam, natura intendit formare tale corpus quale ſit conueniens animæ. Et ideo intendit his qui habent animas liberorũ dare corpora liberorũ, & ſimiliter de ſeruis, & hoc quidem quantum ad interiores diſpoſitiones ſemper conſonat. Non enim poteſt eſſe ꝙ aliquis habeat animam bene diſpoſitam, ſi organa imaginationis & aliarum virium naturalium & ſenſitiuarum ſint male diſpoſita, ſed in figura & quantitate exteriori, & aliis diſpoſitionibus exterioribus, poteſt inueniri diſſonantia vt hic dicitur. Deinde cum dicit.

A Nam id quidem patet: ꝙ ſi tantum præcellãt corpore ſolum quantum deorum imagines: reliqui omnes digni apparerent illis ſeruire.

Probat quod dixerat. Et primo quantum ad corpus. Secundo quãtum ad animam. ibi. {Id ſi verum eſt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ naturam inclinari ad hoc ꝙ faciat diuerſa corpora ſeruorum & liberorum ex hoc eſt manifeſtum. Si inter aliquos inueniatur tanta differentia ſolũmodo ex parte corporis, vt videatur tantum alios extollere, ac ſi eſſent quædam imagines deorum, ſicut ſolemus cõiter dicere quando videmus aliquos elegãtis formæ, ꝙ videntur eſſe ſicut angeli, tunc omnes dicerent, ꝙ illi qui deficiunt à tãta elegãtia formæ corporalis, ſunt digni vt ſeruiant eis qui ſuperexcellũt: ſm illud, Species Priami digna eſt imperio. Et cum hoc ſit manifeſtum B in maxima differentia, idem etiam eſt ſciendum quantum ad intentionem naturæ, ſi non fuerit tanta differentia. Deinde cum dicit.

Id ſi verũ eſt in corporibus, multo iuſtius in animo idem putare, ſed non vt corporis, ita & animi pulchritudinem diſcernere facile. Quod igitur ſint ſm naturam alij liberi, alij ſerui, patet, quibus & ſeruire prodeſt ac iuſtum eſt.

Probat idem ex parte animæ & dicit: ꝙ ſi hoc eſt verũ ex parte corporis, ꝙ illi qui deficiũt ſunt digni ſeruire excellentibus: tãto iuſtius eſt hoc determinari ex parte animæ, quanto anima nobilior eſt corpore. Sed tamen excellentia pulchritudinis animę nõ ita de facili poteſt cognoſci, ſicut pulchritudo corporis, & ideo magis vulgariter iudicatur, ꝙ aliqui ſint digni ad dominandũ ex parte corporis q̃ ex parte animæ. Vltimo autem concludit epilo- C gando duas cõcluſiones intentas in hoc capitulo: ſcilicet ꝙ quidam ſunt naturaliter ſerui, & quidam naturaliter liberi, & ꝙ his qui ſunt naturaliter ſerui expedit ſeruire, & iuſtum eſt ꝙ ſeruiant.

LECTIO IIII.

Dominos & ſeruos, alios eſſe natura quib⁹ expedit dominos & ſeruos eſſe, alios aũt legibus, quibus contrarium contingit.

QVòd autem & contradicentes quodammodo recte dicunt, non difficile fuerint intueri. Dupliciter.n. dicitur ſeruire & ſeruus. Eſt.n. aliquis ſm leges ſeruus & ſeruiẽs. Nam lex, conſenſio quædam eſt, per quã bello capta illorum fieri dicuntur qui ceperunt.

Poſtquam philoſophus oſtendit ꝙ aliqui naturaliter ſunt ſerui quibus expedit ſeruire & iuſtum eſt, hic oſtendit ꝙ etiam contraria opinio eſt ſm aliquam partẽ vera. D Et circa hoc duo facit. Primo ponit modũ ſeruitutis, ſm quem negatur, à quibuſdã ſeruitus eſſe naturalis & iuſta. Secũdo ſuper hoc dubitationẽ mouet & ſoluit. ibi. {Hoc autem ius &c.} Dicit ergo primo: ꝙ non difficile eſt videre ꝙ illi qui dicunt contrarium his quæ determinata ſunt, aſſerendo. ſ. nullam ſeruitutem eſſe naturalem & iuſtam, ſm modum aliquem recte dicunt. Dupliciter enim dicit̃ ſeruire & ſeruus. Vnus quidem modus eſt ſm aptitudinem naturalem, vt ſupradictũ eſt. Alius eſt ſm quẽ eſt aliquis ſeruus vel ſeruiẽs ſm legem inter homines poſitam. Poſita eſt.n. quædam promulgatio legis, vt illi qui ſunt victi in bello, dicantur eſſe ſerui eorum, qui contra eos præualuerunt. Et hoc iure quaſi oẽs gentes vtuntur, vnde & ius gentium nominatur. Deinde cum dicit.

Hoc autem ius multi eorum, qui circa leges verſantur accuſant, tãquam Oratorem qui cõ-

tra

tra leges decreuerit: quaſi ſit graue, ſi eius qui vim afferre poteſt, & potentia præcellit, ſeruus fiat, & ſubditus qui vim patitũ. Et quibuſdã hoc modo videtur, quibuſdã illo, etiam ſapientum.

Mouet dubitationem de iſta ſeruitute legali, & circa hoc tria facit. Primo ponit diuerſas opiniones. Secundo aſſignat rationes diuerſitatis. ibi. {Cauſa vero &c.} Tertio ſoluit dubitationem. ibi. {Omnino retinẽtes &c.} Dicit ergo primo, ꝙ multi qui intromiſerunt ſe de legibus ſcribendis, ſcripſerunt ꝙ iuſtum prædictæ legis eſt de numero iniquorum. Et inducit quendam qui vocabaẽ Orator, cui durum videbatur, ſi ille, qui eſt paſſus violentiã ſit ſeruus, & ſubiectus ei qui potuit violentiam inferre, & non eſt melior, niſi quia eſt potentior. Vnde quibuſdam ſic videtur, ꝙ. ſ. ſit iniuſtum, aliis autem videtur alio modo. Et iſta diuerſitas non ſolum eſt inter populares, ſed etiam inter ſapientes. Deinde cum dicit.

Cauſa vero ambiguitatis & variationis huiuſmodi eſt, quia quodãmodo virtus fręta potẽtia vim poteſt maxime afferre, & ſemꝑ id quod ſuperat, eſt in excellentia alicuius boni, ex quo fit vt vis non abſq; virtute eſſe videatur.

Aſſignat cauſam prædictæ diuerſitatis. Et primo proponit quidẽ quod eſt manifeſtum. Secũdo de quo ſit dubitatio. ibi. {Sed circa iuſtum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cauſa præmiſſæ dubitationis. vnde variãtur verba ſapientum eſt ex hoc, ꝙ virtus quæ eſt per aliquem modũ, id eſt ſiue per ſapientiam, ſiue per conſtantiam, ſiue per fortitudinem corporalem, ſiue quocunq; alio modo, ſi ſortiatur ſucceſſum. i. niſi cõtrarium eueniat per infortunium, poteſt maxime cõpati ſecum ꝙ violentiam inferat. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ ille qui ſuperat ſemper eſt in exceſſu alicuius boni, niſi per infortuniũ aliter accidat. Et ex hoc videtur, ꝙ violentia nunquam ſit ſine qualicunq; virtute eius qui violentiam infert, & hoc eſt per ſe manifeſtum. Deinde cum dicit.

Sed circa iuſtum ſolum, eſſe ambiguitatem. Propter hoc. n. aliis quidẽ beniuolentia videtur eſſe iuſtum, aliis hoc ipſum videtur iuſtum, potentiorem dominari. Diſcordãtibus inuicẽ huiuſmodi ſermonibus, cum alteri nec validũ quicq̃, neq; perſuaſiuũ contineant, ꝙ nõ oporteat meliorem ſm virtutẽ præeſſe ac dominari.

Oſtendit quid remanet ſub dubitatione, & dicit ꝙ de hoc ſolũ remanet dubitatio. Vtrũ ſit iuſtum ꝙ propter excellentiam qualiſcunq; virtutis aliqui debeant principari qui ſuperant. Et ideo circa hoc ſunt diuerſę opiniones, quidam enim dicunt, ꝙ hoc iuſtum prædictæ legis
H eſt per beniuolentiam, ideſt in fauorem victorum introductum, vt propter hoc homines ad fortiter pugnandũ incitarentur: quibuſdam aũt videtur ꝙ hoc ipſum quandam rationem iuſtitiæ habet, ꝙ ille qui apparet melior in hoc ꝙ vincit, principetur ſm ꝙ Salomon dicit in Pro-
12. cap. uerb. Manus fortium dominabitur, quæ autem remiſſa tributis ſeruiet. Et hoc quidam ideo dicunt, quia ſi huiuſmodi rationes operationem remoueantur de medio, In primo aſpectu apparet, ꝙ illæ rationes quæ dicũt ꝙ nõ oportet principari & dominari illum qui eſt melior, ſm virtutem quę victorum extitit, nõ habeat aliquid quod ſit efficax ad mouendum rationem, neq; etiam habent aliquam probabilitatem, ſed ea quæ communiter hominibus videntur. Deinde cum dicit.

Omnino retinentes quidam, vt aiũt, aliquid iuſti, nam lex iuſtum quid eſt, ſeruitutem quæ
E ex bello prouenit iuſtã poſuere, & ſimpliciter non aiunt.

Soluit prædictam dubitationem, & primo oſtẽdit qñ ſit iuſtum ſeruire, & ſecundo quomodo ſit expediẽs. ibi. {Quód igitur hæc &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit ſolutionem. Secũdo manifeſtat eam. ibi. {Nã fieri poteſt &c.} Dicit ergo primo ꝙ vt totaliter & complete veritatem huiuſmodi dubitationis determinemus, dicendum eſt, ꝙ quidam attẽdentes ad quoddam iuſtum, id eſt ad iuſtum ſm quid, quale poteſt eſſe in rebus humanis, quod quidem iuſtum lex tradit, ponũt ſeruitutẽ quę ex bello prouenit eſſe iuſtam, nõ autem dicunt ꝙ omnino, ideſt ſimpliciter ſit iuſta. Approbat igitur ſecundam opinionem, & exponit eam oſtendens ꝙ non loquebãtur de iuſto ſimpliciter, ſed de iuſto ſm quid, quale eſt iuſtum legis humanæ. Dicitur. n. iuſtũ ſimpliciter, quod eſt iuſtũ ſm ſuam naturam. Iuſtũ autem ſm quid, quod refertur ad commoditatem humanam, quã lex intendit,
F quia propter vtilitatẽ hominũ omnes leges poſitæ ſunt. Quia igitur hoc non eſt iuſtum ſm naturam, ꝙ quicũq; ab hoſtibus vincuntur ſint ſerui, cum plerunq; cõtingat ſapientes ab inſipientibus ſuperari, dicit hoc nõ eſſe ſimpliciter iuſtum: eſt tamen ad commodum humanæ vitę. Eſt. n. hoc vtile & illis qui vincuntur, quia propter hoc á victoribus conſeruantur vt ſaltem ſubiecti viuant. Vnde & ſerui á ſeruando dicuntur: & etiam illi qui vincũt, quia per hoc homines incitantur ad fortius pugnandũ: & ꝙ ſint aliq̃ fortes pugnatores expedit cõuerſationi humanæ ad prohibẽdum multorum malitias. Si autem potuiſſet lex humana determinare efficaciter q̃ eſſent meliores mente, illos proculdubio ſequẽs naturã dominos ordinaſſet. Sed q̃a hoc fieri nõ poterat, accepit lex aliud ſignum præeminentiæ. ſ. ipſam victoriam, quæ prouenit ex aliqua excellentia virtutis. Et ideo ſtatuit victores eſſe dominos eorum qui vincuntur. Et ideo hoc iuſtum dicitur eſſe ſm quid vt poſſibile fuit legem poni, non ta-
G men eſt iuſtum ſimpliciter, & tamen ſeruãdum eſt hoc etiam homini virtuoſo ſm mentem, quia cum bonum cõmune ſit melius q̃ bonum propriũ vnius, nõ eſt infringendum quod conuenit bono publico, quamuis non conueniat alicui priuatæ perſonæ. Deinde cum dicit.

Nam fieri poteſt vt belli principium nequaquam ſit iuſtum, & indignum ſeruire nemo diceret eſſe ſeruum, alioqui continget eos qui nobiliſſimi videntur, ſeruos eſſe, atq; ex ſeruis ſi contingat eos capi atq; venundari.

Manifeſtat ſolutionem præmiſſam. Et primo per rationes. Secundo per ea quæ communiter dicuntur. ibi. {Itaq; ꝙ iſtos &c.} Circa primũ ponit duas rationes. Illud quod prouenit ex principio iniuſto non eſt ſimpliciter iuſtum. Sed principium bellorum contingit eſſe iniuſtum, puta cum aliquis nõ habet iuſtam cauſam aſſumẽ-
H di bellum. Ergo ſeruitus quæ ſequitur ex tali bello non eſt ſimpliciter iuſta. Secundã rationẽ ponit. ibi. {Et indignum &c.} quæ talis eſt. Contingit per bellum aliquem ſuperari cui indignum eſt ſeruire. Sed nullus poteſt dicere ꝙ ille quem indignum eſt ſeruire iuſte ſit ſeruus. Ergo non poteſt dici ꝙ ſeruitus quæ eſt ex bello ſimpliciter ſit iuſta. Minorem autem probat, quia ſi aliquis diceret iuſte ſeruum eſſe eũ quem indignum eſt ſeruire: accideret quandoq; eos qui ſunt de nobiliſſimo genere eſſe ſeruos ſi caperentur in bello, & ſi contingeret eos vendi, ſequeretur vlterius quód filij eorum eſſent ſerui ex ſeruis nati, quod videtur eſſe inconueniens. Deinde cum dicit.

Itaque iſtos non volunt ſeruos dicere, ſed barbaros.

Probat propoſitum per ea quæ communiter dicunẽ, & primo per ea quæ communiter dicuntur de ſeruitute.

Secundo

Secundo per ea quæ communiter dicuntur de libertate. ibi.{Eodemq; modo &c.}Circa primum duo facit. Primo proponit dictum commune. Secũdo oſtendit qualiter intelligatur. ibi. {Atqui cum iſta &c.}Dicit ergo primo, ꝙ propter prædictum inconueniens vitandum non volunt homines dicere ꝙ nobiles homines quando capiuntur in bello fiant ferui, ſed ſolum barbari cum capiũtur fiant ſerui. Deinde cum dicit.

Atqui cum iſta dicunt, nihil quærunt aliud q̃ natura ſeruos, vt ab initio diximus. Neceſſe eſt.n. dicere alios vbiq; eſſe ſeruos, alios necubi.

Oſtendit quomodo intelligatur: & dicit, ꝙ illi qui hoc dicunt videtur dicere ſolum de naturali ſeruitute quę eſt in barbaris propter defectum mentis: nõ autem eſt in nobilibus viris captis in bello, quia ſicut ſupra dictum eſt: neceſſe eſt ab ipſo principio natiuitatis eſſe quoſdam naturaliter ſeruos, & quoſdam non. Deinde cum dicit.

B Eodemq; modo de nobilitate, non ſolum.n. apud ſeipſos nobiles, ſed vbiq; exiſtimant, barbaros verò domi ſolũ nobiles: quaſi exiſtat alia ſimplr̃ nobilitas, alia non ſimpliciter, vt Theodectẽ Helena inquit. Ex diis ab vtraq; ſtirpe prognatam quiſquam appellabit ſeruam.

Ponit ea quę dicũt homines de libertate. Et primo ponit dictum. Secundo oſtendit quomodo ſit intelligendũ. ibi.{Sed cum hoc aiũt &c.}Dicit ergo primo, ꝙ ſm eũdem modum loquũtur homines de ingenuitate, ideſt de libertate. nam ingenuus eſt qui neq; eſt ſeruus neq; libertus. Dicunt enim ꝙ homines nobiles ſunt ingenui nõ ſolum cum ſunt apud ſeipſos, ideſt cum ſunt in propria domo & poteſtate, ſed etiam vbiq; terrarum. Sed barbari q̃ ſunt naturaliter ſerui propter defectum rationis, ſolum domi ſunt liberi propter defectum & carentiam dominantium: tanq̃ aliqui ſint ſimpliciter liberi vel ingenui, C ſcilicet qui ſunt bene diſpoſiti, ſecundum mentem: alĳ autem ſm, quid ſicut barbari. Et inducit ad cõfirmationem præmiſſorum verba Theodecti. Helena inquit, ex diis ab vtraque ſtirpe prognatam quiſquam appellabit ſeruam, ſm errorem Gentilium qui magnos principes deos vocabant. Deinde cum dicit.

Sed cum hoc aiunt, nullo alio q̃ virtute & vitio diffiniunt ſeruum & liberum: nobileſq; & ignobiles. Putant enim vt ex hominibus hominem & ex beſtiis beſtiam, ſic ex bonis bonũ generare. Sed natura quidem hoc vult, attamen plerunq; non poteſt.

Oſtendit qualiter id quod dictum eſt ſit intelligẽdũ. & dicit, ꝙ illi qui hoc dicũt, nihil aliud dicere videntur, q̃ ꝙ libertas & ſeruitus, nobilitas & ignobilitas determinantur virtute mentis: ita ꝙ illi qui ſunt virtuoſi mente D ſint liberi & nobiles: qui autem ſunt vitioſi, ſunt ſerui & ignobiles: ſm ꝙ dñs dicit in lib. Regum. Qui contẽnunt me erunt ignobiles. Et hoc ideo, quia homines reputant dignũ, ꝙ ſicut ex homine generatur homo, & ex beſtiis beſtia, ita ex bonis viris generet bonus vir. Et inde proceſſit honor nobilitatis, dum filĳ bonorũ honorati ſunt tanquam ſimiles patribus in bonitate. Et verũ eſt ꝙ natura habet inclinationẽ ad hoc faciendum. Prouenit.n. ex bona corporis complexione & natura: ꝙ aliqui inclinantur magis vel minus ad opera virtutũ vel vitiorum: ſicut aliqui naturaliter ſunt iracundi, & aliqui mãſueti: & hæc quidem ſcilicet natura corporalis à patre deriuaẽ ad poſteros vt in pluribus, ſicut & aliæ diſpoſitiones corporales: puta pulchritudo, fortitudo, & alia huiuſmodi. Sed propter aliquod impedimentum quandoque deficit, & ideo ex bonis parẽtibus naſcuntur multoties boni A filĳ, ſed propter aliquod impedimentum non poteſt natura ſemper hoc facere. Et ideo quandoq; ex parentibus bñ diſpoſitis ad virtutem oriuntur filĳ malæ diſpoſiti: ſicut ex parẽtibus pulchris turpes filĳ, & ex magnis parui. Contingit autem ꝙ filĳ diuerſificanẽ à parentibus in bonitate vel malitia, nõ ſolum propter diſpoſitionẽ naturalem corporis, ſed etiam propter rationem: quæ nõ ex neceſſitate ſequitur naturalẽ inclinationẽ. Vnde contingit, ꝙ homines, qui ſunt ſimiles parẽtibus in diſpoſitione naturali, propter aliam inſtructionem & conſuetudinem, ſunt in moribus diſſimiles. Si igitur bonorum parentum filĳ ſint boni, erunt nobiles & ſm opinionem & ſm veritatem. Si autem ſunt mali, erunt nobiles ſm opinionem, ignobiles autem ſm rei veritatem. Econtrario autem eſt de filiis malorum. Deinde cum dicit.

Quod igitur hæc dubitatio habet rationem quandam, & ꝙ ſunt alĳ natura ſerui, alĳ liberi: B manifeſtum eſt, & ꝙ in quibuſdam determinatum eſt, eſſe tale aliquid, quibus prodeſt & iuſtũ eſt alium ſeruire, alium eſſe liberum, & cõuenit alium imperare, alium parere eo imperio quod innatum eſt, quare & dominari. Male autem, vtriſq; inutiliter fit. Nã idẽ prodeſt toti & parti, & animæ & corpori. At ſeruus, pars quædã eſt domini, quaſi animatum quiddã corporis, ſed ſeparata pars. Quapropter aliqd eſt quod ſimul proſit, et amicitia eſt ſeruo et domino inuicem ſm naturã ita diſpoſitis. Illis vero qui ſecundum legem & per violentiam, cõtrarium.

Oſtendit quomodo ſeruire aliquibus ſit expediẽs vel non, concludens epilogando ex præmiſſis, ꝙ dubitatio, quæ ſupra mota eſt, habet quãdam rationem, ita ꝙ quę- C dam libertatis & ſeruitutis diſtinctio non eſt ſm naturã, ſed ſm legem, ſed in quibuſdam diſtinguitur per naturã, & in talibus expedit, huic ꝙ ſeruiat, & illi ꝙ denominetur, & hoc etiam iuſtum eſt. Et hoc probat, quia opportunũ eſt, ꝙ vnuſquiſq; ſubiiciatur vel principetur ſm ꝙ habet aptitudinem naturalẽ. Vnde & his qui habẽt aptitudinem naturalem ad hoc, expedit ꝙ dominentur ſeruis: ſed ſi male dominentur, & contra aptitudinem naturalẽ, inutile eſt ambobus. Quod probat per hoc, quia videmus ꝙ idem expedit parti & toti.ſ.vt pars cõtineatur in toto, & ſimiliter corpori & animæ, vt,ſ.corpus regatur ab anima. Quòd autem ſeruus comparetur ad dominum ſicut corpus ad animam ſupra dictum eſt. Sed quòd etiam comparetur ad ipſum, ſicut quædã pars eius, acſi eſſet quoddam organum animatum, quod eſſet quædã pars corporis ſeparata, hoc.n. diſtinguit ſeruum à parte vt dictum eſt. Et ideo patet ex præmiſſis, ꝙ ſeruo & domino, qui ſunt digni eſſe tales ſm naturam, expedit adin- D uicem ꝙ vnus ſit dominus, & alius ſit ſeruus, & ideo poteſt eſſe amicitia inter eos, quia communicatio duorum in eo ꝙ expedit vtriq;, eſt ratio amicitiæ. Sed illi qui nõ ſic ſe habent adinuicem ſm naturam, ſed ſolum ſm legẽ & violentiam, contrario modo ſe habent, quia non habent amicitiam adinuicem, nec expedit eis, ꝙ vnus ſit dominus & alius ſeruus.

LECTIO V.

Diuerſas eſſe ciuitatum adminiſtrationes, & ꝙ tribus modis acquiſitio fiat ſecundum naturam, paſtione, agricultura, & venatione.

PAtet autem ex his, ꝙ nõ idem eſt dominatio & gubernatio reip. nec omnes inter ſe principatus: vt quidam aiunt, nã aliud liberorum ſecundum naturam, aliud ſeruorum eſt.

Poſtquam

Poſtquam philoſophus inquiſiuit de veritate opinionis ponentis ſeruitutem non eſſe naturalem, hic accedit ad inquirendum de alia opinione ponēte, ꝙ dominatiua eſt eadem politicæ: & ꝙ eſt ſcientia quædam: & primo excludit primum modū. Secundo ſcdm. ibi. {Dominus ergo nō dicitur &c.} Circa primū duo facit. Primo oſtēdit ꝙ deſpotica, id eſt dominatiua non eſt idem ꝙ politica. Scdo ꝙ œconomica non eſt idē ꝙ politica. ibi. {Et in re familiari &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex prædictis poteſt eſſe manifeſtum falſam eſſe opinionem quorundam qui dicebant: ꝙ deſpotica, ideſt dominatiua & politica: & quilibet principatus ſunt vnum adinuicem: quia politica eſt principatus eorum, qui ſunt liberi ſm naturam. Deſpotica autem eſt principatus ſeruorum: dictum eſt autem ſupra ꝙ ſm diuerſitatē ſubiectorum & principantium eſt diuerſitas principatiua: ita ꝙ meliorum ſubiectorum eſt melior principatus: nō eſt ergo idem principatus de deſpotica & politica: ſed politica eſt præeminentior. Deinde cum dicit.

Et in re familiari imperium eſt vnius: nā ab vno regitur omnis domus: in rep. autem liberorum & æqualium eſt gubernatio.

Oſtendit differentiam politicæ ad œconomicam: ſub qua deſpotica continetur: cum deſpotica ſit principatus ſeruorum. Oeconomica vero omnium qui habitant in domo: quorum quidam ſunt ſerui & quidam liberi. Differt ergo œconomica à politica in hoc, ꝙ œconomica eſt quædā monarchia, ideſt principatus vnius: omnis enim domus regitur ab vno qui eſt paterfamilias: ſed politica eſt principatus liberorum & æqualium: vnde commutātur perſonæ principantes & ſubiectæ propter æqualitatē: & conſtituuntur etiam plures principatus vel in vno vel in diuerſis officiis. Videtur autem hæc differentia nō eſſe conueniens. Primo quidem quia non omnis œconomica videtur eſſe monarchia: ſed ſolum cum pater domum regit: cum vero vir & vxor denominantur eſt ariſtocratia: cum vero fratres in domo eſt timocratia vel politica, vt dicitur in 8. Ethic. Secundo etiā quia monarchia eſt vna politicarum vt in tertio dicetur. Dicēdū aūt ad primum ꝙ philoſophus loquitur hic de domus principatu ſm optimū ſuum ſtatum qui perſeuerare poteſt: ꝙ autem fratres principētur in domo, hoc nō eſt ad ſemper: ſed quouſq; hæreditatem diuidāt, & vnuſquiſq; domum ſuam regat. Principatus autem vxoris in domo nō eſt ſimpliciter: ſed ſm quid: cum & ipſa ſit ſubiecta viro: & ſi aliter accidat eſt inordinatio & corruptio domus.

Ad ſecundum dicendum: ꝙ hic loquitur de principatu politicæ: ſm ꝙ politicū diſtinguitur á regali, vt ſupra habitum eſt. Deinde cum dicit.

Dominus ergo non dicitur ſecundum ſcientiam: ſed quia eſt talis: eodemq; modo & ſeruus & liber.

Improbat prædictam opinionem quantum ad hoc ꝙ ponebat deſpoticam eſſe ſcientiam. Et primo oſtendit ꝙ non eſt ſcientia. Secundo ꝙ habet quandam ſciētiam adiunctam. ibi. {Sciētia vero &c.} Dicit ergo primo ꝙ deſpotes non dicitur ſm ſcientiam: quia. ſ. ſciat dominari: ſed ex eo ꝙ eſt ſic diſpoſitus ſm naturam vel legem ꝙ dominetur. Et ſimiliter dicendum eſt de ſeruo & libero. Sed deſpotica eſt qua aliquis denominatur deſpotes, ergo deſpotica non eſt ſcientia. Deinde cum dicit.

Scientia vero eſt liberalis & ſeruilis. Seruilis qualem Siracuſis ille docebat. Nam ibi quidā mercede pueros docebat ſeruitutem: ceu coquinariam: & alium huius generis famulatū. Sunt autem miniſteria aliorum quidem honeſtiora: aliorū vero neceſſaria magis. Et vt eſt in pro- **E** uerbio, ſeruus præ ſeruo, dominus præ domino. Hæ igitur omnes ſcientiæ ſeruiles ſunt.

Oſtendit ꝙ deſpotica habet ſcientiam adiunctam. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit quod intēdit dicens, ꝙ eſt quædā ſciētia deſpotica, id eſt dominatiua: & quędam ſeruilis. Secundo ibi. {Seruilis qualem &c.} Manifeſtat de vtraque: & primo de ſeruili. Secūdo de deſpotica. ibi. {Domini autem ſciētia &c.} Dicit ergo primo: ꝙ ſeruilis ſcientia eſt qualem quidam in ciuitate Siracuſanorum docuit, qui accepto precio docuit pueros quædam ancillaria miniſteria: id eſt, docuit eos facere quędam miniſteria, quæ ancillæ facere conſueuerunt vel alij ſerui. Et hæc ſcientia ad plus ſe extendit ꝙ̄ ad pręparanda pulmēta, & alia huiuſmodi miniſteria facienda. Quorum tamē miniſteriorum differentia attenditur ſm duo, ſ. ſm dignitatem & neceſſitatē. Quædam. n. ſunt honorabiliora, & tamen minus neceſſaria: ſicut miniſterum de delicatis cibariis præparandis. Quædam autem ſunt miniſteria ma- **F** gis neceſſaria, ſed minus honorabilia, ſicut miniſterium de pane faciendo. Vnde & prouerbium inoleuit: quòd non omnes ſerui ſunt æquales, ſed ſeruus præfertur ſeruo ſicut dominus domino. Quia igitur talia miniſteria ſunt ſeruorum, manifeſtum eſt, quòd omnes tales ſcientiæ ſunt ſeruiles. Vnde ad harum differentiam dicuntur aliquæ artes liberales, quæ deputantur ad actus liberorum. Deinde cum dicit.

Domini autem ſcientia eſt, per quā vtitur ſeruis: nam dominus eſt non in poſſidendo ſeruos, ſed in vtendo.

Manifeſtat quæ ſit deſpotica ſcientia: & circa hoc tria facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo oſtendit conditionem deſpoticæ ſcientiæ. ibi. {Continet autē hęc ſcientia &c.} Tertio agit de quadam ſcientia affini. ibi. {Acquirendi vero diſciplina &c.} Dicit ergo primo, ꝙ deſpotica ſcientia dicitur per quam aliquis ſcit bene vti **G** ſeruis, nō autem illa per quam aliquis acquirit ſeruos. Et hoc probat per hoc, ꝙ aliquis dicitur deſpotes. i. dominus, non in poſſidendo, i. in acquirendo ſeruos, ſed magis in hoc ꝙ vtitur ipſis. Deinde cum dicit.

Continet autem hæc ſcientia non magnū aliquid, neq; glorioſum, quæ enim ſeruum ſcire facere oportet, illum oportet ſcire iubere. Itaq; quibuſcunq; eſt facultas à laboribus ceſſandi: vicarius quidam hūc honorem ſuſcipit. Ipſi vero aut reip. adminiſtrandæ: aut ſtudiis philoſophiæ intendunt.

Oſtendit conditionem huius ſcientiæ, & dicit ꝙ hæc ſcientia nō eſt magnæ æſtimationis, aut venerationis. Et hoc probat primo per rationem, quia. ſ. dominatiua ſciētia in hoc cōſiſtit: vt homo ſciat vti ſeruis præcipiendo eis. Et hoc nō eſt magnum. Eadem. n. ſunt quæ ſcire opor- **H** tet ſeruum ad faciendum, & dominum ad præcipiēdum, vnde patet ꝙ non eſt magni momenti talis ſcientia. Secundo manifeſtat idem per conſuetudinem humanam. Quia. n. hæc ſcientia non reputatur alicuius momenti: ideo quicunq; poſſunt ſe expedire: vt non patiantur hoc malum, i. vt non impediantur circa curam ſeruorum, ipſi expediunt ſe: & vacant vel vitæ politicæ, vel vitæ ciuili, vel vitæ philoſophicæ: curam autem ſeruorum committunt alicui procuratori. Deinde cum dicit.

Acquirēdi vero diſciplina: alia eſt ab vtraq; iſtarum ceu bellica quędam iuſta, aut venatica. De ſeruo igitur & domino in hunc modum determinatum ſit.

Quia dixerat ꝙ deſpotica ſcientia non conſiſtit in acquirendo ſeruos, ſubdit: ꝙ quædā alia ſcientia eſt acqui-

ſitiua

ſtitiua ſeruorum: quæ differt à ſeruili: & à dominatiua, & hæc eſt multiplex. Exemplificat autẽ de duabus, per quarum vnam acquirit homo homines in ſeruos: & hæc eſt ſcientia peragendi iuſta bella: in quibus qui capiũtur, iure ſerui efficiuntur. Si autem bellum eſſet iniuſtum: non eſſet iuſta acquiſitio ſeruorum, vnde non eſſet ſm ſcientiam. Alia autem ſcientia eſt: per quã homo acquirit beſtias in ſeruos, & iſta eſt ſcientia venandi. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ de domino, & ſeruo intantum determinatum ſit.

LECTIO VI.

Quomodo ſecundum naturam diuitiæ acquirantur. Diuitias autem eſſe multitudinem inſtrumentorum rei familiaris & publicæ.

TOtaliter autem de vniuerſa poſſeſſione et quæſtu intuebimur ſm antecedẽtem modum: quando & ſeruus poſſeſſionis erat pars.

Poſtquam philoſophus determinauit de domino, & ſeruo, qui eſt poſſeſſio quædã: hic determinat conſequenter de omni poſſeſſione. Et diuidit in partes duas. In prima determinat de ea quantum ad ſcientiam. In ſecunda quantum ad vſum. ibi. {Quoniam autem quæ ad ſcientiam &c.} Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo mouet dubitationem. ibi. {Primũ igitur dubitaret &c.} Dicit ergo primo: ꝙ quia dictum eſt de ſeruo: ꝙ ſeruus eſt quædam poſſeſſio: oportet conſiderare eo modo: quo tractauimus de ſeruo vniuerſaliter de omni poſſeſſione, & de arte, quæ eſt de pecuniis. Deinde cum dicit.

Primum igitur dubitaret vtiqꝫ aliquis, vtrũ illa diſciplina, quæ ad acquirẽdum ſpectat: idẽ ſit ꝙ res familiaris, vel pars aliqua eius, vel miniſtra, & ſi miniſtra: vtrum quẽadmodum pectinaria textoriæ, aut quemadmodum æraria ſtatuariæ. Non. n. eodem modo ſubminiſtrant: ſed altera quidem organa præbet, altera materiam. Dico autem materiam, ceu id, quod ſubiacet: ex quo aliquod perficitur opus, ceu textori lana, ſtatuario æs.

Mouet quaſdam dubitationes. Primo mouet eas. Secundo incipit eas ſoluere. ibi. {Quod quidẽ igitur &c.} Prima autem dubitatio diuiditur in duas: quorũ prima eſt. Vtrũ ars pecuniariua, id eſt acquirendi pecunias ſit omnino eadem œconomicæ: vel ſit potius pars quædã ipſius, aut nõ ſit eadẽ, neqꝫ pars, ſed potius ſubminiſtratiua. Manifeſtum eſt enim, ꝙ pecuniatiua aliquo modo ad œconomicam pertinet: vnde oportet ꝙ aliquo iſtorũ modorum ſe habeat ad eam. Non autem idem eſt ꝙ aliqua ars ſit pars alterius: & ꝙ ſit ſubminiſtratiua ei. Nã ars dicitur eſſe pars alterius artis: quæ cõſiderat partem eius: quam conſiderat alia ars. ſicut ars: quæ facit cultellũ eſt ars fabrilis: quia cultellus eſt quædam ſpecies operũ ex ferro factorum. Ars autẽ ſubminiſtratiua dicitur: quæ facit aliquid in miniſteriũ alterius artis, ſicut ars quæ fundit ferrũ, ſubminiſtrat arti fabrili. Et quia pecunia eſt in miniſteriũ domus: ideo magis videtur eſſe ſubminiſtratiua ꝗ̃ pars. Et ideo mouet ſecundam dubitationem: inuenit. n. ꝙ vna ars miniſtrat alij dupliciter. Vno modo præparando ei organum quo operatur: ſicut ars quæ facit pectinem cum quo texitur, miniſtrat arti textili proprium inſtrumentum. Alio modo quia exhibet ei materiam qua operatur: ſicut ars quæ præparat æs deſeruit arti: quæ facit ſtatuam ex ære: & illa quæ præparat lanã deſeruit textori. Eſt ergo dubitatio: vtrũ ars acqrendi pecuniam deſeruiat œconomicæ: ſicut præparãs materiã: vel ſicut præparans inſtrumentũ. Deinde cum di.

A Quòd quidem igitur non ſit eadem rei familiaris diſciplina illi, quæ pertinet ad acquirẽdũ; manifeſtum eſt. Nam huius quidem parare eſt illius vero vti: quæ enim vtitur his, quæ ſunt in domo, niſi rei familiaris diſciplina?

Incipit ſoluere prædictas dubitationes. Et primo oſtẽdit, ꝙ pecuniatiua non eſt eadem œconomice. Secundo inquirit: vtrum ſit pars eius, aut ſubminiſtratiua, vel potius ſit aliquid extraneum ab ea. ibi. {Sed vtrum ſit eius pars vel alia ſpecies &c.} Primo ergo ſoluit primam dubitationem oſtendens: ꝙ pecuniatiua nõ ſit omnino eadẽ œconomice: quia ad pecuniatiuã pertinet acquirere pecunias. Ad œconomicã autẽ pertinet vti eis. Nulla. n. alia ars eſt ad quam pertineat vti eis quæ ſunt vtilia domui, niſi œconomice. Manifeſtũ eſt autem etiam in aliis, ꝙ ars, quæ neceſſaria eſt alia ab ea: quæ facit vel acquirit: ſicut ars gubernatoria eſt alia à nauifactiua, ergo œco

B nomica eſt alia á pecuniatiua. Ex quo etiam manifeſtum eſt, ꝙ pecuniatiua magis eſt miniſtratiua ꝗ̃ pars: ſemper enim ars factiua deſeruit vtenti: ſicut quæ facit frenũ militare. Ex quo etiã manifeſtum fit: ꝙ pecuniatiua magis ſubminiſtrat per modum præparantis inſtrumẽta: ꝗ̃ per modum præparantis materiam. Pecunia. n. & omnes diuitiæ ſunt quædam inſtrumenta œconomice, vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

Sed vtrum ſit eius pars: vel alia ſpecies dubitationem habet.

Inquirit vtrum pecuniariua ſit pars œconomicæ vel aliquid extraneũ ab ipſa: & diuiditur in partes duas. In prima mouet dubitationem. In ſecunda proſequitur eã. ibi. {Nam ſi eſt diligentis patrisfamilias &c.} Dicit ergo primo ꝙ cum pecuniariua non ſit eadem œconomicæ: quæ vſr vtitur diuitiis & poſſeſſionibus: dubitari poteſt: vtrũ pecuniariua ſit quædã pars ipſius œconomicę:

C aut ſit altera ſpecies ab œconomica. Deinde cum dicit.

Nã ſi eſt diligẽtis patrisfamilias videre quomodo pecunię & poſſeſſio adſint. Poſſeſſio autem & pecuniæ multas complectuntur partes. Itaqꝫ primũ dubitatio eſt agricultura, vtrũ pars aliqua ſit illius diligentiæ: an aliud quoddã genus & totaliter circa alimentũ cura & acqſitio.

Proſequitur prædictam dubitationem. & primo oſtẽdit differẽtiam pecuniatiuæ ad aliam poſſeſſiuam. Secũdo determinat propoſitam quæſtionem. ibi. {Palam autem & ꝙ dubitant &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem de differentia pecuniariuæ ad alias poſſeſſiuas. Secundo determinat de alia poſſeſſiua. ibi. {Atqui ſpecies alimẽtandi &c.} Tertio determinat de pecuniatiua. ibi. {Eſt aliud genus &c.} Dicit ergo pri-

D mo, ꝙ cum ad pecuniatiuam pertineat conſiderare, vnde pecuniæ acquirantur. Multa autem alia poſſidentur præter pecuniam: ſicut terræ naſcentia: & alia huiuſmodi: quæſtio eſt de agricultura, per quam aliquæ diuitiæ acquiruntur: vtrũ ſit quædã pars pecuniatiuę, vel aliud genus artis. Et quia agricultura ordinatur ad acqrẽdũ cibũ: eadem quæſtio poteſt moueri de arte: quę ordinatur ad acquirendum vniuerſaliter cibum. Deinde cum di.

Atqui ſpecies alimentandi multæ ſunt. Nã & vitæ plures ſunt animaliũ & hominũ. Non enim fieri poteſt vt viuatur ſine alimẽto. Itaqꝫ diuerſitates alimentorum diuerſas faciunt animalium vitas. Nam ferarum quidem aliæ gregales ſunt, aliæ ſoliuagæ: vt hoc vel illo modo, illis conducit ad victũ: quoniam aliæ viuis animalibus:

malibus, aliæ fructibus, aliæ cunctis paſcũtur. Quare ad facultatem victus atq; delectum earum, vitas natura diſtinxit. Cum verò non idẽ cuique dulce ſit ſm naturam: ſed aliis alia, & illarum quæ animalia, & illarum quæ fructus comedunt, vitæ inter ſe differunt.

Soluit propoſitam quæſtionem, & primo diuidit acquiſitionem ciborum in multas partes. Secundo oſtẽdit qualis ſit ibi. {Talis igitur acquiſitio &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit diuerſitatem ciborum in animalibus. Secundo in hominibus. ibi. {Hoc idem eſt in hominibus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ multę ſunt ciborũ ſpecies, & ex hoc diuerſificantur modi viuẽdi tam in animalibus, q̃ in hominibus. Cum.n.non ſit poſſibile viuere ſine cibo, neceſſe eſt ꝙ ſm differentiam ciborum differat modus viuendi in animalibus. Videmus.n. ꝙ quædam beſtiæ viuunt congregata in multitudine, & quædã viuunt diſperſa & ſeparata ſm ꝙ expedit ad cibum ipſorum. Quædam.n. ipſorum ſunt comedentia animalia. Quædam verò comedunt fructus. Quædam verò comedunt indifferenter omnia, vnde non diſtinxit vitas eorũ: ſed cibos quos eligunt naturaliter, & ſm ꝙ viuunt in deſidia vel in pugna. Nam ea quæ comedunt alia animalia oportet eſſe pugnatiua: & ꝙ diſperſa viuant, aliter enim non poſſent cibum inuenire. Sed animalia quę comedũt cibum, qui de facili poteſt inueniri, viuunt ſimul. Et quia in quolibet dictorum generum diuerſa ſunt delectabilia diuerſis animalibus: nõ enim omnia animalia comedentia carnes delectãtur in eiſdem carnibus: & ſimiliter nec omnia animalia comedentia fructus delectantur in eiſdẽ fructibus. Inde contingit ꝙ etiam animalium quæ comedunt carnes ſunt diuerſi modi viuẽdi, & ſimiliter eorum quæ comedunt fructus. Deinde cum dicit.

Hoc idem eſt in hominibus. Differunt.n. eorum vitæ. Nam pigerrimi qui ſunt, paſtoralem vitam ſequũtur: q̃m à manſuetis animalibus ſine labore educatio prouenit ocioſis. Cũq; ſit neceſſe mutare locum animalibus: & ipſi coguntur vna ſequi, quaſi agriculturam quãdam viuam colentes. Alij verò ex præda viuunt. Et præda quidem alia alij, ceu alij venantes, alij piſcantes: vt qui paludes, & ſtagna, & flumina, & mare accolunt. Alij ab auibus, & feris. Sed maxima pars hominum à terra viuit, & à fructibus nõ ſilueſtribus: vitæ igitur ferè tot ſunt, quot ſm propriam & innatam habent operationem, non per commutationem & cõmertia ſibi præparant alimentum, paſtoralis, agricultura, prædatoria, piſcatoria, venatoria. Sunt & qui iſta miſcentes iucunde viuant: ſupplentes deficientem vitam, qua deficiẽs eſt, vt ſufficientia aſſit, ceu paſtoralem ſimul quidam & prædatoriam, alij agriculturam & venationẽ. Eodem modo & circa alias, vt indigentia compellit, in hunc modum degunt.

Oſtendit diuerſitatem ciborũ in hominibus. Et dicit ꝙ etiam ſm diuerſitatem ciborũ in multis differunt vitę hominum. Tripliciter.n. acquirunt aliqui nutrimẽtum, quidam acquirunt cibum, & neq; laborant, neq; deprędantur. Et iſti ſunt ocioſiſſimi, & iſti ſunt, ſ. paſtores, qa cibus qui fit à domeſticis animalibus: puta ab ouibus, abſque labore fit hominibus viuentibus in ocio. Sed habent ſolum laborem hunc, ꝙ cum fuerit neceſſarium pa-

E ſcoribus propter paſcua trãſire de loco ad locum: tunc & ipſi coguntur ſæpe tanquã ſi colerent quendam agrum qui viueret & moueretur. Alij vero ſumunt nutrimentũ ex præda, vel quam acquirũt ab hominibus ſicut latrones: vel quam acquirunt ex aquis ſtagnorũ, paludum, fluuiorum, & in aliis, ſicut piſcatores. Vel ex agris & ſiluis, ſicut venatores auium & beſtiarum. Tertium genus viuendi eſt, ꝙ pluribus hominum conuenit, ꝙ viuunt ex his quæ naſcuntur in terra & ex domeſticis fructibus: & iſti habent cibum elaboratum. Hæ igitur vt plurimum ſunt vitæ hominum, pręter eos enim qui habent cibũ elaboratum & qui viuunt de negociatione: de qua infra agetur, ſunt quatuor vitæ ſimplices, ſcilicet paſcualis: furatiua, piſcatiua & venatiua, vt ex dictis patet. Sed cum vita hominum ſit deficiẽtiſſima, eo ꝙ multis indiget: quidã ad hoc ꝙ per ſe ſibi ſufficiant exercent ſimul, & miſcent prædictas vitas, & ita delectabiliter viuunt ſupplentes ſibi ex vna quod deeſt ſibi ex altera, ſicut quidam exer-
F cẽtes ſimul vitam paſcualem & furatiuam, quidã ſimul agricultiuam & venatiuam, & ſimiliter alias vitas ſm ꝙ vnicuiq; eſt opportunum. Deinde cum dicit.

Talis igitur acquiſitio ab ipſa videtur natura hominibus data, vt ſtatim poſt genituram ſic etiam ad perfectionem deductis: nã ab ipſo generationis initio, quædã animalium ſimul exprimunt tantum alimenti: vt ſufficiat donec poterit ſibiipſi acquirere quod generatũ eſt, vt quæcunq; ex putredine: vel ex ouis generãtur. Quæ vero pariunt viuentia, alimentum habẽt in ſeipſis ad natorum educationem, vſq; ad tempus quoddam: quam lactis naturam dicimus. Quare ſimiliter eſt de perfectis quoq; exiſtimãdum, plantaſq; animalium eſſe gratia, & cætera
G animalia hominum cauſa: manſueta quidẽ ꝑ vtilitatem & cibum: fera vero & ſi non omnia, at plurima illorum propter cibum & alia adiumenta: vt veſtis, ac cætera inſtrumenta ex illis fiant. Si igitur natura nihil neq; imperfectũ facit, neq; fruſtra: neceſſariũ eſt illa omniũ hominum gratia feciſſe naturam. Quapropter & bellica, ſm naturam quodammodo acquiſitiua erit: nã & venatoria pars illius eſt, qua vti oportet contra beſtias, & contra eos homines, qui ad parendum nati ſunt, nec volunt parere, vt natura id bellum iuſtum exiſtat.

Oſtendit qualis ſit prædicta poſſeſſiua: quæ eſt acquiſitiua cibi. Et primo oſtendit ꝙ eſt naturalis. Secundo ꝙ
H eſt pars œconomicę. ibi. {Vna igit̃ acquirendi ſpẽs &c.} Tertio ꝙ non eſt infinita. ibi. {Et videtur &c.} Circa primum ponit talem rationẽ. Sicut natura prouidet animalibus ſtatim in prima eorum generatione: ita & poſtquam eorum generatio fuerit perfecta. Prouidet autem eis de nutrimẽto in prima eorũ generatione: & hoc patet in diuerſis animalibus. Sunt enim quædam animalia nõ generantia animal perfectum: ſed faciunt oua, ſicut aues vel vermes quoſdam loco ouorum, ſicut patet in formicis & in apibus & in aliis huiuſmodi: & huiuſmodi animalia ſimul pariunt cum propriis fœtibus tantũ de nutrimento quantum ſufficere poſſit, quouſq; animal generatum perueniat ad perfectũ, ſicut patet in ouo, cuius rubeum cedit in nutrimentum pulli, qui generatur ex albo oui: & hoc quandiu pullus eſt intra teſtã, ſimil' eſt in vermibus. Quædam autem animalia ſunt, quæ generãt animal perfectũ ſicut equi, & alia huiuſmodi & in talibus a-
animalia,

imaſta, quæ pariunt, habent vſq; ad aliquod tempus A
rum in ſeipſis ad nutrimentum genitorum : q quidem
ous vocatur lac, & ſic patet, q in prima gñone natura
ouidet aïalibus de cibo. Vnde manifeſtum eſt, q poſtq̃
n animalia ſunt perfecta, natura prouidit eis de cibo:
, q plantæ ſunt propter alia animalia vt ex eis nutriau
: alia vero animalia ſunt propter homines, domeſtica
dem & propter cibum, & propter alias vtilitates: ſil-
ſtria verò & ſi non omnia, tñ plurima eorum cedunt
cibum hois, vel aliquo alio modo in auxilium eius, in-
âtum homo ex eis acquirit veſtitum, ſ. de pellibus eo-
n, vel etiam alia inſtrumenta, vt pura de cornibus, oſ-
as, aut dentibus. Et ſic manifeſtum eſt, q homo indi-
ad ſuam vitam aliis animalibus & plantis. Sed natu-
neq; dimittit aliquid imperfectum, neq; facit aliquid
iſtrà. Ergo manifeſtum eſt, q natura fecit animalia, &
ntas ad ſuſtentationem hominum. Sed qñ aliquis ac-
it id, quod natura propter ipſum fecit, eſt naturalis
quiſitio. Ergo poſſeſſiua qua huiuſmodi acquiruntur, B
æ pertinent ad neceſſitatem vitæ eſt naturalis: & pars
s eſt prædatiua, quâ oportet vti ad beſtias, quæ natu-
ter ſunt ſubiectæ hominibus : & ad homines barba-
, qui ſunt naturaliter ſerui, vt ſupra dictũ eſt, ac ſi hoc
bellum ſit iuſtum ſm naturam. Dixit aũt prędatiuam
partem hmõi poſſeſſiuę, qa alia pars eſt agricultura,
cquirit nutrimentum ex plantis. Deinde cum dicit.

Vna igitur acquirendi ſpecies ſm naturam
rs eſt rei familiaris, quã oportet ſubeſſe iam,
t illũm parare, quo ea ſublint: quarum eſt cõ
tatio rerum in vita neceſſariarũ, & vtilium
ſocietatem ciuitatis & domus.

Concludit ex præmiſſis, q quædam naturalis ſpecies
ſſeſſiuę, de qua iam dictum eſt, pars eſt quædam œco-
micæ, ſm, q pars dicitur eſſe, quę eſt ſubminiſtratiua.
miniſtrat.n.non ſolum œconomicæ, ſed etiam poli-
æ: & hoc ideo, quia oportet ad actum politici & œco- C
mici, vt acquirantur & illæ res, quæ theſaurizantur
neceſſitatem vitæ, & vtilitatem cõmunitatis tam do-
s q̃ ciuitatis, quia neq; domus, neq; ciuitas poteſt gu
nari ſine neceſſariis vitæ. Deinde cum dicit.

Et videtur veræ quidem diuitiæ ex his con-
re, nam ſufficientia huius poſſeſſionis, ad vi
n bonorum non infinita eſt, vt Solon carmi
bus inquit. Diuitiarũ nullus eſt finis cõſtitu-
s hoibus. At certe conſtitutus eſt, vt in aliis
tibus: nullum.n. inſtrumentum cuiuſq; artis
finitum eſt, neq; multitudine, neq; magnitu-
ne. Diuitiæ autem ſunt multitudo inſtrumẽ-
rum rei familiaris, & reip. Quod igit̃ ſit ali-
a acquiſitio ſm naturam patribusfamilias, & D
bernatoribus reip. & pp quã cauſam patet.

Oſtendit q prædicta poſſeſſiua non eſt infinita, & di-
; q veræ diuitiæ ſunt ex huiuſmodi rebus, quibus ſub-
nitur neceſſitati naturæ. Ideo autem iſtæ ſunt veræ di-
tiæ, quia poſſunt tollere indigentiã, & facere ſufficien-
m habenti eas, vt. ſ. homo ſit ſibi ſufficiens ad bene vi-
ndum. Sunt autem quædam aliæ diuitiæ, quarum poſ
ſio eſt infinita, vt infra dicetur, de quibus Solon, qui
t vnus de ſeptem ſapientibus dicit in ſuo poemate, q
llus terminus diuitiarum poteſt præfiniri hoibus. Vn-
tales non ſunt veræ diuitiæ, quia non replent hominis
petitum. Quòd aũt diuitiæ, quæ conſiſtunt ex rebus
ceſſariis ad vitam ſint finitæ, probat tali ratione. Nul-
s actus inſtrumentum eſt infinitum in multitudine, ne-
e magnitudine. Ars.n. fabrilis nõ habet infinitos mar
los: neq; etiam vnum aliquem martellum infinitum.

A Sed prædictæ diuitiæ ſunt quædam organa œconomici & politici, quia eis vtuntur ad gubernationem domus vel ciuitatis, vt dictum eſt. Ergo huiuſmodi diuitiæ non ſunt infinitæ, ſed eſt eis aliquis terminus. Et vltimo epilogando concludit, q eſt quædam naturalis poſſeſſiua, quæ eſt neceſſaria & œconomicis & politicis, & propter quam cauſam manifeſtum eſt ex dictis.

LECTIO VII.

De acquiſitione per cõmutationem rerum vendenti inutilium, ementi neceſſariarum: deq; nummi inuentione, primum rudi, deinde ſignato, ex quo nata eſt nummorum conquirendi facultas.

Est aliud genus acquirendi, quod maxime vocant, & merito vocari debet pecuniarũ, in quo nullus finis eſſe videtur diuitiarum & poſſeſſionis: quod eſſe vnum & idem cũ illo,
B de quo ſupra diximus, plerique crediderunt ꝓpter vicinitatem, ſed neq; eſt idem, neq; valde remotum. Eſt enim alterum illorum ſm naturam, alterum non ſm naturam, ſed magis ſm peritiam & artem.

Poſtq̃ Philoſophus determinauit de vna parte poſſeſſiuæ, quæ eſt acquiſitiua cibi & aliorum neceſſariorum vitæ hic determinat de alia poſſeſſione, q̃ appellatur pecuniatiua. Et circa hoc duo facit. Primo proponit conditionem ipſius. Secundo determinat de ea. ibi. {De quo dicere ſic exordiamur &c.} Circa primum tria determinat de hac ſecũda parte poſſeſſiuæ. Primo.n. determinat nomen eius dicens, q vocatur pecuniatiua, quia. ſ. inſiſtit circa acquiſitionem pecuniarum. Secundo dicit de ea, q qa acquiſitio pecuniarum eſt infinita pp iſtam partem poſſeſſiuæ, videtur hoibus, q nullus ſit terminus diuitiarum & poſſeſſionis. Multi.n. reputant, q hæc pars
C poſſeſſiuæ ſit vna & eadem cum præmiſſa pp vicinitatem, quã habet cum ipſa. Tertio ꝓponit cõparationem huius poſſeſſiuæ ad p̃miſſam : & dicit, q neq; eſt eadem cum p̃dicta, neq; tñ longe diſtat ab ea. Quod aũt non ſit eadem manifeſtat per hoc, q p̃dicta pars poſſeſſiuæ, quę eſt acquiſitiua cibi, & aliorum neceſſariorum vitæ eſt naturalis : ſed hæc, quæ eſt acquiſitiua pecuniæ non eſt naturalis. Denarij.n. non ſunt adinuenti à natura, ſed per quãdam experientiam & artẽ ſunt introducti. Iõ aũt dixit, q nõ longe diſtant, qa p denarium etiam neceſſaria vitæ haberi poſſunt & econuerſo. Deinde cum dicit.

De quo dicere ſic exordiamur. Cuiuſq; rei, quæ poſſidetur, duplex eſt vſus : vterque verò ſm ipſam rem, ſed non ſilr : verum alter proprius, alter non proprius, ceu calcei quidem eſt calceatio & venditio. Vterque.n. vſus calcei
D eſt: nam qui calceum indigenti vendit, pro pecunia vel cibo, vtitur calceo quo calceus eſt, ſed non ſm proprium vſum: non.n. commutationis gratia factus eſt calceus. Eodem modo ſe habet in aliis rebus quas poſſidemus.

Incipit determinare naturam pecuniatiuæ. Et quia pecunia eſt inuenta propter cõmutationes faciendas: iõ circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo cõmutatio ſe habet ad res commutatas. Secundo determinat de commutatione naturali. ibi. {Eſt.n. permutatio &c.} Tertio determinat de commutatione pecuniaria. ibi. {Ex hac tñ &c.} Dicit ergo primo, q ad conſiderandum de pecuniatiua, debemus hinc accipere principium. Eſt enim vniuſcuiuſque rei duplex vſus, & conueniunt in hoc, q vterque eſt ſm ſe & non per accidens. Differunt aũt in hoc, q vnus eorum eſt proprius vſus rei : alius aũt nõ eſt

proprius ſed communis. Sicut duplex eſt vſus calciamēti. Vnus quidem proprius, ſ. calceatio. Alius communis, ſcilicet commutatio. Ad hunc enim vſum non factum eſt calciamentum, vt homo commutet ipſum: ſed tamen homo ſic poteſt vti calciamento vt commutet ipſum vel ꝓ pane vel pro cibo. Sed quamuis commutatio non ſit ꝓprius vſus calciamenti: eſt tamen vſus eius per ſe & non ſm accidens, quia ille, qui cōmutat ipſum vtitur eo ſm valorem ſuum. Et ſicut dictum eſt de calciamento, ita intelligendum eſt de omnibus aliis rebus, quæ ab homine poſſideri poſſunt. Deinde cum dicit.

Eſt enim permutatio in oībus cæpta quidem ab initio, ex eo, ꝙ eſt ſm naturam, ꝙ alij plura, ꝙ̄ opus ſit, alij pauciora habeant. Ex quo manifeſtum eſt, pecuniariam non eſſe ſm naturam eius, quæ pertinet ad acquirendum, quo ad enim ipſius ſufficeret, neceſſarium erat permutationem feciſſe.

Determinat de cōmutatione naturali, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quorum ſit iſta cōmutatio. Secundo qūo eſt introducta. ibi. {In prima igr̄ ſocietate &c.} Tertio qūo ſe habet ad naturam. ibi. {Huiuſmodi ergo permutatio &c.} Dicit ergo primo, ꝙ permutatio pōt fieri de omnibus rebus: & prima quidem cōmutatio incępit á rebus, quæ natura miniſtrat ad neceſſitatem humanæ vitę: eo ꝙ de his quidam homines plura habebāt, quidam pauciora, ſicut quidam habebant plus de vino, alij plus de pane, vnde oportuit, ꝙ commutarent. Et intantum fiebat cōmutatio, quouſq; vnuſquiſq; habebat, quod ſibi ſufficiebat. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ cū denarij nō ſint á natura, ſicut dictum eſt nūmularia, quę eſt ꝑmutatio denariorum, non eſt á natura. Deinde cum dicit.

In prima igitur ſocietate. i. in domo, manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius, ſed iam maiori exiſtente ſocietate: alij. n. illorum communiter habebant omnia, alij ſeparatim, multa rurſus & alia, quorum ſm indigentiam neceſſe erat permutationem facere: quemadmodum adhuc faciunt barbarorum nationes multę, alia pro aliis dantes recipienteſq;: inutilia enim ſibi pro vtilibus tradunt: vltra verò nihil, ceu vinum pro tritico, & cæteris talibus.

Oſtendit qūo eſt introducta talis permutatio: & dicit, ꝙ in prima cōmunitate, quæ eſt communitas vnius domus, non erat opus aliqua tali cōmutatione: eo ꝙ omnia neceſſaria vitę erant patrifamilias, qui omnia ꝓuidebat. Sed qñ iam facta eſt amplior communitas, ſ. vici & ciuitatis, propter hoc, ꝙ aliqui hominum communicabant cum omnibus, inter quos non poterat fieri commutatio: alij verò erant ſeparati, & in multis aliis rebus: ideo neceſſarium fuit illarum rerum, q̄ diuiſæ erant, fieri cōmutationes, vt. ſ. dum vnus acciperet ab alio, quod alter habebat, ipſe retribueret ei, quod ipſe habebat, qđ adhuc ſeruatur apud multas barbaras nationes, apud quas non eſt vſus denariorum, q̄ nihil plus cōicant niſi ea, quę ſunt eis opportuna ad vitam, ſicut dando & accipiendo vinū & triticum & alia huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Huiuſmodi ergo permutatio neq; pręter naturam eſt: neq; ad amplificationem patrimonij pertinet, cum ſit in ſupplementum indigentię ſecundum naturam.

Concludit ex præmiſſis, ꝙ talis commutatiua non eſt pręter naturam, quia eſt de rebus quas miniſtrat natura, neq; eſt ſpecies pecuniatiuæ, quia non fit per denarios.

E Et ꝙ non ſit præter naturam probat per hoc, quod eſt in ſupplementum ꝑ ſe ſufficientiæ. i. vt homo per hmōi cōmutationem habeat ea, quæ ſunt neceſſaria ſufficienter ad ſuſtentationem humanæ vitæ. Deinde cum dicit.

Ex hac tamen illa proceſſit ſm rōnem. nam cum à remotioribus quæreretur auxilium, importando illa, q̄bus indigebant: & exportando illa, q̄bus abundabāt, neceſſario nūmi introductus eſt vſus: non. n. faciliter deferri poſſunt ſingula ſingulis ad vitam neceſſaria. Itaq; ad permutationes faciendas tale aliquid cōpoſuerunt inter ſe dare & accipere, quod vtilium quippiā exiſtens, vſum haberet cōmutandi facilem ad vitam, ceu ferrum & argentum, & ſiquid aliud tale: primo ſimplr̄ diffinitum quātitate & pon-
F dere. Poſtmodum verò etiā ſigno impreſſum, quo à menſura liberi eſſent. nam ſignum poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam.

Determinat de cōmutatione pecuniaria, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, qūo hæc commutatio eſt per rationem inuenta, cum non ſit á natura. Secundo oſtendit, ꝙ ſit infinita. ibi. {Et infinitæ ſunt huiuſmodi diuitiæ &c.} Circa primum tria facit. Primo determinat de prima inuentione pecuniariæ commutationis. Secundo de quadam commutatione pecuniaria ſuperueniēte. ibi. {Reperto igitur nummo &c.} Tertio determinat de pecuniatiua, quæ eſt circa huiuſmodi commutationes. ibi. {Quapropter videtur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ex prima commutatione, quæ erat ipſarum rerum neceſſariarum adinuicem, proceſſit quædam alia cōmutatio ſm rationem inuenta. Cum. n. auxilium hominum adinuicem per cōmutationes eſſet factum magis peregrinum, quia
G ſcilicet homines non ſolum ad propinquos, ſed etiam ad remotos cęperunt vti cōmutatione, adducendo ad ſe ea, quibus indigebāt & mittēdo illis ea, in quibus ipſi abundabant, propter iſtam neceſſitatem inuentus eſt vſus denariorum: eo ꝙ non poterant de facili portari ea, q̄ ſunt neceſſaria ſm naturam ad remotas terras: puta vinum, aut triticum, aut aliquid hmōi: & ideo ad hmōi commutationes in remotis faciendas ordinauerunt, ꝙ aliquid ſibiinuicem darent & acciperent, quod de facili & expedite portari poſſet, & tamen de ſe haberent aliquam vtilitatem. Et huiuſmodi ſunt metalla, puta ęs, ferrum, & argentum, & alia huiuſmodi. Hæc. n. ſunt ſm ſe vtilia, inquantum ex eis fiunt vaſa vel aliqua inſtrumenta: & tñ de facili portari poterāt ad remotum locum, quia modicum de iſtis propter eorū raritatem valebat multum de aliis rebus, ſicut etiam modo homines, qui debent lōgum iter peragere, pro ſuis expenſis loco denariorum ęreorum, portant argenteos vel aureos propter ꝓdictam
H neceſſitatem cōmutationis ad loca remota. Primo fuit determinatum metallum ſolo pondere & magnitudine, ſicut apud quaſdam gentes habētur formæ argenti non monetati, ſed poſtea vt hoīes liberarentur á neceſſitate menſurandi vel ponderandi, impreſſerunt aliquem characterem. Quod ponitur in ſignum, ꝙ metallum ſit tātæ quantitatis, ſicut etiam in aliquibus locis imponuntur quædam ſigna publica ad menſuram vini vel frumenti. Sic ergo patet, ꝙ primo denarij ſunt inuenti pro commutatione rerum neceſſariarum. Deinde cum dicit.

Reperto igitur nummo ex neceſſaria permutatione, alia ſpecies acquirendi emerſit, nūmularia. Primo forſan ſimpliciter, poſtea per experientiam artificioſior. Vnde & quomodo permutando plurimum faciat lucrum.

Determinat de alia commutatione ſuperueniente, & dicit, ꝙ poſtq̃ iam facti ſunt denarij ex prædicta commu tatione, quæ eſt ex neceſſitate facta propter res neceſſa rias ex remotis locis habendas: ſubintroducta eſt ſpecies cõmutationis pecuniarię, ſm quam denarij pro denariis commutantur, & hęc vocatur nummularia, qua. ſ. vtun tur campſores denariorum: & hoc quidem primo factũ eſt ſimpliciter, & quaſi à caſu: puta ꝙ ex aliquibus terris in alias aliqui denarios transferentes, carius eos expen derint, q̃ acceperint. Vnde poſtea per experientiam fa ctum eſt artificiale, vt homo, ſcilicet conſideret de quo loco denarij ſint tranſmutati: & quomodo poſſint face re maximum lucrum, & hoc pertinet ad artem num mulatoriam. Deinde cum dicit.

Quapropter videtur nummularia maxime circa quęſtum pecuniarum verſari, & illius eſſe, opus, poſſe diſcernere vnde proueniat multi tudo pecuniarum. Nummorum enim & diui tiarum effectiua eſt.

Determinat de pecuniatiua, & circa hoc duo facit. Pri mo concludit ex præmiſſis, quæ ſit materia & actus hu ius artis. Secundo determinat quandam dubõnem. ibi. {Nam & diuitias &c.} Concludit ergo ex p̃miſſis, ꝙ ex quo inceperunt denarij ad denarios cõmutari propter lucrum, quodam artificiali modo: ars q̃ eſt circa denarios, vocatur pecuniatiua, & actus eius eſt, ꝙ poſſit cõſiderare vnde poſſit prouenire homini multitudo pecuniarum. Ad hoc enim eſt ordinata ſicut ad finem, vt faciat multi tudinem pecuniarum & diuitiarum. Deinde cum dicit.

Nam & diuitias plerunq; ponunt eſſe mul titudinem pecuniæ, ex eo videlicet, ꝙ circa il lam intendunt pecuniaria & quæſtuaria.

Determinat quandam dubitationem circa premiſſa. quia. n. dixerat, ꝙ pecuniatiua eſt factiua diuitiarum & pecuniarum: poſſet aliquis dubitare, vtrum ſint omnino eadem pecuniæ & diuitiæ. Circa hoc ergo tria facit. Pri mo ponit quorundam opinionem. Secundo inducit ra tiones in contrarium. ibi. {Contra verò interdum &c.} Tertio concludit determinationem veritatis. ibi. {Quã obrem quærunt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ multoties ho mines opinantur, ꝙ diuitiæ nihil aliud ſint, q̃ multitudo pecuniarum: eo ꝙ pecuniatiua & nũmulatoria, cuius fi nis eſt multiplicare diuitias, tota cõſiſtit circa pecunias, ſicut circa propriam materiam. Deinde cum dicit.

Contra verò interdum futile quiddam vi dentur nummus & lex omnino, & ne quicq̃ ſm naturam. Qm̃ mutatis his qui vtuntur, nul lius precij, aut vtilitatis eſt ad aliquod neceſſa riorum, & locuplex nummis penuriam patie tur neceſſarij alimenti. Arqui, abſurdum eſt ta les eſſe diuitias affirmare, quarum abundans quis fame perire poſſit, vt de Mida fabulis tra ditur, cui propter inſatiabilitatem deſiderij, quicquid apponebatur fiebat aurum.

Ponit opinionem contrariam dicens, ꝙ aliquã videtur ſtatuitas quædam dicere, ꝙ nihil eorum, quæ ſunt ſm na turam ſint diuitię: puta triticum & vinum, & alia huiuſ modi: & ꝙ totæ diuitiæ ſint denarij introducti per legẽ: et ad hoc introducit duas rationes, quarum prima eſt. Quia non ſunt veræ diuitiæ illæ, quæ variata hominum di ſpoſitione nullam dignitatem neq; vtilitatem habent ad neceſſitatem vitæ. Sed tranſmutata diſpoſitione hominũ qui vtuntur diuitiis, denarij nullius ſunt precij, nec aliqd afferunt ad neceſſitatem vitę: puta ſi placeat regi vel cõ munitati, vt non valeant. Ergo ſtultum eſt dicere, ꝙ di

A uitiæ totaliter nihil ſint, niſi multitudo pecuniarum. Se cundam rationem ponit. ibi. {Et locuplex nũmis &c.} quæ talis eſt. Inconueniens eſt dicere, ꝙ ille, qui eſt diues indigeat cibo vel pereat fame, ſed multoties põt contin gere, ꝙ homo abundans in denariis egeat cibo, & moria tur fame, ſicut dicitur fabuloſe de quodam Mida nõie, ꝙ ei propter hoc, ꝙ habebat inſatiabile deſiderium pecu niæ, petiit à Deo & impetrauit, ꝙ oĩa, quę ſibi exhiberẽ tur fierent aurea, & ſic peribat fame, habens multitudinẽ auri, oĩbus cibis ſibi appoſitis conuerſis in aurum. Ergo denarij non ſunt veræ diuitiæ. Deinde cum dicit.

Quamobrem quærũt diuitias alias, & aliam acquirendi rationem, & recte quidem. Eſt. n. alia acquirendi ratio & diuitiæ ſm naturam, & hæc quidem rei familiaris diſciplina: illa verò pecuniaria pecuniarum effectiua non ſimplr̃, B ſed per ipſarum pecuniarum cõmutationem. Et videtur circa nũmum iſta verſari. nam num mus primum eſt & vltimum in cõmutatione.

Concludit determinationem veritatis: & dicit, ꝙ illi, qui recte ſapiunt propter prędictas rationes, dicũt aliud eſſe diuitias, & pecuniam ſiue pecuniatiuam. Sunt enim quædam diuitiæ ſm naturam, ſ. de rebus neceſſariis ad vitam, ſicut ſupra dictũ eſt, & talis acquiſitio diuitiarũ propriè pertinet ad œconomicam. Sed illa pecuniatiua, quæ eſt nummularia, multiplicat pecunias nõ omnibus modis, ſed ſolum per denariorum permutationem. Vnde tota conſiſtit circa denarios, quia denarius eſt principiũ & finis talis commutationis, dum denarius pro denario datur. Patet ergo ſm hoc, ꝙ ditiores ſunt, qui abundant in rebus neceſſariis ad vitam vere loquendo, q̃ illi, qui abundant in denariis.

LECTIO VIII.

C Acquiſitio pecuniarum, quæ facit ad procurandum res neceſſarias vitæ humanæ, finita eſt. Quæ vero ab hoc fine deuiat, infinita & præter naturam.

ET infinitæ ſunt huiuſmodi diuitiæ, quę ab hac ratione rei augendæ proficiſcũtur. Vt enim medicina ſanitatis in infinitum eſt, & vnaquæq; ars, finis in infinitum. nam q̃ maxi me volũt illum efficere, eorum verò, q̃ ſunt ad finem nõ in infinitum: finis. n. extremum om nibus. Sic & huius rõnis augendæ rei non eſt finis terminus: finis aũt tales diuitiæ, & pecu niarum poſſeſſio, ſed rei familiaris nõ augendę rei eſt finis: non. n. hoc rei familiaris eſt opus.

Poſtq̃ oſtendit Philoſophus quomodo pecuniatiua commutatio eſt introducta per legem: hic oſtendit qũo D ſit infinita talis acquiſitiua pecuniæ, & circa hoc duo fa cit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo aſſignat cau ſam præmiſſorum. ibi. {Cauſa verò eſt huius &c.} Cir ca primum duo facit. Primo oſtendit ꝓpoſitum. Secun do ſoluit ex hoc quandam dubõnem. ibi. {Quapropter in hac quidem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ diuitiæ, quæ acquiruntur ab hac pecuniatiua, ſ. nũmularia, quæ tota eſt circa denarios, eſt infinita, & hoc probat tali ratione. Deſiderum finis in vnaquaque arte eſt in infinitum. Deſi derium aũt eius, quod eſt ad finem non eſt in infinitum, ſed habet terminum ſm regulam & mẽſuram finis, ſicut ars medicinalis intendit ad ſanandũ in infinitum cũ in ducit ſanitatem quantũcũq; põt, ſed medicinam nõ dat quantũcunq; põt: ſed ſm menſuram, q̃ eſt vtilis ad ſanan dum, & ita eſt in aliis artibus. Et rõ huius eſt, qa finis eſt ſm ſe appetibilis. Quod aũt ſm ſe eſt tale, ſi magis fuerit erit magis tale, ſicut ſi albũ diſgrégat viſum: magis albũ

magis diſgregat. Sed pecuniæ ſe habẽt ad pecuniatiuam nummulariam, ſicut finis, hæc.n.intendit acquirere pecunias. Ad œconomicam autem non ſe habet ſicut finis, ſed ſicut ordinatum ad finem, qui eſt gubernatio domus. Ergo pecuniatiua quærit pecunias abſque termino, œconomica autem cum aliquo termino. Deinde cum dicit.

Quapropter in hac quidem videtur neceſſarium, vt ſit finis omnium diuitiarum. Sed contra video fieri, omnes.n.in infinitum augent, qui pecuniis ſtudent.

Soluit dubitationem quandam ex præmiſſis. Et circa hoc duo facit. Primo mouet eam. Secundo ſoluit. ibi. {Cã verò &c.} Dicit ergo primo, ꝙ propter ꝑdictam rationem videtur, ꝙ neceſſarium ſit eſſe aliquem terminũ diuitiarum in œconomica. Sed ſi quis conſideret in his, q̃ accidunt, videtur eſſe contrarium: oẽs.n.œconomici augent denarios in infinitum, volentes habere denarios pro rebus, quæ ſunt ad vſum vitæ. Deinde cum dicit.

Cauſa verò huius eſt illarum propinquitas, variatur enim vſus eiuſdem rei cum ſit vtriuſq; acquiſitionis, ipſius enim vſus acquiſitio, ſed non ſm idem. At huius quidem, alius finis, illius verò amplificatio. Itaq; videtur quibuſdã hoc eſſe rei familiaris opus, & perſeuerant exiſtimantes oportere, aut conſeruare, aut augere pecuniam in infinitum.

Soluit præmiſſam dubitationem & dicit, ꝙ cauſa prædictæ diuerſitatis videtur eſſe propinquitas vtriuſq; pecuniatiuæ: illius.ſ.quæ deſeruit œconomicæ, quæ quærit pecunias pro commutatione rerum neceſſariarum: & nummulariæ, quæ quærit denarios propter ſeipſos: vtriuſque.n.pecuniatiuæ eſt idem actus, ſ.acquiſitio pecuniarum, ſed nõ eodem modo, ſed in pecuniatiua œconomicã hoc ordinatur ad alium finem, ſ.ad gubernationem domus: in pecuniatiua autem, ſ.nummularia ipſa augmentatio pecuniæ eſt finis: & ideo propter propinquitatem nũmulariæ ad œconomicam videtur quibuſdam œconomis, ꝙ ſit eorum officium illud quod pertinet ad nũmularios, vt.ſ.inſtent ad conſeruandum & multiplicandum denarios in infinitum. Deinde cum dicit.

Cauſa verò eſt huius diſpoſitionis, ſtudium viuendi, ſed non bene viuendi. Cũ ergo cupiditas in infinitum extendatur, illa quoq; q̃ efficiunt infinita, cupiunt, ſed qui bene viuere ſtudent, ad fruitionem corporis diuitias quærunt, Vnde cũ hoc quoq; in acquiſitione cõſiſtere videatur, oĩs eorum cura circa acquirendum eſt.

Aſſignat cauſam eius, quod dixerat, ꝙ diſpenſatores domorum interdum perſeuerãt ad augendum pecunias in infinitum. Et quia ex cauſa, quam aſſignat ſequuntur quædam abuſiones: ideo hæc pars diuiditur in tres, ſm tres abuſiones quas ponit. Secunda pars incipit. ibi. {Et altera augendi &c.} tertia ibi. {Et ſi per has acquirendi ſpecies &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cã huius diſpoſitionis, ꝙ.ſ.diſpenſatores domorum quærunt augere pecuniam in infinitum eſt, quia homines ſtudent ad viuendum qualitercunque: non aũt ad viuendum bene, quod eſt viuere ſm virtutem. Si enim intenderent viuere ſm virtutem, eſſent contenti, his quæ ſufficiunt ad ſuſtentationem naturæ: ſed quia prætermiſſo hoc ſtudio ſtudent ad viuendum vnuſquiſq; ſm ſuam voluntatem: iõ vnuſquiſq; intendit acquirere ea per quæ poſſit ſuam voluntatem implere. Et quia concupiſcentia hominum tendit in infinitum, ideo in infinitum deſiderãt ea per quæ poſſint ſatisfacere ſuæ concupiſcentiæ. Quidam etiam ſunt, E qui habent ſtudium, vt bene viuant, ſed ei, quod eſt bene viuere addunt id, quod pertinet ad delectationes corporales. Dicunt.n.non eſſe bonam vitam niſi cum in talibus delectationibus homo viuat: & ideo quærunt ea per quæ poſſunt impleri delectationes corporales. Et quia, hoc videtur hominibus poſſe euenire per multitudinem diuitiarum ideo omnis cura eorum eſſe videtur ad acquirendum multas pecunias. Et eſt conſiderandum, ꝙ aſſignat cauſam eorum, quæ pertinent ad diſpenſatorem domus ex intentione humanæ vitæ, quia diſpenſator domus habet ꝓ fine bonam vitam eorum, q̃ ſunt in domo. Sic igitur prima abuſio eſt, ꝙ homines propter hoc, ꝙ nõ habent rectum ſtudium bonæ vitæ, intendunt ad acquirendum pecunias in infinitum. Deinde cum dicit.

Et altera augendi ſpecies hinc proceſſit, cũ enim fruitio modum excedat, illam adhibent, quæ hmõi exceſſum adimplere poſſit. Et ſi per F has acquirendi ſpẽs nequeant parare; per aliam cauſam efficere conantur, vnaquaq; freti potentia non ſm naturam. Fortitudinis.n.non eſt pecunias parare, ſed fiduciam animi, neq; rei militaris, aut medicinæ, ſed huius quidem victoriã, illius verò ſanitatem. At illi cuncta ad pecuniã conuertunt, quaſi hic ſit finis, ad finem verò cũcta oporteat tendere. De illa igitur acquirendi ſpecie q̃ neceſſaria non eſt, & q̃ nam ea ſit, & ꝓpter quã cauſam illa indigemus, diximus, & de illa, q̃ neceſſaria eſt, ꝙ altera ab illa, & diſciplina rei familiaris ſm naturam circa alimentũ, nec infinita, ſicut illa, ſed finem habens. Ex hoc patet id de quo ab initio dubitabatur. Vtrum G gubernatoris domus & ciuitatis ſit acquirere, vel non, ſed oporteat prius eſſe acquiſitum, ſicut.n.hoĩes non facit reſp. ſed factos à natura ſuſcipiens, vtitur illis, ſic & alimentum oportet naturam prebere, aut à terra, aut à mari, aut alio quopiã, ſed quẽadmodum hæc adminiſtranda ſint, ad gubernationẽ ꝑtinet domus, neque.n. textoris eſt lanas facere, ſed factis vti, & diſcernere qualis ſit bona & apta, & mala & inepta.

Ponit ſecundam abuſionem, quia enim diſpenſatores domorum ſtudent circa acquiſitionem pecuniarum, ꝓpter hoc inducitur in curam domus altera ſpẽs pecuniatiuæ, ſ.nummularia, præter eam, quæ eſt propria œconomicæ, ſ.acquiſitio rerum neceſſariarum ad vitam. Sed quia in exceſſu intendunt frui delectationibus corpora- H libus, propter hoc quærunt ea, quæ poſſunt facere huiuſmodi exceſſum, ſ.multitudinem diuitiarum. Et ſic eſt ſecunda abuſio, ꝙ pecuniatiua non naturalis, neq; neceſſaria aſſumitur ad œconomicam. Tertio ponit tertiam abuſionem. ibi. {Et ſi per has acquirendi &c.} Et dicit, ꝙ quia hoĩes non poſſunt interdum per artem pecuniatiuam acquirere ſufficienter ea per q̃ ſatisfaciant exceſſui delectationum corporalium, attentant acquirere pecunias per alias cauſas, & abutuntur qualibet potentia, i. virtute vel arte vel officio non ſm ſuam naturam, ſicut fortitudo eſt quædam virtus: & eius opus ꝓprium non eſt, congregare pecunias, ſed facere hoĩem audacem ad aggrediendum & ſuſtinendum. Vnde ſi aliq̃s fortitudine vtatur ad congregandũ diuitias, vtitur ea non ſm naturam. Silr etiam militaris ars eſt ꝑ victoriam, & medicinalis ꝑ ſanitatem, neutra tñ eſt propter pecuniam. Sed quidam & militarem artẽ & medicinalem cõuertunt ad acqui-

cquirendum pecuniam, & ita faciunt vtrãque eſſe pecu
iatiuam, i. acquiſitiuam pecuniæ, ordinantes hmõi ar-
es ad pecuniam, ſicut ad finem ad quem oportet ordina
i omnia alia. Et ideo dr̃ in Eccl. Pecuniæ obediunt oĩa.
Concludit ergo epilogando ex præmiſſis, quod dictum
ſt de non neceſſaria pecuniatiua, q̃. ſ. acquirit pecuniam
n infinitum, ſicut finem, quæ ſit cã, & pp quam cauſam
omines indigent ipſa, ſ. pp concupiſcentiam in infini-
um. Dictum eſt etiam de neceſſaria pecuniatiua, q̃. ſ. eſt
ltera á pmiſſa. Acquirit. n. pecunias vſque ad aliquem
erminum propter alium finem, ſ. pp habenda neceſſaria
itæ. Sed ꝓprie œconomica eſt circa ea, q̃ ſunt ſm natu-
am, ſicut illa, quæ pertinent ad cibum. Et hæc non eſt
nfinita ſicut prima pecuniatiua, ſed habet aliquem ter-
ninum. Vel põt intelligi, q ipſa pecuniatiua, q̃ eſt neceſ-
aria, eſt altera á non neceſſaria, ſed eſt œconomica & aliã
op imitaẽ. {Ex hoc patet id de quo ab initio &c.} Mo-
erat ſuperius quæſtionem. Vtrum pecuniatiua ſit pars
el ſubſeruiens œconomicæ: & diſtinxit pecuniatiuam
b alia poſſeſſiua, non ſoluit motam ſuperius qõnem, &
rca hoc duo facit. Primo oſtendit, q pecuniatiua ſub-
ruit œconomicæ. Secundo oſtendit qñ pecuniatiua
uædam eſt laudabilis, & quædam vituperabilis. ibi.
Cum verò & hæc ſit duplex &c.} Circa primum tria
cit. Primo ſoluit ſuperius motam qõnem. Secundo mo
et aliam dubõnem. ibi. {Nã dubitaret vtiq; aliqs &c.}
ertio manifeſtat quoddam, quod dixerat. ibi. {Maxi-
e verò &c.} Dicit ergo primo, q iam ex præmiſſis po
ſt eſſe manifeſtum illud, quod quærebatur á principio.
trum pecuniatiua ꝑtineat ad œconomicum & politicũ
ut non, ſed ſit omnino extranea: & veritas eſt, q non eſt
dem pecuniatiua œconomicæ, vt ſupra dictum eſt, ſed
ei ſubſeruit, quia pecunias oportet exiſtere ad hoc, q
omus guberneẽ, & hoc probat, ꝑ hoc, q in domo & ci-
tate oportet eſſe hoĩes, & ea q̃ ſunt neceſſaria hoĩbus.
omines aũt non facit politica, ſed accipit eos á natura
eneratos, & ſic vtitur ipſis. Silr̃ ergo politica vel œcono
ica non facit cibũ, ſed natura tradit ipſum vel ex terra
cut fructus, vel ex mari ſicut piſces, aut ex aliqua alia
. Facere igiẽ vel acquirere hmõi cibum non eſt ꝓprium
pus & immediatũ politicæ vel œconomicæ, ſed ꝓpriũ
pus eius eſt diſpẽſare iſta in domo, ſicut oportet. Sicut
demus, q textoris nõ eſt facere lanã, ſed vti ipſa, & co-
noſcere qualis lana ſit idonea ad ſuũ opus, qualis etiã ſit
raua & inepta. Sic igiẽ œconomicæ deſeruit & natura,
generat hoĩes & cibos: & iterum pecuniatiua, q̃ acqui-
t, ſicut etiam arti textoriæ deſeruit & natura q̃ ꝓducit
nam, & mercatiua, q̃ acquirit eã. Deinde cum dicit.

Nam dubitaret vtiq; aliquis, cur ea diligẽtia
uæ ad acquirendum pertinet, pars rei familia-
s ſit: medicina verò nõ ſit eius pars? Atqui ſa
am eſſe familiam eius oportet: quẽadmodum
victum habere, aut aliud quiddã neceſſario-
ũm. Sed cũ ſit vt patrisfamilias & gubernato-
s, de ſalute ꝓuidere: ſit etiam vt non, ſed me-
ici. ita etiam de pecuniis eſt, vt patrisfamilias,
ſt etiam vt non, ſed vt lucro inſeruientis.

Mouet quandam qõnem & eſt iſta qõ. Cum illi q ſunt
domo indigeant ſanitate, ſicut indigent his, q̃ ſunt ne-
eſſaria ad vitam, vt cibo & veſtitu, quare ars medicina-
s non eſt pars œconomicę, ſicut pecuniatiua? Et rñden
um, q ad diſpenſatorem domus & ad principem ciuita
s pertinet quodãmodo conſiderare de ſanitate. ſ. vtẽdo
onſilio medicorum ad ſanitatem ſubiectorum. alio aũt
odo non pertinet ad eos, ſed ad medicos conſiderãdo, ſ.
x quibus rebus ſanitas conſeruetur vel reſtituaẽ. Similr̃
tiam ad diſpenſatorem domus quodãmodo pertinet cõ
derare de pecunia. ſ. vtendo ea iam acquiſita, & vtendo

A etiam miniſterio eorum, qui acquirunt: ſed conſiderare ex quibus rebus pecunia poſſit acquiri & quomodo, hoc non pertinet ad œconomicum, ſed ad artem ſubſeruientem. ſ. ad pecuniatiuam. Deinde cum dicit.

Maxime verò, vt prius dictum eſt, à natura oportet hæc exiſtere: naturæ enim opus eſt alimentum genito præbere. Cuiq; autem ex quo generatur alimentum eſt afferendum. Itaque ſecundum naturam eſt parandi ſtudium omnibus ex fructibus & animalibus.

Manifeſtat quod ſupra dixerat, ſ. q natura tradat ea q̃ ſunt neceſſaria: & dicit, q ſicut dictum eſt prius ea quibus vtitur œconomica vel politica, maxime oportet pręexiſtere á natura, á qua etiam accipiunt ſubſeruientes artes: & hoc probat per hoc q naturæ opus eſt dare cibum ei qđ generatur ſm naturam. Videmus. n. q illud ex quo
B fit aliqd: quantum ad id quod eſt reſiduum gñoni, eſt cibus rei generatæ, ſicut patet q animal generatur ex ſanguine menſtruo: & id qđ eſt reſiduum ex hac materia natura conuertit in lac & ꝑparat cibum generato. Et ideo quia homo conſtitutus eſt ex rebus q̃ ſunt ſm naturam: aliæ res q̃ ſunt ſm naturam ſunt ei cibus. Et ideo oĩbus hominibus eſt naturalis pecuniatiua, i. acquiſitiua ciborum, vel denariorum pro cibo ex rebus naturalibus, ſ. ex fructibus & animalibus. Quòd autem aliquis acquirat pecuniam non ex rebus naturalibus, ſed ab ipſis denariis, hoc non eſt ſm naturam. Deinde cum dicit.

Cum verò & hæc ſit duplex, vt diximus, & altera pecuniaria, & altera diſciplina rei familiaris, & hæc quidem neceſſaria & laudabilis: illa verò translata, & merito improbanda, quia non ſm naturam, ſed ab hominibus acquirit:
C rationabiliſſime habetur odio nũmularia, qm̃ à nũmo ipſo facit acquiſitionem, & non quod inductus eſt: commutationis enim cauſa nummus inductus fuit. Fœnus autem ſeipſum maius facit, vnde & nomen venit, qm̃ illa quæ pariuntur ſimilia ſunt gignentibus. In fœnore autem nummus nummum parit. Itaq; maxime præter naturam eſt hic acquirendi modus.

Poſitis duabus pecuniatiuis oſtendit, q̃ earum ſit laudabilis, & quæ vituperabilis: & dicit, q duæ ſunt pecuniatiuæ, quarum vna vocatur nũmularia, quæ. ſ. acquirit pecuniam ex pecuniis & ꝓpter ipſas pecunias. Alia autem pecuniatiua eſt œconomica, quæ. ſ. acquirit pecunias ex rebus naturalibus: puta ex fructibus & animalibus, vt dictum eſt. Iſta quidem ſecunda, eſt neceſſaria ad vitam hominum, vnde & laudatur. Alia verò. ſ. nummu
D laria transfertur ab eo, quod eſt neceſſarium naturæ ad id, quod requirit concupiſcentia, vt ſupra dictum eſt, & ideo iuſte vituperatur. Non. n. iſta pecuniatiua eſt ſm naturam, quia neq; ex rebus naturalibus eſt, neq; ad ſupplendam neceſſitatem naturæ ordinatur: ſed ex denariorum adinuicem cõmutatione, inquantum. ſ. homo denarios per denarios lucratur. Et cum iſta pecuniatiua, quæ eſt nummularia iuſte vituperetur: quædam alia acquiſitiua pecuniæ eſt, quæ rationabiliſſime vituperaẽ & odio habetur, quæ dicitur fœnus, per quod denarius ſeipſum adauget, & ideo ſic vocatur. Videmus. n. q ea quæ pariuntur ſm naturam ſunt ſimilia generantibus. vnde ſic quidam partus cum denarius ex denario creſcit. Et ideo etiam iſta acquiſitio pecuniarum eſt maxime ꝑter naturam, quia ſm naturam eſt, vt denarĳ acquiranẽ ex rebus naturalibus, non autẽ ex denariis: ſic ergo vna pecuniatiua eſt laudabilis, & duæ vituperabiles, vt dictum eſt.

LECTIO IX.

Quid oporteat acquiſitioni ſtudentes cognoſcere, deq; mercatura, fœnore, & mercenaria, earumque inter ſe comparatione, & Thaletis prudentia.

QVoniam verò illa, quæ ad cognitionem pertinebant determinauimus ſufficienter, illa q̃ ad vſum pertinent diſcutienda ſunt: cuncta enim hæc conſiderationem habẽt liberalem, experientiam verò neceſſariam.

Poſtq̃ Philoſophus docuit cognoſcere pecuniatiuę originem & eius proprietates & partes, hic conſequenter determinat ea q̃ pertinent ad vſum ipſius: & primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum. ibi. {Sunt autem circa acquirendum partes vtiles &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quia ſufficienter determinauimus de pecuniatiua in eo, quod pertinet ad cognoſcendum naturam ipſius: oportet breuiter ponere ea, quæ pertinent ad F vſum eius, qualiter. ſ. ſit ea vtendum. Omnia. n. huiuſmodi, quæ pertinent ad operationes humanas habent liberam, i. expeditam cõtemplationem, quia facile eſt ea conſiderare in vniuerſali: ſed tamen neceſſe eſt, quod habeatur experientia circa ipſa ad hoc, ꝙ homo poſſit perfectum vſum eorum habere. Deinde cum dicit.

Sunt autem circa acquirendum partes vtiles rerum ipſarum, quæ acquirendę ſunt, peritiam habere, quę optima ſint: & vbi, & q̃uo, ceu quales equi comparandi ſint, quales boues & pecudes, eodem mõ in aliis animalibus. Oportet. n. peritum eſſe, quæ iſtorum potiſſima: & vbi & qualia, nam alia alibi potiora gignuntur. Deinde agriculturæ, eiuſq; ſpecierum, vt nudi ſoli, & conſiti, & apium, & aliorum animalium, G ex quibus ſit vtilitas prouentura. Maxime ꝓprię igiẽ acquiſitionis iſtę ſunt partes et primę.

Determinat ea, quæ pertinent ad vſum pecuniatiuæ, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit partes ipſius. Secundo ponit quædam documẽta vtilia pecuniatiuæ. ibi. {Cum vero ſit à quibuſdam &c.} Circa primum duo facit. Primo aſſignat partes pecuniatiuæ, quæ eſt neceſſaria ad vitam humanam. Secundo partes pecuniatiuæ nõ neceſſariæ. Ibi. {Eius verò quæ per translationem &c.} Dixit aũt ſupra neceſſariam eſſe pecuniatiuam, per quã homo acquirit pecuniã ex rebus quas natura miniſtrat ad neceſſitatem vitæ. Huiuſmodi aũt ponit duas partes; quarum prima eſt ſm quã homo ex emptione & venditione talium rerum põt pecuniam acqrere: & circa hanc partem dicit, ꝙ pecuniatiuæ ſunt iſte partes vtiles, i. vtilia quędam documenta, vt homo ſit expertus circa bona huiuſmodi, quæ ab hominibus poſſidentur, quæ eorum H ſint maximi preciĵ, & vbi maximo precio vendantur: & quomodo, puta quo tempore, vel ſm alias conditiones. Et exponit de quorum bonorũ poſſeſſione dicat. Eſt. n. quædam poſſeſſio equorum, & boum, & ouium, & aliorum animalium. Oportet aũt eum qui ex his vult lucrari pecuniam, eſſe expertum, q̃ eorum ſint maxime cara, & in quibus locis: quia alia iſtorum in aliis regionibus abundant, vt. ſ. emat in loco vbi abundant, & vendat in loco vbi ſunt cara. Secunda aũt pars huiuſmodi poſſeſſiuæ eſt, vt homo acquirat copiam harum rerum venalium: quod quidem eſt ꝑ culturam terræ, ſiue nudæ, hoc eſt abſq; arboribus, ſicut ſunt cãpi, in quibus ſeminatur triticum, ſiue plãtatę, ſicut ſunt vineę & horti, & olıueta. Per hmõi enim culturam acqrit homo abundantiam tritici & vini & aliorum hmõi. Et oportet etiam eſſe hoĩem expertum de cultura apum & aliorum animalium tam natatilium, ſ. piſcium, q̃ etiam volatilium, ſ. auium: à q E buſcunq; enim cõtingit acquirere auxilium ad vitam humanam, quia per eorum abundantiam põt fieri acquiſitio pecuniarum: ſic ergo patet, ꝙ iſtæ ſunt primæ & propriiſſimę partes pecuniatiuę, Et dicunẽ primę & ꝓpriiſſimæ, quia ſic acquiriẽ pecunia ex rebus naturalib⁹, propter quas inuẽta eſt primo pecunia. Deinde cum dicit.

Eius vero, quę per translationem dicitur, potiſſima pars eſt mercatura. Et huius partes tres, nauigatio, deuectio, negociatio. Differunt aũt hæc inter ſe, cum alia ſecuriora ſint, alia fructuoſiora. Secunda pars eſt fœneratio, tertia mercenaria, & huius alia vilium artium, alia ſine arte ſolo corpore miniſtrante. Eſt & quarta acquirendi ſpecies, media inter hanc & primam. Habet. n. partem eius, quæ eſt ſm naturam, & partem eius, quæ per translationem dicitur. Et eſt in his omnibus, quæ à terra & ab his, quę terrę ſunt, non à fructibus, ſed ab vtilibus, ceu ſiluæ cędua & metallica. Hęc rurſus multas cõplectitur partes. nam multæ ſunt metallorum ſpẽs.

Diſtinguit partes pecuniatiuæ translatiuæ. Dixit aũt ſupra pecuniatiuam trãslatiuam eſſe per quã acquiritur pecunia non ex rebus neceſſariis ad vitam: ſed ex qbuſdam aliis rebus & dicitur translatiua, quia pecunia trãſlata eſt de rebus naturalib⁹ ad hmõi. Circa primum tria facit. Primo diſtinguit partes hmõi pecuniatiuæ. Sc̃do excuſat ſe de diligentiori conſideratione harũ partiũ. ibi. {De ſingulis horum &c.} Tertio manifeſtat quædam, q̃ dixerat ibi. {Sunt. n. illę &c.} Circa primum ponit quatuor partes pecuniatiuæ, quarum prima & maxima eſt mercatiua. mercatores. n. maxime pecunias acquirunt. Et hanc primam partẽ ſecundo diſtinguit in tres partes, quarum prima eſt nauigatio, quæ. ſ. mercationes exercet per mare. Alia autem dicitur deuectio, i. oneraria, quæ. ſ. exercet mercationes in terra per deportationem onerum in curribus vel iumentis. Tertia aũt vocatur negociatio: puta cum aliquis non deſert merces nec ꝑ mare nec ꝑ terram, ſed aſſiſtit mercatoribus per cõmunicationem pecuniæ vel rerum: & iſtæ partes differunt adinuicem, quia quædam eorum ſunt certiores, ſicut mercationes terræ: quædam aũt faciunt magis excreſcere lucrum ſicut mercationes maris, quæ tñ ſunt magis periculoſæ. Secunda autem pars principalis huius trãslatiuæ pecuniatiuæ eſt fœneratio, quæ. ſ. per vſuras pecuniam acquirit. Tertia autem pars eſt mercenaria, ſicut eorum qui labores ſuos locant pro mercede pecuniarum: in hac quædam differentia, quia quædam mercenaria fit per artes viles, ſicut eſt ars coquorum & hmõi miniſteriorum. Quædam aũt fit per labores non artificiales: & qui ſunt vtiles ſoli corpori, & in quibus etiam ſolum corpus eſt vtile, ſicut illi q H mercede conducuntur ad fodiendum in agro, vel ad aliquid aliud hmõi. Quarta aũt pars eſt media inter trãslatiuam & primam, quæ eſt neceſſaria habens aliquid de vtraq; illa, quæ. ſ. acquirit lucrum per inciſionem lapidũ vel metallorum de terra: habet. n. hoc cõe cum prima pecuniatiua, quia eſt à terra & ab his, quæ generãtur ex terra, ſicut agricultura circa ea eſt, quæ generantur ex terra. Cum translatiua aũt conuenit in hoc, ꝙ hmõi metalla non faciunt aliquem fructum pertinentem ad neceſſitatẽ vitę, ſicut faciunt campi & aĩalia: ſunt tñ huiuſmodi vtilia ad alia: puta ad ędificãdas domos vel ad aliqua inſtrã conſtruenda. Et iſta quarta pars cõplectitur ſub ſe diuerſa genera ſm diuerſas ſpẽs metallorum, quæ ſunt aurum argentum ferrum & huiuſmodi. Deinde cum dicit.

De ſingulis horum in genere dictũ eſt nunc, in ſpecie verò de his dicere vtile quidẽ foret ad

opera

opera conficienda, ſed graue nimis, in his edocendis perſiſtere.

Excuſat ſe á perfecta horum determinatione, & dicit, quod dictum eſt nunc vtiliter de iſtis partibus: eſſet aũt vtile ad operationes eorum qui volunt pecuniam acquirere, ꝙ diligentius determinaretur particulariter de ſingulis, ſed tamen graue eſt diu morari circa talia tendentia ad maiora. Deinde cum dicit.

Sunt enim operationes illæ artificioſiſſimę, in quibus minimum eſt fortunæ. Illæ ſordidiſſimæ in quibus maxime inquinatur corpus. Illæ ſeruiliſſimæ, in quibus corporis eſt opus plurimum. Illæ ignobiliſſimæ in quibus minimum requiritur virtutis.

Exponit quædam quæ dixerat de operationibus vilibus & inartificialibus: & dicit, ꝙ illæ operationes ſunt **B** maxime artificiales, in quibus minimum operatur fortuna: hoc enim á fortuna fieri dicimus quod fit præter præuiſionem rationis, in qua ars conſiſtit. Vnde operationes illæ, quorum euentus multum ſubiacent fortunæ, parum ſunt artificiales, ſicut eorum qui piſcãtur hamo, & aliorum huiuſmodi: & econtrario operationes quarũ effectus parum ſubiacent fortunę, ſunt maxime artificiales ſicut fabrorum & aliorum artificum. Illæ autem operationes ſunt maxime abiectæ & viles, quibus corpora maxime maculantur, ſicut ſunt coquorum & eorum qui purgant plateas & aliorum huiuſmodi. Illæ autem operationes ſunt maxime ſeruiles, vbi maior pars vſus eſt ex parte corporis, & parum ex parte rationis, ſicut eorum qui deferunt onera & curſorum & huiuſmodi. Illæ autẽ ſunt ignobiliſſimæ inter omnes, ad quas requiritur minimum de virtute, vel animi, vel corporis, ſicut in aliquibus prædictarum apparet. Deinde cum dicit.

C Cum verò ſit à quibuſdam de his ſcriptum, vt à Charete Pario, & ab Apollodoro Lemnio de cultu agrorum, tã nudorum, q̃ conſitorum.

Proponit documenta vtilia ad partes præmiſſas pecuniatiuæ. Et primo docet huiuſmodi documenta conſiderare ex ſcripturis. Secundo ex exemplis. ibi. {Et ſiſr ab aliis &c.} Dicit ergo primo ꝙ quia quidam ſapiẽtes de præmiſſis ſcripſerunt, ſicut quidam Charetes nomine Parius origine, & Apollodorus Lemnius ſcripſerunt de cultura terræ tam nudæ q̃ plantatæ: velut & apud latinos Palladius, & ab aliis ſcriptum eſt de aliis præmiſſarum partium. Quicũq; habet curam plenius pręmiſſa cognoſcere, cõſideret ex eorum libris. Deinde cum dicit.

Et ſimiliter ab aliis de aliis, ea quidem conſideret, cui cura eſt, præcepta etiam quædam à frugi patribusfamilias dicta colligere oportet: **D** hæc enim omnia vtilia ſunt his, qui augere patrimonium curant.

Proponit documentum de exemplis conſiderandis, & primo proponit quod intendit. Secundo ſubiungit exempla ibi. {Quale illud eſt Thaletis &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non ſolum oportet conſiderare libros eorum, q artes de prædictis partibus conſtruxerunt: ſed etiam ſi q̃ dicuntur exempla diſperſa in diuerſis narrationibus per quæ aliqui acquiſiuerunt magnam pecuniam, oportet huiuſmodi conſiderare: hæc enim erunt vtilia his qui intendunt acquirere pecunias. Deinde cum dicit.

Quale eſt illud Thaletis Mileſij, id enim cõſideratio quædam eſt ad acquirendum: ſed illi quidem attributum propter ſapientiam. eſt aũt **A** vniuerſale quiddam, cui cum obiiceretur philoſophiæ ſtudium propter inopiam quaſi inutile & infructuoſum proſpexiſſe illum ferunt per aſtrologiam, oliuarum vbertatem futuram. Cũq; coegiſſet pauxillum pecuniarum, hyeme adhuc vigente, emptionẽ olei feciſſe in Mileto & in Chio ꝓ paruo admodum p̃cio, vtpote nemine plus offerente, arraſq; dediſſe. Cum itaq; poſtea tẽpus veniſſet, multis ſubito quærentibus vendidiſſe oleum, quanti ipſe voluit, ac magnam vim pecuniarũ inde ſuperlucratum, oſtẽdiſſe amicis, perfacile eſſe philoſophis ditari, ſi vellent, ſed hoc nõ eſſe illis curę. Thales igit̃ in hunc modum dicit̃ ſapientiam ſuã oſtendiſſe.

B Subiungit duo exẽpla, quorum ſecundum incipit. ibi. {In Sicilia &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit exemplum. Secundo oſtendit ad quid eſt vtile. ibi. {Eſt autem &c.} Sciendum eſt ergo circa primum ꝙ Thales Mileſius fuit vnus de ſeptem ſapientibus, qui primus incœpit ſtudere in Philoſophia naturali: alij ſex ſapientibus circa res humanas occupatis, cuius factum habet quandam conſiderationem vtilem ad acquirendum pecunias, quamuis aſcribatur non ad cupiditatem pecuniæ, ſed ad ſapientiam: poteſt tamen ex eius facto ſumi quoddam vniuerſale documentum acquirendi pecunias. Cum enim exprobraretur ſibi ab aliquibus ꝙ pauper eſſet, & ꝙ ſic ſua philoſophia eſſet ſibi inutilis: conſiderauit per aſtrologiam, cuius erat peritus, quód in futuro anno futura eſſet vbertas oliuarum præter conſuetudinem. nam in præcedenti anno etiam fuerat oliuarũ vbertas, vt plurimum autem oliuæ deficiunt poſt vbertatem. Cum igitur adhuc in hyeme eſſet abundantia oli- **C** uarum, dedit cultoribus oliuarum in duabus ciuitatibus, ſ. Mileto & in Chio paucas pecunias ꝓ arra fructus futuri anni, qui parum credebantur excreſcere. Quando ergo venit tempus oliuarum, multis ſimul & ſubito quęrentibus emere oliuas, taxauit precium, ſicut voluit: & ſic colligens multas pecunias, oſtendit, ꝙ Philoſophis facile eſt ditari ſi volunt, ſed non eſt ſtudium eorum ad hoc: & per hunc modum Thales oſtendit ſuam ſapientiam. Deinde cum dicit.

Eſt autem vt diximus vniuerſalis hic quęrẽdi modus, ſi quis poſſit ſibi ſoli venditionem cõparare. Quapropter ciuitates quædam hunc faciunt quæſtum, cum indigent pecuniis, venditionem enim ſibi ſolis reſeruant.

Oſtendit ad quid eſt vtile pecuniatiuæ huiuſmodi exẽplum: & dicit, quód hoc eſt valde vtile ad acquirendum **D** pecunias, ſiquis poſſit præparare ſingularem venditionem: vt ſcilicet ipſe ſolus vendat res aliquas in ciuitate. Deinde cum dicit.

In Sicilia quidam cum apud eum penuria repoſita eſſet ferri, quicq̃d erat ex ferrariis emit: poſtea verò mercatoribus illuc accedentibus, vendebat ſolus, non magnum exceſſum precij faciens: ſed tamen ita vt pro quinquaginta talentis, centum conficeret. Hoc itaque ſentiens Dionyſius, pecunias quidem illi non abſtulit, ſed amplius Siracuſis morari vetuit, vt qui redditus reperiſſet ſuis rationibus inutiles.

Ponit ſecundum exemplum, & primo narrat factum. Secundo oſtendit, quód redit in idem cum primo. Dicit

ergo primo, ꝙ cum quidam in Sicilia haberet pecuniam apud ſe reconditam, emit ſimul omne ferrum de mineris in quibus fundebatur. Vnde cum veniſſent mercatores, ipſe ſolus vendebat: non tamen faciebat magnum exceſſum precij vt expeditius venderet, tamen lucratus eſt de quinquaginta talentis centum. Dionyſius autem tyrannus Syracuſanorum ſentiens hunc valde ditatum mandauit ei ꝙ vlterius non habitaret in Siracuſis, permittẽs tamen ei portare ſuas ſecum pecunias. Quod. n. aliqui ciues multum ditentur, reputant ſibi tyranni eſſe inconueniens, vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

Iſte vidit aliquid tale quale Thales viderat, vterque enim ſibi ſoli vẽditionem parauit, hoc eſt vtile videre etiam in rep. Nam ciuitates pecuniis indigent, & huiuſmodi quæſtibus quẽadmodum domus, ſed magis. Quamobrem in repu. quidam huic ſoli parti intendunt.

Oſtendit ꝙ illud in idem redit cum primo, quia & iſti Siculo & Thalerhi philoſopho idem viſum fuit, vt. ſ. exerceret monopoliam: & etiam vtile eſt ꝙ Politici conſiderent, quia multis ciuitatibus neceſſe eſt acquirere pecunias ſicut & domibus, & adhuc magis quãto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui ſtudẽt circa regimina ciuitatum, ad hoc principaliter videntur intendere, vt multiplicent pecuniam in ærario publico.

LECTIO X.

Prima & ſecunda ſpecies domus excutitur, & ſeruos virtutibus præditos eſſe oportere, quibus videlicet bene parere ſciant.

QVoniam verò tres erant partes rei domeſticæ. Vna dominica, de qua ſupra diximus, alia paterna, tertia coniugalis: nã & vxori præeſt & filiis, tãquam liberis quidem ambobus: ſed nõ eodem modo, ſed vxori quidem ciuiliter, filiis autem regiæ. Maſculus. n. q̃ fœmina principalior eſt, niſi alicubi contra naturam conſtiterit, & antiquius, & perfectum, iuniore & imperfecto.

Poſtq̃ Philoſophus determinauit de coniugatione domini & ſerui, addito etiam vniuerſali tractatu de poſſeſſione: hic determinat de aliis duabus coniugationibus domeſticis, quas ſupra poſuerat, ſ. viri ad vxorem, & patris ad filium, & diuiditur in partes duas. In prima determinat quędam de huiuſmodi coniugationibus. In ſecunda excuſat ſe à diligentiori horum cõſideratione. ibi. {De viri autem & mulieris &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat de ꝓdictis coniugationibus, comparans eas aliis principatibus. Secundo mouet quãdam quæſtionem communem de omnibus. ibi. {Dubitatur autem &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit comparationem prædictarum coniugationum ad alios principatus. Secundo comparationem prædictam manifeſtat. ibi. {In ciuilibus igitur officiis &c.} Tertio oſtẽdit ꝙ ſolicitudo œconomiæ maxime circa huiuſmodi coniugationes verſatur ibi. {Manifeſtum autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum prius dictum ſit, ꝙ tres ſint partes œconomicæ, i. gubernatiuæ domus ſm tres coniugationes prædictas. De vna earum iam dictum eſt, ſ. de deſpotica, quę pertinet ad dominum & ſeruum: vnde reſtat dicere de ſecunda, quæ eſt paterna pertinens ad patrem & filium; & de tertia quæ eſt nuptialis pertinens ad virum & vxorem, de quibus tria dicit. Primo quidẽ ꝙ in vtraque harum coniugationum eſt quædam prælatio ſiue quidam principatus. Vir enim principatur mulieri & pater filiis, non quidem ſicut ſeruis, ſed ſicut liberis, in quo

E differunt hi duo principatus à principatu deſpotico. Secundum eſt, ꝙ hi duo principatus non ſunt vniuſmodi, ſed vir principatur mulieri politico principatu, i. ſicut aliquis qui eligitur in rectorem, ciuitati præeſt, ſed pater præeſt filiis regali principatu: & hoc ideo, quia pater habet plenariam poteſtatem ſuper filios, ſicut & rex in regno, ſed vir non habet plenariam poteſtatem ſuper vxorem quantum ad omnia: ſed ſecundum ꝙ exigit lex matrimonij, ſicut & rector ciuitatis habet poteſtatem ſuper ciues ſecundum ſtatuta. Tertio autem manifeſtat hos duos principatus eſſe ſecundum naturam: quia ſemper quod eſt principalius in natura principatur, vt ſupra habitum eſt. Sed maſculus eſt naturaliter principalior fœmina, niſi aliquid accidat præter naturam, ſicut in hominibus effœminatis: & ſimiliter pater eſt naturaliter principalior filio, ſicut antiquius iuniore, & perfectum imperfecto, ergo naturaliter maſculus principatur fœminæ & pater filiis. Deinde cum dicit.

F In ciuilibus igitur officiis plerunque commutatur is qui præeſt, & is qui ſubeſt: nã æquales eſſe volunt ſecundum naturam, nec quicq̃ differre: attamen cum hic quidem præeſt, ille verò ſubeſt, requiritur differentia figuris, & ſermonibus, & honoribus, vt Amaſius inquit de pedum lotore. Enimuero maſculus ad fœminam ſemper ita ſe habet.

Manifeſtat comparationes prædictas, & primo nuptialis principatus ad politicum. Secundo paterni ad regalem. ibi. {Filiorum autem imperium &c.} Oſtendit ergo primo comparationem quantum ad differentiam, quia in ciuilibus principatibus tranſmutantur perſonæ principantes & ſubiectæ: qui. n. ſunt in officio principatus vno anno ſubditi ſunt alio: & hoc ideo, quia talẽ principatum competit eſſe inter eos qui ſunt æquales ſm naturam & in nullo differunt naturaliter, ſed tantum tempore quo vnus principatur & alij ſubiiciuntur. Induſtria verò humana adinuenit quandam differentiam & quãtum ad figuram, quæ conſiſtit in exterioribus inſignijs: & quãtum ad ſermones, quia aliter nominantur q̃ prius & aliter eos homines alloquuntur. & ſimiliter quantum ad honores, quia. ſ. ciues quaſdam reuerentias exhibẽt ei qui eſt in principatu quam ante non exhibebant, ſicut Amaſis poeta dixit de lotore pedum: ille enim qui erat lotor pedum, ſi circũponerentur ſibi huiuſmodi inſignia, & alia duo dona ſibi exhiberentur non videretur à principe ciuitatis differre: ſic ergo patet, ꝙ politicus principatus permutatur de perſona in perſonam, ſed hoc non contingit in principatu maris ad fœminam. non. n. qui eſt mas poſtea fit fœmina, aut econuerſo, ſed ſemper manet eodem modo. Deinde cum dicit.

Filiorum autem imperium, eſt regium: qui enim genuit, quodq; per amicitiam præeſt; &

H per ætatem, id ipſum eſt idem ꝙ ſpẽs quædam regij imperij. Iõ bene Homer. de Ioue inquit. Hominum pater atq; deorum, ſic appellans horum omnium regẽ. Natura. n. excellere regem oportet: genere autem eſſe eundem, quod accidit ſeniori ad iuniorem, & parenti ad natum.

Comparat principatum paternum ad regalem ſecundum ſimilitudinem, & dicit, ꝙ principatus patris reſpectu filiorum eſt regalis. In hoc enim principatu duo attenduntur. ſ. ꝙ pater qui generat principatur ſecundum amorem. naturaliter enim amat filios: & iterum principatur ſm ſenectutem, quaſi habens quandam naturalem prærogatiuam ætatis ſupra filios: & quantum ad hoc eſt ſpecies, ideſt ſimilitudo principatus regalis: & inde eſt ꝙ

Homerus

Homerus appellauit Iouem, id eſt ſummum Deum, patrem virorum & deorum, id eſt regem omnium & hominum & ſuperiorum ſubſtantiarum, quas Deos vocabãt. Oportet enim ꝙ rex, qui perpetuo principatur & plenariã habet in omnibus poteſtatem, differat à ſubditis ſm naturam in quadam magnitudine bonitatis, & tamẽ ꝙ ſit genere idem eis ad minus ſm ſpeciem humanam, melius autem erit, & ſi etiam vnitate gentis, & hæc etiã eſt comparatio ſenioris ad iuniorem, & generantis ad genitum, ꝙ ſcilicet habet naturalem prærogatiuã perfectionis, ideo autẽ oportet regem naturaliter differre ab alijs, niſi.n.eſſet naturali quadam bonitate melior, non eſſet iuſtum, ꝙ ſemper dominaretur plenaria poteſtate ſibi æqualibus, vt infra in tertio dicetur. Sic igitẽ naturalis differentia ſeparat principatũ regalem à politico qui eſt ad æquale ſecundum naturam, amor autem ſeparat principatum regalem à tirannico, qui non principatur propter amorem quem habet ad ſubditos, ſed propter commodum proprium. Deinde cum dicit.

Manifeſtum autem, ꝙ plus ſtudij domeſticæ diſciplinæ eſt circa homines, q̃ circa poſſeſſiones inanimatorum, & circa horum virtutes, q̃ circa virtutes poſſeſſionis, quas diuitias appellamus, & circa liberos, magis q̃ circa ſeruos.

Concludit ꝙ principalis intentio œconomici eſt circa iſtas duas cõiugationes principalior q̃ circa alia. Magis enim intendit circa homines q̃ circa poſſeſſionem inanimatorũ, ſicut tritici, & vini, & aliorũ huiuſmodi: & magis debet intẽdere ad virtutem, per quam homines bene viuunt, q̃ ad virtutem poſſeſſionis, per quam poſſeſſio bene procuratur & multiplicatur, quod ſignatur nomine diuitiarũ: & ſimiliter etiã magis ſtudet ad virtutẽ liberorum q̃ ſeruorum, & huiuſmodi ratio poteſt aſſignari, quia principalis intentio cuiuslibet eſt de fine. Res autẽ inanimatæ, quæruntẽ pp homines ſicut propter finem, & ſerui propter liberos vt eis miniſtrent. Deinde cum di.

Dubitatur autem, vtrũ præter miniſteria & corporalia opera, ſit aliqua virtus ſerui excellẽtior, puta modeſtia, fortitudo, & iuſtitia, & alij huiuſmodi habitus, vel non ſit alia præter corporalia miniſteria. Ambiguitatẽ ſane id habet, nam ſiue ſit aliqua, excellentiores erunt ſerui q̃ liberi, ſiue non eſt aliqua, cum ſint homines rationis participes abſurdum videbitur.

Quia fecerat mentionem de virtute liberorum & ſeruorum, mouet de hoc quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. ſecundo ſoluit eam ibi. {Cõſtat igitur &c.} Tertio ex ſolutione mouet iterum aliam q̃õnem. ibi. {Dubitauit vero &c.} Circa primũ duo facit. Primo mouet quæſtionem circa dominũ & ſeruum. Secũdo circa alios principatus. ibi. {Eadẽ eſt fere &c.} Dicit ergo primo, ꝙ de ſeruis poteſt eſſe quædam dubitatio, manifeſtum eſt. n. ꝙ ſeruus debet habere quandam virtutem organicam & miniſtratiuam, per quam. ſ. ſciat & poſſit exequi mãdatũ domini & ei ſeruire, ſicut ſupra dictum eſt, ꝙ ſunt quædam ſeruiles ſcientiæ. Sed dubitatio eſt vtrum præter huiuſmodi virtutes ſit aliqua alia dignior virtus conueniẽs ſeruo, ſicut ſunt virtutes morales, vt tẽperantia, fortitudo, iuſtitia, & alia huiuſmodi, vel nulla virtus competat ſeruo niſi quæ pertinet ad corporalia ſeruitia. & dicit ꝙ ex vtraq; parte videtur eſſe dubitatio, quia ſi competit ſeruis habere huiuſmodi virtutes ſicut & liberis, in nullo videbuntur differre à liberis: immo excellentiores videbuntur, qui & ſeruorum & liberorum virtutibus polleant. Ex alia parte inconueniẽs videtur, ſi cum ſint homines ratione communicantes

A non habeant virtutes, quibus homines viuunt, ſecundum rationem. Deinde cum dicit.

Eadem eſt fere quæſtio de muliere & puero, vtrum & horũ ſint virtutes, & oporteat mulierem eſſe modeſtam & fortẽ, & iuſtã, & an puer ſit intemperans & modeſtus vel nõ. Et vniuerſaliter id quærẽdum eſt de natura imperãtis & parentis, vtrum eadem virtus, an alia. Si enim oportet vtroſq; participes eſſe virtutis, cur tandem alter imperare debet, alter parere. Non.n. ſm magis & minus poſſunt differre, nã imperare & parere ſpecie differunt, & nõ ſm magis & minus. Sin vero alium oportet, aliũ nõ, admirabile eſt: nam ſi imperans non erit tẽperatus, & iuſtus, quomodo bene imperabit? Sin is

B cui imperatur, quomodo bene parebit? Intemperatus.n. & timidus nihil faciet, vt oportet.

Mouet eandem quæſtionem in aliis principatibus, & dicit ꝙ idem quod quæritur de ſeruo, poteſt etiam quæri de muliere & puero. vtrum ſcilicet oportet eſſe mulierẽ temperatam & fortem & iuſtam, & ſimiliter puerũ vel non: & hæc etiam quæſtio poteſt moueri vniuerſaliter in omni principatu, vtrum ſcilicet ſit eadem virtus principantis & ſubiecti vel non, & obiiciat ad vtrãq; partem, quia ſi oportet & principãtem & ſubiectum participare bonitate virtutis, nulla ratio erit, ꝙ vnus debeat ſubiici & alius principare ſemper, ideſt per totam vitam ſuam, ſecus autem eſſet ſi ſucceſſiue ſubiicerentur & principarentur ſicut accidit in politico principatu, nec poteſt dici ꝙ virtus principantis & ſubiecti differant ſecundum magis & minus, magis enim & minus non variãt ſpeciem,

C ſed principari & ſubiici differunt ſpecie. Vnde non videtur ſufficere ad differentiam principãtis & ſubiecti, ꝙ vnus habeat plus de virtute q̃ alius. Ex alia parte ſi dicatur ꝙ oportet vnum habere virtutem, non autem aliũ: ſequitur etiam inconueniens, quia ſi ille qui principatur non erit ſobrius & iuſtus, non poterit bene principari. Si vero ſubiectus non habeat has virtutes, nõ poterit bene ſubiici, quia propter intemperantiam vel timorem frequenter omittet facere ea quæ oportet, & ſic non bene ſubiiceretur. Deinde cum dicit.

Cõſtat igitur oportere vtroſq; habere virtutem, ſed in ipſa virtute eſſe differẽtiam, quemadmodum in his quæ natura obediunt. Id aperte in animo inſpicitur, eſt enim in animo quod natura imperat, & quod paret, quorum diuerſam cenſemus eſſe virtutem, & vt rationem ha-

D bentis & irrationalis. Patet eodem modo ſe habere in aliis. Itaq; pleraq; ſunt natura imperantia & parentia, alio enim modo liber præeſt ſeruo, & maſculus fœminæ, & vir puero, et omnibus inſunt partes animæ ſed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitriũ, mulier vero habet quidem, ſed inualidũ, puer autem habet, ſed imperfectum. Eodem modo ſe habere neceſſe eſt circa morales virtutes, putandum eſt autem omnes participes eſſe oportere, ſed non eodem modo, ſed quantum cuiq; opus eſt. Ex quo fit, vt is qui imperat, perfectã virtutem habere debeat moralẽ: nã eius opus eſt ſimpliciter præcipiẽtis, ac præſidentis, ratio

autem

autem præcipit atq; preſidet, aliorũ vero vnuſquiſq; quantum ſibi competit. Quare patet virtutem moralem eſſe omnium ſupradictorum, nec eadem modeſtia mulieris & viri, neq; fortitudo, neq; iuſtitia, vt Socrates putabat, ſed illa quidem iubens fortitudo, hæc vero obediens, eodem modo & in aliis.

Soluit propoſitam dubitationem, & primo proponit ſolutionem in generali. ſecũdo in ſpeciali. ibi. {Palam autem id magis &c.} Cõcludit autem primo ex rationibus inductis ad vnam partem quód neceſſe eſt quód tã principans quàm ſubiectus participent virtute: aliter enim neq; vnus bene principaretur, neq; alius bene ſubiiceretur, ſed eſt quædam differẽtia virtutis vtriuſque. & hoc manifeſtat per ea quæ ſubiiciũtur aliis naturaliter, & ponit exemplum in partibus animæ, cuius vna pars naturaliter ſubiicitur, ſ. pars irrationalis, vt iraſcibilis & cõcupiſcibilis. Ponimus autem vtriuſq; partis eſſe aliquã virtutem ſed differentem. nã virtus rationalis partis eſt prudentia, ſed virtus irrationalis partis eſt temperãtia & fortitudo, & aliæ huiuſmodi virtutes. Vnde manifeſtum eſt quód eodem modo ſe habet etiam in aliis quæ principãtur & ſubiiciuntur ſecundum naturam, & quia natura diuerſificatur in diuerſis, ideo ſecundum naturam ſunt diuerſa, quæ principantur & ſubiiciuntur. Alio enim modo homo liber principatur ſuo ſeruo, & maſculus fœminę, & vir puero, vt etiã ſupra habitum eſt. Omnibus autem his inſunt partes animæ, quæ dictę ſunt. Vnde & virtutes earum omnibus præmiſſis inſunt, ſed differenter. Et hoc primo manifeſtat quantum ad partem rationalẽ, ad quam pertinet conſiliari. Seruus enim inquantum eſt ſeruus, non habet cõſiliũ de ſuis actibus. Cuius ratio eſt, quia cõſiliamur de his quę ſunt in poteſtate noſtra, ſeruus autem non habet actus ſuos in poteſtate ſua, ſed ſunt actus eius in poteſtate domini. Vnde ſeruus non habet liberam poteſtatem cõſiliandi: ſed fœmina cum ſit libera, habet poteſtatem conſiliandi: ſed conſilium eius eſt inualidum. Cuius ratio eſt, quia propter mollitiem naturę ratio eius infirmiter inhæret cõſiliatis, ſed cito ab eis remouetur propter paſſiones aliquas. puta cõcupiſcentiæ vel iræ vel timoris vel alicuius huiuſmodi. pueri autẽ habẽt cõſilium ſed imperfectum, cuius ratio eſt, quia nõ habẽt perfectũ vſum rationis vt poſſint ſingula diſcutere quæ ſunt in conſiliis attendenda, & ſic diuerſimode ſe habent ad id quod eſt rationis. Similiter etiã conſiderandum eſt & circa morales virtutes, oẽs enim participant ipſas, ſed non eodem modo, ſed vnuſquiſq; eas partipat quantum eſt neceſſarium ad propriũ opus. Vnde ille qui principatur ſimpliciter ciuitati, ſiue ſeruis, ſiue mulieri, ſiue filiis, oportet quód habeat perfectam virtutẽ moralem, quia opus eius eſt ſimpliciter opus architectonis, ideſt principalis artificis: Sicut. n. principalis artifex dirigit & imperat miniſtris artis q manu operanĩ, ita princeps dirigit ſuos ſubiectos: & ideo habet officiũ rationis, quæ ſe habet ſicut principalis artifex ad inferiores partes animæ, & ita oportet quód ille qui principatur habeat rationem perfectam, ſed vnuſquiſq; aliorum qui ſubiiciuntur tantum habet de ratione & de virtute quantum ille qui principatur immittit ipſis, ideſt tantum oportet quod habeat ꝙ ſufficiant ſequi directionem principantis implendo mandata ipſius: & ſic patet quód omnium prædictorũ eſt aliqua moralis virtus. ſ. vt temperantia, fortitudo, & iuſtitia, non tamen eadem eſt viri & mulieris & aliorum ſubiectorũ, ſicut putauit Socrates, ſed fortitudo viri eſt ad principandum, vt ſcilicet propter nullum timorem prætermittat ordinare quid faciendum ſit, ſed in muliere & in quolibet ſubdito oportet ꝙ ſit fortitudo ſubminiſtratiua, vt ſcilicet propter timorem non prætermittat facere proprium miniſterium, ſic etiam differt fortitu-

E do in duce exercitus & in milite, & ſicut dictũ eſt de fortitudine, ita dicendum eſt de omnibus aliis virtutibus quæ in principãte quidẽ ſunt principatiuæ: in ſubiectis autem miniſtratiuæ, & per hoc patet quód non differunt ſolum ſecundum magis & minus horum virtutes, ſed aliqualiter ſecundum rationem. Deinde cum dicit.

Patet autem id magis particulariter conſiderãtibus, nam qui vniuerſaliter dicũt, ꝙ bene ſe habere animum virtus eſt, & recte agere, aut aliquid tale, ſeipſos decipiũt. Multo enim melius dicũt qui enumerãt virtutes, quemadmodum Gorgias, q̃ qui ita diffiniũt. Quapropter oportet, ſicut poeta de muliere dixit, ita cēſere in omnibus. Mulieri decus affert taciturnitas, ſed nõ item viro. Cũ vero puer ſit imperfectus, patet
F ꝙ & huius virtus non ipſius ad ſeipſum eſt, ſed ad perfectum, & ducem, ſimiliter & ſerui ad dominus. Poſuimus autẽ ſeruum eſſe vtilem ad neceſſaria, itaq; patet ipſum virtute indigere parua, & tanta, vt neq; propter intemperãtiam, neq; propter timiditatem in operibus deficiat.

Manifeſtat quod dixerat magis in particulari, & dicit quód hoc quod dictũ eſt magis erit manifeſtum his qui volunt conſiderare magis in particulari, quia illi qui de actibus humanis volunt dicere in vniuerſali tãtum, decipiunt ſeipſos, quia non poſſunt plene peruenire ad veritatẽ, ſicut ſi aliquis eſſet contentus vt ſciret quód virtus eſt, per quam anima bene ſe habet, aut per quam homo iuſte operatur, vel aliquid aliud talium, & nihil plus vellet ſcire de virtute, deciperet ſeipſum, imperfectam & inutilem habens ſcientiam de virtute. Multo enim melius dicunt illi qui enumerant virtutes in ſpeciali, ſicut Gor-
G gias fecit, quàm illi qui dicũt ſolũ in generali: cuius ratio eſt, quia actus ſunt circa ſingularia, vnde ea quæ ad actus pertinent, in particulari ſunt conſideranda: & ideo ſicut quidam poeta dixit de muliere quiddam particulariter ad eius virtutem pertinens, ita etiam eſt exiſtimandum in omnibus. Ad mulieris enim ornatum vel honeſtatem pertinet quód ſit taciturna, hoc enim ex verecũdia prouenit quæ mulieribus debetur, ſed hoc ad ornatum viri non pertinet, ſed magis quód ſicut decet loquatur. Vnde & Apoſtolus monet ꝙ mulieres in eccleſiis taceant, & ſiquid diſcere volunt, domi viros ſuos interrogent: ſed quia puer eſt imperfectus, virtus eius non eſt ad ſeipſum, ideſt vt ſecundum ſuum ſenſum regatur, ſed vt diſponatur ſecundum quód eſt conueniens ad finem debitum, & ad obediẽdum ductori, ſcilicet pedagogo. Vnde in Eccleſiaſtico ſapiens dicit. Non des filio tuo poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. ſimiliter etiam virtus ſerui eſt in ordine ad dominum. Dictum
H eſt enim ſupra ꝙ ſeruus eſt vtilis ad neceſſaria vitæ, vnde indiget quidem virtute, ſed parua, & tanta, vt nõ deficiat ab his quæ debet operari propter intemperantiam concupiſcentiæ vel propter timiditatem.

LECTIO XI.

Artifices cum ſecundũ naturam ſerui ſint, determinat tamẽ; ſi ſeruitutem habeant, certis virtutibus ipſos eſſe præditos conueniet, ſic & mulieres & pueros.

DVbitabit vero aliquis ſi verum eſt, quod nunc diximus, vtrum artifices oportet habere virtutem, nam ſæpe propter intemperantiam deficiunt in operibus.

Soluta præcedenti dubitatione hic mouet quandam aliam dubitationem quæ ex præmiſſa ſolutione oritur, circa hoc tria facit, primo mouet dubitationem, ſecundo ſoluit

ſoluit eam.ibi.{Vel hoc longe differt &c.} Tertio inducit quoddam correlarium ex ſolutione poſita.ibi.{Patet ergo &c.} Eſt ergo dubitatio de hoc quod ſupra dictum eſt. Si.n.verum eſt, ꝙ oportet ſeruum habere quandam virtutem, nec propter intemperãtiam aut timorem deficiat ab operibus, pari ratione videbitur ꝙ artifices ad hoc ꝙ ſint boni artifices oporteat habere aliquam virtutem, cum multoties, contingat ꝙ propter intẽperantiã vel alia vitia defectum faciant in ſuis operibus, vtpura negligenter agentes dũ aliis intendunt. Deinde cum di.

An hoc lõge differt: nam ſeruus quidem adhærẽs nobis cõmunione vitæ, ille autem remotior eſt, & tantum ſibi competit virtutis, quãtũ ſeruitutis. Vilis.n.artifex determinatam quandam habet ſeruitutem, & ſeruus eſt ſecundum naturam; ſed nemo ſutor, aut alius opifex.

Soluit propoſitam dubitationẽ & dicit, ꝙ magna differentia eſt inter ſeruum & artificem, & hoc probat per duas rationes, quarũ prima eſt: quia ſeruus in aliquo eſt particeps vitæ, ideſt conuerſationis humanæ inquantũ eſt ſeruus. Dictum eſt enim ſupra ꝙ ſeruus eſt inſtrumentum in his quæ pertinent ad actionem, id eſt ad conuerſationem hominum, & ideo cum virtutes morales perficiant hominem in conuerſatione humana, oportet ꝙ ſeruus ad hoc ꝙ ſit bonus participet aliquid de virtute morali, ſed artifex remotius ſe habet á conuerſatione humana, non enim operatio artificis inquãtum huiuſmodi, eſt circa agibilia conuerſationis humanę, ſed circa aliqua artificiará, quæ dicũtur factibilia, vnde aliquis dicitur bonus artifex. vtpura bonus faber ex hoc, quòd ſciat & poteſt facere bonos cultellos, etiam ſi male vtatur vel negligenter ſua arte, ſed tamen intantum immittit de virtute in ſua operatione, inquantum exhibet de ſeruitute ad cõuerſationem humanam, ſicut videmus, ꝙ aliqui artifices, id eſt mercennarij, vtputa coqui habent quandam C determinatam ſeruitutem, dum deputant ad quædam ſpecialia miniſteria & ſeruiunt, & ſm hoc indigent virtute morali ad hoc, ꝙ ſint boni in miniſterio. Secundam rationem ponit.ibi.{Et ſeruus eſt ſm naturam &c.} quia ſeruus eſt de his, quæ ſunt á natura, probatum eſt.n.ſupra, ꝙ aliq ſunt naturaliter ſerui, ſed nullus eſt coriarius vel vllius artis artifex á natura, ſed omnes artes ſunt adinuentæ per rationem. Virtus autem ad ea ſe habet, quæ
ſ.t.c.1. ſunt nobis á natura. Habemus enim naturalem quandam inclinationem ad virtutem, vt dictum eſt in 2.Eth. vnde patet, ꝙ ad hoc, quòd aliquis ſit bonus ſeruus indiget virtute morali: non autem ad hoc, quòd ſit bonus artifex. Deinde cum dicit.

Patet ergo ꝙ huius quidem virtutis cauſam eſſe oportet dominum ſeruo, non eum qui doctrinam habet in operibus dominicá. Quapropter nõ bene dicũt qui ſeruos ſpoliant ratione, D dicentes præcepto vti dumtaxat, admonendi ſunt enim ſerui magis quàm pueri. Et de his in hunc modum determinatum ſit.

Infert quoddam correlarium ex dictis. dictũ eſt enim ꝙ ſeruus indiget virtute, oportet autem, ꝙ homo qui habet inclinationem ad virtutem, cõſequatur virtutem ſtudio alicuius gubernantis, ſicut ciues debent fieri virtuoſi
l.t.1,c.1. per legiſlatorem, vt dicitur in 2.Ethic. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ huiuſmodi virtutis, quam ſeruus debet habere ad hoc ꝙ ſit bonus, dominus eius debet ei eſſe cauſa inſtruẽdo eum qualiter agere debeat, & puniendo ſi male facit, & remunerando ſi bene, ſed nõ eſt dicendum ꝙ ad dominum pertineat, ꝙ habeat dominalem quandam ſcientiam, quæ doceat opera ſeruilia ipſum ſeruũ, puta ꝙ doceat ipſum coquinare vel aliqua huiuſmodi facere, ſed

A debet eum docere quomodo ſit temperatus & humilis & patiens & alia huiuſmodi. Vnde non dicunt bene qui dicũt, ꝙ non eſt ratione vtẽdum ad ſeruos ſed ſolo præcepto. Magis.n.debemus ſeruos monere ad virtutem, ꝙ̃ filios pueros, quia nondum ſunt ita capaces monitionis, et de his quidem ſic determinatum ſit. Deinde cum dicit.

De viri autem & mulieris, filiorumq; & patris virtute, & conſeruatione adinuicem, quid recte vel cõtra, & quomodo oportet hoc quidem facere, ab illo autem abſtinere, in his quæ de rep. neceſſe eſt intueri.

Excuſat ſe á diligentiori determinatione de duabus aliis coniugationibus, & circa hoc tria facit. primo exponit excuſationem. ſecundo aſſignat rationem dictorum. ibi.{Nam cum omnis &c.} Tertio cõtinuat prædicta dicendis.ibi.{Quare cum de &c.} Dicit ergo primo quòd
B in his quæ dicẽda ſunt de ciuitatibus, neceſſarium eſt tractare de virtute mulieris & viri, & patris & filiorum, & collocutione vel conuerſatione eorum adinuicem, quid in hoc ſit bene, & quomodo illud quod eſt bonũ ſit procurandum, & illud quod ſit malum ſit vitandum, & ita ad præſens antequam de politicis dicamus, determinari hic non poſſunt. Deinde cum dicit.

Nam cum omnis domus ſit ciuitatis pars, illi autem domus partis autem virtus ad totũ reſpicere debeat, neceſſarium eſt reſpicientes ad remp. filios vxoreſq; inſtituere. Siquidẽ refert ad rectam inſtitutionem reip. pueros & mulieres eſſe bene inſtitutos. Enimuero referat neceſſarium eſt, nam mulieres media pars ſunt hominum liberorum, ex pueris autem ſumuntur,
C qui remp. gubernant.

Aſſignat duas rationes quare prædicta oporteat determinari circa politias, quarum prima eſt, quia diſpoſitionem partis oportet cõſiderare in comparatione ad totum, ſicut diſpoſitionem fundamẽti in comparatione ad domum, ſed domus eſt pars ciuitatis, ad quam primo pertinent iſtæ duæ coniugationes, ſcilicet patris & filij, viri & vxoris, vnde ſecundum comparationem ad politiam oportet conſiderare qualiter ſint erudiendi pueri & vxores. Secundam rationem ponit ibi.{Siquidẽ refert &c.} Ea enim quorum diſpoſitio facit differentiam circa bonitatem ciuitatis ſunt conſideranda in politiis. Sed huiuſmodi ſunt inſtructiones puerorum & mulierum quomodo vtriq; ſint boni, quia mulieres ſunt media pars hominum liberorum qui ſunt in ciuitate, ex pueris autẽ creſcunt viri quos oportet eſſe diſpenſatores ciuitatis. ergo in politiis determinandum eſt de inſtructione filiorum & vxorum. Deinde cum dicit.

D Quare cum de ſeruis determinatũ ſit, de reliquis autem in aliis ſit dicendum, omiſſis propoſitis, tanquam finem habentibus, alio ſumpto principio diſſeramus, ac primum illa diſcutiamus, quæ tradita ſunt de optimo ciuitatis ſtatu.

Continuat dicta dicendis & dicit, ꝙ quia determinatum eſt de præmiſſis, & de reliquis autem dicendum eſt in aliis, ideſt ſequentibus: quæ ad politias pertinent, debemus ad præſens dimittere iſtos ſermones pertinentes ad diſpenſationem domus, tanquam iam conſumationem habentes: & faciemus aliud principium, conſiderando ea quę dicta ſunt ab aliis de optima politica, & ſic determinatur primus liber.

POLITICORVM ARISTOTELIS
LIBER SECVNDVS,
Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Variæ optimarum ciuitatum adminiſtrationes, tã verbis deſcriptæ, quàm vſu comprobatæ proponuntur, comparantur, & in quibus deficiunt, arguuntur.

LECTIO PRIMA.

Quod non oporteat in ciuitatibus omnia eſſe commonia, vt filios, vt mulieres, & faculiares, ſicut Socrates opinabatur.

QVoniam propoſuimus conſiderationẽ facere de ciuili ſocietate, quæ ſit optima omnium, poteſtibus viuere maxime ad votum: oportet alias quoq; conſiderare reſp. quibus vtuntur ciuitates aliquæ earũ, quæ bene legibus inſtitutæ videtur: & ſi aliquæ ſint aliæ ab aliquibus ſcriptę, quę bene ſe habere videantur, vt recta inſtitutio vtilitaſq; appareat. F

POſtquam philoſophus determinauit in Primo libro de his quæ pertinẽt ad domum quæ ſunt elementa quædam ciuitatis, hic incipit determinare de ipſa ciuitate ſm modũ quem in fine primi tetigit, & etiam in fine 10. Ethic. Primo.n. ponit ea quæ ab aliis dicta ſunt de politica communicatione. Secundo incipit determinare de ea ſm propriam ſententiam in tertio lib. ibi. {Qui de rep. cõſiderat &c.} G Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur ſuam intentionem. ibi. {Incipiendum eſt autem &c.} Circa primũ duo facit. Primo proponit ſuam intentionem. Secundo excuſat eam. ibi. {Nec putetur &c.} Dicit ergo primo ꝙ intentio noſtra principalis eſt conſiderare de cõmunicatione politica, vt ſciamus quis modus politicæ conuerſationis ſit optimus, quemadmodum omnia ea ſm quæ poſſunt homines viuere maxime ad votum, ad hoc conſequendum oportet conſiderare politias, id eſt ordinationes ciuitatis quas alij tradiderunt, ſiue ſint illæ quibus quædam ciuitatum vtuntur, quę laudantur de hoc ꝙ bene reguntur legibus, ſiue etiam ſint ab aliquibus philoſophis & ſapientibus traditæ, quæ videntur bene ſe habere. Et hoc ideo oportet conſiderare, vt appareat quid ſit rectum & vtile, in conuerſatione & regimine ciuitatis. Ex collatione enim multorum, magis poteſt apparere quid ſit melius & vtilius. Notandum eſt autem, ꝙ ad optimam politiam pertinere dicit, vt homines viuãt q̃ maxime ad votũ, id eſt ſm hominum voluntatem, quia voluntas hominis principaliter eſt de fine humanæ vitæ, ad quem ordinatur tota politica conuerſatio. H Vnde ſm ꝙ homines diuerſimode exiſtimant de fine vitæ humanæ, ſm hoc diuerſimode homines exiſtimant de conuerſatione ciuitatis. Qui enim finem humanæ vitæ ponunt delectationes vel potentiam aut honores, exiſtimant illam ciuitatẽ eſſe optime diſpoſitam, in qua homines poſſunt viuere delicioſe, vel acquirere multas pecunias, aut cõſequi magnos honores, vel multis dominari. Qui vero finem præſentis vitæ ponunt in bono quod eſt pręmiũ virtutis, exiſtimant illam ciuitatem eſſe optime diſpoſitam, in qua homines maxime pacifice & ſm virtutem viuunt. Vnde ſimpliciter verum eſt, ꝙ optima diſpoſitio ciuitatis eſt ſm quorumlibet opinionẽ, prout in ciuitate poteſt viuere homo ad votum. Item notandum eſt, ꝙ dixit ſe conſideraturum de politiis communitatum, quæ bene dicuntur regi, & de ordinationibus ciuitatum á ſapiẽtibus traditis, qui videntur bene ſe habere, quia ad inueniendum veritatem, non multum prodeſt conſideratio eorum, quæ ſunt manifeſte falſa, ſed eorum quæ probabiliter dicuntur. Deinde cum dicit.

Nec putetur eſſe ad oſtentationem & ſuperfluitatem quærere aliud quidpiam præter illas, ſed quia illæ non bene habent, ideo hunc laborem à nobis eſſe ſuſceptum.

Excuſat propriam intentionem, & dicit, ꝙ non oportet alicui videri, ꝙ hoc ipſum quod eſt quærere aliquid aliud in ordinationibus ciuitatũ præter ea quæ ab aliis dicta ſunt, procedat ex hoc, ꝙ ipſe intendat ſuam ſapientiam oſtentare, ſed ideo interſerit hanc artem, quia ea quæ ab aliis dicta ſunt, in multis videntur non bene ſe F habere. Deinde cum dicit.

Incipiendum eſt autem ab eo quod eſt ſm naturam huius conſiderationis principium. Neceſſarium quidem eſt, aut omnia eſſe communia inter ciues, aut nulla, aut quædam.

Proſequitur ſuam intentionem proſequendo ea quæ ab aliis dicta ſunt de ordinatione ciuitatis, & primo ponit diuerſas ordinationes ciuitatũ traditas á diuerſis. Secundo oſtendit qui fuerunt, & quales, qui de huiuſmodi ſe intromiſerũt. ibi. {Eorũ autẽ qui de rep. aliquid &c.} Prima autem pars diuiditur in duas ſm diuerſitatẽ quã in præmiſſis tetigit. In prima enim ponit ordinationes ciuitatis quæ ſunt ab aliquibus ſapiẽtibus traditæ. In ſecunda ponit eas quę in quibuſdam ciuitatibus ordinate viuentibus obſeruantur. ibi. {De Lacedæmoniorum autem rep. &c.} Prima diuiditur in tres. Primo ponit or- G dinationem ciuitatis quam tradidit Socrates vel Plato diſcipulus eius, qui in ſuis libris Socratem loquẽtẽ introducit. In ſecunda ponit ordinationem ciuitatis traditam á quodam qui Phaleas dicebatur. ibi. {Quamobrẽ Phaleas &c.} In tertia ponit ordinationẽ Hyppodami. ibi. {Hyppodamus autem &c.} Circa primũ duo facit. Primo pertractat quandam quęſtionem de quadam ordinatione quam Plato dixit eſſe vtiliſſimam ciuitati. Secundo proſequitur de ordinatione ipſius quantum ad alia. ibi. {Ferme autem &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo proſequitur eam. ibi. {Cõtinet porrò &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet quandam quæſtionem trimembrem. Secundo excludit vnum membrum ipſius. ibi. {Enimuero nulla eſſe &c.} Tertio quærit de aliis duobꝰ. ibi. {Sed vtrũ melius &c.} Dicit ergo primo ꝙ principium huius conſiderationis faciendum eſt ab eo quod primo conſiderandum occurrit ſm naturam ciuitatis. Cum enim ciuitas ſit cõmunitas H quædam, neceſſe eſt primo conſiderare vtrum omnes ciues debeant cõicare in omnibus, aut in nullo, aut in quibuſdam, & in quibuſdam non. Deinde cum dicit.

Enimuero nulla eſſe communia, impoſſibile conſtat eſſe, cum ciuitas ſit communio quædam. Ac primo neceſſe eſt locum eſſe communem. Nam locus quidem, paritas eſt vnius ciuitatis, ciues autem ſocij vnius ciuitatis.

Excludit vnum trium membrorum. Impoſſibile eſt enim dicere, ꝙ ciues in nullo communicẽt. quod probat dupliciter. Primo quidem, quia ciuitas eſt quædam cõmunicatio. Vnde contra rationem ciuitatis eſſet, quód ciues in nullo communicarent. Secundo, quia manifeſtũ eſt, quód omnes ciues neceſſe eſt communicare, ſaltem in loco, quia vnus eſt locus vnius ciuitatis. Conciues aũt dicuntur

dicantur qui ſunt ſocij in vna ciuitate, vnde oportet ꝙ
communicent in loco. Deinde cum dicit.

Sed vtrum melius fuerit in bene inſtituenda
rep. quęcūq; recipere communionem poſſunt,
ea omnia eſſe communia, an quædam commu
nia eſſe, quædam non eſſe. Nam fieri poteſt vt
filij & vxores & res quæ poſſidentur commu-
nes eſſent, quemadmodum in Platonis rep. Ibi
enim Socrates inquit oportere communes eſſe
filios, & mulieres, & facultates. Id vero vtrum
pręſtat ita fieri vt nunc fit, vel ſecundum legem
illam in republica ſcriptam.

Relinquit duo alia membra ſub dubitatione, ſcilicet
vtrū melius ſit ꝙ ciuitas quæ debet bene conuerſari com
municet in quibuſcunq; contingit aliquos communica-
re, vel in quibuſdam eorum communicet & in quibuſdā
non. Quædam enim ſunt in quibus nullo modo cōtingit
cōmunicare, ſicut in omnibus perſonalibus, puta in mē-
bris corporis. Sed in filiis & vxoribus & poſſeſſionibus
contingit ciues communicare adinuicem, ſicut traditur
in politica Platonis: ibi.n. dixit Socrates, ꝙ oportet ad
optimam ciuitatem, ꝙ ſint communes poſſeſſiones om-
nium ciuium & communes vxores, ita. ſ. ꝙ indifferenter
omnes accedant ad omnes, & per conſequens ſequitur, ꝙ
filij ſint communes propter incertitudinem filiorum, &
hoc tangit in principio Thimęi. Quærendum eſt ergo
vtrum melius ſit habere conuerſationem politicam ſicut
nunc, aut ſecundum legem quam Socrates in ſua Politi-
ca ſcripſit. Deinde cum dicit.

Continet porrò & alias turbationes permul
tas iſta mulierum cōmunio, & id, propter quod
cenſuit legem hanc eſſe ferendam, non videtur
conſequi ex rōnibus. Præterea, ad finem quem
inquit oportere ciuitati exiſtere, vt nunc quidē
dictum eſt, impoſſibile. quomodo autem tran-
ſigere oporteat, nihil ab eo determinatum eſt.

Inquirit de prædicta quæſtione, & primo oſtendit in-
couenientiam prædictæ poſitionis de communitate vxo
rum & poſſeſſioonum. Secundo oſtendit eius inſufficien-
tiam. ibi. {Cauſam vero Socratis &c.} Circa primū tria
facit. Primo improbat legem Socratis quantum ad com-
munitatem vxorum & filiorum. Secundo quantum ad
cōmunitatem poſſeſſionū. ibi. {His cōſequens eſt &c.}
Tertio communiter quantum ad vtranque. ibi. {Et præ
terea duarum virtutū &c.} Circa primum duo facit. Pri
mo proponit ea ſm quæ poteſt apparere poſitio Socra-
tis de cōitate vxorum inconueniens: Secundo proſequi-
tur illa. ibi. {Quod vna videlicet &c.} Circa primum
ponit quatuor, quorum primum eſt, ꝙ iſta ordinatio de
communitate mulierum habet multas alias difficultates
præter ea incōuenientia, quæ ſtatim tangentur. Secun-
dum eſt, ꝙ cauſa propter quam Socrates dixit hoc opor-
tere lege ordinari, nō videtur eſſe rationabilis. Tertium
eſt, ꝙ per iſtam legem non poſſet perueniri ad finem &
vtilitatem ciuitatis quam Socrates exiſtimabat. Quar-
tum eſt, ꝙ inſufficienter tradidit, cum enim communia
non poſſint ſingulis applicari, niſi ſm certum modum di
ſtribuendi, ipſe tamen faciens mulieres communes, non
docebat modum quomodo eſſent ſingulis diuidendæ ad
vſum. Deinde cum dicit.

Quod vna videlicet ſit ciuitas tota, tāquam
id ſit maxime optimum, ſuſcipit.n. hanc ſup-
poſitionem Socrates.

Proſequitur tria eorum quæ dixerat, nam quartū de

A inſufficiētia eſt per ſe manifeſtum. Primo.n. oſtendit cau-
ſam huius ordinationis à Socrate aſſignatam eſſe irratio-
nabilem. Secundo oſtendit, ꝙ per hanc legem ciuitas nō
poſſet conſequi finem, quem Socrates intendebat. ibi.
{Enimuero nec ſi &c.} Tertio oſtendit, ꝙ hæc lex habet
multas difficultates. ibi. {Et pp huiuſmodi &c.} Circa
primum duo facit. Primo proponit cauſam legis quam
Socrates aſſignabat Secundo improbat eam. ibi. {Atqui
conſtat &c.} Dicit ergo primo, ꝙ Socrates ſupponebat
hoc quaſi principium, ꝙ optimum eſſet ciuitati, ꝙ eſſet
vna quantumcunq; poſſet, propter hoc.n. volebat om-
nia eſſe communia, etiam filios & vxores, vt ciues eſſent
maxime adinuicem vniti. Deinde cum dicit.

Atqui conſtat ꝙ ea procedēte vt vna fiat ma
gis, ciuitas non erit. Eſt enim ciuitas multitudo
quædam ſm naturam, quæ dum ſit vna, magis
domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. Vnā
B enim magis domum cēſemus eſſe ꝗ̄ ciuitatem,
& hominem vnum, ꝗ̄ domum. quare etiam ſi
poſſet quiſpiam hoc facere, tamen non eſſet fa
ciendum, quia perimit ciuitatem. Nec ſolū ex
multitudine hominum conſtat ciuitas, verum
etiam ex eorū multitudine, qui ſpecie differūt.
Non fit.n. ciuitas ex ſimilibus, aliud.n. ad bel-
lum confœderatio ꝗ̄ ciuitas: illa.n. quantitate
prodeſt, & ſi eadem ſit ſpecie, cum auxilij gra-
tia fiat, ceu ſi pondus magis attrahat. Differret
autem & eo modo ciuitas à gente, quando per
pagos diuiſa non ſit multitudo, ſed quemad-
modum Archades. Ex quibus autē vnum fieri
oportet, ſpecie differunt. Quapropter par re-
C penſum ciuitatē cōſeruat, vt in ethicis dictū eſt
prius, qm̄ inter liberos & æquales neceſſarium
eſt hoc eſſe. Nam omnes ſimul magiſtratū ge-
rere impoſſibile eſt, ſed aut per annum, aut per
aliam præfinitionem, & tempus, atq; iſto mo-
do fit vt oēs gerāt magiſtratum, ceu ſi mutaren
tur ſutores & fabri, nec ſemper iidē ſutores ac
fabri eſſent. Cū vero melius ſit ita ſe habere ea
circa ſocietatem ciuilē, manifeſtum eſt melius
fore ſi iidem ſemper magiſtratum gererent, mo
do id fieri poſſet, ſed in quibus hoc fieri nequit,
propterea, ꝙ omnes natura ſunt pares, ſimul &
iuſtum eſt, ſiue bonus ſiue prauus ſit gerere ma
giſtratum, vt omnes huius muneris participes
fiant, & in eo imitari viciſſim æquales, cedēdo
D inuicem alios aliis: nam alij regūt, alij regūtur
in parte, tanquam ſi ipſi alij fiant. Eodem mo-
do illorum qui regunt, alij alios gerūt magiſtra
tus. Patet igitur ex his, ꝙ nō recipitur ſic vnā eſ
ſe ciuitatem ceu dicunt quidam: & ꝙ maximū
fore commodum ciuitatibus dicebatur, id inte
rimit ciuitates, Atqui ſingulorū bonum ſingu
la conſeruat. Patet etiam alio modo, ꝙ quærere
nimium vnire ciuitatem nō eſt melius: domus
enim magis ſufficiens eſt ꝗ̄ vnus, ciuitas autem
ꝗ̄ domus, & vult iam eam quidem eſſe ciuitatē
cum habet ſufficientiam multorum ſocietas. Si
igitur magis expetēdum eſt quod magis ſuffi-

cientia

cientiam habẽt, certe & minus vnum, eo ꝙ eſt, magis expetibilius eſt.

Improbat prædictā cām tribus rationibus, circa quarum primam dicit manifeſtum eſſe, ꝙ tantū poſſet procedere vnitas ciuitatis magis q̃ deberet, ꝙ nō remaneret ciuitas. Dictum.n.eſt ſupra ꝙ ciuitas eſt naturaliter quędam multitudo. multitudo autē opponit vnitati. Vnde ſi ciuitas fuerit magis vna q̃ deberet, iam non eſſet ciuitas, ſed ex ciuitate fieret dom⁹: & iterū ſi hęc domus vniret plus q̃ deberet ex domo, nō remaneret niſi vnus homo. Nullus enim dubitat quin vna domus eſt magis vnū q̃ ciuitas, & magis vnus homo eſt vnū, q̃ domus. Vnde, ſi etiam aliquis poſſet facere ꝙ in tota ciuitate eſſet tāta vnitas, ſicut in vna domo, non deberet hoc facere, quia ſic deſtrueret ciuitas. Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ Socrates non intelligebat de vnitate quæ excludit multitudinē perſonarū, ſed de vnitate quæ excludit diſſimilitudinē. Idō ſubiungit ꝙ ciuitas non ſolū debet eſſe ex pluribus hominibus ſed etiam oportet eſſe ex differētibus ſpecie, id eſt ex hominibus diuerſarum conditionum. Nō.n. fit ciuitas ex hominibus, qui ſunt totaliter ſimiles ſm conditiones. Et hoc manifeſtat tripliciter. Primo quidē, quia aliud eſt ciuitas, & aliud eſt multitudo congregata ad ſimul pugnandū. Quia multitudo congregata ad ſimul pugnandum eſt vtilis ex ſola quātitate numerali, etiā ſi oēs ſint eiuſdem conditionis, quia talis multitudo eſt adunata propter adiutoriū, ſicut contingit in illis, qui volūt trahere aliquod pōdus, ꝙ maior multitudo hominū trahit maius pondus, ita etiam maior multitudo militum ſimiliū magis auxiliatur ad victoriam. Secūdo per hoc, ꝙ ciuitas in hoc ꝙ ex diſſimilibus cōſtituit, differt ab illa gente in qua multitudo non diuiditur per habitationē diuerſarum ciuitatum aut vicorum, ſed vnuſquiſq; ſeparatim habitat per ſeipſum. Sicut accidit apud Archades. Eſt aūt Archadia quędam prouincia in Græcia, in qua vnuſquiſq; per ſe habitat, & ſic ſunt quodammodo oēs
G æquales & ſiles. Tertio oñdit idē per hoc, ꝙ ea ex quibus oportet vnum aliquid perfectum fieri, differūt ſpecie. vnde omnē totum perfectum in rebus naturalibus inuenit eſſe conſtitutum ex partibus diuerſis ſm ſpeciē, vt homo ex carnibus, oſſibus, & neruis. Totum vero quod componitur ex partibus eiuſdem ſpeciei eſt imperfectū in genere naturæ, ſicut aer & aqua, & alia inanimata corpora. Vnde manifeſtū eſt, ꝙ cum ciuitas ſit quoddam totū perfectum, oportet ꝙ conſiſtat ex partibus diſſimilibus ſm ſpeciem. Et ideo dictum eſt in 5. Ethic. ꝙ ciuitas conſeruatur per æquale contrapaſſum, id eſt per hoc ꝙ alicui proportionaliter retribuitur æquale ei quod fecit, quia hoc neceſſe eſt ꝙ ſit in liberis & æqualibus. Si.n. non retribueretur alicui ſm quod fecit, eſſet quędā ſeruitus, vt ibidem dictum eſt. Hæc aūt retributio quæ hic cōtrapaſſum dicitur in his qui ſunt æquales ſm quantitatē, fit ſm æqualitatē quantitatis, vt quantum aliquis dedit, tantū recipiat: quantum fecit, tantū patiatur. In his autem qui
H non ſunt æquales ſm quantitatē, ſed ſm proportionē, ſeruetur ēt æqualitas proportionis: vtpote, quanto ille q fecit iniuriam eſt minor, in eadem proportione plus puniatur. Maioris enim culpæ eſt ꝙ aliquis pcutiat digniorē perſonā q̃ inferiorē. Sic igitur patet, ꝙ cū de ratione ciuitatis ſit ꝙ ciuitas ex diſſimilibus cōſtituatur, nō eſt contra vnum, ꝙ Socrates putauit, ꝙ oporteat ciuitatē eſſe maxime vnam, quia ſi tollatur diſſimilitudo ciuiū, iā nō erit ciuitas. Quę quidem diſſimilitudo maxime videt tolli factis cōmunibus poſſeſſionibus & mulieribus & filiis. Secundam rationem ponit ibi. {Nam omnes ſimul &c.} quæ etiā inducitur ad oſtendendū ꝙ oportet eſſe aliquam differētiā inter ciues. Oportet enim ꝙ quidam eorum principentur, & quidam ſubiiciantur. Non enim eſt poſſibile ꝙ oēs ſimul principent, ſed ſi hoc fiat, oportet ꝙ hoc ſit viciſſim, ita ꝙ vnuſquiſq; in ſuo anno

E. principetur, aut quocunq; alio tēpore determinato: puta menſe vel die, vel etiā ſm quemcunq; alium ordinē: puta ꝙ ſortes principes eligantur, & ſm hunc modū viciſſitudinarij principatus accidit, ꝙ omnes diuerſis tēporibus principentur, ſicut ſi in ciuitate aliqua, non ſemper iidē homines eſſent coriarij vel fabri, ſed viciſſim ſequeret ꝙ omnes ciues fierēt coriarij & fabri. Subiungit aūt ꝙ melius eſt ꝙ ita diſponatur ciuitas politica ſi poſſibile ſit, ꝙ iidē ſemper principentur. Hoc.n. dicit eſſe poſſibile, quādo in aliqua ciuitate inueniuntur aliqui viri multū aliis excellentiores, per quos optimum erit vt ſemper ciuitas regatur, ſed quādo hoc non eſt poſſibile, eo ꝙ omnes ciues fere ſunt æquales ſm naturalē induſtriā & virtutem, tunc iuſtum eſt ꝙ omnes participent principari, ſiue principari ſit quoddā bonum, ſiue malū: quia & oībus bonis, & cōmunibus oneribus iuſtum eſt vt æqualiter participent qui ſunt æquales in ciuitate. Iuſtū igitur eſſet, ſi eſſet poſſibile ꝙ omnes ſimul principarentur, ſed quia
F. hoc non eſt poſſibile, ad huius iuſti imitationem obſeruatur, ꝙ illi qui ſunt æquales in parte ſibiinuicē cedant, tanq; à principio ſint ſimiles, quia dū quidā eorū principantur, & quidam ſubiiciuntur, quodāmodo facti ſunt diſſimiles & diuerſi per gradū dignitatis. Et ita ēt quidā diuerſitas eſt inter eos qui ſimul principātur, dū diuerſi in ciuitate diuerſos principatus vel officia gerunt. Et ſic patet, ꝙ ad ciuitatem requirit principantium & ſubiectorum diuerſitas vel ſimpliciter, vel ſm aliquod tēpus. Sic igitur manifeſtū eſt ex prędictis, ꝙ ciuitas non eſt ſic nata eſſe vna ſicut quidā dicunt, vt omnes ſint ſimiles. Et illud quod dicitur eſſe maximū bonū in ciuitatibus, ſcilicet maxima vnitas, deſtruit ciuitatē. Vnde nō poteſt eſſe bonum ciuitatis, quia vnaquæq; res ſaluatur per id, quod eſt ſibi bonū. Tertiā rationē ponit ibi. {Patet etiā alio modo &c.} Et procedit iſta ratio alio modo á præmiſſis, nā prima ratio ſumebatur ex partibus diſſimilibus, ex quibus neceſſe eſt conſtitui ciuitatē. hæc vero ra-
G tio ſumitur ex fine ciuitatis qui eſt ſufficiētia vitę. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ per alium modum poteſt manifeſtari, ꝙ non eſt melius ꝙ homo quærat valde vnire ciuitatē. Per hoc.n. tollitur ſufficiētia vitæ. Manifeſtū eſt.n. ꝙ vna domus vel familia tota magis eſt ſufficiēs ad vitā q̃ vnus homo, & ciuitas eſt magis ſufficiens q̃ domus. Tunc.n. iam debet eſſe ciuitas, cum cōitas multitudinis eſt per ſe ſufficiens ad vitam. Si igitur id quod eſt minus vnum, eſt magis per ſe ſufficiēs, vt domus homine, & ciuitas domo, manifeſte ſequitur ꝙ eligibilius eſt in ciuitate, ꝙ ſit minus vna quantū ad diſtinctionē ciuium q̃ ꝙ ſit magis vna. Tanto enim erit ſibi ſufficientior, quanto plures diuerſitates hominū in ea inueniuntur. Vnde patet falſum eſſe quod Socrates dixit, optimum eſſe in ciuitate, ꝙ ſit maxime vna.

LECTIO II.

Non poſſe fieri vt non internoſcantur liberi ex quibus parentibus orti ſint.

H **ENimuero nec ſi optimum ſit, vnā q̃ maxime eſſe ciuitatem, tamen id demonſtrari videtur ex ſermone, ſi omnes dicant ſuum, & nō ſuum. Hoc autem Socrates putat ſignū eſſe ciuitatis perfectæ vnitæ. At enim verbū omnes duplex eſt, ſi igitur tāquam ſinguli, forſan eſſet magis quod efficere vult Socrates, ſinguli.n. eundem filium ſuum dicerent & mulierem eādem, & de facultatibus & de quibuſuis aliis eodem modo. Nunc autem non ita dicūt qui communibus vtūtur mulieribus & filiis, ſed omnes quidem, at nō vt ſinguli ipſorum, eodemq; modo de facultatibus, omnes quidē, ſed nō vt ſin-**

guli

guli eorum. Quod igitur aberratio quędam ſit in verbo, omnes manifeſtum eſt, nam & vtraq; & inparia & paria dicit propter duplicitatem, & in ſermonibus poſitum, litigioſos facit ſyllogiſmos, quare hoc ipſum omnes dicere, vno q. dē ore bonum eſt, ſed nequaquam poſſibile, alio autem modo nihil conſentaneum. Habet præterea quod dicitur nocumētũ aliud. Quod enim multorum cõmune eſt, in eo minime adhibetur diligentia: nam de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus q̃ quantum ſingulis competit. tanquam.n. alio curante, ab aliis negligũtur, quemadmodum in ſeruilibus miniſteriis famulãtes, multi interdũ deterius inſeruiunt q̃ pauci. Fiunt autem vnicuiq; ciuium mille filij, & ij nõ vt ſingulorum, ſed cuiuſuis quiuis ſimiliter eſt filius, quare omnes ſimiliter negligent. Prætera iſto modo ſinguli ſuum dicent bene agētem, aut male, quotuſcunq; continget numero, puta meus eſt aut illius, hoc modo dicens, de ſingulis, ex mille, vel ex quot ciuitas ſit, & hoc dubitans, nam incertũ eſt cui contigerit genuiſſe filium, & ſaluum eſſe genitum. Atqui vtrum præſtat ſic dicere ſuũ, ita vocantes vnũquenq; duorũ millium, & decem millium, vel magis vt nũc in ciuitatibus ſuum vocant, hic quidem filium ſuum, ille fratruelem eũdem, ille nepotem, aut per aliã quãdam coniunctionem, et ex conſanguinitate vel affinitate ſui primum vel ſuorũ, & præterea alterum ſodalem, alterum contribulē, præſtat.n. eſſe proprium nepotē q̃ illo modo filiũ. Quinimmo nec vitari quidem poteſt, quin agnoſcãtur à quibuſdam fratres & filij, & patres & matres. Nam per ſimilitudines natorum ad parentes neceſſarium eſt, vt fidē recipiant de ſeſe inuicem quod tradunt ſcriptores quibuſdam populis ſupioris Lybię euenire. Habere enim mulieres communes, filios tamē partiri inter ſe ſm ſimilitudines natorum. Sunt.n. mulieres quædam & animalia, ceu equi, & boues, quorum ea natura eſt, vt ſimillimos genitorib⁹ edãt fœtus, vt equa illa apud Pharſaliam Iuſta nuncupata.

Poſtquam reprobauit cauſam quam Socrates aſſignabat legis ferēdæ de communitate mulierum & filiorum, oſtendens nõ eſſe optimũ in ciuitate ꝙ ſit maxime vna, hic incipit oſtendere ꝙ ciuitas nõ conſequitur maximã vnitatem per legē præmiſſam: & ponit ad hoc quatuor rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ dato, ꝙ hoc eſſet optimum ciuitatis vt eſſet maxime vna, non tamen hic videtur oſtendi ꝙ ciuitas ſit maxime vna, per hoc ꝙ omnes ſimul dicant, hoc eſt meum. Si.n. omnia ſint communia, nullus poſſet dicere, hoc eſt meum, & hoc putabat Socrates eſſe ſignum huius quod eſt ciuitatem eſſe perfecte vnam. Videbat enim ꝙ ex hoc oriuntur diſſidia in ciuitate, ꝙ vnus curat proprium bonum, & alius bonum ſuum, & ſic ſtudia hominum ad diuerſa ſerũtur, quia nõ eſt idem de quo vnuſquiſq; dicet, hoc eſt meũ. Sed ſi omnes dicerent de vna & eadem re, hoc eſt meum, omnium

A ſtudia ferrētur in vnum, & ſic, ſicut putabat Socrates, ciuitas eſſet maxime vna, ſed hæc non eſt cauſa, quia cũ tu dicis, omnes dicerēt hoc eſt meum, hæc propoſitio eſt duplex, eo ꝙ li omnes poſſit teneri diſtributiue vel collectiue. Si diſtributiue, eſſet ſenſus, ꝙ vnuſquiſq; per ſeipſum poſſet dicere de tali re, hoc eſt meum, & tũc forte eſſet verum quod Socrates dixit, quia vnuſquiſq; vnum & eundem diligeret tanquam filium propriũ, & ſimiliter mulierem tanquam ſua propriam. Et ita eſt etiam de ſubſtãtia, ideſt de poſſeſſione. Sed illi qui vtuntur communibus vxoribus & pueris, nõ dicent omnes in iſto ſenſu, hoc eſt meum, ſed omnes quidem dicent collectiue tanq̃ poſſidentes vnam rem communem, ita tamen ꝙ nullus per ſeipſum dicet, hoc eſt meum, & idem eſt etiam ſi poſſeſſio ſit cõmunis, nullius enim ſm ſeipſum erit propria. Sic igitur patet ꝙ quidam ſophiſticus ſyllogiſmus eſt ſm quem procedebat Socrates dicens, ꝙ dicere omnes, hoc eſt meũ, eſt ſignum perfectæ vnitatis, quia iſtæ dictiones B omnes & vterq; propter ſuam duplicitatem etiã in orationibus, ideſt in diſputationibus faciunt ſyllogiſmos litigioſos, id eſt ſophiſticos, puta ſi aliquis dicat propoſitis tribus ex vna parte, & tribus ex alia, vtraq; iſtorũ ſunt paria, hoc enim eſt verum, ſi collectiue accipiaſ, quia ſimul iuncta ſunt paria. Si vero diſtributiue accipiatur, ſunt imparia. Vnde dicendum eſt, ꝙ in vno ſenſu dicere, omnes de eodem ꝙ ſit ſuũ, eſſet bonum, ſ. ſm ꝙ li omnes tenetur diſtributiue, ſed non eſt poſſibile. implicat enim cõtradictionem, ex hoc enim ipſo ꝙ eſt proprium huius, non eſt alterius. Si autem nõ accipiatur ſic ſed collectiue, non erit conſentaneum, ideſt congruum ciuitati. Secundam rationē ponit, ibi. {Habet pterea &c.} Per quã oſtēdit, ꝙ dictum Socratis non ſolum non eſt vtile ciuitati, ſed etiam inſert maximum nocumētum. Videmus enim ꝙ de eo quod eſt commune multorum valde parum curatur, quia omnes maxime curãt de propriis. Sed de communibus minus etiam curant homines, q̃ quãtum per- C tinet ad vnumquenq;, ita ꝙ ab omnibus ſimul minus curatur, q̃ curaretur ſi eſſet vnius ſolius. Dum.n. vnus credit, ꝙ alius faciat, omnes negligunt, ſicut accidit in ſeruitiis miniſtrorum, ꝙ multi ſeruientes quandoq; peius ſeruiunt, dũ vnus expectat, ꝙ alius faciat. Secundum aũt legē Socratis ſequitur, ꝙ vnuſquiſq; ciuis haberet mille filios vel plures, & ſic minus curabit de ſingulis, q̃ ſi haberet vnum ſolum. Et ſi addamus, ꝙ iſti mille filij non ſunt proprij vniuſcuiuſq; ciuiũ, ſed incertus eſt filius incerti patris, multo minus curabunt. Vnde ſequiſ, ꝙ omnes ciues ſimiliter negligēt curam puerorum, & hoc erit maximum damnum in ciuitate. Tertiam rationem ponit. ibi. {Præterea in iſto modo &c.} dicens, ꝙ iſto mõ id eſt ſm poſitionem Socratis, vnuſquiſq; ciuiũ dicet de vnoquoq; ciuium bene operãte, vel male, quotcunq; cõtingat eos eſſe, dicet inquam, hic eſt meus, aliquod ſm naturam exiſtens, puta hic meus filius vel illius. Et hoc modo dicet de vnoquoq; mille vel quot contingat eſſe in ci- D uitate, & hoc dicet non quaſi pro certo ſciat hũc eſſe ſuũ filium vel illius, ſed cũ dubitatione, quia ſi mulieres ſint communes multis accedētibus ad vnam, non poteſt eſſe manifeſtum, ex quo patre cõtingat eſſe genitum filium, quia multi ſunt, qui non generant, & etiam incertum eſt cuius filium contingat eſſe ſeruatum in vita multis morientibus. Eſt ergo conſiderandum vtrũ melius ſit, ꝙ per modum iſtum aliquis appellet aliquem ſuum filium vel nepotem quemlibet de numero duorũ millium vel decē millium, aut magis, ꝙ aliquis appellet aliquem iuuenē ſuum proprium, ſicut modo in ciuitatibus faciũt. Videmus enim, ꝙ vnum & eundem iuuenem quidam ciuiũ vocant filium ſuum, quidam nepotem, vel ſm quandam aliam propinquitatē, ſiue cõſideretur propinquitas propter conſanguinitatem, ſiue propter aliquam familiaritatē, ſiue quia aliquis à principio habuit curã ipſius, puta quia fuit tutor eius vel inſtructor, aut ēt eorum, quæ

ad

ad ipſum pertinent, & cum vnum dicat filium vel nepotem, alium dicet eſſe fratruelem vel contribuelem. Dicũtur autem fratrueles, qui ſunt ex duobus fratribus nati. Contribules autem qui ſunt ex vna tribu, puta ex vna ſocietate in ciuitate. Sic igitur patet, ꝙ non ſolum ſm legem Socratis multi ciues dicent de vno & eodem, hic eſt meus, ſed etiam ſm conſuetudinem quę nunc in ciuitatibus obſeruatur. Sed in hoc videtur eſſe præeminẽtia ſm legem Socratis, ꝙ multi dicẽt hunc eſſe ſuum filium. Ex alia vero parte eſt præeminentia ex hoc, ꝙ diuerſi dicent vnum & eundem eſſe ſuum, non tanq̃ communem, ſed tanq̃ proprium, vel nepotem, vel filium, vel fratrem, vel aliquid huiuſmodi. Multo autem melius & efficacius eſt ad amicitiam & curam impendendam ꝙ aliquis ęſtimet eſſe aliquẽ proprium nepotem, q̃ ſi cum ęſtimet eum filiũ communem per modum quo Socrates ponit, quia ſicut dictum eſt, propria magis homines amant & procurant q̃ communia. Vnde patet ꝙ lex Socratis magis affert ciuitati detrimentum q̃ vtilitatẽ. Quartã rationem ponit ibi. {Quinimo nec vitari &c.} & dicit ꝙ quãuis Socrates putaret per communitatem filiorum & mulierũ hoc euitare, vt nullus dicat eſſe ſuum propriũ filium, vel fratrem, ſed cõmuniter hoc opinentur, tamen non poteſt hoc effugere quin aliqui ſuſpicentur de aliquibus ꝙ ſint fratres eorum, vel filij, vel patres, vel matres, & hoc propter ſimilitudinem quæ frequenter inuenitur inter filios & patres vel matres. Vnde quidam eorum qui deſcribunt periodum terræ, & quomodo circularitas mundi eſt habitata, narrant ꝙ in ſuperiori Lybia quidam habent communes vxores, ſed diuidunt filios ſm ſimilitudines, ita ꝙ vnuſquiſque virorum accipit ſibi pro filio illum qui ſibi ſimilatur. Et hoc etiam videmus contingere in fœminis aliorum animalium, ſicut æquæ & vaccæ quæ naturaliter habent ꝙ faciant filios ſimiles patribus. Sicut dicitur de quadam equa, quæ in terra Pharſaliæ ob hoc vocabatur Iuſta, quia filios reddebat ſimiles patribus. Vnde manifeſtum eſt ꝙ Socrates per legem quam dicit eſſe ferendam de communitate vxorum & filiorum, non poteſt hoc conſequi, vt non ſint priuati affectus inter homines.

LECTIO. III.

Quód communitas liberorum reddat ciues magis procliues ad iurgia & cædes, quódq; reuerentiam ſeniorum tollat, & conſanguinitatis beneuolentiam.

ET præterea huiuſmodi moleſtias non facíle erit vitari ab his qui eam ſtatuunt communitatem, puta plagas & neces, partim voluntarías, partim inuoluntarias, & rixas, & iurgía, quæ nefas eſt committere aduerſus parentes, et propinquos magis q̃ aduerſus extraneos, ſed frequẽtius illa euenire neceſſe eſt, vbi ignorãt, q̃ vbi ſciunt, & ea ſi contingant à ſciẽtibus expiari debito modo poſſunt, ab ignorantibus vero non poſſunt. Illud etiam abſurdum, ꝙ filios communes fecerunt, coire ſolum amantes vetuerunt, amare vero nõ vetuerũt, nec alios vſus quos eſſe patri ad filios, & fratri ad fratrem omnium deformiſſimum eſt, cum & amare ſolũ, abſurdum etiam non aliam ob cauſam coitionem illorum vetuiſſe, niſi quia nimia voluptas inde ſit prouentura, ſed quia pater ſit, aut filius, aut frater, ob eam rem nihil putare referre. Videtur aũt magis prodeſſe, vt agricolis cões ſint mulieres & filij quàm cuſtodibus, minus enim erit amicitia ſi cõmunes ſint nati & mulieres. Enimuero tales ſint, quibus ĩperatur, oportet

E quo ipſi pareãt imperio, nec res nouas in ciuitate moliantur. Penitus autem cõtra eueniat neceſſariũ eſt ex huiuſmodi lege, q̃ quorũ cã optimas leges eſſe oportet, & cuius gratia Socrates cenſet ita inſtituendum & de natis & de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximũ eſſe bonum ciuitatibus, nã ſic minime ſeditionibus agitabuntur, & vnam eſſe ciuitatem laudat maxime Socrates, quod & videtur, & ipſe inquit eſſe amicitiæ opus, vt in amatoriis ſermonibus ſcimus dicẽtẽ Ariſtophanem. Propter eximiã amãtium cupiditatẽ applicari ſimul, & ex duobus fieri vnum. Hic ergo neceſſariũ eſt ambos corruptos eſſe, vel vnum. At in ciuitatibus neceſſe eſt amicitiam infirmam, fluxamq; fieri,

F propter huius communitatẽ, & minime dicere ſuũ, aut filium, patrem, aut patrem, filiũ. Vt.n. parum mellis multa in aqua diffuſum inſenſilem facit mixtionem, ſic accidit communitatẽ iſtam nequaquam neceſſariam in tali rep. à nominibus extimantibus vel patrẽ, vt filij, vel filium vt patris, vel fratres inuicem exilem profecto beniuolẽtiam efficere. Duo.n. ſunt quæ faciunt homines curam habere, & amare, proprium ſcilicet & affectio, quorum neutrum ſit neceſſe eſt in huius rep. Inſuper trãslatio illa natorum ex agricolis & artificibus in cuſtodes, et ex his in illos, magnam continet difficultatem, quemadmodum tandem fiet, & cognoſcãt ne-

G ceſſe eſt dantes & trãsferẽtes, quibus quos dedãt. Preterea & ſuperius dicta magis in his neceſſariũ eſt euenire, puta rixas, et plagas, et amores, & cædes, nam non amplius appellant cuſtodes, fratres & filios, & patres & matres, qui aliis ciuibus deduntur, & rurſus qui ex cuſtodibus aliis ciuibus vt tale caueant aliquid perpetrare propter conſanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum determinatum ſit in hunc modum.

Poſtquam philoſophus oſtendit ꝙ cauſa, quam Socrates aſſignabat ſuæ legis nõ erat rationabilis, ſcilicet ꝙ optimum eſſet ciuitati eſſe maxime vnam: & iterum ꝙ maxima vnitas non prouenit ex communitate mulierũ & filiorum, hic tertio vult oſtendere multas difficultates &

H inconuenientia quæ cõſequẽtur ex tali lege, & proponit ſex rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ illis qui conſtituunt hanc communitatem mulierum & filiorum non eſt facile ꝙ deuitẽt has difficultates & inconuenientia q̃ dicentur. Primo enim non poteſt cõtingere quin in ciuitate contingant vulnerationes & homicidia. Quãdoque quidem inuolũtaria, puta cum caſu fiunt. Quandoq; aũt voluntaria, puta cum fiunt ex odio vel ira. Et iterũ rixæ & maledictiones ſiue opprobria, quæ omnia multo magis inconueniens eſt ꝙ ſiãt parẽtibus vel aliquibus propinquis ſm cognationem, q̃ extraneis & remotis, quãto.n. naturaliter aliquis magis inclinatur ad amorem alterius, tanto magis incõueniens eſt ꝙ ei inferat nocumentum. Et huiuſmodi nocumenta vel iniuriæ multo magis fient ad illos de quibus neſcietur pro certo ꝙ ſint filij eorũ, quibus inferũt tales iniurias, q̃ apud illos de quibus pro certo ſcitur. Poteſt etiã cum hoc reputari ꝙ ſit facta

A aliqua diſſolutio propinquitatis ſicut contingit qñ qꝙ propinquitas tollitur vel propter longinquam generationem, vel qñ etiam conſanguinei abdicaotur propter aliquam offenſam. Sed illi qui neſciunt propinquitatem, nullam poſſunt putare ſolutionem, proqinquitatis eſſe factam. Vnde patet, ꝙ huiuſmodi mala, quæ in ciuitatibus proueniunt, erunt magis inconuenientia ſi ponatur communitas mulierum & filiorum: quia. ſ. continger, ꝙ frequenter fiant ad propinquos. Secundam rationem ponit. ibi. {Illud etiam abſurdum &c.} & ſumitur hæc rõ ex inconuenientibus, quæ ſequentur ex concupiſcentia libidinum, ſicut prima ſumebatur ex inconuenientibus, quæ ſequentur ex ira vel odio. Conſiderandum eſt ergo, ꝙ apud oẽs reputatum fuit inconueniens, & inhoneſtũ, ꝙ filij coirent cum matribus, aut patres cum filiabus, & hoc oportebat accidere, ſi ponerentur cõmunes filiĵ, quia contingeret, ꝙ filius cognoſceret matrem ſuam ſicut & aliquã aliam mulierem, & ſimiliter contingeret, ꝙ pater cognoſceret carnaliter filiam ſuam, ſicut & aliquã aliam. B Socrates ergo prætentiens hoc incõueniẽs, voluit ipſum vitare tali ſtatuto, vt per principes ciuitatis impediretur coitus filij cum matre, cum oportebat eſſe certum ad minus apud principes ciuitatis, q filium ſuſciperent nutriẽdum: & ſimiliter vt impediretur per eoſdem principes coitus patris ad filiam, qñ aliqua coniectura poſſet haberi, ꝙ hæc eſſet filia illius, ſed hoc ſtatutum Socr. philoſophus impugnat dupl'r. Primo quidem, quia hoc ſtatutũ videtur eſſe inſufficiẽs. Prohibebat. n. filio ſolum coitum matris, non autem prohibebat ei amorem libidinoſum, quia non indicabat ei, ꝙ hæc eſſet mater eius, neq; etiam prohibebat ei alios vſus libidinoſos: puta amplexus & oſcula, q̃ indecentiſſimum eſt eſſe inter ꝓpinquos, quia etiam amorẽ libidinoſum inter eos eſſe eſt inconueniẽs. Secundo improbat iſtud ſtatutum propter cauſam, quã aſſignat. Dicebat. n. ꝙ interdicendus erat coitus matris filio, propter nullam aliam cauſam, niſi ad vitandum delectationem valde vehementem, q̃ ex amore naturali matris & filij ꝓueniret, ꝗ ſuperadderetur libidinoſo amori. C Vehementiam aũt delectationis in coitu ideo vitari volebat, ne homines nimis allicerentur ad intẽperantiam. Dicit ergo Ariſto. ꝙ inconueniens eſt dicere, ꝙ propter iſtam ſolam cauſam debeat aliquis abſtinere á coitu matris, & non ex hoc ſolo, ꝙ mater eius eſt. Et eadem rõ eſt de aliis propinquis, ex ipſa enim ſanguinis propinquitate debent ſibi cognati quãdam reuerentiam honeſtatis quæ tollitur per laſciuiam coitus. Tertiam rationem ponit. ibi. {Videtur aũt magis prodeſſe &c.} & dicit, ꝙ iſta lex Socratis de cõitate vxorum & filiorum magis eſt vtilis agricolis, & aliis infimæ conditionis hominibus, q̃ cuſtodibus ciuitatis, i. principibus ciuitatis, & aliis magnis viris, qui agunt curam de rebus cõibus ciuitatis, qa filiĵ agricolarum exaltabuntur, & filij magnorum deiicientur, ſi omnes redigantur in cõe. Et ex hoc ſequitur, ꝙ minus erit amicitia inter magnos & plebeios: conſeruatur. n. amicitia inter eos inquantum agricolæ, & aliĵ D huiuſmodi ſunt principibus ſubiecti, qa vt dr̃ in 9. Eth. Illud quod eſt proportionabile vnicuique, ſaluat amicitiam; ſubiectio autem cõſeruatur in hoc, ꝙ inferiores ꝑncipibus obediant & non inſoleſcant, quod quidem accidet ſi ęquiparẽtur maioribus in filiis & mulieribus. Vnde patet, ꝙ hæc lex Socr. impedit amicitiam ciuitatis, q̃ debet eſſe inter principes & ſubiectos. Quartam rõnem ponit. ibi. {Penitus aũt &c.} & dicit, ꝙ ex tali lege omnino accidit contrarium eorum, ad q̃ intendunt illi, qui ponunt rectas leges: & iterum contrarium ei, propter qđ Socr. putauit, ꝙ debeat ordinari lex de pueris & vxorib᷒. Omnes. n. cõiter putamus, ꝙ amicitia ſit maximum bonum in ciuitatibus, quia ſi ſit amicitia inter ciues, minime facient ſeditiones, & ad hoc intendunt omnes legiſlatores, vt ciuitas ſit ſine ſeditionibus. Vnde omnes, qui ponunt rectas leges, ad hoc tendunt, vt ſit amicitia inter

A omnes ciues. Socrates etiam dixit, ꝙ optimum in ciuitate erat, ꝙ eſſet vna. vnitas aũt hominum adinuicem eſt effectus amicitiæ, & ſicut cõiter videtur omnibus, & etiã ſicut Socr. dixit. Vnde etiã Ariſtophanes dixit in ſermonibus quos de amore fecit, quod ſeinuicem amantes deſiderant, ꝙ eſſent facti vnum ꝑ naturam: & quia hoc non põt eſſe deſiderant, ꝙ fiant vnum quãtum poſſibile eſt. In hoc igitur caſu in quo Ariſtoph. loquitur ſequeretẽ, ꝙ vel ambo ſe amantes corrũperentur dum ex eis aliquid vnum fieret, vel alter eorum corrũperetur, quaſi in alterum conuerſus. Sed in ciuitate propter talem cõionem mulierum & filiorum ſequetur, ꝙ amicitia diminuatur, & minimum habebit de pondere ad amorem, ꝙ vel pater dicat de aliquo, iſte eſt meus filius, cũ ſimul dicat hoc de multis aliis in ciuitate exiſtentibus, aut filius dicat de patre, hic eſt meus pater, cum etiam ipſe hoc de multis aliis dicat. Videmus. n. ꝙ ſi aliqs aliquod modicum dulce immittat in multam aquam, ſit inſenſibilis mixtio, ſi- B cut cum parum de melle imponitur in multa aqua, nihil ſentitur de dulcedine mellis. Vnde familia. itas, q̃ ex iſtis noĩbus prouenit in ciuitate qua vnus dicit, hic eſt meus pater, vel filius, aut frater: parum curabitur ſi quilibet te antiquior de quolibet iuniore dicat eum eſſe ſuum filiũ: & econuerſo quilibet iunior dicat quẽlibet antiquiorem eſſe ſuum patrem, & oẽs coetanei dicant ſe eſſe fratres. Et huius rõ eſt, quia duo ſunt, q̃ maxime faciunt hoĩes ſolicite curare de aliis, & maxime diligere eos, quorum vnũ eſt, ꝙ ſit proprium & ſingulare eorum. Vnde hoĩes magis curant de rebus propriis, q̃ꝫ de cõibus, ſicut ſupra habitum eſt. Aliud eſt ſpecialis amor, quem quis habet ad aliquem, qui quidem amor magis fit ad eum, quem aliquis ſingulariter diligit, q̃ꝫ ad eum quem ſimul cum multis aliis diligit, ſicut videmus, ꝙ etiam parentes magis diligunt filios vnigenitos, q̃ ſi multos habeant, quaſi amor diminuatur per cõicationem ad multos. Sic igitur patet, ꝙ ſi ſit talis ordinatio ciuitatis qualem Socr. lege ordina- C uit, diminueretur amicitia ciuium adinuicem, quod eſt contra intentionem legiſlatorum. Quintam rõnem ponit. ibi. {Inſuper translatio &c.} & dicit ꝙ ſm ordinationem Socr. oportebat, ꝙ fieret tranſmutatio filiorum, vt illi. ſ. ꝗ eſſent nati á quibuſdam matribus, aliis darentur ad nutriendum, ita ꝙ nullus cognoſceret proprium filium: quomodo autem hoc fieri poſſet, vt. ſ. transferrentur filiĵ agricultorum & artificum ad nobiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, aut econuerſo, non de facili apparet. talis. n. trãslatio magnam turbationem ciuibus afferret, & ex alia parte non poſſet omnino tolli opinio de propriis filiis, quia illi, qui darent & transferrent pueros, oporteret, ꝙ ſcirent á quibus acciperent, & quibus darẽt. Vnde lex Socr. non conſequeretur intentum, & cum hoc induceret magnam turbationem. Sextam rõnem ponit. ibi. {Præterea &c.} & dicit, ꝙ propter hmõi trãslationem puerorum maxime in talibus acciderẽt ea, quæ ſuperius dicta ſunt, ſ. vulnerationes, libidinoſi amores, & homi- D cidia inter propinquos. Videmus. n. ꝙ nunc pueri qui dantur ad cuſtodiam & nutritionem aliorum, non tanta affectione noſant ſuos propinquos, ſicut ſi apud eos nutriantur, & ꝑ conſequens non multum verentur in ſuos ꝓpinquos aliquod prędictorum cõmittere, multo igitur magis ſi non cognoſcerent ſuos eſſe ꝓprios ꝓpinquos, nihil talium vererentur facere. Vltimo aũt epilogando concludit, quod hoc modo determinatum eſt de cõione filiorum & vxorum, quam Socrates inducere volebat.

LECTIO IIII.

Quod cõmunis rerum poſſeſſio multas excitet in ciuitate controuerſias, temperantięq; & liberalitatis vſum aboleat.

HIs conſequẽs eſt de rebus, quæ poſſident conſiderare, quomodo ſit conſtituẽdum illis, qui in optima rep. verſari debeant, vtrum

communes eſſe debeant vel non communes:
hoc ſeorſum ſcrutãdum eſt, nec ſimul cum his,
quæ de natis & mulieribus conſtituũtur. Dico
autem circa res, vtrum & ſi ſint nati mulieresq́;
ſeparatim, quẽadmodum nunc ſint omnibus,
præſtet tamen res eſſe cõmunes & vſus: puta,
fundos proprios eſſe: fructus verò in cõmune
cõferre, quod apud quaſdam fit gentes, vel con
tra, ſolum quidem commune eſſe, & commu-
niter coli: fructus aũt partiri in proprios vſus,
quod etiam facere dicuntur quidam barbaro-
rum, vel & fundos & fructus eſſe communes.

Poſtq̃ Philoſophus improbauit legem Socratis quã-
tum ad communitatem mulierum & puerorum, hic im-
probat eam quantum ad cõmunitatem poſſeſſionum,
& circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit.
Secundo oſtendit ꝓpoſitum. ibi. {Si ergo alij &c.} Cir-
ca primum tria facit. Primo continuat ſe ad præceden-
tia, dicens, ꝙ conſequens ad præmiſſa eſt conſiderare de
poſſeſſione, vtrum oporteat ordinare, ꝙ illi, qui debent
conuerſari ſm optimam conuerſationem ciuilẽ, habeant
poſſeſſiones communes vel non cõmunes. Secundo. ibi.
{Hoc ſeorſum &c.} Oſtendit, ꝙ iſta quæſtio ſeorſum eſt
conſideranda á præmiſſa, quæ erat de communitate vxo
rum, & dicit, ꝙ conſiderandum eſt ſeorſum etiam ſi nihil
eſſet ſtatutum de cõmunitate filiorum & vxorũ, vtrum
ſcilicet dato, ꝙ filij & vxores non ſint communes: ſed
ſeorſum quilibet habeat propriam vxorem & filios, ſe-
cundum modum, qui nunc obſeruatur melius ſit, ꝙ poſ-
ſeſſiones & vſus earum ſint communes omnibus ciui-
bus, q̃ ꝙ vnuſquiſque habeat propriam poſſeſſionem,
ſicut nunc eſt. Tertio. ibi. {Dico autem circa &c.} Di-
ſtinguit modos quibus poſſibile eſt ciues communicare
in bonis poſſeſſis. Et ponit tres modos, quorum primus
eſt, quod vnuſquiſque habeat ſeorſum proprium cam-
pum. Sed omnes fructus camporum deferantur ad com
mune, & diſtribuantur in omnes, quod obſeruabatur
apud quaſdam nationes. Secundus modus eſt, ꝙ econ-
uerſo terra ſit communis, & communiter colatur. Sed
fructus agrorum diuidantur inter ciues ad propriũ vſum
cuiuslibet. Et hic modus apud quoſdam barbaros ob-
ſeruabatur. Tertius modus eſt, vt & campi, & fructus
ſint communes, quod Socrates lege ſtatuendum eſſe di-
cebat. Deinde cum dicit.

Si ergo alij forent agricolæ, alius eſſet modus
& facilior, ſed cum ipſi ſibi laborent, magnas
ea res afferret difficultates. nam ſi in fruendo
& laborando nõ ſint pares: neceſſe eſt incuſa-
tiones exiſtant contra fruentes q̃dem & conſu
mentes multa, parum verò laborantes ab his, q
minus conſumunt & multum laborant. Oĩno
autem conuictus omnis & communitas homi
num, difficilis eſt, & maxime in his rebus. Pro-
bant aũt eorum, qui vna peregrinantur ſocie-
tates? quorum pleriq; fere diſſident inter ſe de
paruis vilibusq́; rebus offenſi. Nos quoq; mini
ſtris illis plurimum iraſcimur, quibus maxime
vtimur ad circularem famulatũ. Cões igitur ha
bere res, has & hmõi continet difficultates.

Oſtendit quid ſit verum circa propoſitam q̃onem. &
primo improbat legem Socratis de communitate poſ-
ſeſſionum, oſtendens quæ mala ex ea ſequerentur. Secun
do oſtendens, quę bona per eam tollerentur. ibi. {Eo aũt

E modo &c.} Circa primum ponit tres rationes, quarum
prima eſt, quia ſi poſſeſſiones eſſent communes omnium
ciuium oporteret alterum duorum eſſe, ſ. ꝙ vel agri co-
lerentur per aliquos extraneos vel per aliquos ex ciuibꝰ.
Et ſi quidem per alios colerentur haberet aliquam diffi-
cultatẽ, quia difficile eſſet aduocare tot extraneos agri-
colas, tamen hic modus eſſet facilior, q̃ ſi aliqui ex ciui-
bus laborarent, hoc enim exhiberet multas difficultates.
Non. n. eſſet poſſibile, ꝙ omnes ciues colerẽt agros, opor
teret. n. maiores maioribus negociis intendere, minores
autem agriculturæ, & tamen oporteret, ꝙ maiores, qui
minus laborarent circa agriculturam plus acciperent de
fructibus, & ſic non æqualiter ſm proportionem cor-
reſponderet perceptio fructuum operibus ſiue labori-
bus agriculturæ. & propter hoc ex neceſſitate orirentur
accuſationes & litigia, dum minores, qui plus laborant
murmurarent de maioribus, ꝙ parum laborantes mul-
tum acciperent: ipſi autem é contrario minus accipe-
F rent plus laborantes. Et ſic patet ꝙ ex hac lege non ſe-
queretur vnitas ciuitatis: vt, Socrates volebat, ſed po-
tius diſcidium. Secundam rationem ponit. ibi. {Omni-
no autem conuictus &c.} Et dicit, ꝙ valde difficile eſt
ſecundum, ꝙ multi homines ſimul ducant vitam, ꝙ cõ-
municent in quibuſdam humanis bonis & præcipue in
diuitiis. Videmus enim, ꝙ illi qui in aliquibus diuitiis
communicant multas habent diſſenſiones adinuicem, vt
patet in his, qui ſimul peregrinantur, frequenter enim
adinuicem diſſentiunt ex his, quæ expendunt in cibis &
potibus computum faciendo, & aliquando pro modico
ſeinuicem propulſant & offendunt verbo vel facto. Vnde
patet, ꝙ ſi omnes ciues haberent communes omnes poſ-
ſeſſiones plurima litigia inter eos exiſterent. Tertiam ra-
tionem ponit. ibi. {Nos quoq; miniſtris &c.} Et dicit,
ꝙ homines maxime offenduntur ſuis famulis, quibus
multum indigent ad aliqua ſeruilia miniſteria, & hoc ꝓ-
pter communitatem conuerſationis vitæ, qui enim non
G frequenter ſimul conuerſantur non frequẽter habent tur
bationes adinuicem. Ex quo patet, ꝙ communicatio
inter homines exiſtens eſt frequenter cauſa diſcordiæ.
Vltimo autem concludit, ꝙ præmiſſę difficultates & alię
ſimiles ſequerentur ex communitate poſſeſſionum in ci-
uitate. Deinde cum dicit.

Eo autem modo quo nunc fit, ſi inſuper mo
ribus & moderatione legũ rectarum honeſtet,
non parum pręſtabit: habebit. n. vtriuſq; com-
moda, dico aũt vtriuſque, videlicet eius, ꝙ com-
munes ſint res, & eius ꝙ ꝓpriæ. Oportet. n. om
nino vt res ſint ꝓpriæ, ſed quodammodo cões.
Curæ. n. diuiſæ, incuſationes non parient, imo
proficient, vtpote ad ꝓprium vnoquoq; ſedu-
lo incumbente. At verò ꝑ virtutem erunt ad
H vſum, vt eſt in ꝓuerbio: Amicorum cõmunia.
eſt aũt etiam nunc quibuſdam in ciuitatibus in
hunc modum ſubſcriptum, ne putetur impoſſ.
& ꝑcipue in his, q̃ bene gubernant̃ aliqua ſunt,
aliqua eſſe poſſunt. Propria. n. ſua quibuſq; poſ
ſidens, partim vtilia facit amicis, partim vtitur
cõmunibus, vt in Lacedæmone, ſeruis vtuntur
viciſſim, tanq̃ forent vniuſcuiuſque, & ꝑterea
equis, & canibus, & vehiculis. Patet igitur eſſe
melius, vt ꝓpriæ ſint res, ſed vſu facere illas cõ-
munes. Quemadmodum autem hoc fiat legiſ-
latoris erit prouiſio. Eſt ſanè inenarrabile quã-
tum interſit ad voluptatem, conſiderare ali-
quid eſſe proprium ſui. Non. n. fruſtra quiſque
ad

ad ſeipſum amicitiã habet, eſt verò id naturale.
Sed cum amatio ſui reprehenditur, non illud
reprehenditur, quia ſe amet: ſed quia magis, q̃
oportet ſe amat: quemadmodum & amatio pe
cuniarum: nam amant oẽs, vt ita dixerim, talia.
Atqui & largiri, & opem ferre amicis, & hoſpi
tibus, & familiaribus, dulciſſimum eſt, qđ fit,
ſi proprię ſint facultates. Hæc aũt non contin-
gunt illis, qui nimis vnam afficiunt ciuitatem.

Oſtendit quæ bona per prædictam legem tollerẽtur,
& ponit tres rõnes, circa quarum primam dicit, ꝙ ſi ita
ordinetur in ciuitatibus, ſicut nunc ſe habet, ꝙ. ſ. poſſeſ-
ſiones ſint ciuibus diuiſæ, & hoc ordinetur pulchris con-
ſuetudinibus & iuſtis legibus habebit magnam differen
tiam in exceſſu bonitatis & vtilitatis, reſpectu eius, qđ
Socr. dicebat. Vtrobique.n. inuenitur aliquid bonũ, ſ. &
in hoc, ꝙ ponuntur poſſeſſiones propriæ, & in hoc ꝙ po
nuntur communes. Sed ſi poſſeſſiones ſunt propriæ, &
ordinentur per rectas leges & conſuetudines, quod ci-
ues ſibiinuicem communicent de ſuis bonis, habebit ta-
lis modus viuendi bonum, quod eſt ex vtroque, ſ. & ex
communitate poſſeſſionum & diſtinctione earum: opor
tet.n. poſſeſſiones ſimpliciter quidem eſſe proprias quã-
tum ad proprietatem dominij. Sed ſm aliquem modum
communes. Ex hoc enim, ꝙ ſunt propriæ poſſeſſiones
ſequitur, ꝙ ꝓcurationes poſſeſſionum ſunt diuiſæ, dum
vnuſquiſq; curat de poſſeſſione ſua. Et ex hoc ſequuntur
duo bona, quorum vnum eſt, ꝙ dum vnuſquiſq; intro-
mittit ſe de ſuo proprio, & non de eo, quod eſt alterius,
non fiunt litigia inter homines, quæ ſolent fieri qñ multi
habent vnam rem procurare dum vni videtur ſic, & alij
aliter faciendum. Aliud bonum eſt, ꝙ vnuſquiſq; magis
augebit poſſeſſionem ſuam inſiſtens ei ſolicitius tanquã
propriæ, & hoc modo erunt poſſeſſiones diuiſæ. ſed ꝓ-
pter virtutem ciuium, qui erunt in inuicem liberales, &
benefici erunt communes ſm vſum. Sicut dicitur in pro-
uerbio, ꝙ ea quæ ſunt amicorum ſunt communia. Et ne
cui videatur impoſſibile ſubiungit, ꝙ in quibuſdam ci-
uitatibus bene diſpoſitis eſt hoc ſtatutum, ꝙ quædã ſint
ipſo facto communia quantum ad vſum, quædam autẽ
fiant communia per voluntatem ab ipſis dominis, dum
ſcilicet vnuſquiſq; habens propriam poſſeſſionem, quæ-
dam de bonis ſuis facit prouenire in vtilitatem ſuorum
amicorum, & quibuſdam de bonis ſuis vtuntur amici
ſui per ſeipſos tanquam rebus communibus. Sicut erat
in ciuitate Lacedæmonia, in qua vnus poterat vti ſeruo
alterius ad ſuum miniſterium ac ſi eſſet proprius ſeruus.
Similiter poterant vti equis & canibus & vehiculis alio-
rum tanquam ſuis, ſi indigerent ire ad agros in eadem
tamen regione. Vnde manifeſtum eſt ꝙ multo melius eſt,
ꝙ ſint proprię poſſeſſiones ſm dominiũ. Sed ꝙ fiant cõ-
munes aliquo modo quantum ad vſum. Quomodo aũt
vſus rerum propriarum poſſit fieri communis, hoc per-
tinet ad prouidentiam boni legiſlatoris. Secundam ra-
tionem ponit. ibi. {Eſt ſanè inenarrabile &c.} & dicit,
ꝙ non poteſt de facili enarrari quantum ſit delectabile
reputare aliquid eſſe ſibi proprium. Venit enim hæc de-
lectatio ex hoc, ꝙ homo amat ſeipſum: ꝓpter hoc enim
vult ſibi bona. Nec hoc eſt vanum, ꝙ aliquis habet ami
citiam ad ſeipſum, ſed naturale eſt. Quandoq; tamen iu-
ſte vituperatur aliquis ex hoc, ꝙ eſt amator ſui ipſius.
Sed quando hoc in vituperium dicitur, non eſt hoc ſim-
pliciter amare ſeipſum ſed magis, q̃ oportet, ſicut & ama
tores pecuniarum vituperantur: quas tamen omnes ali-
quo modo amant, quia amatores pecuniarum vituperã-
tur inquantum amant eas magis, q̃ oportet: hanc autem
delectationem, quæ eſt de rebus ꝓpriis habendis, aufert
lex Socr. Tertiam rationem ponit. ibi. {Atqui & largi-
ri &c.} & dicit, ꝙ valde delectabile eſt, ꝙ homo donat.

A vel auxilium ferat vel amicis vel extraneis vel quibuſ-
cũq; aliis, quod quidem fit per hoc, ꝙ homo habet pro-
priam poſſeſſionẽ: vnde etiam hoc bonũ tollit lex Socr.
auferens proprietatem poſſeſſionum. Vltimo autem cõ-
cludit, ꝙ iſta inconuenientia accedunt his, qui volunt ni
mis vnire ciuitatem introducendo communitatem poſ-
ſeſſionum & vxorum & filiorum. Deinde cum dicit.

Et præterea duarum virtutum opera mani-
feſte tollunt, tẽperantię erga mulieres alienas, à
quibus laudabile eſt ſe abſtinere, & liberalita-
tis circa res poſſeſſas: neque.n. diſcerni poterit
liberalis, neq; liberalem operationẽ faciet vllã.
Nam in vſu earum rerũ, quæ ipſi poſſidemus,
liberalitatis eſt opus. Illiuſmodi itaq; legis poſi
tio, faciem habet apparẽtem, & humana videri
B poteſt quã auditor libenter recipit: putans fore
mirabilem quandam amicitiam omnibus erga
omnes, præſertim cum quis incõmoda accuſat
rerump. nunc prouenientia ex eo, quia nõ ſint
communes omnium facultates, ceu litigia ex
contractibus, falſorum teſtium accuſationes, di
uitum adulationes, quorum nihil fit propter
proprietatem: ſed propter improbitatem, cum
etiam res in communi habentes multo magis
inter ſe litigare videamus, q̃ eos, qui ſeparatim
poſſident. Inſuper ęquum erat referre non ſo-
lum quantis malis priuabantur, ſi communita-
tem rerum habebunt: ſed etiam quantis bonis,
videtur aũt omnino impoſſibilis eſſe illa vita.

C Obiicit ſimul contra vtrãque poſitionem, ſ. de cõmu-
nitate vxorum & poſſeſſionum, & inducit etiam ad hoc
tres rationes, quarum prima eſt, ꝙ illi qui volunt ſic ni-
mis vnire ciuitatem, manifeſte interimũt opera duarum
virtutum, ſ. temperantiæ inquantum eſt circa mulieres.
Opus enim temperantiæ eſt abſtinere à muliere aliena,
quod non habebit locum ſi omnes mulieres ſint cões.
Similiter introducens communitatem poſſeſſionum au-
fert actum liberalitatis. Non.n. poterit eſſe manifeſtum
de aliquo an ſit liberalis: nec aliquis poterit actum libe-
ralitatis exercere, ex quo non habet proprias poſſeſſio-
nes, in quarum vſu conſiſtit opus liberalitatis. Prouidus
homo propria expendit & dat. Quod autem aliquis det
communia non eſt multum liberalitatis. Secundam ra-
tionem ponit. ibi. {Illiuſmodi itaq; &c.} & dicit, ꝙ lex
Socratis prędicta videtur bona in ſuperficie. Et videtur,
ꝙ ſit amabilis ab hominibus, & hoc propter duo. Primo
propter bonum, quod aliquis ſuſpicatur futurum ex tali
lege. Quando.n. aliquis audit, ꝙ inter ciues ſint omnia
D communia, ſuſcipitur hoc cum gaudio reputans amici-
tiam admirabilem futuram per hoc omnium ad omnes.
Secundo propter mala, quæ putat tolli per hanc legem.
Accuſat enim aliquis mala, quæ nũc fiunt in ciuitatibus,
ſicut diſceptationes hominum adinuicem circa contra-
ctus & iudicia de teſtimoniis falſis, & hoc ꝙ pauperes
adulantur diuitibus, tanq̃ omnia iſta fiant propter hoc,
ꝙ poſſeſſiones non ſunt cõmunes. Sed ſi aliquis recte con
ſideret, nihil horum fit propter hoc, ꝙ poſſeſſiones non
ſunt communes, ſed propter malitiam hominum. Vide-
mus enim ꝙ illi qui poſſident aliqua in communi, multo
magis diſſident adinuicem, q̃ illi, qui habent ſeparatas
poſſeſſiones. Sed quia pauci ſunt illi, qui habent poſſeſ-
ſiones communes reſpectu illorum, qui habent diuiſas,
propter hoc pauciora litigia veniunt ex cõmunitate poſ
ſeſſionum. Tamen ſi omnes haberent communes, multo
plura litigia eſſent. Tertiam rationẽ ponit. ibi. {Inſuper

æquum erat &c.} Et dicit, ꝙ homo nõ ſolum debet conſiderare quot malis priuentur illi, qui habent cõmunes poſſeſſiones & vxores, ſed etiam quot bonis priuentur. Debet.n.legiſlator ſuſtinere aliqua mala, ne priuentur maiora bona, tot autem bona priuantur per hanc legem Socratis, ꝙ videtur eſſe impoſſibilis talis conuerſatio vitæ, vt patet per inconuenientia ſupra poſita.

LECTIO V.

Quid Socratem deceperit in communione ponenda, & quòd non contingit talem ciuitatem eſſe felicem.

CAuſam verò Socrati huius erroris putãdum eſt fuiſſe ſuppoſitionem nõ rectam. Oportet.n.quodãmodo vnam eſſe ciuitatem, & domum, ſed non penitus. Eſt.n.quo, ſi procedat, non erit ciuitas: eſt etiam, quo erit quidem prope vt non ſit ciuitas, deterior ciuitas, velut ſiquis cõcentum faciat vniuocum, & verſum pedem vnum. Sed oportet cum ſit multitudo, vt prius diximus, per diſciplinam, cõmunem & vnam efficere. Et qui diſciplinam ſit adhibiturus, volens per illam ſtudioſam facere ciuitatem, abſurdum eſt, ſi ꝑ talia quædam inſtituendam putet, ac non per mores, & per philoſophiam: & per leges, veluti ſeruorum iumentorumq; poſſeſſionem in Lacedæmone, & comeſſationũ in Creta legiſlator cõem induxit.

Poſtq̃ Philoſophus impugnauit legem Socratis oſtendens eam eſſe inconuenientem, hic impugnat eam oſtendens eſſe inſufficientem, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd non habuit ſufficiens motiuum. Secundo oſtendit, ꝙ id quod ponebatur inſufficiens erat. ibi. {Modus verò &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit motiuum eſſe inſufficiens, propter falſam ſuppoſitionẽ. Secundo propter defectum experientiæ, quæ requiritur in legibus condendis. ibi. {Neque illud ſane &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cauſa quare Socrates deuiauit à veritate circa legem de communitate poſſeſſionum filiorum & vxorum: oportet putate fuiſſe, quia ſupponebat quandam ſuppoſitionem non rectam, ſ. ꝙ ſummum bonum ciuitatum eſſet, ꝙ ipſa eſſet maxime vna. Hæc autem ſuppoſitio ideo non eſt recta, quia ad ciuitatem & domum, ſicut ſupra dictum eſt, requiritur aliqua vnitas, ſed non omnimoda. Vnde intantum poteſt ꝓcedere vnitas ciuitatis, quod iã non erat ciuitas: puta ſi omnes ſint vnius artis, & cohabitantes in vna domo. Intantum aũt poteſt procedere vnitas, ꝙ erit in propinquo ad hoc, ꝙ non ſit ciuitas. Vnde ſequitur, ꝙ ſit peior, quia vnumquodque tanto deterius eſt quãto magis appropinquat ad ſuum non eſſe, ſicut ſi tollatur aliqua diſtinctio officiorum, quæ ſunt neceſſaria ad bene eſſe ciuitatis: & ponit exemplum, ſicut ſi aliquis faciat concentum vniuocum, i. omnes cantantes in vna voce, iam non erit ſimphonia & conſonantia vocum, cui ſimilatur ciuitas ex diuerſis conſiſtens. Similiter ſiquis facerec verſum pedẽ vnum, i. carmen vno pede tantum numero cõſtare, quia tunc carmen non eſſet, quod ex multis numero pedibus conficitur. Et ita poteſt intantum procedere vnitas, ꝙ tollatur ciuitas, ſed ſicut ſupra dictum eſt: oportet in ciuitate eſſe quidem diuerſorum multitudinem, ſed ꝙ ciuitas fiat vna & cõmunis propter quandam diſciplinam legum recte poſitarum. Sed ſi aliquis, q̃ erat inducturus diſciplinam ad vniendum ciuitatẽ putet ꝑ hanc legem de cõitate filiorum & vxorum fieri ciuitatem bonã: inconueniens eſt ſi æſtimet, q. ꝑ tales cõitates poſſit rectificare ciuitatem, & non magis ꝑ bonas conſuetudines & leges,

E & per ſapientiam circa talia, ſicut dictum eſt ſupra, q. Laccedæmones poſſeſſiones proprias faciebant communes quantum ad vſum, & in Creta etiam fecit legiſlator eſſe aliqua communia, vt fierent quædam conuiuia publica ciuibus ſm aliqua tempora ad hoc inſtituta, vt inter eos maior familiaritas eſſet. Deinde cum dicit.

Neq; illud ſane ignorandum eſt, q̃a oportet ad longum tempus, ac diuturnas cõſuetudines inſpicere in quibus haudquaquã poterit latere an recte ſe habeant. Ferme.n.omnia inuenta ſunt quidem: ſed alia non inducta, alia ab expertis repudiata. Maxime aũt id apparet, ſiquis per opera inſpiciat remp. ſic inſtitutam. Non aliter.n.poterit feciſſe ciuitatem, niſi ſeparet illa atque diſtinguat, partim in comeſſationes, partim in genera, partim in tribus. F Itaque nihil aliud contingit lege prouiſum eſſe, niſi vt cuſtodes, agros non colant, quod nunc Lacedæmonij facere ceptant.

Oſtendit inſufficientiam motiui ꝓpter defectum experientiæ, & dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ leges bene ponantur, oportet hoc non ignorare, quia debet aliquis multo tempore conſiderare & multis annis, vt manifeſtum ſit per experientiam, ſi tales leges vel ſtatuta bene ſe habeant. Aeſtimandum eſt enim, ꝙ in longitudine præcedentium temporum fere omnia inuenta ſunt circa conuerſationem humanam, quæ excogitari poſſunt, ſed quædam eorum nõ ſunt inducta, i. non eſt vſque ad hoc in eis proceſſum, ꝙ lege ſtatuerentur, quia ſtatim eorum inconuenientia apparebat. Quædam verò ſunt quidem ſtatuta, ſed receſſerunt ab vſu dum cognouerũt homines, ꝙ non erant vtilia. Et hoc maxime manifeſtum fit, ſi quis per experientiam ordinis inſpiciat talem ordinem ciuitatis inſtitutũ G qualem Socrates dixit. Impoſſibile enim eſt, ꝙ fiat ciuitas niſi per aliquam partitionem & ſegregationem, puta ꝙ de bonis communibus fiat diſtributio per diuerſa conuiuia, vel per diuerſa genera, aut per diuerſas tribus, i. ſocietates, ciuitatis aut regionis. Quia igiť neceſſe eſt omnino, ꝙ fiat diſtributio bonorum communium quãtum ad rem, nihil aliud affertur per ſtatutum talis legis de cõmunitate poſſeſſionum, niſi ꝙ municipes, i. qui cõtinue morantur in ciuitate, non habeant curam de agris colendis, quaſi non habentes agros proprios, ſed etiam ſi non ſint agri communes, hoc ipſum fieri poteſt, ſicut Lacedæmonij facere conantur, vt. ſ. per alios agri colantur, quamuis ſint proprij. Deinde cum dicit.

Modus verò totius reip. quis futurus ſit in cõione degentibus, neq; Socrates ipſe inquit, neq; dictu facile eſt. Atqui multitudo ciuitatis H diuerſorum ciuium eſt multitudo, de quibus nihil determinatum eſt, an & agricolis cões eſſe facultates oporteat, vel proprias ſingulorũ. Præterea vtrum mulieres & pueros proprios vel cões. Si.n.eodem modo cõmunia ſunt omnia omnium, quid differrent iſti ab illis cuſtodibus, vel quid plus accedet ſuſtinentibus eorũ imperium, vel quam ob cauſam imperium ſuſtinebunt, niſi forte prætexũt aliquid tale, quale Cretenſes, qui cętera omnia ſeruis ꝑmittentes, gymnaſia ſolum illis vetuerunt, & armorum poſſeſſionem. Qđ ſi vt in aliis ciuitatibus, ita apud illos talia erunt, quis modus erit cõitatis. Neceſſe eſt.n.duas ciuitates in vna eſſe ciuitate,

& eas

A & eas inter ſe contrarias: facit.n.alios quidem cuſtodes quaſi in p̄ſidio conſtitutos, alios agricolas & artifices, & cæteros ciues. Litigia verò & iudicia & quæcūq; alia mala ciuitatibus, p̄uenire inquit, omnia prouenient etiam iſtis: quāquam dicat Socr. fore, vt non multum legibus indigeant, propter diſciplinam: veluti circa res vrbanas & circa forum, & aliis huiuſmodi legibus, tribuens ſolum diſciplinam cuſtodibus. Inſuper dominos facit ſuarum rerū agricolas, ac tollere permittit: at multo magis putandum eſt fore illos graues & inſolentes, q̄ illas, quæ apud quoſdā ſunt ilotas peneſteas & pericecos.

Oſtendit inconuenientiam legis Socraticæ quantum ad id, quod ponebat, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit inſufficientiam prædictę legis quantum ad ea de qui- B bus eſt. Secundo quantum ad quædam communia. ibi. {Enimuero ſiue neceſſaria &c.} Circa primum inducit tres rationes, quarum prima eſt per quam oſtendit inſufficientiam prædictæ legis quantum ad hoc, ꝙ non poterat ſm eam ſufficienter diſtingui multitudo ciuitatis: & dicit, ꝙ non ſolum lex Socratis facere videbatur, niſi, ꝙ municipes agros non colerent tanquam non proprios exiſtentes, ſed neq; etiam Socrates dixit quis modus eſſet totius conuerſationis politicæ inſtituendæ ſm ſuam legem communicantibus, i. habētibus, omnia communia, neq; etiam poſſibile eſt à quouis alio dicere hac lege ſeruata. Neceſſe enim eſt, ꝙ multitudo ciuitatis ſit multitudo hominum diuerſorum ſm diuerſos ſtatus. De quorum diuerſitate qualiter eſſe poſſit, nihil eſt determinatum à Socrate. Neceſſe enim eſt dicere, ꝙ agricolis ſint poſſeſſiones communes ſimul cum aliis ciuibus, & filij & vxores, aut ꝙ habeant ſeorſum proprios filios & poſ- C ſeſſiones & vxores præter alios ciues. Hoc autem ſecundo modo cōtingit aſſignare diuerſitatem eorum ab aliis ciuibus: tum propter differentiam eorum in poſſeſſionibus: tum etiam propter parentum originem. Sed ſi eodem modo ſint cōmunia omnia prædicta omnibus aliis, nulla differentia inuenietur, ſecundum quam poſſint diuerſificari agricolæ à cuſtodibus: neq; etiam poterit aſſignari, quid plus conſequantur illi, qui portant pondus principatus in regendo ciuitatem, & ſic inutiliter laborabunt. Nunc autem habent hoc emolumentum, ꝙ attribuuntur eis plures poſſeſſiones, & filij eorum nobilitantur. Similiter etiam non poterit aſſignari, quid paſſi ſufferunt principatum, i. propter, quam eorum conditionem præcedentem ad principatum aſſumantur. Nūc enim conſueuerunt ad principatus aſſumi, qui ſunt nobiliores origine, vel excellentiores diuites. Excellentia autem ſm virtutem non ſemper eſt ita manifeſta, ꝙ ſecundum eam ſolam ſufficienter poſſit inueniri homines, D qui aſſumantur ad principatus. Poſſet autem aliquis dicere, ꝙ illi qui ſeruarent legem Socratis ſuſciperent tale aliquid obſeruandum quale obſeruant Cretenſes, qui agriculturam & alia huiuſmodi artificia dimittunt exercenda per ſeruos, quibus ſolum interdicunt gymnaſia, i. exercitia corporalia, & vſum armorum, vt ſecūdum hoc non oporteat diſtinguere inter agricolas & alios municipes. Quia exercentes agriculturam & artifices ſecundum hoc non erant ciues ſed ſerui. Sed ſi in ciuitate, quam Socrates intendit inſtituere erunt huiuſmodi ordinata ſicut in aliis ciuitatibus, vt.ſ. quidam ciuium ſint agricolæ & artifices: non videbitur eſſe vna communitas, quia in vna ciuitate neceſſarium erat eſſe quaſi duas ciuitates ſibi contrarias. Ex vna enim parte erunt cuſtodes, qui cuſtodiunt ciuitatem, nihil aliud operantes: & ex alia parte erunt agricolæ & artifices operantes, quos oportet eſſe contrarios adinuicem ex hoc ipſo, ꝙ

A quibuſdam laborantibus alij non laborāt: & tamen plura de fructibus recipiunt, ſicut etiam ſupra dictum eſt. Si verò poſſeſſiones non ſunt communes, non erit ex hoc litigium, quia quilibet procurabit, ꝙ colantur agri ſui vel per alium vel per ſeipſum: & dum minores ſeruient maioribus, ab eis aliquod lucrum recipientes, erit vna communicatio inter eos. Secundam rationem ponit. ibi. {Litigia verò & iudicia, & quod alia mala &c.} & dicit, ꝙ in ciuitate habente omnia communia ſicut Socrates dixit: inuenientur mutuæ accuſationes, & diſceptationes, & omnia alia mala, quæ Socrates dicit nunc eſſe in ciuitatibus. Diſceptabunt enim ciues adinuicem de hoc ꝙ non æqualiter laborant nec æqualiter fructum recipiunt, & de multis etiam aliis quamuis Socrates putauerit, ꝙ iſta mala in ciuitate in qua eſſent omnia cōmunia non eſſent. Et propter hoc dicebat, ꝙ propter huiuſmodi diſciplinam non indigeret ciuitas multis legibus: ſed ſolum quibuſdam paucis, ſ. circa habitationem mu- B nicipij, & circa forum iudiciorum, vel etiam circa forum rerum venalium: & circa alia huiuſmodi, ſine quorum ordinatione ciuitas eſſe non poteſt: ita tamen, ꝙ huiuſmodi diſciplinam legum attribuebat ſolum cuſtodibus ciuitatis: non autem agricolis, qui extra ciuitatem & municipium morabantur. Et ſic patet, ꝙ lex Socratis erat inſufficiens, quia non poterat à ciuitate extirpare mala quæ tollere conabatur. Tertiam rationem ponit. ibi. {Inſuper dominos &c.} & dicit, ꝙ Socrates cōmittebat ſm ſuam legem totam diſpoſitionem poſſeſſionum agricolis, quibus dicebat eſſe cōmittendum, ꝙ fructus agrorum offerrent quibuſcunq; circa alia vacantibus: & ex hoc putabat, ꝙ agricolę propter hanc poteſtatem efficerentur obſequioſi & humiliter ſeruientes aliis ciuibus, ſed totum contrarium accideret. multo. n. magis eſt veriſimile, ꝙ ex quo haberent omnia in ſua poteſtate, ꝙ eſſent graues aliis ciuibus, & adinuenirent aſtutias ad defraudandum eos, q̄ ꝙ humiliter eis ſeruirent. Et ſic pa- C tet, ꝙ lex Socratis de communitate mulierum & poſſeſſionum inſufficiens erat, quia non poterat implere, quod conabatur. Deinde cum dicit.

Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hæc ſimiliter, ſiue non, nihil nunc quidem determinatū eſt: neq; de conſequentibus, quæ ſit eorum adminiſtratio, & diſciplina, & leges quædam: eſt aūt neq; facile reperire, neq; parum referens quales hos eſſe oporteat ad conſeruandam cuſtodum communionem.

Oſtendit inſufficientiam legis Socratis quantum ad alia conſequentia, & primo in generali. Secundo in ſpeciali. ibi. {Atqui ſi mulieres faciet communes &c.} dicit ergo primo, ꝙ ſiue iſta, quæ Socrates poſuit de communitate mulierum & poſſeſſionum ſit neceſſaria ciui- D tati, ſiue non: tamen de conſequentibus nihil determinauit, ſ. qualis debeat eſſe ordinatio politicæ conuerſationis, & qualis diſciplina, & quales leges proprie eorum, qui ſic habent omnia communia. Non enim de facili eſt inuenire aliquas tales, neq; etiam oportet eos parum differre ab aliis, qui prædictam ciuitatem ſeruare poſſunt. Vnde quibuſdam ſpecialibus legibus & ſpeciali diſciplina eſſent imbuendi. Deinde cum dicit.

Atqui ſi mulieres faciet communes, facultates verò proprias, quis curam habebit rei domeſticæ vt agriculturæ viri. Si ſint communes facultates & agricolarum mulieres. Abſurdum etiam ex beſtiis facere ſimilitudinem, ꝙ conueniat eadem exercere mulieres, quę viri, ad quos rei domeſticæ cura nequaquam pertinet.

Oſtendit inſufficientiam in ſpeciali, & primo quãtum ad mulieres. Secundo quantum ad principes ibi. {Periculoſa eſt inſuper &c.} Tertio quantum ad communem ciuitatis felicitatem. ibi. {Præterea cuſtodibus felicitatem &c.} Quantum ad mulieres autem duo tangit. Primo, ꝙ non poteſt ſufficienter ordinari de mulieribus ſi ſint communes cuſtodibus & agricolis, ſiue poſſeſſiones ſint propriæ & diſtinctæ vtriſque: ſiue ſint communes, quia ſi ſint communes, oportet, ꝙ agricolæ diſpenſent ea, quæ ſunt in agris, non poterunt ſimul vti mulieribus in ciuitate exiſtentibus, & agros colere. Sed ſi facultates ſint propriæ, mulieres communes, non poterunt intendere rei domeſticæ, ſicut viri poterunt intendere agriculturæ. Si econtra facultates ſint communes, & vxores propriæ agricolarũ: ſimul.n. poterunt & agros colere & vxoribus ſecum habitantibus operam dare. Secundo circa mulieres dicit, ꝙ Socrates dicebat, ꝙ mulieres debebant eadem tractare cum viris, vt.ſ. colerent agros & pugnarent, & alia huiuſmodi facerent ſicut viri: & accipiebat ſimilitudinem à beſtiis, in quibus fœminæ ſimilia operantur maſculis: ſed Ariſto. iſtud dicit eſſe inconueniens nec eſſe ſimile, quia beſtiæ nihil participant de vita œconomica, in qua quidem vita mulieres habent quædam propria opera, quibus oportet eas intẽdere, & abſtinere ſemper ab operibus ciuilibus. Deinde cum dicit.

Periculoſa eſt inſuper magiſtratuum conſtitutio, quam ſic facit Socrates, vt ſemper ſint iidem. at hoc ſeditionis eſt cauſa etiam apud illos, qui nullam poſſident dignitatem. Quid ergo apud bellicoſos & animoſos viros? Quòd autem ſibi neceſſarium ſit eoſdem ſemper magiſtratus facere, patet. Non enim aliorum modo, & modo aliorum miſcetur animis diuinũ illud aurum, ſed ſemper eiſdem. Inquit autem quibuſdam ſtatim à genitura aurum miſceri, quibuſdam argentum: æs verò, & ferrum illis, qui artifices futuri ſunt, aut agricolæ.

Oſtendit inſufficientiam quantum ad principes, & dicit, ꝙ non eſt ſecurum ciuitati, ꝙ hoc modo inſtituantur principes ciuitatis ſicut Socrates inſtituebat. Ordinauit enim, ꝙ ſemper manerent iidẽ principes, quod quidem ſemper fuit cauſa ſeditionis: etiam apud homines non magni valoris, & multo magis apud homines animoſos & bellicoſos, qui non poſſunt de facili pati, ꝙ ipſi ſemper ſubiiciantur, & alij principentur. Et ſubiungit cauſam quare Socrates inſtituebat, ꝙ ſemper eſſent iidem principes. Dicebat enim, ꝙ ſicut in quibuſdam mineris terrarum inuenitur aurum, in quibuſdam argentum: in quibuſdam verò ferrum, aut ęs, ita in animabus quorũdam hominum, qui abundant in ſapientia & virtute eſt aurũ, quos iuſtum eſt principari. In quibuſdam verò argentũ, qui ſunt ſecundi gradus. In quibuſdam verò, qui nõ ſunt perfecti ad ſapiẽtiam & virtutem, inuenitur quaſi ęs aut ferrum, & tales ſm ipſum debent fieri agricolæ & artifices. Manifeſtum eſt autem, ꝙ iſtud non commutatur: ita ꝙ quandoque iſtis hominibus ſit inditum aurum, & quandoq; non, ſed ſemper eiſdem. Vnde ſequitur, ꝙ aliis iidem principentur. Deinde cum dicit.

Præterea cuſtodibus felicitatem auferens, totam inquit ciuitatem facere beatam oportet legiſlatorem. At impoſſibile eſt totam eſſe beatam, niſi aut plurimi, aut oẽs partes, aut quædam habeant felicitatem. Non enim eorũdem eſt felicitas, quorum & par: nam par contingit ineſſe toti, & ſi nulli partium inſit, ſed ineſſe

E felicitatem impoſſibile. Quod ſi cuſtodes non erunt felices, qui tandem alij? non enim artifices quidem, neq; vulgus. Illa igitur reſp. de qua Socrates locutus eſt, has continet difficultates, & alias his non minores.

Oſtendit inſufficientiam quantum ad cõmunem ciuitatis felicitatem. Dicebat.n. Socrates, ꝙ legislator debet ad hoc attendere, ꝙ faciat totam ciuitatem felicem, & quantum ad opera virtutis, & quantum ad exteriora bona: cum tamen Socrates per ſuam legem auferret à ſingulis ciuibus felicitatem, quia volebat, ꝙ non haberent aliquid proprium, nec in poſſeſſionibus, nec in mulieribus, nec in filiis, quæ quidem pertinent ad felicitatem tanq̃ organicæ deſeruientia, vt dicitur in 1. Ethic. Hoc autem eſt impoſſibile, ꝙ tota ciuitas ſit felix, niſi vel omnes vel plures partes ciuitatis, felicitatẽ habeant. Non enim eſt felicitas ciuitatis ſicut numerus par & alia ſimilia. Par-
F tes enim numeri paris quandoq; ſunt impares, ſicut partes ſenarij ſunt duo trinarij. Et præterea ſi cuſtodes ciuitatis non ſunt felices, quia alij erunt felices, ad hoc ꝙ in eis felicitas ciuitatis fraudari poſſit: nõ enim poteſt dici, ꝙ agricolæ & mercenarij ſint felices, qui ſunt infimi in ciuitate. Non.n. felicitas, quæ eſt optimum ciuitatis poteſt ſaluari in infima eius parte. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ conuerſatio politica ciuitatis de qua Socrates dixit, habet prædictas dubitationes, & quaſdam alias non minores prædictis.

LECTIO VI.

Reliquæ Socratis leges excutiuntur.

FErme aũt ſimiliter circa leges quoq; ſe habet poſtea ſcriptas. Quapropter & de illa reip. parte hic cogitare parum melius erit. Etenim in rep. de paucis admodum determina-
G uit Socr. vt de mulierum & natorum cõitate, & de rebus poſſeſſis, ac de inſtitutione reip.

Poſtq̃ Philoſophus improbauit poſitionem Socratis de communitate mulierum & puerorum & poſſeſſionũ, quod non ponebat quaſi principale in ſua politica: hic inquirit de aliis conſequentibus legibus, & primo narrat eas. Secundo diſputat contra eas. ibi. {Superfluum ergo &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur intentum. ibi. {Diuiſit enim &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſicut habet multas dubitationes lex de communitate mulierum & poſſeſſionum, ita etiam & aliæ eius conſequentes leges: & ideo melius eſt, ꝙ de tota eius politica aliqua pauca hic dicãtur, quia de paucis in ſua politia determinauit Socrates, ſ. de communitate vxorum & filiorum & poſſeſſionis, quomodo debeant ſe habere, & ſuper hoc determinauit ordinem politicæ conuerſationis. Deinde cum dicit.

H Diuiſit.n. in duas partes multitudinem habitantium, in agricolas, & propulſatores belli. Tertiam ex his fecit, eos, qui conſultant ac deliberant, & in quibus ſumma reip. cõſiſtit auctoritas. Agricolæ verò & artifices, vtrum nullius magiſtratus, an alicuius participes ſint: & vtrũ arma poſſidere debeant, & vnà pugnare, nihil determinauit, ſed mulieres cenſet vnà pugnare debere, ac diſciplinam habere eandẽ, quã cuſtodes. Cętera verò extraneis peregit ſermonibus.

Recitat ea, quæ Socrates dixit de ordine politiæ, nã de cõitate ſatis ſupra dictum eſt, & primo quãtũ ad partes ciuitatis. Secundo quantũ ad diſciplinã ciuiũ. ibi. {Et de diſciplina cuſtodum &c.} Circa primum quatuor dicit,

quorum

quorum primum eſt, ꝙ Socrates totam multitudinem habitantium ciuitatem diuidebat in duas partes, quarum vna erat agricolarum & aliorum artificū: alia verò erat virorum bellatorum: addebat autem & tertiam partem, ſ. conſilium & principes ciuitatis. Secundo dicit, ꝙ Socr. omiſit dicere de agricolis & artificibus vtrum debeant aliquem principatum habere: & vtrum etiam debeant aliquo modo pugnare vel non. Tertio dicit, ꝙ Socrates exiſtimauit, ꝙ oportebat mulieres bellare, & alia ſimilia facere viris. Quarto dicit ꝙ alias quidem partes ſuæ politicæ impleuit multis ſermonibus extraneis, qui non pertinebant ad materiam politicæ, interponēs multa de naturalibus & de aliis ſcientiis. Deinde cum dicit.

Et de diſciplina cuſtodum, qualem eſſe illam oporteret. Legum autem maxima quidē pars, leges exiſtunt publicæ. Pauca verò de repub. dixit, quam dum pergit communiorem facere, paulatim circumagit in aliam rempub. Præter communitatem enim mulierum & rerum poſſeſſarum, cætera eadem vtriſque attribuit: nam & diſciplinam eandem, & abſtinentes viuere ab operibus neceſſariis, & de comeſſationibus eodem modo: præterquam, quod hic exiſtimat mulierum quoq; comeſſationes eſſe debere, & hanc, mille habentium arma: illam verò quinque millium.

Narrat quid Socrates dixit de diſciplioa ciuitatis, & circa hoc tria facit. Primo dicit in communi, ꝙ Socrates dixit de diſciplina ciuitatis, ꝙ oportet aliquam diſciplioam habere cuſtodes ciuitatis. Secundo ibi. {Legum autem &c.} ponit ea in quibus conueniebat cum aliis politiis: & dicit, ꝙ magna pars legum, quas Socr. ponebat ſunt leges, quæ modo in ciuitatibus obſeruātur. Cum.n. ipſe dixerit de politia, i. conuerſatione ciuitatis, & induxerit quandam maiorem cōmunitatem in ciuitate, ꝙ̄ ſit conſuetum, paulatim inſtituendo leges deueniebat ad alteram politiam, quæ nunc obſeruatur, quia præter communionem mulierum & poſſeſſionis, quæ erat propria ſuæ politiæ, omnia alia tradidit, quæ poſſint eſſe communia ambabus politiis, ſ. & illi, quæ obſeruat hanc communitatem: & illi, quæ non obſeruat, Eandem.u. diſciplinam dixit eſſe vtrorūque: puta, ꝙ homines viuerent de neceſſariis operibus cum quadam moderantia & abſtinentia: & ꝙ facerent quædam conuiuia in ciuitate ad maiorem ciuium familiaritatem, quæ etiam apud alias ciuitates obſeruabantur, quamuis oportuiſſet, ꝙ inſtituerent multo differentem diſciplinam, vt ſupra dictum eſt. Tertio cum dicit. {Præterquam, ꝙ hic &c.} narrat quędam propria, quæ Socrates ponebat: quorum vnū erat, ꝙ fierent etiam conuiuia mulierum, & non ſolum virorum. Aliud autem erat, ꝙ determinabat numerum bellatorum. ſ. q. in ciuitate eſſent ad minus mille arma portantes, & ad plus quinque millia. Deinde cum dicit.

Superfluum ergo quiddam, & comptum, & nouum, & dubitatiuum, omnes Socratis habent ſermones, ſed cūcta rectè, forſan difficile.

Obiicit contra prædicta alia, quæ Socrates inducebat, & primo obiicit contra diſciplinam legum. Secundo cōtra ordinem partium ciuitatis. ibi. {Tota vero cooſtitutio &c.} Circa primum duo facit. Primo ꝓponit, quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi. {Nam etiam multitudo &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſermones Socr. habent aliquid ſuperfluum, inquantum replet ſuam politiam extraneis ſermonibus: & leue, inquantum erāt inſufficientes rationes, & ſine experientia prolatæ: & nouum, ioquantum erat contra communem conſuetu-

A dinem: & erat quæſtionibus plenum per multas difficultates conſequentes: & ꝙ in omnibus bene diceret difficile eſt aſſerere. Deinde cum dicit.

Nam etiam multitudo illa de qua nunc dicebatur, latere non oportet, cum tanta ſit: quia Babylonia, aut alia quædam infinita regione indigebit, ex qua ocioſorum quinque millia cū mulierum ac miniſtrātium multiplici turba alantur: ſuppoſitiones quidem ſunt pro arbitrio faciendæ, non tamen impoſſibiles. Dicitur autē debere legislatorem ad duo reſpicere in ferenda lege: ad regionem & homines, addendum eſt, & ad vicina loca, ſi oportet ciuiliter viuere ciuitatem. Nō ſolum enim neceſſarium eſt ipſam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia ſint B in ſua regione: verūetiam, quę in aliena. Quod ſiquis huiuſmodi non recipit vitam, neq; priuatim, neq; publice: nihilominus tamen oportet terribilem eſſe hoſtibus, non venientibus ſolum in regionem, verumetiam abeuntibus.

Manifeſtat quod dixerat, & primo improbat dicta Socratis quantum ad menſuram, quā ciuitati imponebat. Secundo quantum ad diſtinctionem. ibi. {Sunt qui dicant &c.} Circa primum duo facit. Primo improbat dictum eius quantum ad numerum bellatorum. Secundo quantum ad quantitatem poſſeſſionis, quā taxabat. ibi. {De modo &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi quis conſideret prædictam multitudinem bellatorum, quam Socr. inſtituebat in ciuitate, manifeſte apparet, ꝙ ciuitas talis indigebit maxima latitudine camporum, ſicut eſt circa Babyloniam: ad hoc vt nutrianrur inde quioque millia bella- C torum, qui nihil aliud operētur, & præter eos multo maior alia turba & mulierum & famulorū: & ſm hoc oportet, ꝙ ille, qui talem ciuitatem inſtituit, habeat multitudinem camporum ad votum, quod tn̄ non eſt impoſſibile. Sed tn̄ hoc conſiderandum, ꝙ ille, qui vult legem in ciuitate ſtatuere, nō debet ſtatuere legem ſm illud, quod cogitat, quod ſit poſſibile: ſed reſpiciendo ad ea, quæ ei exiſtunt, & præcipue quidem ad duo, ſ. ad regionem, vt non conſtituat maiorem ciuitatem, ꝙ̄ regio illa paſcere poſſit. Et iterum ad homines, vt conueniāt leges hominibus ſm eorum conditiooes. Tertio autem eſt apponendum, vt ponat leges reſpiciendo ad loca vicina: & hoc quidem primo eſt neceſſarium, ſi ciuitas debet habere vitam oon ſolitariam, ſed politicam, i. cōmunem cum multis aliis ciuitatibus cum quibus ſocietatem habear oō ſolum in pace, ſed etiam in bello, quia talem ciuitatem nō ſolum neceſſarium eſt vti talibus armis ad bellum, & in tanto numero ſm ꝙ vtile eſt ad ꝓpriam regionem: ſed D etiam in exterioribus locis, io quibus conuerſanť vel hoſtes vel amici. Secundo aūt ſi quis non approbet vitam bellicoſam, neq; vt propriam alicuius hominis oeq; vt cōmunem totius ciuitatis: nihilominus tn̄ quantum ad hoc oportet ciues eſſe armatos & bellicoſos, vt ſint terribiles inimicis, non ſolum cum venerint in regionem, ſed etiam quando diſcedunt. Deinde cum dicit.

De modo quoq; rerum poſſidendarū videndum eſt, ne forſan melius ſit aliter diffinire & clarius. Tātas inquit poſſidere oportet, vt modeſte viuať: perinde ac ſi dicat, vt bene viuatur, verum hoc eſt nimis gn̄ale. Et eſt temperate viuere, erumnoſe tn̄: at melius eſt dicere modeſte & liberaliter, ſeparatim enim vtrūque: alterum enim luxurię accommodabitur: alterum diffi-

cultati,cũ ſolæ huiuſmodi virtutes habitus ſint circa vſum facultatum noſtrarum: puta patrimonio manſuete vel fortiter vti non dicimur, at modeſte & liberaliter dicimur, quare neceſſarium eſt circa illud iſtas verſari virtutes.

Improbat poſitionem Socratis quantum ad menſurã poſſeſſionum quã in ciuitate ſtatuebat, & circa hoc duo facit. Primo improbat menſurationem poſſeſſionum à Socrate poſitam ſm ſe. Secundo quantum ad hoc ꝙ prętermiſit menſuram gñonis.ibi.{Abſurdum quoq; &c.} Circa primum ponit duas rationes. Dicit ergo primo, ꝙ oportet conſiderare ne forte alio modo poſſit planius determinari quãtitas poſſeſſionum,quas ciuitas debet communiter habere, q̃ Socrates determinauerat. Dicit.n.Socrates ꝙ tanta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis, vt ex ea poſſint ciues viuere temperate, ſed planius diceretur ſiquis F diceret ꝙ tanta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis, vt ex ea viuatur bene: hæc.n.determinatio eſt magis vtilis, eo ꝙ plura in ſe comprehendit bene viuere q̃ tẽperate viuere. Secundam rõnem ponit.ibi.{Et eſt temperate viuere ærumnoſe &c.} Et dicit ꝙ contingit aliquem temperate viuere qui tamen miſere viuit.i.cum magna penuria. Et ſic patet ꝙ prædicta determinatio Socratis non ſufficit, ſed melior determinatio eſt vt dicatur ꝙ tanta debet eſſe poſſeſſio, vt viuatur temperate & liberaliter. Si.n.alterum eorum ſeparatim dicatur, ſequetur inconueniens. Ex vna enim parte ſi dicatur, ꝙ debeant viuere liberal'r: ſequetur ꝙ homo in ſuperfluis delitiis viuat. Ex alia vero parte ſi dicatur ꝙ debet viuere temperate: ſequetur, ꝙ poſſit homo viuere cum penuria & labore, ideo ad excludendum vtrunq; incõueniens, oportet dicere temperate & liberaliter, & hæc determinatio ſufficit, quia ſolæ hæ duæ virtutes faciunt hominẽ bene ſe habere circa vſum ſubſtantiæ.i.poſſeſſionis. Et hoc patet in aliis virtutib9. G Non.n. poteſt dici ꝙ aliquis vtatur ſua poſſeſſione manſuete aut fortiter. Manſuetudo.n.eſt circa iras, & fortitudo circa timores, & audacias: & ſic in nullo reſpiciunt vſum poſſeſſionum, ſed temperantia quæ eſt circa concupiſcentias ciborum, & venereorum, propter quas multi conſumunt ſuam ſubſtantiam: & liberalitas quę eſt circa donationes & acceptiones, manifeſte reſpiciunt vſum poſſeſſionis. Vnde poteſt dici ꝙ aliquis vtatur ſua poſſeſſione temperate, & liberaliter. Vnde cum per vtrunq; iſtorum videatur eſſe inconueniens circa vſum poſſeſſionum, neceſſarium eſt circa ipſas eſſe ſtudioſos,ſ.temperantiæ & liberalitatis. Deinde cum dicit.

Abſurdum quoq; eſt cum facultates adęquauerit, de ciuiũ multitudine nihil determinare, ſed indefinitã relinquere multitudinem filiorũ. Quaſi ſufficienter adæquatam propter ſterilitates quotcũq; contingant,quod videtur nunc H quoque euenire in ciuitatibus. Sed opus eſt vt aliam certitudinẽ tunc habeat,q̃ nunc. Nã nũc quidem nemo dubitat ex eo, quia in ſingulos diuiſæ ſunt facultates in quantãcunq; multitudinem. Tunc verò cum ſint indiuiſæ, neceſſariũ eſt diſpares nihil habere, ſiue pauciores ſint multitudine, ſiue plures. Magis aũt putaret qs oportere determinatum eſſe modum procreãdorum filiorum,q̃ facultatum: vt non plures,q̃ determinatum ſit procreari oporteat. Et numerus diffiniẽdus eſt,reſpectu habito ad fortunas, ſi cõtingat decedere aliquos,& ad defectum ꝓcreandi cęterorũ.Prętermittere aũt id,vt in ple-

E riſq; ciuitatibus, neceſſe eſt egeſtas ſit cauſa ciuibus. Egeſtas verò ſeditiones,& delicta parit.

Improbat poſitionem Socratis ex hoc ꝙ determinans quantitatem poſſeſſionum non determinabat quantitatem generationis, & circa hoc ſex facit. Primo quidem proponit eſſe inconueniens id quod Socrates dicebat, & dicit ꝙ inconueniens eſt ꝙ aliquis velit poſſeſſiones ciuitatis adequare,i.ad certam quãtitatem reducere,& cum hoc non inſtituat aliquid ad determinandum multitudinem ciuium,ſed permittat generationem ciuium in infinitum fieri, ſicut Socr.faciebat. Secundo ibi. {Quaſi ſufficienter &c.} ponit rationem quę mouebat Socr. cõtingit enim in ciuitate multas mulieres eſſe ſteriles: & ita licet aliis mulieribus generantibus multos filios: tamen ſemper conſeruabitur eadem multitudo ciuitatis, ſicut nunc videmus in ciuitatibus euenire. Et propter hoc Socrati non videbatur neceſſarium ꝙ circa generationem F filiorum aliquid taxaretur. Tertio quidẽ.ibi.{Sed opus eſt &c.} oſtendit Ariſtoteles hanc rationem eſſe inſufficientem, quia nunc in ciuitatibus propter hoc ꝙ poſſeſſiones ſunt diuiſæ vnoquoq; habente propriam poſſeſſionem: nulla dubitatio poteſt prouenire ad quantãcunque multitudinem proueniat generatio filiorum, quia vnuſquiſque filiis ſuis ſtudet aliquo modo prouidere. Sed tunc cum poſſeſſiones non eſſent diuiſæ inter ciues ſm ordinationem Socratis: ſequatur, ꝙ illi q eſſent ignobiliores nihil perciperent de fructibus poſſeſſionum ſiue multiplicarentur ſiue diminuerentur: dum enim potentes ciuitatis primo ſibi & ſuis filiis neceſſaria ſumerent,ſi eorum multitudo excreſceret. Quarto ibi.{Magis aũt putaret &c.} proponit ꝙ oportet determinare multitudinem circa generationem filiorum: & dicit, ꝙ aliquis poteſt exiſtimare ꝙ magis oportet determinari generationem filiorum q̃ etiam multitudinem ſubſtantiæ: ita.ſ. ꝙ non generentur plures ciues ab aliquo numero deterG minato,cũ ſufficiant ciuitatis poſſeſſiones. Quinto ibi. {Et numerus diffiniendus &c.} oſtẽdit quid debeat obſeruari in tali determinatione: & dicit, ꝙ oportet determinare multitudinem filiorum generandorum reſpiciendo ad caſus fortuitos: puta ad mortes eorum qui naſcuntur, & ad ſterilitatem mulierum quæ non concipiunt: vt ſcilicet tantum permittatur ex alia parte ſuperexcreſcere generatorum numerus, vt huiuſmodi defectus fortuiti ſuppleantur. Sexto ibi. {Prætermittere autem id &c.} oſtendit quomodo oportet determinari multitudinem generatorum: & dicit, ꝙ hoc ideo neceſſarium eſt,quia ſi permittatur ꝙ in infinitum homines generent abſque aliquo determinato numero, ſicut communiter fit in ciuitatibus: ex neceſſitate ſequitur, ꝙ ex hoc proueniat cã paupertatis ciuibus. Multi enim filij pauperes erunt habentes id ſolum, quod eorum pater diues habebat: ex paupertate autem ciuium, ſequitur ꝙ ſint ſeditioſi & maligni, quia dum non habent neceſſaria vitæ, ſtudent ea H acquirere fraudibus & rapinis. Deinde cum dicit.

Itaq; Phedon Corinthius, vnus ex vetuſtiſ legũlatoribus, familias cenſuit ęquales permanere debere: & ciuium multitudinem, quãuis ſortitiones habebant prius omnes iniquas ſm magnitudinem,at in his legibus cõtrarium eſt. Verum de his quẽadmodum ſtatuendum putemus, poſtea erit dicendum. Omiſſum eſt etiã in illis legibus quemadmodum differant pręſides à ſubiectis. Inquit.n.oportere,quemadmodum ex alio lanæ filum ducitur, q̃ lini: ſic & eos, qui præſunt ſe habere debere ad eos, qui ſubſunt. Cum verò totam ſubſtantiam augeri

dixerit vſq; ad quincuplum, quare hoc vtique non erit in regione vſque ad aliquid. Videndum eſt etiam ne ædificiorum diuiſio non proſit ad rem familiarem. Duas.n.cuiq; domos attribuit, at difficile eſt duas habitare domos.

Improbat diſciplinam legum Socratis quãtum ad diſtinctionem, quam in ciuitate faciebat, & circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit quomodo circa diſtinctionem diſcordabat ab aliis legiſlatoribus. Et dicit ꝙ quidam legiſlator Corinthius Phedõ nomine duo dixit eſſe obſeruanda in ciuitate, quorum vnum eſt, vt domus antiquorum ciuium permanerent æquales adinuicem in diuitiis & dignitate, etiam ſi a principio inæquales ſortes habuiſſent, quomodo autem reduci poſſint ad æqualitatẽ infra dicetur. Aliud eſt vt multitudo ciuium ſemper æqualis remaneat, ſed in legibus Socratis contrarium inuenitur, q̃a neq; ordinat quomodo æqualitas multitudinis ciuiũ conſeruetur, neq; etiam ſtatuit, ꝙ ſint æquales diuitiæ ciuium, ſed permittit ꝙ quidam habeant maiores diuitias aliis, vt poſtea dicetur. Sed de hoc quid melius ſit, vtrũ ſcilicet ꝙ omnes ciues habeant diuitias ęquales vel non, poſtea determinabitur. Secũdo ibi. {Omiſſum eſt &c.} improbat legem Socratis quãtũ ad diſtinctionem principũ. Et dicit, ꝙ per leges Socratis non fuit determinatũ quomodo deberẽt diſtingui principes à ſubditis, cum tamen ipſe diceret, ꝙ oporteret aliquam diſtinctionem eſſe inter eos, vt ſicut ex alia materia fit filum lanæ q̃ filum lini, ita ex alia cõditione oporteret aliquos aſſumi ĩ principatũ, & remanere aliquos in ſubiectione. Non.n.poterat eos diſtinguere per originem generis, ex quo ponebat pueros & vxores cões. Tertio ibi. {Cũ vero &c.} improbat poſitionem Socratis quantum ad diſtinctionem poſſeſſionum. Et dicit, ꝙ Socrates permittebat, ꝙ in rebus mobilibus diuitiæ vnius multiplicarentur ſupra diuitias alterius in quincuplum, & pari ratione poterat permittere idem in poſſeſſione terræ, vt non faceret omnes agros communes. Quarto ibi. {Videndum eſt etiã &c.} improbat diſtinctionem Socratis quantum ad domos. Et dicit, ꝙ oportet conſiderare ne forte diſtinctio domorum, quam introducebat Socrates non ſit vtilis œconomicæ. Dicebat enim, ꝙ q̃libet ciuis debebat habere duo domicilia forte propter ſeparationem filiorum. Sed hoc eſt difficile, ꝙ aliquis habeat tantam familiam, ꝙ poſſit inhabitare duas domos, & etiã damnoſum œconomicę, vt vnus homo faciat duas expenſas in duabus familiis.

LECTIO VII.

Socratis res publica improbatur quantum eſt merito magiſtratuum.

TOta vero conſtitutio vult eſſe neq; plebis gubernatio, neq; paucorũ potẽtium. Sed horum mediam, quam vocant remp. Eſt enim ex his, qui arma ferunt.

Poſtq; Ariſt. improbauit poſitionem Socratis quantum ad diſciplinas legum, hic improbat eam quãtum ad ordinem ciuitatis. Et primo quãtum ad populum. Secũdo quantum ad principes. ibi. {Sunt qui &c.} Ad euidẽtiam autem eorum, quæ hic dicuntur cõſiderandum eſt; ꝙ ſex ſunt ſpecies ordinationis ciuitatum, vt in tertio dicetur. Omnis enim ciuitas, aut regitur ab vno, aut á paucis, aut á multis. Si ab vno, aut ille vnus eſt rex aut tyrannus. Rex quidem ſi ſit virtuoſus tenens communem vtilitatem ſubditorum. Tyrannus autem ſi ſit malus omnia retorquens ad ſuum commodum vtilitate ſubditorũ cõtempta. Si vero regatur ciuitas á paucis, aut illi eligentur propter virtutem, qui bonum multitudinis procurẽt, & tale regimen dicitur poteſtas optimatum. Aut eligentur aliqui pauci propter potentiam, aut diuitias & non propter virtutem: qui omnia, quæ ſunt multitudinis ad ſuã

A propriam vtilitatem retorquebunt, & tale regimen dicitur principatus paucorũ. Si veró ciuitas regitur à multis, ſimiliter ſiquidẽ regatur á multis virtuoſis, tale regimen vocabitur commum nomine Politia. Nõ autem cõtingit multos inueniri virtuoſos in ciuitate, niſi forte ſm̃ bellicam virtutem, & ideo hoc regimen eſt, quando viri bellatores in ciuitate dominãtur. Si veró tota multitudo populi dominari velit, vocatur plebeius ſtatus. Dicit ergo primo, ꝙ ſm̃ legem Socratis tota coordinatio multitudinis, ſ. ciuitatis, neq; eſt plebeius ſtatus, neq; principatus paucorum, ſed eſt media horum, quam communi nomine nominant aliqui politiam, & conſiſtit ex his, qui vtuntur armis. Cum enim Socrates multitudinem ciuitatis diuideret in duas partes, quarum vna erat pugnatorum, alia artificum, & agricolarum. Agricolas autem oportet in agris manere. Relinquitur, quód quaſi tota multitudo habitantium ciuitatem eſſet virorum bellatorum. Deinde cum dicit.

B Si igitur vt communiſſimam omnium hãc ciuitatibus conſtituit remp. recte forſan dixit, ſin vt optimam remp. non recte. forſan enim Lacedęmoniorum remp. quis magis probabit, vel aliam quandam magis optimatium.

Et dicit, ꝙ ſi ipſe inſtituit talem ordinationem tanquã cõmuniſſimam inter alias politias, forte bene dixit. Nã Oligarchia eſt ſolum magnorum. Democratia vero eſt ſolum infimorum: Hæc vero politia eſt ex his, qui ſunt medij inter vtroſque. vnde communior eſt, vtpote cum vtriſq; participans. Sed ſi ipſe inſtituit talem ordinationem quaſi optimam poſt primam, non bene dixit. Primam autem ordinationem dicit regnum, vel quia eſt prima á tempore: á principio.n. omnes ciuitates regibus regebantur, vel quia eſt optima, dummodo rex ſit bonus. Poſt hanc autem primam politiam non poteſt dici, ꝙ po C litia virorũ bellantium ſit optima, multo enim melior eſt principatus virtuoſorum, per quem modum regebantur Lacedæmonij, vel ſi qui alij ciues optimatium poteſtate reguntur. Deinde cum dicit.

Sunt qui dicant optimam remp. ex omni genere gubernationum admixtã eſſe debere, atq; ob id Lacedemoniorum laudant remp. cõſtare, quidem illam ex paucorum potentia. Item ex vno principe, & populari ſtatu, ponentes regẽ illorum pro vnius gubernatione. Senatum vero, pro paucorum potentia. Ephoros autem, pro ſtatu populari, quoniã Ephori ipſi ex plebe ſumuntur: alij Ephoratum quidem tyrannidem putant, ſed populariter regi per comeſſationes, & alium quotidianum victum.

D Improbat ordinem quẽ Socrates in ciuitate ſtatuebat quantum ad principes, & circa hoc duo facit. Primo ponit poſitionem eius. Secundo improbat eam. ibi. {Quas autem non &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit, quod expedit in ciuitatibus commiſceri prædicta regimine. Secundo oſtendit qualiter Socrates commiſcebat. ibi. {Sed in &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam dicũt ꝙ optimum regimen ciuitatis eſt, quod eſt quaſi cõmixtum ex omnibus prædictis regiminibus. Et huius ratio eſt, quia vnum regimen temperatur ex admixtione alterius, & minus datur ſeditionis materia, ſi omnes habeãt partem in principatu ciuitatis: puta ſi in aliquo dominetur populus, in aliquo potentes, in aliquo rex, & ſm̃ hoc maxime laudabitur ordinatio ciuitatis Lacedęmoniorũ, de qua tamen erant duæ opiniones. Quidam enim dicebant eam componi ex tribus ciuilitatibus, paucorum poteſtate, vno principe, & populari ſtatu. Habebant enim

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in ciuitate regē, quod pertinebat ad monarchiam: habebant etiā ſeniores quoſdam ex maioribus ciuitatis aſſumptos, quod pertinebat ad oligarchiā, habebāt etiā quoſdam principes, qui eligebantur ex populo, & vocabātur Ephori, id eſt prouiſores, & hoc pertinebat ad democratiam. Aliorum autem opinio fuit, ꝙ principatus ephororum pertineret ad tyrānidem, quia pro voluntate dominabantur. Sed erāt in ciuitate aliꝗ principatus, qui diſponebant de conuiuiis communibus, & de aliis pertinentibus ad quotidianam vitam ciuitatis, puta de victualibus & aliis rebus venalibus, & id dicebant pertinere ad democratiam. Deinde cum dicit.

Sed in his legibus dictum eſt, optimam rēp. ex plebeio ſtatu cōſtare debere, ac ex tyrannide.

Oſtendit quomodo Socrates commiſcebat ſuam politiam, & dicit ꝙ in legibus Socratis dictum eſt, ꝙ optima politia debet componi ex tyrannide & plebeio ſtatu, forte propter hoc vt potentia populi refrenaretur per potentiam tyranni, & iterum potentia tyranni refrenaretur per potentiam populi. Deinde cum dicit.

Quas aut nō reponat quis omnino inter ſpecies rerump. aut deterrimas omnium eſſe fateatur. Melius ergo dicunt qui plures commiſcēt. Nam quæ ex pluribus conſtat reſp. melior eſt.

Improbat quātum ad hoc Socratis dictum. Et primo oſtendit hanc ordinationem ſm ſe indecētem eſſe. Secundo oſtendit ꝙ ea quæ ſtatuebat non erant conuenientia huic cōmixtioni. ibi. {Deinde nihil &c.} Dicit ergo primo ꝙ prædictæ duæ politiæ. ſ. tyrannis & plebeius, vel non ſunt dicendæ politiæ, quia non ſequuntur ordinem rationis, ſed impetum voluntatis. vel ſunt dicendæ peſſimæ inter omnes. Vnde inconueniens eſt, ꝙ ex peſſimis politiis componatur optima politia, multo igitur melius faciunt illi qui ex pluribus politiis commiſcent ordinationem ciuitatis, quanto. n. eſt ex pluribus commixta, tanto melior eſt, quia plures habent partem in dominio ciuitatis. Deinde cum dicit.

Deinde nihil videt̄ habere ex vnius gubernatione, ſed ex paucorū potētia ac populari ſtatu. Verū ad paucorū potentiā inclinare magis.

Improbat dictum Socratis quantum ad hoc, ꝙ ea quę inſtituebat non conueniebant commixtioni prædictę, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ea quæ ſtatuebat Socrates non conueniebant prædictę cōmixtioni. Secundo ꝙ erant ſm ſe periculoſa. ibi. {Habet etiam &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intēdit. Secūdo manifeſtat propoſitum. ibi. {Quod patet ex &c.} Tertio oſtendit quomodo prædicta commixtio fieri poſſet. ibi. {Quod igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ cū Socrates vellet commiſcere politiā ex plebeio ſtatu & tyrannide, quæ eſt monarchia quædam, ſiquis cōſideret ea quæ ipſe ſtatuit, nihil eſt ibi pertinēs ad principatum vnius, ſed omnia ſunt pertinentia ad oligarchiam, id eſt potētes & democratiā, id eſt ad populum, ſed magis declinat ſua ordinatio ad paucorum poteſtatem. Deinde cum dicit.

Quod patet ex magiſtratuū creatione. Nā ꝙ ex delectis ſortitio fiat, cōe eſt vtrique: ſed, ꝙ neceſſe ſit ditiores concionem habere, & magiſtratus creare, Vel aliud quidpiam huius publicorum negociorum facere, alios vero prætermitti, id paucorum potentiæ eſt.

Oſtendit propoſitum, & primo circa electionem principum. Secundo circa electionem conſiliorum. ibi. {Inſuper &c.} Dicit ergo primo, ꝙ hoc quod dictum eſt manifeſtum eſt ex inſtitutione principum, quam Socrates

E determinat. Dicit enim, ꝙ debebant aliqui eligi ex quibus per ſortem aſſumerentur principes, & hoc cōe erat & plebeio ſtatui & potentiæ paucorum, quia iſti electi erant & de populo & de maioribus, ſed quædam alia inſtituebat pertinentia ad potentiam paucorum, ſ. ꝙ ad diuites ciuitatis pertineret conuocare multitudinem, & ꝙ ipſi deferrent principes electos ad populum, & omnia huiuſmodi quę pertinebant ad communitatem ciuitatis volebat fieri per diuiſiones, & in his alios admittebat. Similiter etiam potentia paucorum erat, ꝙ volebat plures principes fieri ex diuitibus, & in maioribus officiis conſtitutos. Deinde cum dicit.

Inſup conari, vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumātur, & ad maximas quidē, ex maximo cenſu, paucorum potentia eſt, & ſenatus aſſumptio. Aſſumuntur. n. cuncti ex neceſſitate, ſed ex primo cenſu, poſtea totidem ex ſecundo,
F poſtea ex tertio. Verum nō omnes neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi, ex quarto autē quartorum ſolis neceſſe eſt primis & ſecundis. Poſtea ex his æqualem ex ſingulis cenſibus, numerum eſſe ſumendum inquit. Erunt itaq; plures et potētiores qui ex maximo cenſu ſumuntur. Propterea quia ex plebe quidam non ſumuntur, quia neceſſe non eſt.

Dicit quomodo in electione cōſiliariorum declinabat ad poteſtatem paucorum, & dicit, ꝙ ſm Socratem ciues diſtinguebātur per quatuor gradus, & ex omnibus gradibus aliqui erant qui eligebant conſiliarios, ſed omnes qui erant de primo cenſu, ex neceſſitate cogebātur ad eligendum: illi vero qui erant ex ſecundo, non omnes eligebant, ſed aliqui æquales numero primis, & tamē iſti etiā ex neceſſitate cogebātur eligere. Deinde ex tertio gradu
G eligebantur aliqui æquales, & ſimiliter ex quartis, ſed tamen non erat neceſſarium, ꝙ omnes qui eligebantur ex tertiis vel quartis eligerēt: ſed ex quarto gradu qui erat quartorum, nullus poterat eligere cōſiliarios, niſi illi qui erant de primo & ſecundo gradu: & ita dicebat Socrates ꝙ æqualis numerus proueniebat de quolibet gradu ciuitatis, ſed hoc nō eſt neceſſarium, quinimo ſemper erunt plures & meliores ex maximis cenſibus, eo quód populares non omnes eligent cum non habeant neceſſitatem eligendi. Deinde cum dicit.

Quod igitur nō ex gubernatione plebis ac vnius principatu conſtabit huiuſmodi reſp. ex his patet. Patebit etiam poſtea, cum de ea ſpecie reip. tractabimus.

Dicit, ꝙ ex his quæ dicta ſunt, poteſt eſſe manifeſtum qualiter oporteat inſtitui remp. ex gubernatione plebis
H ac vnius principatu. & iterum ex his quæ dicentur poſterius quando incidet conſideratio de repub. ſic commixta. Deinde cum dicit.

Habet etiā circa magiſtratuum creationem, delectorum delectum periculoſum. Nam ſi aliꝗ qui conſpirare velint etiam mediocri numero, ſemper ſm horum voluntatem fiet aſſumptio. In legibus igitur illa reſp. ita ſe habet.

Oſtendit ꝙ electio principum quā Socrates inſtituebat eſt periculoſa. Et dicit, ꝙ periculoſum eſt ciuitati, quam Socrates inſtituebat circa electionem principum, vt. ſ. ex aliquibus electis aliꝗ electi eligerentur. Illi enim primi electi ex quibus eliguntur principes, ſunt pauci reſpectu totius multitudinis ciuitatis, & ideo facilius erit eos peruertere q̃ totam multitudinem. Vnde ſi ſint aliqui qui

velint

velint ſemper inſtitui in principatu, etiam ſi ſint mediocres in multitudine, ſemper ad horum voluntatem eligent principes, quia mutuo ſe eligent, & mutuo ſibi ſuccedent in principatibus. Vltimo epilogando concludit, ꝙ ea quæ ſunt in legibus circa rempub. Socratis, habent hunc prædictum modum.

LECTIO VIII.

Legum à Phalea carthaginenſi inſtitutarum conſideratio & earum reprobatio.

SVnt vero & aliæ quædam reſp. tum idiotarum, tum philoſophorum, & in adminiſtratione ipſarũ verſantium. Oẽs autẽ hæ propinquiores ſunt illis, ſm quas nũc regũt ꝙ̃ iſtæ duæ. Nullus.n.neqꝫ de communitate filiorũ, neqꝫ de mulieribus talem aliquam introduxit nouitatem. neqꝫ etiam de fœminarum comeſſationibus, ſed à neceſſariis magis inchoauit.

Poſtquam philoſophus diſputauit de politia Socratis ſiue Platonis, hic proſequitur de politia cuiuſdã qui Phaleas dicebatur. Et circa hoc tria facit. Primo narrat eius ordinationem. Secũdo approbat eam quãtum ad id qđ bene dicebat.ibi. {Quod igitur &c.} Tertio ĩprobat eã quantum ad id in quo deficiebat.ibi. {Sed eſſe æqualitatem &c.} Circa primum duo facit. Primo comparat iſtã politiam & ſequẽtes ad præcedentem ordinationem Socratis vel Platonis. Secũdo enarrat huius politiæ ordinationem.ibi. {Videtur quibuſdã &c.} Dicit ergo primo ꝙ præter prædictas politias Socratis vel Platonis ſunt ẽt quædam aliæ politię.i.ordinationes ciuitatum, quarum quædam ſunt ab idiotis & illiteratis inuentæ, quædam vero ſunt adinuentæ à Philoſophis & à quibuſdam hominibus qui fuerunt prudentes & experti in ciuili conuerſatione. Et earum quædam ſunt conſtitutæ tantum à ſuis actoribus, ita tamen, ꝙ in nulla ciuitate obſeruãtur: quædam vero ſunt ſm quas aliqui ciuiliter conuerſant. Omnes autem huiuſmodi politiæ propinquius ſe habẽt adinuicem, & ad id quod eſt cõueniens ciuitati, ꝙ̃ ambę prædictæ politiæ Socratis vel Platonis, quarum prima ſupra poſita eſt de communitate mulierum, filiorum, & poſſeſſionum. Alia vero poſterius de legibus ab eo ſcriptis: Nullus.n.alius legiſlator adinuenit, neqꝫ communitatem filiorum & vxorum, quod pertinet ad primam politiam Socratis, neqꝫ ordinauit aliquid circa cõuiuia mulierum, quod pertinet ad ſecundam, vt ex prædictis patet, ſed incipiunt ordinare ciuitatem ab his quæ ſunt magis neceſſaria. Deinde cum dicit.

Videtur quibuſdam maximum, vt de patrimoniis recte cõſtituatur. Nam hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt.

Narrat politiam quam Phaleas ordinauit: & circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit ad quid plurimi legiſlatores intenderent. Et dicit, ꝙ quibuſdam legiſlatoribus viſum eſt maxime neceſſarium eſſe, ꝙ bene ordineť de ſubſtantiis, id eſt de poſſeſſionibus ciuiũ, quia ex his præcipue oriuntur omnes ſeditiones ciuitatũ, quas principaliter legiſlatores remouere intendũt. Deinde cum dicit.

Quamobrem Phaleas carthaginenſis ante omnia de hac parte conſtituit. Inquit enim patrimonia ciuium æqualia eſſe debere. Hoc aũt perfacile factu eſſe, ſi ſtatim ab ipſa conditione ciuitatis prouideretur. Poſtquam vero cõdita foret, difficilius quidẽ, attamẽ ſatis mature adæquari poſſe, ſi diuites dotes dent, nec accipiant. Pauperes aũt contra, accipiant dotes, & non tra-

A dant. Plato autẽ in legibus ſuis vſqꝫ ad aliquid cẽſuit eſſe permittendum. Nam ſupra quincuplum eius quod foret minimum, nemini licere ciuium poſſidere, vt prius diximus. Sed oportet ne id quidem latere legiſlatorẽ, quod certe nunc latet, quod qui patrimonio modum imponit, debet etiam filiorum numero modũ imponere. Nam ſi excedat multitudo filiorum, patrimonij facultatem, neceſſarium erit legẽ abrogare, & ſine illa abrogatione improba lex erit, quoniam ex diuitibus pauperes facit. Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficiantur.

Oſtendit quid circa hoc Phaleas ordinauit. Et dicit ꝙ ipſe primus circa hoc aliqd ſtatuit. Voluit enim, ꝙ omnes poſſeſſiones ciuium eſſent æquales, quod quidem
B dicebat non eſſe difficile fieri in ciuitatibus, quando à principio inhabitari incipiebant, quia poterant poſſeſſiones ex æquo diuidi inter ciues. Sed in ciuitatibus inhabitatis quarũ ciues habent inæquales poſſeſſiones, hoc difficilius erat, tamen cito poſſet reduci ad hanc regulam per dotes, ita.ſ.ꝙ diuites contrahẽtes cum pauperibus darẽt dotes & non acciperent, & pauperes nõ darent quouſqꝫ omnium poſſeſſiones adæquarentur. Secũdo ibi. {Plato autem &c.} oſtẽdit quomodo diuerſimode circa hoc Plato ordinauit: dixit enim, ꝙ nulli ciuium debebat dari poteſtas, vt haberet diuitias pluſquã in quincuplum ſupra eum qui minimũ haberet. Sed hoc eſt intelligendũ quantum ad diuitias rerum mobiliũ, quia res immobiles cõmunes faciebat. Tertio ibi. {Sed oportet &c.} Oſtendit in quo omnes huiuſmodi deficiebant: latebat.n.eos quoniam ex hoc ꝙ ſtatuebant aliquid circa multitudinem diuitiarum, oportebat etiam, ꝙ aliquid ordinarent circa
C multitudinem filiorum: puta, ꝙ aliquis poſt certũ numerum generationi operam nõ daret: vel, ꝙ poſtquam pueri erant nati in aliquo numero, ꝙ ſuperexcreſcentes viri mitterentur ad alias ciuitates cõſtituendas, vel quocũqꝫ alio modo. Quia ſi numerus filiorum qui naſcuntur excedat multitudinem diuitiarum quæ alicui homini taxantur, neceſſe eſt, ꝙ lex de æqualitate poſſeſſionũ diſſoluatur, puta ſi duorum ciuium habẽtiũ æquales poſſeſſiones, vnus generet quatuor filios, alius vero vnum tantũ, ex neceſſitate: ſequetur, ꝙ filij eorum non habeant æquales poſſeſſiones, & præter hoc, ꝙ ſoluatur lex, Sequetur etiam aliud malum ſcilicet, ꝙ multi qui naſcũtur ex diuitibus fiant pauperes, dum ſubſtãtia vnius diuitis in multos filios diuiditur, & hoc eſt malũ, quia opus eſt ad pacẽ ciuitatis, vt filij diuitum qui inſoleſcere poſſunt, non ſint pauperes, quia efficerentur latrones. Sed ſi nõ taxetur alicui quantitas poſſeſſionis, hoc non ſequetur, quia ſm, ꝙ augetur ei numerus filiorum, ſtudebit aliquis in diuitiis creſcere. Sic igitur vel nihil ſtatuendum eſt circa menſu-
D ram poſſeſſionum, vel ſimul cum hoc ordinãdum eſt aliquid circa numerum filiorum. Deinde cum dicit.

Quod igitur valet aliquid in rep. patrimoniorum exæquatio, & veterum aliqui vidẽtur cognouiſſe, vt Solon conſtituit. Et apud alios lege cauetur, vt nõ quantũ quiſqꝫ velit, ſed q̃tũ lex permittit, agri poſſideant. Eadem quoqꝫ ratione patrimonia ſua alienare leges vetant. Vt eſt apud Locros lege cautum, ne quis patrimonium alienare poſſit, niſi euidentẽ calamitatẽ oſtenderit ſuperueniſſe. Præterea vt antiquę hereditates conſeruẽtur. quod ſublatũ apud Leucada valde popularem eorum ciuitatẽ effecit.

ribus, ſi æquales eis reddantur, & non maiores, ꝙ aliis & ideo indiget legiſlator ordinare aliquid circa honores vt ſcilicet aliquis honor determinetur, qui nō detur niſi bonis. Et alius honor ſit, quo etiam malus, id eſt deficiēs à virtute vti poſſit, & ſic ſeruabitur pax in ciuitate. Cum igitur hoc Phaleas prætermiſerit, inſufficienter tradidit ea, quæ pertinent ad pacem ciuitatis. Secundam rationem ponit ibi. {Non ſolum vero &c.} Quæ talis eſt. Homines quidem non ſolum iniuriantur aliis propter neceſſaria conquirenda, quod eſt primum, cuius remedium eſſe putabat Phaleas, ꝙ ſubſtantiæ ciuium eſſent æquales, & ſic omnes neceſſaria habent, & ſic vnus homo nō ſpoliat alium propter vitandum frigus aut famem, ſed etiā quidam proximo iniuriātur, vt fruantur ſuis delectationibus, & vt non concupiſcant aliquid, quod ſtatim non habeant, quia ſi ſint aliqui qui habeant maiorem concupiſcentiam rerum temporaliū neceſſariis, id eſt qui plura concupiſcant ꝙ ſint eis neceſſaria, propter huiuſmodi medelam, id eſt vt ſatisfaciant ſuæ concupiſcentiæ, iniuriabuntur auferentes bona aliorum vi vel dolo, nec ſolū propter hanc cauſam homines iniuriātur, ſed etiam propter hoc, ꝙ aliqui volunt ita gaudere delectabilibus, ꝙ nullas triſtitias patiantur, & ideo iniuriātur hominibus, per quas timent ſibi poſſe inferri triſtitias opprimendo eos. Oportet igitur ad pacē ciuitatis, ꝙ legiſlator excogitet remedia contra iſtas tres cauſas iniuriandi. Illis. n. qui iniuriantur propter neceſſaria acquirenda, pro remedio ſufficit modica poſſeſſio, & operatio propria, per quam ſibi victus aliquis acquirat. Paucis enim natura contenta eſt, ſed illis qui iniuriantur propter concupiſcentias delectationum, remedium eſt temperātia, quæ moderatur in homine delectationū cōcupiſcētias. Sed cōtra tertium. ſ. cōtra eos qui iniuriantur vt non triſtentur, remedium adhibet philoſophia, quantum ad eos, qui poſſunt huiuſmodi delectationibus frui quæ ſunt ſine triſtitia, q. etiam facit hominē nō triſtari in infortuniis, ſed in aliis duobus poteſt homini auxilium ferri per homines. Vnde cum iſta duo ſecūda remedia Phaleas prætermiſerit, ſolum contra primum remedium ferens, videtur inſufficienter ordinaſſe. Tertiam rationem ponit ibi. {Cū iniurias &c.} Et dicit, ꝙ homines maxime iniuriātur propter excellentias diuitiarum & honorum acquirendas, non autem propter neceſſaria conquirenda, ſicut patet de illis qui exercent tyrannidem, non quidem propter hoc vt non patiantur frigus aut famem, ſed propter prędictas excellentias, & ideo quia iſti maxime iniuriātur in ciuitate, propter hoc, præmium datur magnorum honorum in ciuitatibus his, qui interficiunt tyrannos, non autem his qui interficiunt alios fures, & tamen contra iniurias tyrānorum nullum remediū appoſuit Phaleas. Vnde patet, ꝙ modus ordinationis eius præbet auxilium ſolum contra modicas iniurias, non autem contra magnas. Deinde cum dicit.

Prætereа multa ſtatuere pergit, per quæ ad ſe ipſos recte inſtituti erunt, ſed oportebat quoq; ad finitimos, & peregrinos omnes. neceſſe eſt ergo cōſtitutam eſſe remp. ad bellicum robur, de quo ille nil dixit.

Oſtendit, ꝙ ordinatio Phaleæ inſufficiens erat quantum ad ciuium conuerſationem, quia oportet in ciuitate multa conſtitui, ex quibus ciues bene conuerſantur adinuicem. Oportet etiam aliqua conſtitui, per quę bene cōuerſentur ad vicinos, & ad quoſcunq; extraneos, & quia inter vicinos & extraneos quidam etiam ſunt hoſtes, cū quibus eſt bellandum, ideo neceſſe eſt etiam ponere in ciuitate aliquam ordinationem in comparatione ad bellicam fortitudinem, quæ omnia prædictus legiſlator prætermiſit, vnde manifeſtum eſt, quód inſufficienter ciuitatem ordinauit.

A

LECTIO IX.

Phaleam reprehendit, ꝙ cum fundos & domos exæquaſſet, de ſeruis & pecuniis tacuit.

EOdem modo de facultatibus, tantas enim eſſe oportet, vt nō ſolum ad ciuium vſum, verum etiam ad pericula externa ſufficiāt. Quare nec ita magnas eſſe decet, vt finitimi cōcupiſcāt, quibus reſiſti nō poſſit, nec rurſus ita paruas, vt cum paribus & ſimilibus bellū nequeāt ſuſtinere. Ille igiť nihil determinauit. Oportet autem, neq; id latere, quantas facultates habere conducat, forte recta determinatio fuerit, tātas eſſe debere, vt lucrum ſuperantibus bello afferre nō poſſint, ſed ita ſint, quaſi nihil ſuper acq̄rāt, quare Eubulus cōſiderare iuſſit Autophar-
B datem cum Atarnea obſidere vellet. cogitaret quanto tempore circa expugnationem eius loci diſtineretur, ac exiſtimare huius temporis iacturam. Velle. n. pro minori precio, iā tūc Atharnea relinquere, quę cum dixiſſet, Autophardatem in ſentētiam traxit, & obſidionem prętermittere fecit. Habet igitur vtilitatē exæquatio patrimoniorum inter ciues, ne inde ſeditiones oriantur. Verum, vt ita dixerim, nō admodum magnam, nam & præſtantiores conqueri poſſent, quaſi ipſi plus habere debeāt, ex quo fit vt ipſi ſępe inſurgant, ac ſeditiones cōcitent. Præterea improbitas hominum inſatiabilis eſt. & primo quidem ſufficere dicunt pauca atq;
C minima, mox vero, vbi illa ſunt conſecuti, plura appetunt ſemper, quouſq; in infinitū procedant. Infinita eſt. n. cupiditatis natura, ad cuius expletionē plurimi viuūt. Horum igitur principium eſt magis ꝙ patrimoniorum exæquatio. ciuitatem ſic inſtituere, vt boni quidem viri, pluſq̄ ſibi competat, habere non quærant. Improbi autem ſi quærant, habere nō poſſint. Hoc autem fiet ſi inferiores ſint, nec iniuriam patiantur. Nec vero in hac ipſa exæquatione patrimoniorum recte eſt ab eo diſpoſitum, cū fundos & agros exæquet ſolū, ſed ſunt ſeruorū quoque, armentorumq́ue, & pecuniarum diuitiæ, & apparatus ingens earum rerum, quas
D ſuppellectilem vocitamus. An igitur horum omnium exæquatio quærenda eſt? vel moderatio quædam mediocris, vel cuncta omittenda.

Poſtquam philoſophus improbauit politiam Phaleæ quantum ad ea quæ prætermiſit, quantum ad diſciplinā ciuium, pacem ciuitatis, & communem conuerſationē. hic improbat eam quantū ad hoc, ꝙ inſufficiēter de ſubſtantiis ordinauit, & circa hoc ponit quatuor rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ etiam de poſſeſſione non ſufficienter determinauit, quāuis enim poſuerit quandā poſſeſſionis regulam inter ciues adinuicem, vt. ſ. omniū poſſeſſiones eſſent æquales, non tamen determinauit quāta deberet eſſe poſſeſſio totius ciuitatis, cuius menſuram oportet accipere, non ſolum in cōparatione ad ſufficientiam ciuilium vſuum, qui pertinent ad victum & veſtitum ciuium & alia huiuſmodi, ſed etiam per cōparationem

rationem ad pericula, quæ poſſunt ab exterioribus imminere. Et ideo duo ſunt conſideraoda circa quantitatẽ poſſeſſionis ciuitatis, quorũ vnũ eſt, ꝙ nõ ſit tã magna, ꝙ vicini potentiores alliciantur ad eam cõcupiſcẽdam, ita, ꝙ ciues non poſſint ſuſtinere eorum moleſtias. Aliud eſt, ꝙ non ſit tam parua vt non ſufficiat ad præparatiooẽ belli, per quod ciues reſiſtãt ſibi æqualibus & ſimilibus. Oportet ergo ſcire, ꝙ multitudo poſſeſſionis prodeſt ciuitati, quia per hoc erunt ciues ſufficientes, oon ſolum ad expenſas vitæ ciuilis, ſed etiam ad exercitia bellica. Sed tamen optimus terminus eſſe videtur multitudinis ſubſtantiæ vt non ſit tanta, vt propter abuodantiã ciues de leui præſumant ioſerre bellum ſuis potẽtioribus, ſed ita vt poſſint ſecure inferre bellum his qui non habent tantam ſubſtantiam, per quam eis poſſint reſiſtere. Vel poteſt aliter intelligi, vt talis terminus poſſeſſioni ciuium ſtatuatur, vt potentiores non de facili moueãtur bellum ciuitati inſerre, allecti ex abundãtia poſſeſſionis eorum, ſed ita ſe habeant ad eos, ſicut ad illos qui noo habẽt toe diuitias propter quas diripiendas debeaot potentiores diſcrimen belli ſubire. & huic cõſonat exẽplũ quod ſubdit. Cum enim quidam princeps Autophardates nomine vellet obſidere quandam ciuitatem, quæ Atharnea dicebatur, quidam ſapiens Eubolus nomine veluti bonus conſiliarius induxit eum vt cõſideraret in quãto tempore poſſet capere ciuitatem, & cum hoc etiam cõputaret tãti temporis expenſas, & ſi iouenitet, ꝙ minus lucraretur capiendo ciuitatem q̃ expenderet obſidendo, derelinqueret ipſam. Cui conſilio princeps ille conſentiẽs, ceſſauit ab obſidione, non autẽ ceſſaſſet ſi maiores diuitias habuiſſet, vnde prædictus poſſeſſionis termious videẽ eſſe vtilis ciuitati, quem cũ Phaleas prætermiſerit, videẽ inſufficienter de poſſeſſione ciuitatis ordinaſſe. Secundam rationem ponit ibi. {Habet igitur &c.} Et dicit, ꝙ in aliquo expedit ciuitati, ꝙ ſubſtãtiæ ciuium ſint æquales ad hoc, ꝙ nõ fiant ſeditiones adinuicẽ ioter ciues. Sed vt ita liceat dicere, hoc non eſt aliquid magnũ, quia per hoc ceſſant ſeditiones inter paruos ciues, remaner autem materia ſeditionis maioribus ciuitatis. Illi enim qui ſunt in ciuitate gratioſi, vtpote oobiles & virtuoſi exiſtentes, indignabuntur, ſi æqualia recipiãt, cum ſint digni maioribus, ſicut enim cõtra iuſtitiam eſſe videtur vt æquales inæqualia habeãt, ita iniuſtitia eſt, vt inæquales æqualia habeãt: Et ex hac cauſa frequenter maiores ſunt alus moleſti & ſeditiones mouent. Per iuſtitiã enim conſeruatur pax ciuitatis, trangreſſio vero iuſtitiæ eſt ſeditionis cauſa. ſic igitur inſufficienter de poſſeſſionibus ſtatuit Phaleas. Tertiam rationem ponit ibi. {Præterea improbitas &c.} Et dicit, ꝙ ſi voluntas hominũ quantum ad neceſſitatem repleri poſſit, tamen quantum ad maliciam repleri uon poteſt. Primo enim homini, quia nihil habet videtur ſufficiẽs, ꝙ habeat duos obolos quos cum acquiſiuerit, vel ex hereditate paterna acceperit, ſemp videẽ, ꝙ indigeat pluribus, & hoc vſq; io infinitũ. Et hoc ideo eſt, quia natura concupiſcentiæ eſt infinita, non. n. quærit ſola neceſſaria vitæ, ſed omnia quæ poſſunt homini eſſe delectabilia, quæ ſunt infinita. Vnde cum plurimi hominum ad hoc contendant vt ſuam concupiſcentiam repleant, ſequitur, ꝙ eorum deſiderium repleri non poſſit vſq; in infioitũ. Ex hoc autẽ, ꝙ aliqui deſiderant ea quæ ſunt aliorum oriuntur in ciuitatibus ſeditiones. Oportet igitur, ꝙ legiſlator magis regulet ptiocipium horum, ſcilicet concupiſcentiam q̃ etiam poſſeſſiones, ſed hoc aliter ſit quantum ad bonos, & aliter quantum ad malos. Oportet enim, ꝙ legiſlator illos qui ſunt naturaliter virtuoſi ita inſtituat, ꝙ non veliot agere auare, id eſt tollere aliena, quod quidem facere poteſt aſſuefaciendo eos ad amorem iuſtitiæ, ſed homines prauos ſic debet tractare, vt nõ poſſint aliena tollere etiam ſi velint. Et ad hoc duo ſunt oeceſſaria, quorum vnũ eſt vt parui in ciuitate ſint minores, id eſt, ꝙ dimittãtur in infimo ſtatu vt aliis no-
E cere non poſſint. Aliud autem eſt vt eis iniuriæ non irrogentur, ex quibus homines prouocantur, vt aliis noceãt. Cum igitur huiuſmodi diſciplinam Phaleas prætermiſerit inſufficiens in ſua legiſlatione fuiſſe videtur. Quartã rationẽ ponit ibi. {Nec vero &c.} Et dicit, ꝙ Phaleas nõ ſufficienter dixit de æqualitate ſubſtantiæ, quia adæquauit ſubſtantias ciuium ſolum quantum ad bona immobilia, ſcilicet quãtum ad poſſeſſionẽ terræ. Sunt autẽ quædam aliæ diuitiæ, puta ſeruorum, animaliũ, denariorũ, & aliorum quæ præparanẽ ad vſum vitæ, quæ ſuppellectilia dicuntur, de quorum æqualitate nihil dixit. Oporter autem, ꝙ omnium tã mobilium q̃ immobiliũ æqualitas ſtatuatur, aut ſecundum aliquem alium modum ordinetur de eis, aut, ꝙ omnia prætermittantur. Eadem. n. ratio eſt de mobilibus & immobilibus, q̃a ex vtriſq; ſeditiones oriuntur. Deiode cum dicat.

Videtur autem ex ipſarum legũ poſitione
F ciuitatẽ exiguam conſtituere. Siquidem artifices omnes publici erunt, nec multitudinem augebũt ciuitatis. Sed certe publicos eſſe eos qui publica faciũt opera oportet, quemadmodum Epidamnij, & quemadmodum Diophantus quandoq; Athenis conſtituit. De Phaleæ igitur repub. ferè ex his deprehendi poteſt, ſiquid ab eo ſit bene dictum, vel non bene.

Improbat ordinationem Phaleæ quãtum ad artifices, & dicit, ꝙ propter legem quam Phaleas circa artifices tulit. ſequebatur, ꝙ ciuitas modica conſtitueretur. Volebat enim, ꝙ omnes artifices in communi operarentur, et eorum opera diſtribuerentur ciuibus ſm eorum neceſſitates, & ſm hoc artifices eſſent quaſi ſerui cõmunitatis, & nõ facerent aliquod ſupplementum ad multitudinem ciuitatis. vnde relinquebatur, ꝙ ciuitas eſſet parua, cum
G videamus nunc non modicam partem ciuitatis ex artificibus eſſe. Oportet tamen eſſe in ciuitate aliquos publicos operarios, qui operentur opera communia ciuitatis, ſicut ſeruatur io ciuitate Epidamnij, & ſicut quidam legiſlator nomine Diophantus aliquãdo ſtatuit Athenis. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ ex præmiſſis poteſt aliquis conſiderare circa politiam Phaleæ quid bene vel non bene dixerit.

LECTIO X.

Hippodami Mileſij res publica qualis fuerit, & io qb' deficiat.

HIppodamus autem Euriphõtis Mileſius, qui & ciuitatum diuiſionẽ inuenit, & pyræum abſcidit, cũ eſſet in cætera quoq; vita moroſior, propter gloriæ cupiditatem, vſq; adeo, vt quibuſdam videretur ſuperfluus capillorũ
H prolixitate, & ornatu ſumptuoſo. Præterea veſtitu vili quidem, ſed admodum farcto, non in hyeme ſolum, verum etiam in æſtate. Studioſus autem de omni natura eſſe volens, primus omnium, qui non in rep. verſati eſſent, aggreſſus eſt aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu.

Poſtquam philoſophus proſecutus eſt de politia Phaleæ, hic incipit agere de politia Hippodami: & circa hoc tria facit. Primo exponit conditionem legiſlatoris. Secũdo narrat politiam ipſius, quam ipſe inſtituit. ibi. {Conſtituit autẽ &c.} Tertio improbat eam quãtũ ad aliqua ibi. {Sed primo &c.} Circa primum tria facit. Primo dicit quid in arte politica Hippodamus adiouenit, & dicit, ꝙ adinuenit diſtinctionem ciuitatis quaotũ ad diuerſos ordines ciuium, & iterum diuiſit ſuburbia. Adinuenit enim quomodo territorium ciuitatis per diuerſa ſubur-

ſuburbia diſtingui deberet. Fuit autẽ Euryphontis filius, Mileſius autem natione. Secundo exponit conuerſationẽ ipſius, & dicit, ꝙ quia erat honoris cupidus, quædam ſuperflua obſeruabat in propria vita priuata, quæ eſt alia á ciuili. Videbatur.n. eſſe curioſus in multitudine capillorum & comæ, & iterum in vtilitate veſtitus. Volebat tamen habere calida veſtimenta non ſolum in hieme ſed etiam in æſtate. Tertio exponit ſtudium ipſius, voluit enim ratiocinari de tota natura rerum, & primus inter philoſophos, qui non agunt ciuilem vitam ſed contemplatiuam, conatus eſt determinare, quæ ſit optima politia. Deinde cum dicit.

Conſtituit autem ciuitatem multitudine decẽmilium in tres diuiſam partes. Faciebat enim vnam partem artifices, alteram agricolas, tertiam propulſatores belli, atq; arma tenentes.

Enarrat ordinem politiæ ipſius, & primo quãtum ad diuiſiones quas adinuenit. Secundo quantum ad iudicia. ibi. {Legum quoq; tres &c.} Tertio quantum ad ciuium diſciplinam. ibi. {Ferebat quoq; &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quomodo diuiſit ciuium multitudinem. Secũdo quomodo diuiſit ciuitatis poſſeſſiones. ibi. {Diuiſit quoq; &c.} Dicit ergo primo, ꝙ Hippodamus determinabat optimam q̃titatem multitudinis in ciuitate, vt ſit x. milium virorum, & hanc multitudinem diuidebat in tres partes, quarum vna erat artificum, alia agricolarum, tertia pugnatorum. Deinde cum dicit.

Diuiſit quoq; regionẽ in tres partes, vt eſſet pars vna ſacra, alia publica, tertia priuata. Vnde cultus diis fieret, ſacra, vnde vero propulſatores belli alerentur, publica, quæ vero agricolarum foret, priuata.

Oſtendit quomodo diuidebat poſſeſſionem ciuitatis, & dicit, ꝙ totam regionem, i. territorium ciuitatis diuidebat in tres partes, quarum vnam volebat eſſe ſacram. de qua ſcilicet fierent ea, quę homines reputant fieri propter cultum diuinum, aliam volebat eſſe publicam vel communem, de qua viuerent bellatores. tertiam volebat eſſe propriam, quæ diſtribueretur inter agricolas. Deinde cum dicit.

Legum quoq; tres eſſe ſpecies ſolũ putabat. De quibus vero iudicia fierent, totidem eſſe numero, iniuriam, damnũ, cædẽ. Ponebat quoq; vnum iudicium principale, ad quod omnia male iudicata reducerentur, idq; cõſtituebat ex ſenibus quibuſdam delectis. Sententias vero in iudiciis non calculis ferendas eſſe cenſebat, ſed vnumquenq; iudicem tabellam afferre, in qua ſcriberet, ſi condemnaret ſimpliciter, ſententiam: ſin abſolueret ſimpliciter, vacuum, ſin partim condemnaret, partim abſolueret, idipſum diffiniret. Nam vt nunc quidem fit, nõ recte prouiſum à lege exiſtimabat, quia cogũtur homines alterutrum iudicantes, peierare.

Narrat ordinem politiæ ipſius quantum ad iudicia, & circa hoc tria facit. Primo dicit, ꝙ putauit leges iudiciorũ eſſe ſolũ modo tres ſm tria, de quibus homines in iudiciis diſceptãt, quæ ſunt iniuria, damnũ, & mors, vt iniuria referatur ad ea, quæ fiunt in vituperium hominis; nocumentum autẽ ad ea, quæ fiunt in damnum rerum, ſub morte autem comprehendãtur omnia, quæ fiunt in nocumentũ perſonæ. Secũdo ibi. {Ponebat quoq; &c.} dicit, ꝙ Hippodamus inſtituit quandam principalẽ curiã, ad quam reducerẽtur, quaſi per appellationem omnes cauſæ quæ non viderentur eſſe bene iudicatæ: & volebat, ꝙ hoc iudiciũ committeretur quibuſdam ſenibus ad hoc electis, qui & diſcretione & virtute eſſent probati. Tertio ibi. {Sentẽtias vero &c.} ponit modum quem in iudicando volebat obſeruari, cum.n. eſſet aliqua ſententia ferenda à multis iudicibus, putabat non oportere, ꝙ iudices conferrent adinuicem de ſentẽtia ferenda, ſed, ꝙ vnuſquiſq; ſolitarius cogitaret de ſententia ferenda, & illud quod cogitaret deferret ſcriptum in pugillari, ita ſcilicet, ꝙ ſi ſibi videretur, ꝙ aliquis accuſatus eſſet cõdemnandus, ſimpliciter condemnationẽ ibi deſcriberet. Si vero ſibi videretur, ꝙ eſſet ſimpliciter abſoluẽdus deferret, pugillare vacuum. Si autem ſibi videretur, ꝙ quantum ad aliquid eſſet condemnandus, & quantum ad aliquid abſoluendus, hoc etiam determinaret per ſcripturam. & ſic ex omnibus ſcripturis eligeretur quod pluribus videretur, non autem putabat bonum eſſe hoc, quod nũc eſt lege ſtatutum, vt iudices adinuicem conferãt antequam vnuſquiſque ſentẽtiam proferat: cum enim ſint iurati dicere, quod eis videtur per huiuſmodi diſcẽptationes, quę in tali loco & circa talia fiunt: coguntur quodammodo peierare, dum aliquis non audet dicere quod ſibi videtur, multis contradicentibus. Deinde cum dicit.

Ferebat quoq; legẽ de his, qui vtile quidpiã ciuitati reperiſſent vt honoribus afficerentur. Filios autem eorum qui pro patria bellãdo occubuiſſent, ex publico alendos eſſe, quaſi id nõ ptius fuerit lege prouiſum. nam eſt nunc Athenis ea lex, et in aliis quibuſdam ciuitatibus. Magiſtratuũ vero omnium electiones populo attribuit, populum autem faciebant tria illa genera ciuium. Qui vero delecti eſſent, eos rerũpu. curam habere debere, item hoſpitalium & pupillorum. Plurima igitur ac maxime digna memoratu in Hippodami conſtitutione iſta ſunt.

Narrat ordinationem eius circa diſciplinam ciuium, & ponit eius quatuor leges, quarum prima eſt, ꝙ illi qui inuenirent aliquid ordinandum in ciuitate, quod eſſet ciuitati expediens, obtinerent aliquem honorem. Secundã legem ponit. ibi. {Filios autem &c.} vt ſcilicet filij eorũ qui moriuntur in bello pro ciuitate, nutrirentur de ærario publico, quod quidem nondum erat ſtatutum in ciuitatibus, nunc autem iſta lex obſeruatur Athenis, & in quibuſdam aliis ciuitatibus. Tertiam legem ponit. ibi. {Magiſtratum verò &c.} Et hæc eſt de electione principum, vt. ſ. totus populus principes eligat. Dicebat autẽ eſſe populum tres prædictas partes ciuitatis, ſ. agricolas, artifices, & bellatores. Quartam legem ponit de officio magiſtratuum. ibi. {Qui vero &c.} vt ſcilicet illi qui eliguntur illi magiſtratui, habeant curam de rebus cõmunibus ciuitatis, & de peregrinis, & de orphanis & aliis impotentibus perſonis. Et vltimo concludit, ꝙ plurima & digne recitanda de his, quæ Hippodamus ordinauit, ſunt ea, quæ dicta ſunt.

LECTIO XI.

Reprehenſio reipublicæ Hippodami.

SEd primo dubitabit aliquis de partitione ciuium, nam & artifices, & agricolæ & q arma tenent, omnes in reip. communione verſantur. Verum agricolę quidem arma non habẽt, artifices autem neq; arma, neq; agros, itaq; fiũt quodammodo ſerui eorũ, qui habẽt arma. Participes eſſe igitur omniũ honorũ impoſſibile

eſt, cum ſit quidem neceſſarium ex his, qui habent arma conſtitui belli duces, & cuſtodes ciuium, & principaliſſimos, vt ita dixerim, magiſtratus, quod ſi participes nõ ſint reip. quomodo bono animo eſſe poterunt in republica?

Poſita politia Hippodami, hic improbat ipſam, & primo quantum ad diuiſionem quã inſtituit. Secũdo quantũ ad ea, quæ de iudicio dixit. ibi. {Nec de iudicio &c.} Tertio quantum ad ea, quę inſtituit de diſciplina ciuium ibi. {De eo autem &c.} Circa primum duo facit. Primo improbat diuiſionem inſtitutam ab Hippodamo quantum ad partes ciuitatis. Secundo quantum ad poſſeſſiones. ibi. {Præterea publicos &c.} Circa primum tria facit. Primo ĩprobat diuiſionem partium ciuitatis quãtũ ad artifices. Secundo quantum ad bellatores. ibi. {Enim vero &c.} Tertio quãtũ ad agricolas. ibi. {Pręterea agricolæ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ prima dubitatio in politia Hippodami, accidit circa diuiſionẽ multitudinis ciuiũ. Voluit. n. ꝙ tam artifices ꝗ̃ agricolæ & ꝗ̃ viri armati, omnes communicarent in ordine ciuitatis, ita tamẽ, ꝙ agricolę non haberent arma, ſed haberent terram: artifices autem neq; haberent terram, neq; arma, ex qua ordinatione ſequitur, ꝙ artifices feré ſunt ſerui eorum qui poſſident arma, quia nullam propriam poſſeſſionem habentes, quod videtur ad eorum vtilitatem pertinere, inſiſtunt operibus in miniſterium ciuitatis, & præcipue bellatorum, quos oportet maiorem partẽ in honoribus ciuitatis obtinere. Non enim eſt poſſibile, ꝙ artifices habeant partem in omnibus honoribus, quia duces exercitus, & rectores ciuiũ, & alij maiores principatus, indecens eſt, ꝙ inſtituantur ex artificibus, ſed ſolum ex viris bellatoribus, qui ſunt ad hoc magis idonei. nõ eſt autem poſſibile, ꝙ ex quo non habent partem in regimine ciuitatis, ꝙ ipſi ament talem ordinationem ciuitatis. Vnde relinquitur ſeditionis materia. Non igitur conuenienter ordinauit de artificibus. Deinde cum dicit.

Enimuero potentiores eſſe oportet illos, qui arma tenent, ambabus partibus, id autem non facile eſt, niſi multitudine exuperent, ꝙ ſi hoc erit, quid opus eſt alios participes eſſe reipub. & ſuffragia magiſtratuum habere?

Improbat prædictam ordinationem quãtum ad viros bellatores. Oportet enim eos eſſe meliores, id eſt potentiores ambabus aliis partibus, ſcilicet & agricolis, & artificibus. Et hoc ideo quia ad viros bellatores pertinet, vt poteſtatem ciuitatis defendant nõ ſolum cõtra impugnationem hoſtium, ſed ẽt cõtra ſeditiones ciuium, quos nõ poſſent reprimere niſi potentiores eſſent, quod quidem nõ eſt facile niſi ſint multi. Si autem viri bellatores excedãt & multitudine, & virtute, & dignitate, nulla neceſſitas fuit, ꝙ artifices, & agricolæ partem haberent in regimine ciuitatis, & ꝙ ad eos pertineret inſtitutio principũ, qa ſemper hoc fiet ad arbitrium virorum bellatorũ. Superflue igitur aliis cõmittitur. vnde patet, ꝙ nõ cõuenienter diuiſit viros bellatores ab aliis. Deinde cum di.

Præterea agricolæ quid vtilitatis afferunt ciuitatibus? Artifices enim eſſe neceſſarium eſt. Nam omnis ciuitas artificibus indiget, & poſſunt proficere ex artibus quemadmodũ in aliis ciuitatibus, ſed agricolæ, ſi habentibus arma victum parant, merito forẽt pars aliqua ciuitatis, at hi priuatim habent agros, priuatimq; colũt.

Improbat prædictam diſtinctionem quãtum ad agricolas, de quibus non eſt manifeſtum ſm prædictam ordinationẽ quomodo ſint vtiles ciuitati. De artificibus, ni

E manifeſtum eſt, ꝙ ſunt in ciuitate neceſſarij propter variam ſuppellectilem præparandam, & vita ciuium poterit bene procedere, per ea quæ præparantur ab arte, ſicut accidit in aliis ciuitatibus. Vel poteſt intelligi, ꝙ ipſi artifices poſſunt procedere, ideſt nutriri de ſua arte, vnde non indigent agricolis, vt ab eis ſuſtẽtentur. Sed viri bellatores quaſi ab aliis diſtinguantur, non poſſunt de ſuo officio ſuſtentari, vnde indigẽt vt ab aliis ſuſtententur. Si igitur agricolæ inſtituerentur ad hoc, ꝙ acquirerent cibum viris bellatorib⁹, rationabiliter ponerẽtur eſſe pars ciuitatis. Oportet. n. ꝙ pars totius coadiuuet ad bonum aliarum partium, ſed ſm prædictam operationem habebunt proprias poſſeſſiones, & eas colent, & ita aliis in nullo vtiles erũt, ſed ſibi ipſis tantũ. Nõ ergo ponuntur agricolæ cõuenienter pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

Præterea publicos agros, ex quibus propulſatores belli victũ habere oportet, ſi ipſi iidem F colãt, non eſſe aliud agricola, aliud propulſator belli, quod legislator eſſe vult. Sin alij quidam ab agricolis & ꝓpulſatoribus, quartũ erit membrum ciuitatis nullius particeps, ſed alienum à rep. Quod ſiquis dicat eoſdẽ agricolas, & ſuos colere, et publicos agros. primo fructuum multitudo non ſufficeret, ex quibus ſinguli binis domib⁹ habeãt miniſtrare. Deinde quamobrẽ non ſtatim ex eiſdem agris pro ſe, quę alimẽta ſumant, & propulſatoribus exhibent, hæc ſanè omnia magnam continent turbationem.

Improbat diuiſionem poſſeſſionum. Ponebat. n. Hippodamus vnam partem poſſeſſionum ciuitatis communem, ex qua viri bellatores nutrirentur. Eſt ergo conſiderãdum quis colet iſtam terram communem. Oportet au G tem: ꝙ aliquo trium modorum colatur, quorum primus eſt, vt ipſimet bellatores colant terram communẽ, & ſic quidem erunt pugnantes & agricolæ, ſed Legislator voluit eos diſtinguere, inutilis ergo fuit diſtinctio. Secũdus modus, vt quidam alij inter pugnatores & agricolas colentes poſſeſſiones proprias, colant terram communem, ex quo ſequitur, ꝙ erit quædã quarta pars ciuitatis nullo participans regimine ciuitatis, ſed omnino ab hoc aliena. Non. n. admittebant ad electionem principum niſi tres partes prædictas. Tertius modus eſſe poteſt, vt ipſi agricolæ, qui colũt poſſeſſiones proprias, colant & communes. Sed tunc ſequetur, ꝙ non ſit copia fructuum terræ in ciuitate. Non enim erit facile, ꝙ vnus agricola ſufficienter excolat tot terras, vnde fructus neceſſarios duabus familiis adminiſtret. Si etiam iſte tertius modus ponatur, videtur fuiſſe ſuperflua poſſeſſionũ diuiſio in tres partes. potuiſſet. n. fieri vt à principio tota terra daretur agricolis, vt ſcilicet vnuſquiſque agricola ex terra, quę ei H veniret in ſortem, ſumeret cibum ſuæ familiæ, & aliquibus viris bellatoribus. Ea igitur quę Hippodamus dixit circa huiuſmodi diuiſiones, inducunt magnam turbationem. Deinde cum dicit.

Nec de iudicio quoq; recte ſe habet lex, quæ iudicandum putat, cum diſtinctione litem ſimpliciter ſcriptã, ita vt ex iudice fiat arbiter. hoc enim in cõpromiſſo in plures facto recipitur. Conferunt enim inter ſe de ſentẽtia ferẽda, ſed in iudiciis nõ recipitur, immo legũlatores pleriq; contra ſtatuũt, ne iudices inter ſe colloquãtur. Deinde quomodo non erit litigioſa ſententia, cum iudex non putat tantum deberi quãtũ petit? Nam ſi petitor viginti minas poſtulabat,

iudicum

iudicum autẽ vnus decem iudicet, alter quinque, alter quatuor, & hoc modo diuident, & alij in totum condemnent, alij in nihilum, quis erit modus ſententiarum concordandarum?

Improbat prædictam politiam quãtum ad iudicium, ſcilicet quantum ad hoc, quod ſtatuit iudicia in prætoriis fieri, non per ſententiæ collationẽ. & circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutũ. Secundo rationem ſtatuti. ibi. {Præterea nemo &c.} Circa primum ponit duas rõnes, circa quarum primam dicit, ꝙ lex quam ipſe poſuit de iudicio non bene ſe habet, per quam reputauit, ꝙ aliqui iudicarent diuidentes ſe abinuicem, ita ꝙ quilibet per ſe ipſum conſcriberet id, quod ſibi decã videretur. Et ſm hoc volebat, ꝙ iudex per ſeipſum diſquireret quid eſſet iudicandum, ſed in tali diſquiſitione ſingulari contingebat etiam à pluribus ſimul diſquiri, quia iudices poterãt ſibi inuicem colloqui de iudicio ferẽdo in domibus propriis: ita tamen, ꝙ in prætoriis. i. in loco publico iudiciorum non colloquerentur adinuicem ad conferendum de ſententia, & hoc erat magis periculoſum, quia facilius poterat contingere, ꝙ vnus iudex peruerteret alium ad ferendum ſententiam aliter, q̃ ſibi videretur, priuatim cum eo conferẽs, q̃ in prætorio publico omnibus audientibus. Vnde etiam contrarium huius multi legumlatores ſtatuerunt, vt. ſ. iudices non colloquantur adinuicem in priuato videlicet, ſed ſolum in prætoriis adinuicem conferrent. Videtur igitur, ꝙ prædicta lex periculoſa fuerit, & aliorum legibus contraria. Secundam rationem ponit. ibi. {Deinde quomodo &c.} Et dicit, ꝙ non poterit iudicium abſque turbatione fieri per modum prædictũ, poteſt enim contingere, ꝙ iudici non videbitur ſeorſum conſiderandum, vt reus tantum condemnetur quantum actor, qui litigat petit. Sed forte actor petit, ꝙ reus condemnetur ad 20 minas: iudex autem iudicabit, ꝙ condemnetur ad 10 minas, aut forte vnus iudicum condẽnabit eum ad plus, alius autem ad minus: puta vnus ad quinque, alius ad quatuor: & per hũc modum oportet, ꝙ iudices idem patiantur, i. vt conferant adinuicem poſt ſententias ſcriptas, ſicut ſi ſententias ſingulariter non cõſcripſiſſent, quia forte quidam iudicum condemnabunt reum quantum ad omnia, quæ petit actor, quidam autẽ non. Quis ergo modus erit diſputandi de ſententiis diuerſis iudicum, niſi. ſ. conferendo, & ſic prædicta lex non poterit vitare quod intendebat, ſ. collationem iudicum. vnde patet ꝙ ſuperflua fuit. Deinde cum dicit.

Præterea nemo peierare cogit ſimpliciter cõdemnantem vel abſoluentem, ſi ſimpliciter petatur. Non enim cum abſoluit, nihil deberi iudicat, ſed viginti minas non debere. At ille periurat, qui cum putat viginti minas non deberi, tamen condemnat.

Improbat cauſam ſtatuti, quæ erat vitatio periurij, & dicit, ꝙ ſi fiat collatio iudicum de condemnatione alicuius, nullus cogit propter hoc, ꝙ periurium committatur ab eo, qui iudicare debet, etiam ſi accuſatio actoris ſit iuſte ſcripta, & iudex eam non admittat. Non enim iudicabit iudex, ꝙ reus nihil debeat, ſed forte iudicabit ꝙ 20. minas debeat, cũ actor plus petit, ſed magis reus, qui condemnatur peierare videtur, qui non putat etiam ſe debere viginti minas, & ita propter talem cauſam non oportebat hanc legem poni.

LECTIO XII.

Quòd leges, etiam minus bonæ, non ſint facile immutandæ.

DE eo autem, ꝙ inuenientibus aliquod cõmodum ciuitati honores tribuendi ſunt non eſt tutum lege cauere: ſed apparentiam ſo-

A **lum probabilem habet, continet enim calumnias & motum forſan reip. Sed incidit hæc in aliam quæſtionem & conſiderationem aliam. Vtrum damnoſum ſit vel vtile ciuitatibus leges patrias mutare, ſi ſit alia melior. Quapropter non eſt facile dicto ſtatim aſſentiri, ſiquidẽ non conducit mutare: fieri autem poteſt vt inducatur, aut legum, aut reipub. diſſolutio tanquam commune bonum.**

Poſtquam improbauit politiam Hippodami quãtum ad diuiſionem & iudicia, hic improbat eam, quantum ad diſciplinam, quam ordinauit, quantum ad hoc, ſ. qđ ſtatuit, ꝙ qui inuenirent aliquid vtile ciuitati honorem conſequerentur, & circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutum. Secundo mouet quaſdã quæſtiones. ibi. {Sed

B cum &c.} Dicit ergo primo, ꝙ non eſt ſecurum ciuitati, ꝙ prædicta lex ſtatuatur, ſed ſolũ in primo aſpectu, cum auditur, apparet bona. Si. n. eueniat, ꝙ talis lex ſtatuaẽ, habebit multas calũnias, dum aliqui arbitrabuntur eſſe vtile illud adinuentum, & aliqui non. Habebit etiam tranſmutationes politiarum. Vna enim lege trãſmutata, quandoq; totus ſtatus ciuitatis mutatur. Sed iſtud ſtatutum facit nos incidere in aliam quæſtionem, & in aliam conſiderationem. Eſt. n. dubium apud quoſdam, vtrum ſit expediens vel nociuum ciuitati, vt remoueat patrias leges, ſi aliqua melior adinueniatur: & ideo huic dicto non facile eſt, ꝙ homo velociter conſentiat, vt. ſ. inuentores nouorum honorentur, & hoc ſi non expedit ciuitatibus, ꝙ leges primæ amoueantur. Continget autem per hoc ſtatutum, ꝙ quidam dum prouocantur ad nouorum inuentionem, vt adipiſcantur honorem, inducant diſſolutionem legum & totius politiæ ſub ſpecie communis boni, quod quidem eſt valde periculoſum. Non ergo il-

C lud ſtatutum eſt conueniens. Deinde cum dicit.

Sed cum in hanc mentionem inciderimus, etiam pauca de eo perſtringẽda ſunt. Habet. n. vt diximus, dubitationem, & melius videri poteſt, vt mutationem recipiant: nã in aliis qdem ſcientiis hoc prodeſt, ceu ſi medicina ab inſtitutis patriis mutetur, & gymnaſtica, & aliæ artes, atque facultates, quarum cum vna ponenda ſit, ciuilis diſciplina: patet in ea quoq; eandem rationem eſſe tenendam. Probari autem hoc dicet aliquis & in ipſis rebus: antiquas. n. leges nimium rudes eſſe, & barbaras, armati ſiquidem incedebant Græci, & vxores emebant inuicem, & quotcunque vetuſta iura ali-

D **cubi extant, penitus rudia ſunt, ceu apud Cumas de cæde lex eſt, ſi accuſator multos teſtes inducat ex agnatis propriis, reum eſſe cædis, contra quem probatur. Quærunt autem non patrium, ſed bonum omnes. Putandumq; eſt priſcos illos homines, ſiue ex terra geniti fuerunt, ſiue ex corruptione aliqua ſeruati, ſimul fuiſſe ignaros & imprudentes, quod de terra natis dicitur, vt abſurdum ſit in eorum opinionibus perſiſtere velle. Præterea neq; leges ſcriptæ meliores ſunt, ſi ſint immutabiles. Vt. n. in aliis artibus, ſic etiam circa ciuilem conſtitutionem, impoſſibile eſt ſingula ad minimum vſque ſcriptis comprehẽdere: neceſſe eſt enim**

vt generaliter ſcribantur. At illa quæ aguntur particularia ſunt. Ex his ergo videtur & quaſdam leges, & quandoq; eſſe mutandas.

Mouet quaſdam dubitationes, & primo, vtrum oporteat leges mutare. Secundo ſi ſunt mutandæ à quibus & quomodo, ibi. {Præterea ſi mutandæ &c.} Circa primum duo facit. Primo inducit rationes ad oſtendẽdum, ꝙ oportet mutare. Secundo inducit ad contrarium. ibi. {Alio autem modo.} Circa primum ponit quatuor rationes, circa quarum primam dicit, ꝙ quia fecimus modicam mentionem de mutatione legum, melius eſt, ꝙ parum amplius ſuper hoc nos dilatemus, quia vt dictũ eſt, hoc habet dubõnem, & quibuſdam videtur, ꝙ melius ſit leges antiquas amouere ſi aliqua melior inueniatur. Videmus.n. ꝙ hoc multum profuit in aliis ſcientiis, ꝙ, ſ. aliqua ſunt mutata de his, quæ à patribus obſeruabantur ſcilicet in medicina. Nam poſteriores medici multa adinuenerunt mutantes ea, quæ primi obſeruabant. Et idẽ

F etiam eſt in gymnaſtica, i. in exercitatiua. Dicebantur enim gymnaſia quædam loca in quibus homines nudi ſe exercebant, à gymnos quod eſt nudum. Et ita etiam videmus in omnibus aliis artibus & operatoriis potentiis, de quarum numero eſt politica, quæ eſt regitiua ciuitatis: ergo etiam in regimine ciuitatis oportet mutare ea, quæ à patribus ſunt obſeruata, dũmodo meliora occurrant. Secundam rationem ponit. ibi. {Probari autem &c.} Et dicit, ꝙ ſignum huius, ꝙ leges ſint mutandæ, poteſt aliquis accipere ab ipſis operibus, i. ab his, q̃ contingunt. Videmus enim, ꝙ antiquæ leges fuerunt valde ſimplices & barbaricæ, i. irrationabiles & extraneæ, ſicut hoc, ꝙ ab antiquo erat lex apud Græcos, ꝙ emebãt vxores adinuicem, portantes ad talem emptionem ferrum, quia forte alia metalla non erant in vſu. Et ſimiliter videmus, ꝙ ſi quæ leges adhuc remanent de antiquis ſunt omnia ſtulta. Sicut apud Cumas erat talis lex circa

G homicidia, ꝙ ſi aliquis de cognatis occiſoris inducatur teſtis aduerſus eum, cenſeretur reus homicidij. & hoc eſt omnino irrationabile. Homines autem in legibus ponendis non debent quærere quid fuerit à patribus obſeruatum, ſed quid ſit bonum obſeruandum. Et ita conueniens eſt antiquas leges mutari, ſi occurrant meliores. Tertiam rationem ponit ibi. {Putandumq; eſt &c.} Ad cuius intellectum conſiderandum eſt, ꝙ Ariſt. opinatus

Lect. 19. fuit mundum ab æterno fuiſſe, vt patet in 8. Phyſic.

s.c.82. & in 1. de Cœlo. & tamen manifeſtum eſt per antiquas hiſtorias, ꝙ ab aliquo certo tempore inceperunt regiones habitari, quod videtur contrariari æternitati mũdi. Sed ad hoc ſoluendum inducebat Ariſt. ꝙ multoties factæ ſunt deſolationes generales terrarum per aliqua diluuia, vel per quaſcunque corruptiones, quibus ceſſantibus inceperunt de nouo regiones habitari. Quod quidem potuit contingere dupliciter. Vno modo ita, ꝙ homines generarentur ex terra. Poſuerunt enim quidam,

H ꝙ ex terra aliquo modo proportionata naturaliter generaretur homo, ſicut & murem certum eſt generari ex terra, ſed hoc non videtur conueniens, quia natura ex determinatis principiis & per determinata media procedit in ſuos effectus. Vnde animalia perfecta nunquam poſſunt generari niſi ex ſemine, vnde non credimus, ꝙ ex terra poſſit homo fieri naturaliter, ſed ſolum virtute diuina. Alio modo potuit contingere, ꝙ in generali corruptione aliqui homines conſeruarentur vel in montibus, vel per aliquem alium modum, ſicut nos ponimus, ꝙ Noe fuit conſeruatus in arca, tempore diluuij generalis: & Deucalion fuit conſeruatus in montibus in diluuio, quod accidit tempore Ogygij regis in terra Græcorum. Sed quocũque horum modorum contigerit: videtur, ꝙ primi homines fuerint imprudentes & ignari, i. non excellentes, ſicut fabuloſe dicitur de illis, qui dicũtur fuiſſe producti de terra tempore Deucalionis, vnde inconueniens videt,

E ꝙ aliquis permaneat in legibus & ſtatutis ipſorum. Quartam rationem ponit. ibi. {Præterea neq; &c.} Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ conſuetudines antiquorum inſenſatorum opportunum fuit mutare: ſed leges, quæ ſunt ſcriptę à viris ſapientibus non debent mutari, ſed ad hoc excludendum ipſe obiiciendo dicit, ꝙ non eſt melius ſi etiam leges ſcriptæ permaneant immobiles. Videmus.n. ꝙ impoſſibile eſt omnia diligẽter & perfecte eſſe ſcripta circa ordinationem ciuitatis, etiam à quibuſcunque ſapientibus viris, ſicut etiam eſt hoc impoſſibile circa alias artes, quia ſapientes ſcribunt legem in vniuerſali, & non poſſunt conſiderare omnia particularia, actus verò ſunt circa particularia, vnde non potuerunt omnia perfecte ſcribere, quæ pertinent ad directionẽ actuum, & ſic melius eſt, ꝙ immutẽtur quando aliquid melius inuenitur. Sic ergo per huiuſmodi rationes videtur ꝙ quædam leges aliquando ſunt mutandæ. Deinde cum dicit.

F **Alio autem modo conſiderantibus cauendum videtur eſſe maxime: cum enim vtilitatis quidem acceſſio parua ſit, aſſueſcere verò faciliter leges mutare, improbandum. Conſtat verò errata quędam eſſe toleranda, & legislatorũ, & magiſtratuum: non enim tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi.**

Procedit ad contrarium. Et primo oſtendit veritatem quæſtionis. Secundo ſoluit quandam inductarum rationum ibi. {Mendax &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi aliquis ſecundum alium modum conſideret, videbitur eſſe multum verendum, mutare antiquas leges, etiam pro melioribus: poteſt enim contingere, quòd ſi modicum melius illud, quod adinuenietur, conſueſcere autem ad diſſoluendum leges eſt valde prauum. Vnde manifeſtum

G eſt, quòd ſuſtinendi ſunt quidam modici defectus & errores, qui contingunt principibus & ſapientibus in legibus ferendis, quia ille qui vult mutare propter aliquid melius, non tantum proficiet mutando, quantum nocebit, dum conſueſcunt ciues ad non obſeruandum ſtatuta præcepta principum. Deinde cum dicit.

Mendax & de artibus exemplum, neque.n. ſimile eſt mutare artem, atque legem: nam lex nullã vim habet, vt ipſi pareatur niſi ex more, mos autem non fit niſi temporis longitudine. Quare faciliter mutare leges ex præſentibus in alias nouas, infirmam facere eſt vim legis.

Soluit vnam inductarum rationum in contrarium, & dicit, ꝙ illud exemplum, quod ſumebatur de artibus, in quibus profuit multa mutaſſe, inducit nos ad mendaciũ, quod non eſt ſimile de mutatione artis & legis, quia ra q̃

H ſunt, habent efficaciam ex ratione: ſed lex nullum habet robur ad hoc, quod perſuadeatur ſubditis, ꝙ ſit bona niſi per conſuetudinem, quę quidem non fit niſi per multum tempus. Vnde qui facile mutat leges quantum eſt de ſe debilitat legis virtutem. Ad alias autem rationes patet ſolutio, quia non concludunt, ꝙ leges ſint de facili mutandæ, ſed ꝙ aliquæ leges, ſ. malæ ſint aliquando mutandæ, quod verum eſt. Deinde cum dicit.

Præterea ſi mutandæ ſunt leges, vtrum oẽs & in omni repu. vel non, & vtrum à quocũq;, aut quibuſdam. In his enim magna eſt differẽtia, quapropter nunc quidem omittamus cõſiderationem hanc, nam aliorum eſt temporum.

Mouet aliam quęſtionem, & dicit, ꝙ ſi leges ſint aliquã mutandæ: quærendum eſt, vtrum omnes ſint mutandæ

& vtrum

& vtrum in qualibet politia vel nõ, & vtrum ſint nuncudae à quocũq; ae, vel ab aliquibus determinatae. Multum enim differt quid circa hoc verius ſit, & ideo hæc cõſideratio dimittitur ad præſens, & reſeruatur in poſterum.

LECTIO XIII.

Lacedæmoniorum rem publicam examinat, quæ cæteris præſtare diu viſa eſt, ipſamq; in ſeruis mulieribus agrorum poſſeſſione reprehendit.

DE Lacedæmoniorum autẽ repu. & Cretenſium, ferme autẽ & de aliis, duo ſunt conſideranda. Vnum ſiquid recte, vel non recte, ad optimam conſtitutionem in illis ſit ordinatum. Aliud ſiquid ad ſuppoſitionẽ & modum ſubcontrariæ ſibi propoſitæ reip.

Poſtq̃ Philoſophus poſuit politias inſtitutas à ſapientibus, nunc agit de politiis, quæ in ciuitatibus obſeruabantur. Et primo de politia Lacedæmoniorum. Secundo de politia Cretenſium. ibi. {Cretenſium verò &c.} B Tertio de politia Carthaginenſium. ibi. {Vt etiam &c.} Harum.n. ciuitatum politiæ cõmendabantur. Circa primum duo facit. Primo ponit modum conſiderationis neceſſariæ circa has politias. Secundo agit de politia Lacedæmoniorũ. ibi. {Quod igitur &c.} Dicit ergo primo, q duæ conſiderationes incidunt circa politias Lacedæmoniorum, & alias politias quarum vna eſt vt conſideretur: vtrum illud, quod in eis lege eſt ſtatutum, ſit cõueniens ordini virtutis. Hoc.n. eſt finis omnis legis. Vnde ſi lex non ſit proportionata ad virtutem, non erit lex. Alia conſideratio eſt, vtrum in politia ſit aliquid ordinatum, quod ſit conueniens ſm̃ ſuppõnem & modum, contrariæ politiæ ei, quæ præponitur: puta ſi aliquis intendat inſtituere politiam ſtatus popularis, & ponat leges cõuenientes politiæ potentioris, quæ eſt contraria: ſic etiam & in ſcientiis aliquid reprobatur, aut quia nõ conuenit veritati, aut quia non conuenit poſitioni. C Deinde cum dicit.

Quod igitur neceſſarium eſt in bene conſtituenda rep. neceſſariorum adeſſe facultatem, oẽs fatentur, ſed quẽadmodum id futurum ſit, non facile eſt comprehendere: nam & Peneſtię Theſſalorum, multoties in ipſos Theſſalos inſurrexerunt. Et Ilotes Lacedæmoniorum in caſibus eorum aduerſis nunquam inſidiari deſtiterunt, verum apud Cretenſes nihil adhuc tale accidit. Cauſa forſan eſt, quia vicinæ ciuitates, quamuis inuicem bellum gerant, tñ earum nulla rebelles recipit, qm̃ id non conducit, qñ & ipſe Periœcos habent. At Lacedæmoniorũ, finitimi omnes inimici erant, Argiui, Meſſeni, D & Arcades: nam & Theſſalis ab initio rebellarunt, dum cum finitimis Achęis, & cum Perrhæbis, & Magneſiis gererẽt bellum, Videtur autem, & ſi nihil aliud: attamen hoc ipſum eſſe perdifficile, quẽadmodum cum eis ſit conuerſandum: nã ſi remiſſe erga illos te geras, ſuperbiunt illi quidem, ac ſe pares dominãtibus extimant, ſin aſpere tractent, inſidiantur atq; odio habent. Patet igitur nõ reperire optimum modum eos quibus iſta cõtingunt, circa ſubiectos.

Agit de politia Lacedæmoniorum. Et primo quãtum ad ea, quæ habentur à ciuibus. Secundo quãtum ad ordinem ipſorum ciuium. ibi. {At.n. & quæ &c.} Circa primum tria facit. Primo proſequitur ea, quæ pertinent ad A ſeruos. Secundo ea quæ pertinent ad mulieres. ibi. {Pręterea leuitas &c.} Tertio ea quæ pertinent ad poſſeſſiones. ibi. {Poſt illa enim quæ &c.} Hæc.n. tria à ciuibus habentur. Dicit ergo primo, q omnes confitentur hoc, quod opportunum eſt ciuitati, quę debet bene viuere politice, & q in ea exiſtat inſtitutio neceſſariorum, i. ſeruorum, vel quorũcunque qui ſunt neceſſarij adminiſtrandum, vt. ſ. ipſi recta diſciplina potiantur, ſed quõ fiat non poteſt de facili accipi. Quod autem hoc ſit neceſſarium, manifeſtat conſequenter per inconuenientia, quæ ex eis ſequuntur, quando non ſunt bene diſciplinati. Multoties.n. contigit, q pauperes in Theſſalia moleſti fuerunt diuitibus, & ſimiliter Lacedęmoniis ſerui eorum frequẽter fuerunt infeſti: inſidiabantur enim eis quando aliqua infortunia eis contingebant, ita vt non poſſent eos reprimere, & in talibus infortuniis eos moleſtabant. Sed Cretenſibus nihil tale accidit, & forte huius cauſa eſt, quia quàmuis ciuitates, quæ ſunt vicinę pugnent adinuicem, B nulla tamen eſt ciuitas, quæ pugnet contra aliquos ciues diſtantes, eo q non expediat eis propter hoc, q prædia poſſident prope ciuitatem & domos ſuas: & ſic, ſi longinquum bellum ſuſciperent, non poſſent ſuorum prædiorum curam habere, & quia Cretenſes non habebant vicinos, qui contra eos pugnarent: puta in inſula maris exiſtentes, non frequenter imminebant eis infortunia, in quibus ſerui vel inopes poſſent eis inſidiari, ſed Lacedæmoniis omnes vicini inſidiabãtur. Erant.n. totaliter dediti rebus militaribus, vt Vegetius dicit in lib. De re militari, ſicut & Athenienſes philoſophiæ. Inimicabantur enim Argiui, & Meſſeni, & etiam Arcades, & à principio etiam diſcordabant à Theſſalis, habuerunt etiam bella cum Acheis vicinis eorum, & Pereis, & Magneſiis: & ideo multoties infortunia eis imminebant, quibus eorum ſerui inſidiabantur. Sic igitur patet, q neceſſarium eſt, vt ſerui & alij neceſſarij diſciplinentur: ſed q hoc non ſit facile, oſtendit conſequenter, & dicit, q ſi nihil alteC rum eſſet, iſtud videtur operoſum eſſe quantum ad curam, quam oportet habere de ſeruis, quomodo oporteat ad eos colloqui, vel qualitercũque conuerſari, quia ex vna parte ſi homo benigne ſe habeat ad eos, inſoleſcunt & efficiuntur iniurioſi, & reputant ſe æquales dominis ſuis. Ex alia verò parte ſi ipſi viuant ſemper mala ſuſtinendo à dominis ſuis, odiunt eos & inſidiãtur eis, vnde difficile eſt videre qualiter ſint tractandi. Oportet enim medio modo ſe ad eos habere, vt non iniuſte affligantur, nec tamen eis nimia familiaritas oſtendatur. Ex iſtis ergo concludit, q Lacedæmonij, quibus hoc accidit, vt à ſeruis ſuis moleſtarentur non ſunt ex illis, qui optimum modum inuenerunt circa gubernationem ſeruorum. Deinde cum dicit.

Præterea lenitas in mulieres, & ad ꝓpoſitum reip. nocet, & ad directionem ciuitatis: vt enim domus partes ſunt vir & vxor, ita & ciuitatem D biſariam diuidi cenſendum eſt, in virorum multitudinem, ac mulierum. Quocirca in quacũq; repu. male prouiſum eſt circa mulieres, in ea putandum eſt medietatem ciuitatis eſſe neglectã.

Agit de politia Lacedæmoniorum quantum ad mulieres. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit neceſſariũ eſſe, q mulieres in ciuitate bene diſciplinentur. Secundo oſtendit quid circa hoc Lacedæmonij obſeruarent. ibi. {Quod ibi &c.} Tertio oſtendit, quæ inconuenientia ex hac obſeruãtia ſequerentur. ibi. {Itaq; neceſſarium &c.} Quarto oſtendit, quæ fuerit cauſa huius obſeruãtiæ. ibi. {Ab initio igitur &c.} Dicit ergo primo q remiſſio legis circa mulieres, vt. ſ. abſq; conuenienti diſciplina in ciuitate viuant, ad duo eſt nociua. Primo quidem ad electionem politiæ, quia per earum inordinationem totam po-

liciam contingit immutari, vt dicetur. Secundo ad felicitatem ciuitatis, quia ꝓpter earum inordinationem multa inconuenientia poſſunt in ciuitate ſequi: & hoc manifeſtat per hoc, ꝙ ſicut partes domus ſunt vir & mulier, vt in primo dictum eſt, ita oportet quaſi totam ciuitatẽ, quæ ex domibus conſtituitur, in duo diuidi, conſiderata multitudine virorum & mulierum. Vnde ſequitur, ꝙ in quibuſcunq; ciuitatibus male ſe habet ordinatio mulierum: reputandum eſt, ꝙ medietas ciuitatis non ſit bene ordinata ſm leges. Deinde cum dicit.

Quod ibi contingit, volens enim legislator totam ciuitatem eſſe duram, ac laborum patientem. In viris quidem id feciſſe conſtat, in mulieribus autem non feciſſe: viuunt enim molliter, ac in omnem licentiam diſſolutæ.

Oſtendit quid circa hoc obſeruaretur apud Lacedæmonios, ibi enim accidebat prædicta inordinatio mulierum: cum enim de intentione Legislatoris eſſet, ꝙ tota ciuitas eſſet potens ſuſtinere & abſtinere à delitiis, hoc quidem bene obſeruabatur quantum ad viros, ſed mulieribus hoc inſtituere legislator neglexit. Viuunt.n.ibi mulieres voluptuoſe ſecundum omne genus intemperantiæ, & etiam delitioſe. Deinde cum dicit.

Itaq; neceſſarium in tali rep. diuitias haberi in precio. Præſertim cum viri ſint mulieribus obnoxij, quod accidit omnibus ferme militaribus, bellicoſiſq; gentibus, præterq; Celtis, aut ſi q alij coitum maſculorum palam receperunt. Videtur aũt qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxiſſe, qm̃ omnes huiuſcemodi homines proni ſunt ad venerea, illiſq; obnoxij, itaque apud Lacedæmonios hoc fuit. Multaq; in eorum principatu à mulieribus adminiſtrabãtur. At.n.quid refert, vtrum mulieres ipſę gubernẽt, an eos q gubernant, à mulieribus gubernari? Ita enim accidit. Cumq; inſolẽtia ad nullum obſequiũ vtilis ſit, niſi forte ad bellum, maxime nociuę etiã ad hoc ipſum Laconum mulieres erant. Pateſecerunt hoc in Thebanorũ aduentu, non.n.magis vtiles præſtiterunt ſe, q; aliarum ciuitatum mulieres, & turbam inſerebant, magis, q; hoſtes.

Oſtendit quæ inconuenientia ſequebantur, & ponit quatuor, quorum primum eſt, ꝙ neceſſarium eſt in tali politia, in qua mulieres ſic delitioſe viuant, ꝙ viri multũ apprecient diuitias, & cõcupiſcant eas, vt ex his ſatisfacere poſſint delitiis mulierum, q ſine magnis ſumptibus eſſe non poſſunt. Hoc aũt multum facit ad hoc, ꝙ mores corrũpantur in ciuitate, quod multum curent de diuitiis. Ex hoc enim ſequitur, ꝙ oĩa in ciuitate ſint venalia, qđ corrumpit ſtatum ciuitatis. Secundum inconueniens ponit.ibi. {Præſertim cum viri &c.} Et dicit, ꝙ ſi cogatur multitudo ciuium vt nimis abſtineat à mulieribus, ſequitur ꝙ labantur ad turpe vitium, ſ.ad coitum maſculorum, ſicut accidit multis militantibus & bellicoſis viris, & quibuſcūq ſimilibus. Qui.n.primo fabuloſe induxit, ꝙ Mars fuit maritus Veneris: non irrationabiliter eſt locutus, quia viri bellicoſi, qui ſunt martiales, luxurioſi ſunt, & inhiant, vel ad coitum maſculorum, vel mulierũ. Dicitur.n.in lib.de Problematibus, ꝙ equitantes continue, luxurioſi magis fiunt, quia propter caliditatem & motum, hoc patiuntur, quod accidit in coitu, hoc etiam quod frequenter vacant à negociis, eos luxurioſos facit. Et hoc etiam accidit Lacedæmoniis propter hoc, quod E ad nimiam continentiã mulierum legiſlator eos induxit. Tertium inconueniens ponit.ibi. {Multaq; in eorũ principatu &c.} Et dicit, ꝙ mulieres in Lacedæmonia, propter hoc ꝙ delitioſe viuebant, pręſumptuoſæ reddebantur, & volebant ſe de omnibus intromittere: ita ꝙ etiam in principatibus ciuitatis, multa diſpenſabantur per mulieres, & tñ nihil differt vtrum ipſę mulieres principentur, vel ipſi principes ſub mulieribus regantur, ꝙ eis ſubiecti ſunt propter inſolentiam mulierum. Idem enim accidit vtroq; modo, vt.ſ.ciuitas male regatur, qa mulieres deficiunt ratione. Quartum inconueniens ponit.ibi.{Cũq; inſolentia ad nullum obſequium &c.} Mulieres.n.Lacedęmoniorum propter delitias inſolentes & audaces reddebãtur. Audacia autem in ciuitate ad nihil circum adiacentium negociorum vtilis eſſe poteſt, niſi ad bellum, & tñ ad hoc etiam audacia illarum mulierum erat nocua, quod quidem manifeſtatum fuit in bello, quod habuerunt cum Thebanis, in quo mulieres ad nihil vtiles F erant, nolentes facere miniſteria, quæ in aliis ciuitatibus mulieres faciunt. Sed viris pugnantibus maiorem tumultum inſerebant, q̃ etiam inimici, volentes forte de omnibus ſe intromittere. Vnde ex his patet remiſſionem mulierum nocuam fuiſſe. Deinde cum dicit.

Ab initio igitur rationabiliter contigiſſe Lacedæmoniis videtur in mulieres indulgentia, cum per militiam multum domo abeſſent. Argiuis primo, mox Arcadibus & Meſſeniis bellum inferentes. Irrefragantes.n.ſeipſos legislatori præſtabant, aſſuefacti, propter militarem vitam. Multas enim continet vtilitatis partes. Mulieres autem fertur Licurgus deducere conatus ad leges, at vbi repugnabant, abſtinuiſſe. Cauſæ igitur factorum hæ ſunt, itaq; & huius G admiſſi. Sed nos non id conſideremus, cui venia danda ſit, vel non danda: ſed rectum'ne ſit, vel non rectum, q̃ porrò circa mulieres nõ bene ſe habent, videntur vt diximus ante, non ſolum ipſa per ſe indecentiam quandam facere in rep. ſed impellere quoq; ad cupiditatẽ pecunię.

Oſtendit cauſam prædictæ obſeruantiæ. Et dicit, ꝙ rationabiliter Lacedæmoniis accidit à principio remiſſio diſciplinæ circa mulieres, quia propter militiam, cui totaliter dedita erat ciuitas, multo tempore peregrinabantur, extra domum, pugnantes contra Argos & Arcades & Meſſenios. Et ideo mulieres, quæ remanebant domi abſque viris, ad libitum viuentes nullam diſciplinam à viris habentes, & ex hac etiam cauſa contingit, ꝙ viri facti ſunt virtuoſi in multis. Vacantes enim rebus bellicis ſe exhibebant promptos ad obediendum legiſlatori ꝓ- H pter conſuetudinem militaris vitæ, quæ multas in ſe continet partes virtutis. Requirit.n. talis vita maximam obedientiam & abſtinentiam à delitiis, & perſeuerãtiam in laboribus & rebus doloroſis. Poſtmodum Licurgus legiſlator Lacedæmoniorum conatus fuit mulieres reducere ad rectam diſciplinam legum: Sed mulieres omnino reſtiterunt propter prauam cõſuetudinem: & ideo oportuit, ꝙ legiſlator deſiſteret ab incepto. Hæ ſunt igitur cauſæ eorum, quæ fiebant apud Lacedæmones & poteſtates mulierum, quę apud eos erat, & quamuis ex rationabili cauſa hoc acciderit, abſq; eorum culpa, & ſic ſint excuſandi: tamen nos non conſideramus modo quibus oporteat dare veniam, vel non dare. Non enim intendimus eos laudare vel vituperare, ſed oſtendere quid recte ſe habeat, vel non recte. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ea, quæ non bene ſe habebant circa mulieres apud eos, nõ ſolum erant indecentiæ ſm ſe politiæ eorum, ſed etiam in animis

mis ciuium aliquid addebant ad amorem pecuniæ, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

Poſt illa enim, quæ nunc dicta ſunt, inęqualitatem rerum poſſeſſarũ quis reprehendat: nam eorum quibuſdã hoc euenit, vt magnã nimium opulentiam haberent: aliis verò, vt penitus exiguam. Quapropter ad paucos deuenerũt agri.

Agit de politia Lacedęmoniorum quantum ad poſſeſſiones. Et primo improbat politiam ipſorum circa poſſeſſiones, oſtendens eam eſſe nocuam ciuitati. Secundo oſtendens eam eſſe contrariam legiſlatoris intẽtioni. ibi. {Contraria autem &c.} Circa primum tria facit. Primo ꝓponit, ꝙ apud eos erat irregularitas poſſeſſionũ. Secundo oſtendit vnde prouenerit. ibi. {Hoc aũt &c.} Tertio oſtendit nocumentum, quod ex hoc eſt ſecutũ. ibi. {Ex quo factum eſt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſt prædicta, quæ reprobanda ſunt in hac politia circa ſeruos & mulieres, poteſt etiam eos aliquis increpare, quia circa irregularitatem poſſeſſionis delinquebant. Accidebat.n. apud ipſos, ꝙ aliqui habebant valde magnas poſſeſſiones. Aliĳ verò habebant valde modicas, ita ꝙ quaſi tota regio ad dominium paucorum peruenerat. Deinde cum dicit.

Hoc aũt ex eo accidit, quia male fuerat lege prouiſum, emere quidem aut vendere, quod habeas, fecit non honeſtũ: recte id quidem, ſed donare, ac teſtamento relinquere conceſſit. Atq; idem accidat neceſſe eſt, ꝑ hunc modum, & illũ. Sunt.n. mulierum fere ex quinque partibus totius regionis duę, multis hęredibus inſtitutis, & traditione dotium magnarũ. Atq melius erat, aut nullam, aut paruã, aut mediocrem eſſe cõſtitutam. Nunc aũt licet donare ex teſtamẽto cuicũq; etiam ſi nullo inſtituto hærede deceſſerit.

Oſtendit vnde hæc irregularitas proceſſerit, & dicit, ꝙ hoc ꝓceſſit ex praua ordinatione legis. Statuit.n. legiſlator apud eos, ꝙ ciuis non eſſet dominus vendendi & emendi, vt.ſ. poſſet poſſeſſionem ſuam vẽdere, aut emere alienam quacunq; ex cauſa. Et hoc quidem bonum fecit ad regulandas poſſeſſiones, non tñ recte, quia non ſufficienter. Dedit.n. poteſtatem ciuibus, vt quibuſcũq; vellent darent inter viuos, vel etiam derelinquerent in teſtamento bona ſua, ex quo etiã accidebat irregularitas poſſeſſionum, ſicut ex emptione & venditione: ita ꝙ ſi totum, eorum territorium diuideretur in quinque partes, duæ illarum partium iam peruenerãt ad mulieres. Tum quia multę earum erant inſtitutæ hæredes à viris morientibus: tum etiam quia qñ nubebant, accipiebãt magnas dotes. cum tñ multo melius ſit, ꝙ vel nulla dos detur, vel modica, vel moderata. Sed apud Lacedæmonios licebat cuilibet in teſtamento dimittere hęredem bonorum ſuorum quemcunque voluerit: & ſi in ſua morte non velit dimittere hæredem, poteſt diſtribuere bona ſua cuicunque voluerit. Deinde cum dicit.

Ex quo factum eſt, vt regio ſufficiẽs mille & quingẽtos equites aleret, peditum verò 30 millia, ne mille quidem totos habeat. Probauit aũt res ipſa praue apud illos in hac parte fuiſſe ꝓuiſum, Qm̃ vno modo plaga ſuſcepta, ciuitas ea corruit, nec vltra pertulit ob hominum paucitatem. Aiunt etiam per tempora priorum regum, nouos homines permultos ciuitate donatos, ob numerum ciuium, qui bello diminuti

A fuerant, ad augẽdum, & aiunt fuiſſe qñq; Sparciatas decem millia: attamen ſiue ſint iſta vera, ſiue nõ ſint, melius eſt per adæquationem poſſeſſionum replere hominibus ciuitatem.

Oſtendit quod nocumẽtum ſit inde ſecutum, & dicit, ꝙ cum tanta ſit eorum regio.i. territorium, ꝙ poſſet nutrire mille quingentos equites, & ſuper hoc 30 millia bellatorum peditum, ad tantam paucitatem deuenerãt, poſſeſſionibus deuenientibus ad paucos, ꝙ non erãt niſi mille bellatores in ciuitate. Et ſic per opera eorum manifeſtum eſt, ꝙ prędicta inſtitutio mala erat: quia ciuitas illa ex hoc deperiit, cum nullam grauem hoſtilem plagã ſuſtinuerit. Dicitur autem, ꝙ in antiquis temporibus extendebant politiam ſuam quantum poterant, vt haberẽt multitudinem bellatorum: ita ꝙ aliquando, vt dicitur, Lacedæmones habuerũt in exercitu ſuo 10 millia armatorum. Sed ſiue iſta ſint vera, ſiue non, tamen opportu-

B num eſt, ꝙ per regulatas poſſeſſiones ciuitas viris repleatur, quod aliter fieri non poteſt. Quia ſi poſſeſſiones ad paucos deuoluantur, aliĳ propter paupertatem deſerent ciuitatem. Deinde cum dicit.

Contraria etiam quodãmodo eſt huic prouiſioni lex illa circa prolem. Volens.n. legiſlator quàm plurimos fore Sparciatas, inducit ciues ad multitudinem procreandam. Eſt.n. illis lex, q tres genuerit filios eum eſſe immunem à cuſtodia, qui verò quatuor immunem eſſe ab oĩbus. Atqui patet, ꝙ ſi multi gignantur, regione ſic diſtributa, neceſſariũ eſt multos fieri pauperes.

Oſtendit ꝙ prædicta irregularitas poſſeſſionum erat contraria intentioni legiſlatoris, qui propoſuerat quãdam legem circa filiorum generationem cõtrariam præ-

C dictæ inſtitutioni, ex qua ꝓcedebat irregularitas poſſeſſionum. Intendens.n. legiſlator ad hoc, ꝙ eſſent plures ciues in ciuitate, ꝓuocauit eos ad hoc, ꝙ generarent multos filios quibuſdam immunitatibus: erat.n. ſtatutum lege apud eos, ꝙ ille qui genuiſſet tres filios eſſet ſine cuſtodia, quia.ſ. non tenebatur ire ad cuſtodiam ciuitatis, qui autem genuerat quatuor filios, erat immunis ab oĩbus vectigalibus & tributis: & tñ manifeſtum eſt, ꝙ ſi obſeruetur prędicta regularitas in diuiſione poſſeſſionum, neceſſe erit, ſi generentur plures filĳ, ꝙ ſint multi pauperes in ciuitate, qđ eſt nocuum ciuitati, vt ſupra dictum eſt.

LECTIO XIIII.

Quòd Lycurgus in Ephoris, Phidiciis, & tributis cõſtituendis, plurimum à rectitudine aberrarit.

At enim & quæ circa Ephoros conſtituta ſunt, praue ſe habent: hic.n. magiſtratus

D maximarum apud illos rerum poteſtatẽ habet. Sumuntur aũt ad eum ex plebe omnes, vt multoties cõtingat homines valde pauperes in hac poteſtate conſtitui, qui propter egeſtatem venales ſint. Oſtenderunt id & ſępe prius, & nũc in Andriis. Corrupti.n. pecunia qdam, quantũ in ſe fuit remp. euerterunt. Et ꝓpter eius magiſtratus nimiam poteſtatẽ, ac tyrãnidi parem, reges ipſos populares fieri cõpulerunt, vt in hac quoq; parte reſp. lęderet. Popularis.n. ſtatus ex optimate reſultauit. Continet tñ remp. magiſtratus iſte, acquieſcit.n. plebs, ex eo quia maximi magiſtratus capax eſt. Ita, ſiue ꝑ legiſlatorẽ, ſiue per fortunam euenit hoc, vtiliter ſe habere.

Oportet enim remp. quæ duratura ſit, velle, vt oēs ciuitatis partes conſtent, atque in ſtatu ſuo permaneant. Reges ergo ꝓpter honorem ſuū ita ſe habebunt. Præſtantes aūt viri propter ſenatum: nam ea dignitas virtutis eſt præmium. Plebs aūt propter Ephoriam: nam cōſtituitur ex omnibus. Sed oportebat hūc magiſtratum ſumi quidem ex omnibus: non tñ per hunc modum, per quem nunc fit. Eſt.n. nimium puerile præterea & iudicandi de magnis rebus poteſtatem habent homines contingētes: itaq; melius foret non ſm propriam mentem eos iudicare, ſed ſm literas, & leges. Eſt aūt Ephororum vita nequaquam conueniens propoſito ciuitatis: nam Ephori quidem molliter viuunt. In cæteris autem tanta aſperitas eſt vitæ, vt nequeant homines illam perferre, ſed clam tranſgredientes legem voluptatibus fruantur.

Poſtq; Philoſophus proſecutus eſt de politia Lacedæmoniorum, quantum ad ea quæ habentur à ciuibus, ſ. ſeruos, mulieres, & poſſeſſiones: hic proſequitur de eadem politia quantum ad ipſos ciues: & primo quantum ad principes. Secundo quantum ad populum ibi. {Non bene &c.} Tertio quantum ad bellatores viros. ibi. {De regia vero &c.} Erāt autem tres principatus apud Lacedæmones, vt etiam ſupra tactum eſt, ſ. Ephori, i. prouiſores, & de his primo tractat. Et iterum ſeniores quidam, & de his tractat ſcđo. ibi. {Seniorum &c.} Erat etiā rex in ciuitate, & de hoc tractat tertio. ibi. {De regia &c.} Circa primum improbat principatum Ephororū quantum ad quinque. Primo quidem quantum ad conditionem perſonarum, quę in hoc principatu conſtituebatur. Et dicit, ꝙ ea quę erant circa hunc principatum praue ſe habebant: hic.n. principatus habebat dominium & poteſtatem, ſuper ea quę erant maxima in ciuitate: puta circa indicēda bella, vel faciendam pacem, & circa electiones militum, & alia ſimilia. Et tamen ad iſtum principatum omnes eligebantur ex populo, ita ꝙ qñq; accidebat ꝙ homines valde pauperes aſſumebantur ad talem principatum, qui propter penuriam venales erant, & facile poterant corrumpi muneribus, quod quidem prius multoties oſtenderant. Sed nuper oſtenderūt in quodam negocio, quod habebant cum Andriis, corrupti.n. fuerunt ab eis argento, ita ꝙ quantum in ipſis fuit, totam ciuitatem periculo expoſuerūt. Secundo ibi. {Et propter eius magiſtratus &c.} improbat prædictum principatum quantum ad magnam poteſtatem quam habebat. Et dicit, ꝙ quia iſte principatus erat valde magnus, & quaſi æqualis tyrānidi, ita attenuabat poteſtatem regiam, ꝙ eum cogebat, vt permitteret, ꝙ populus ſeipſum regeret parum obediens legi. Et ſic corrumpebatur tota politia ipſorum, quia ex optimate degenerabat in popularem ſtatum, & tñ iſte principatus quantum ad aliquid erat vtilis, quia cōtinebat ciuitatem in pace, quieſcebat.n. populus à ſeditione propter hoc, ꝙ habebat partem in magno principatu. Et hæc vtilitas ſequebatur per experimentum in ipſa rebus, ſiue hoc fuerat ex intentione legiſlatoris, ſiue fortuitu acciderit. Oportet.n. ad hoc, ꝙ politia conſeruetur, ꝙ oēs partes ciuitatis velint eā eſſe, & ꝙ cuilibet parti ciuitatis ſufficiat, ꝙ permaneat in ſuo ſtatu, & hoc ibi contingebat: nam reges acceptabant ꝓpter honorem, quem ibi habebant. Præſtantes aūt. i. virtuoſi viri acceptabant, propter ſenatum. Iſte enim principatus erat virtutis præmium, ita ꝙ nullus ad eum aſſumebatur niſi virtuoſus, populus autem acceptabat propter principatum Ephororum, qui cōmunicabatur om-

E nibus. Tertio ibi. {Sed oportebat &c.} improbat prędictum principatum quantum ad electionem. Erat enim cōmendabile, ꝙ ad illum principatum aſſumerentur ex omnibus per electionem: ſed modus eligendi erāt valde puerilis, quia forte per ſortes, vel alio inconuenienti modo eligebant: ita ꝙ iſte deueniebat qñq; ad inopes, ſicut dictum eſt. Quarto ibi. {Et iudicandi &c.} improbat prædictum principatum quantum ad arbitrium, quod habebat. Et dicit, quod hoc erat improbabile, ꝙ quicūq; eſſent Ephori, habebant in ſua poteſtate arbitrium iudicandi de rebus magnis. Melius.n. erat, ꝙ non iudicarent ſm proprium arbitrium, ſed ſm aliquas ſcripturas & leges. Quinto ibi. {Eſt autem &c.} improbat prędictum principatum quantum ad eorum conuerſationem. Et dicit, ꝙ eorum diſciplina in cibis, & veſtibus, & potibus, & aliis huiuſmodi non conſonabat voluntati ciuitatis, quia in quibuſdam erat valde remiſſa, puta forte in veſtibus vel in ocio. In aliis autem puta forte in cibis & venereis, imponebatur eis dura lex: forte ꝓpter hoc, vt non
F emolleſcerent, ita ꝙ non poterant eam ſuſtinere, ſed occulte tranſgrediebantur legem ſibi poſitam fruentes corporalibus delectationibus. Et ſic eorum conuerſatio erat contra intentionem ciuitatis. Deinde cum dicit.

Senatorum quoq; poteſtas non recte apud illos cōſtituta eſt. Nam ꝙ ſint viri boni ac ſufficienter ad virtutem eruditi, dicet forſan aliquis ciuitati conducere. Enimuero, ꝙ per omnem vitam magnis de rebus decernēdi poteſtatem habeant, periculoſum eſt. Eſt.n. vt corporis, ſic etiam & mentis ſenectus. Per hunc autem modum eruditis, vt & legiſlator ipſe diffidat, tanq̄ non bonis viris, nequaquam tutum. Videntur autem hi, qui in hac poteſtate conſtituti ſunt,
G largiendi, gratificandiq; permultam, facultatem habere, quapropter melius erat eos rationi reddendæ ſubiectos eſſe, nunc autem nō ſunt. Videtur autem Ephororum magiſtratus oēs alios magiſtratus corrigere: in hoc autem nimium certe illis ꝑmiſſum, & non ꝑ hunc modum dicimus rationem reddere oportere.

Improbat politiam prædictam quantum ad principatum ſeniorum. Et primo quantum ad poteſtatem ipſorum. Secundo quantum ad electionem eorum. ibi. {Inſuper creatio &c.} Dicit ergo primo, ꝙ apud Lacedęmones non bene ſe habēt ea, quæ pertinent ad principatum ſeniorum: manebant enim perpetuo in principatu. Si.n. huiuſmodi ſeniores poſſent inueniri, qui eſſent virtuoſi, & ſufficienter inſtructi ad virilem bonitatem, poſſet forte aliquis dicere, ꝙ expediens eſſet ciuitati, ꝙ perpetuo
H manerent in principatu: quamuis, etiam ſi eſſent perfecte virtuoſi, formidabile eſſet ciuitati, ꝙ aliqui eſſent habentes dominium & poteſtatem ſuper magna iudicia ciuitatis, & hoc per totam vitam ſuam, quia ſicut virtus corporis ſenectute debilitatur, ita etiam pleruꝙ; virtus mentis, quia poſtquam ſeneſcunt homines, non habent nec illud robur animi, nec illam viuacitatem ingenii, quā habebant in iuuentute ꝓpter debilitatem virtutum ſenſitiuarum deſeruientium parti intellectiuæ. Multo plus igitur formidandū eſt aliquos principari ꝑ totam vitam, ſi ſunt iſto modo inſtructi ad bonum, ſicut erāt apud Lacedæmones, ita ꝙ etiam legiſlator non confidebat de eis omnino, ſicut de bonis viris, quia non omnia committit eis. Frequenter aūt tales volunt videri liberales in plebē, vt capient ſibi fauorem populi, & ſic abſq; vtilitate ciuitatis diſpergunt bona communia. Vnde melius eſt, ꝙ habeant quandam correctionem, talem, ſ. vt ſi deficientes inueniantur,

inueniantur, poſſint amoueri: nunc autem ſunt abſque tali correctione. Habebant tamen aliquam correctionem, quia principatus Ephororũ poterat corrigere omnes principatus, impediendo.ſ.ne ſententiæ eorum procederent, ſed videntur male facere, & hæc erat maxima dignitas Ephororum. Sed nos intelligimus de alia correctione, vt.ſ.poſſint amoueri, quod Ephori facere non poterant. Deinde cum dicit.

Inſuper creatio ipſa ſenatorum: quã per ſuffragia faciunt, perleuis eſt, ac ipſum petere qui eligendus ſit, non recte ſe habet: oportet.n.& volentem, & non volentẽ ad magiſtratum aſſumere, ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nunc autem idem facere in hoc videtur legiſlator, quod & in alia rep. Ambitioſos.n.faciẽs ciues illis vtitur ad ſenatorum delectum. Nemo.n.magiſtratum petet, niſi honoris ſui affectator, atqui pleraque eorum, quæ homines iniuſte faciunt, per ambitionem & auaritiam committuntur.

Improbat prædictum principatum quantum ad electionem ipſorum, & hoc duplici ratione, circa quarum primam dicit, ꝙ electio ſeniorum, quæ fiebat apud eos, erat valde puerilis. Erat,n.apud eos ordinatum, vt illi qui digni viderentur tali principatu, peterent ipſum, qđ non recte ſe habet, qa ſm hoc nullus aſſumeretur ad principatum niſi volẽs. Oportet autem aliquem, qui dignus eſt principatu, aſſumi ad principatum, ſiue velit, ſiue nõ velit, quia vtilitas communis eſt præferenda propriæ voluntati ipſius. Secundam rationem ponit.ibi. {Nunc autem &c.} Et dicit, ꝙ per hanc ordinationem circa electionem ſenum, legiſlator videtur facere ciues amatores honoris, ſicut & circa aliquam partem politiæ, i.circa electionem Ephororum, vel etiam circa quæcunque alia, quæ faciebant ciues honoris amatores. Et ꝙ hoc facerent in electione ſenum patet. Nullus enim peteret principatum, niſi principari volens, quod eſt amare honorem. Si ergo nullus haberet principatum niſi petens, ſequeretur, ꝙ ſoli amantes honorem principarentur, & ita omnes prouocarentur ad amãdum honorem, & hoc eſt valde periculoſum ciuitati, quia maior pars iniuſtitiarum, quæ in ciuitate accidunt ex volũtate hominum, ſicut ſunt violentiæ, rapinæ, & huiuſmodi, fiunt propter amorem honoris & pecuniæ. Vnde patet, ꝙ talis ordinatio eſt periculoſa ciuitati. Deinde cum dicit.

De regia vero poteſtate, vtrum melius ſit eã in ciuitatibus exiſtere, necne, alia foret diſputatio: attamen melius, non vt nunc quidem: ſed pro vita cuiuſque regis iudicare. Quod autem ne ipſe quidẽ legiſlator credit ſe facere bonos, & honeſtos, manifeſtũ eſt: diffidit enim quaſi non ſint ad ſufficiẽtiam boni viri. Itaq; legatos ſimul mittebant inimicos, ac ſalutem ciuitatis eſſe putabant ſeditiones regum.

Improbat prędictam politiam quantum ad principatum Regium, & dicit, ꝙ vtrum expediat ciuitati habere regem vel non, tractabitur inferius, ſ.in tertio, ſed ſuppoſito, ꝙ melius ſit habere regem, non eſt hoc melius, ſicut erat apud Lacedęmones, qui non per totam vitam regnabant: ſed melius eſt, ꝙ vnuſquiſq; habeat iudicium regiũ per totam vitam ſuam, quia rex eſt vtilis ciuitati, vt ſua poteſtate efficaciter cõſeruet ſtatum ciuitatis. Quod fieri nõ poteſt niſi per vitam regnauerit, quia & ipſe timebit alios offendere, & alij minus eum timebunt. Secus autẽ eſt de ſenioribus, qui ad conſilia vel ad iudicia quædam eligebãtur. Cauſa autem quare legiſlator apud Lacedę-

A mones inſtituit non eſſe reges perpetuos eſt iſta, quia reputauit, ꝙ non poſſet facere ciues aliquos pfecte bonos. Vnde diffidit de ciuibus quaſi de non perfecte bonis exiſtentibus, & propter hoc quando mittebant aliquos legatos ſeu nuncios, eligebant aliquos inimicos, vel diſſentientes, vt vnus alium impediret, ſi vellet facere cõtra bonum ciuitatis. Et ſimiliter putabant eſſe ſalutẽ ciuitatis, ſi regi diſſentirent, qui ſibiinuicem ſuccederent, qa vnus emẽdabat, quod alius maleſeciſſet. Deinde cum dicit.

Non bene etiam circa comeſſationes, quæ illi phidicia nominant, cõſtitutum eſt ab initio: oportebat enim magis ex publico eſſe conuentum, quemadmodum in Creta, ſed apud Lacedæmonios vnuſquiſq; conferre habet, & ſi ſint quidam lõge pauperrimi, qui huius ſumptum nequeant cõferre. Ex quo fit, vt legiſlatori con-
B tra eueniat, q̃ ipſe voluerit. Voluit enim ciuitatem popularem facere per comeſſationes, ſed contra accidit, cum non ſit facile pauperibus comeſſationum eſſe participes. More enim maiorum ſic apud eos diffinitur, vt qui comeſſationum particeps eſſe nequeat, is ad reip. gubernationem non admittatur.

Improbat prædictam politiam quantum ad ea, quæ pertinent ad populum.ſ.quantum ad conuiuia publica quæ erant in ciuitate: & dicit, ꝙ lex non bene ordinauerat de huiuſmodi conuiuiis, quia melius eſſet, ꝙ hmõi congregatio conuiuij fieret de expenſis cõmunibus ciuitatis, ſicut fiebat apud Cretenſes, q̃ ꝙ fieret de his quæ ã ſingulis afferrent, ſicut fiebat apud Lacedæmones, apud quos etiam & valde pauperes oportebat aliqd ferre ad huiuſmodi ſumptus, & hoc erat deſtructio pauperum, q
C non poterant expendere. Vnde circa hoc accidebat contrarium intentioni legiſlatoris, qui inſtituit huiuſmodi conuiuia, quaſi aliquid in fauorem populi, vt.ſ.populus aliquam recreationem haberet in huiuſmodi conuiuiis, ſed ſm hãc legem conuiuiorum ſequebatur, ꝙ eſſent huiuſmodi conuiuia in magnum detrimentum populi, qa ſm hoc populares non de facili poterant principari: erat enim lex apud eos, ꝙ qui non ponerent aliquid ad huiuſmodi ſumptus, non haberent partem in politia ipſorum: quia nec poterant fieri principes, nec habebant vocem in electione principum. Deinde cum dicit.

Legem verò, quæ eſt circa præfectos claſſis, & alij quidem improbarũt. Recte quidẽ: eſt.n. ſeditionis cauſa: nam cũ reges ſint belli duces, pręfectura illa perpetua fere alterũ eſt imperiũ.

D Improbat prædictam politiam quãtum ad viros bellatores: & primo quantum ad bellatores belli naualis. Secundo cõmuniter quantum ad omnes.ibi. {Et ſic ſuppoſitioni &c.} Tertio quantum ad ipſorũ ſtipendia.ibi. {Male enim &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quidam alij recte increpauerunt legem Lacedæmoniorum, quæ erat circa principes nauigij, eo ꝙ erat cauſa ſeditionis. Cum enim haberent reges quaſi ſempiternos, qui præerant terreſtri militię, principatus nauigiorum fiebat quaſi alterum regnum: & ita habebant quaſi duos reges, quod poterat eſſe materia diſſenſionis. Deinde cum dicit.

Et ſic ſuppoſitioni legiſlatoris ſuccẽſeri poteſt, qđ & Plato in legibus ſuis cẽſuit. Ad partem enim virtutis tota ordinatio illarum legũ contendit, ſ.bellicam. Hæc autem vtilis ad victoriam conſequendam, itaque ſalui erant bel-

lum gerentes: peribant verò rerum potiti, qm̃ nec ocium agere, nec quicq̃ aliud exercere ſciebant præſtabilius, q̄ rem militarem. Illud quoq; erratum non ſanè minus, ꝙ putauit bona illa, q̃ ad bellum pertinent, ex virtute magis, q̃ ex vitio fieri: & in hoc qdem rectè, ſed ꝙ hæc potiora q̄ virtutem ipſam putant, in hoc nõ rectè.

Improbat prædictam politiam communiter quãtum ad omnes viros bellatores, & dicit, ꝙ aliquis rectè poteſt increpare ſuppoſitionem legiſlatoris, i. illud quod ſupponebat tanq̃ finem, ad quem totam politiam ordinabat, & hoc etiam Plato in ſuis legibus increpabat, ꝙ omnes leges eorum ordinabãtur ad vnam partem virtutis, ſ. ad bellicam, ꝓpter hoc, ꝙ erat vtilis ad dominandum aliis. Et ideo quia bene ſe habebant in his, quæ pertinent ad bellum: male autem in his, quæ pertinent ad ſtatus politici gubernationem: ſequebatur, ꝙ in bellis conſeruabãtur, ſed quando iam adepti erant principatum, imminebant eis multa pericula, quia neſciebant viuere in pace, neq; erant exercitati aliqua alia meliori exercitatione, q̃ bellica, quod non erat paruum peccatum. In hoc enim bene opinabantur, ꝙ putabant res bellicas melius tractari per virtutem hominum, q̄ etiam per militiam, quia vt dicitur in 3. Ethic. Homines virtuoſi non parcunt vitæ, vbi bonum eſt perſiſtere: milites verò quando ſupercreſcunt pericula, deficiunt: non enim confidunt vlterius poſſe liberari per experiẽtiam & induſtriam armorum. Sed non bene opinabantur quantum ad hoc, ꝙ putabãt virtutem, qua homo bene ſe habet in bellis eſſe optimã, cum aliæ virtutes, ſ. prudentia, & iuſtitia, ſint digniores fortitudine, & ipſum etiam bellum eſt propter pacem, non autem econuerſo. Deinde cum dicit.

Male etiam circa pecunias publicas conſtitutum apud illos eſt, quia neq; in publico habent quicquam, & magna bella gerere coacti pecunias ægre conferunt: nam quia Sparciatarum eſt plurimum agri, non examinant inuícem collationes, & euenit legiſlatori, contra quam commodum eſt, publice inopiam, priuatim auaritiam inducere. De Lacedæmoniorũ igitur repub. hactenus dictũ ſit: nam hæc ſunt, quæ maxime quis reprehendat.

Improbat prędictam politiam quantum ad ſtipendia militum vel circa ærarium publicum, & dicit, ꝙ apud Lacedæmones non erat bene ordinatum de cõmunibus pecuniis. Nihil. n. habebat ciuitas in cõmuni, cum tamẽ frequenter cogeretur magna bella agere: & iterum ſinguli ciues male miniſtrabãt neceſſaria ad tales ſumptus: non. n. requirebatur á ſingulis auctoritate alicuius poteſtatis publicæ, ſed cõmittebatur voluntati cuiuslibet vt daret, quod vellet. Quod iõ ſtatuit legiſlator, quia ciues habebant multas poſſeſſiones, & poterant ſine aliquo grauamine multa dare, ſed accidit contra vtilitatem, quã legiſlator intendebat, quia ipſe reddidit ciuitatem ſine pecuniis publicis, & priuatas perſonas & viles fecit amatores pecuniarum, dum conarentur tantum lucrari, ꝙ poſſent, & ſibi, & cõmunitati prouidere. Vltimo aũe epilogando concludit, ꝙ ea quæ dicta ſunt videntur improbabilia in Politia Lacedæmoniorum.

LECTIO XV.

Cretenſem rem publicam Spartanæ comparat, & quibus in rebus deficere videtur, oſtendit.

CRetenſium verò reſp. huic finitima eſt, habet autem quædam non deterius, ſed plurima minus nitide.

E Poſtquam ſuperius auctor proſecutus eſt de politia Lacedæmonica, hic proſequitur de politia Cretenſi, & primo comparat hanc politiam ad præcedentem. Secundo improbat eam. ibi. {De quibus &c.} Circa primũ tria facit. Primo ponit in communi comparationem iſtarum politiarum. Secundo aſſignat rationem poſitæ comparationis. ibi. {Videtur autem &c.} Tertio explicat prædictam comparationem in ſpeciali. ibi. {Habet. n. conuenientiam &c.} Dicit ergo primo, ꝙ politia Cretenſium eſt ꝓpinqua politiæ Lacedęmonicæ in quibuſdam, tñ differt in aliquibus, in quorum paucis non ſe habet deterius q̃ politia Lacedæmonica, ſed melius, ſed in pluribus ſe habet minus nitide, i. minus expedite & conuenienter ad bonum ſtatum ciuitatis. Deinde cum dicit.

Videtur autem & fertur Lacedęmoniorum reſp. in pluribus imitata Cretenſem. Vetuſta autem pleraque rudiora ſunt nouis. Ferunt. n.
F Licurgum poſt dimiſſam Charilli regis tutelam: cum longo tempore peregrinaretur, in Creta plurimum fuiſſe diuerſatum, propter cognationem: erant enim Lytij Lacedęmoniorũ coloni, ſuſceperant autem hi, qui in eam Coloniam venerant inſtituta legum, tunc in antiq̃s habitatoribus obtinentia. Quapropter & nũc Periœci eodem modo illis legibus vtuntur, quomodo eas Minos conſtituit primus.

Aſſignat cauſam præmiſſæ comparationis, & primo oſtendit huius cauſam fuiſſe ex hoc, ꝙ Lacedæmonica ſumpta eſt á Cretenſi. Secundo aſſignat cauſam quare Cretenſis fuit prior. ibi. {Videtur autem hæc &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cauſa prædictorum eſt, quia politia Lacedæmonica in pluribus imitatur politiam Cretenſium
G tanq̃ antiquiorem: & ideo politia Cretenſis in pluribus peius ſe habet, quia videmus, ꝙ plurima de his, quę ſunt ab antiquis inuenta, ſunt minus dearticulata, i. diligenter diſtincta, q̃ ea, quæ ſunt inuenta á iunioribus. Dicũt enim ꝙ Lycurgus, qui inſtituit politiam Lacedæmonicã dimittens regnum Charilli regis Lacedæmoniorum multo tempore conuerſatus eſt apud Cretam propter amicitiam & affinitatem, quam habebant Lacedæmones ad Cretenſes. Et ideo Lacedæmones, qui venerant Cretam cauſa familiaritatis, ſuſceperunt inſtituta legum, q̃ tunc erant apud habitantes in Creta. Vnde videmus, ꝙ incolæ Cretenſes eodem modo vtuntur legibus ſicut & Lacedæmones, & hoc eſt ſecundum inſtitutionem Minois regis Cretenſium. Deinde cum dicit.

Videtur autem hæc inſula ad principatum græciæ eſſe nata ac præclare ſita: cuncto nãque imminet mari, cum ferè Græci oẽs circum ma
H re ſint poſiti: abeſt. n. hinc modicũ à Peloponneſo: illic verò ab Aſia circa Triopiũ & Rhodum. Quare imperiũ maris obtinuit. Minos, ac & inſularum alias ſubegit: alias verò dudũ incultas habitari fecit. Tandem Siciliam aggreſſus circa Camerinam defunctus eſt.

Aſſignat cauſam quare leges inter Græcos primo inuentæ ſunt apud Cretam. Dicit enim, ꝙ inſula Cretenſis videtur ſm ſitum terræ optime eſſe diſpoſita ad principandum Græcis, qui fere oẽs habitant circa mare. Inſula autem illa quaſi adiacet toti litori Græcię, & diſtat modicum á quadam peninſula quæ vocatur Peloponenſus, q̃ nunc dicitur Achaia: & ſilr verſus Aſiam propinqua eſt loco qui dicitur Triopium: & inſulæ quæ dicitur Rhodus: & ideo Minos qui fuit rex Cretenſis obtinuit principatum

cipatum in toto mari Græciæ, & inſula quaſdam prius habitatas per violentiam ſubegit, quaſdam autem de nouo habitari etiam fecit, ſingulis ſuas leges imponēs. Vltimo autem tranſiuit in inſulam Siciliæ, & ibi mortuus eſt circa Camerinum, id eſt circa montem Vulcani, vel Ethnæ, ex quibus ignis eructuat. Deinde cum dicit.

Habet autem conuenientiam Cretica inſtitutio cũ Laconica. Agriculturam exercēt apud hos quidē Ilote, apud illos vero Periœci. Et comeſſationes ſunt apud vtroſque. Et antiquitus nuncupabant Lacedæmonij has, non Phiditia ſed Andria, quemadmodum Cretes, ex quo palā eſt illas inde ꝓueniſſe, inſuper aũt & reip. inſtitutionem. Ephori namq; eandem vim habent, quam in Creta hi qui Coſmi appellātur, niſi, ꝙ Ephori quinq; ſunt. Coſmi autem decē. Senatores autē pares ſunt Senatoribꝰ, quos vocāt Cretes Cōſilium. Regia autē poteſtas fuit primo apud Cretas, poſtea illam ſuſtulerunt, imperio in bello ad Coſmos tranſlato. Concio autem omnibus communis eſt, ſed aliam nullā habet auctoritatem q̃ ea comprobandi, quæ à Senatoribus & Coſmis fuerint ante decreta.

Explicat in ſpeciali comparationem ſupra poſitam, & primo oſtendit in quibus conueniunt ambæ politiæ. Secundo in quibus politia Cretēſis habet melius. ibi. {Quę igit̃ &c.} Tertio in qbꝰ habet peius. ibi. {At circa &c.} Oſtendit autem primo, ꝙ hæ duæ politiæ proportionaliter ſe habent adinuicem in tribus conuenientes. Primo quidem in agricultura, quam habēt Lacedæmones, exercent Hilotæ ſerui, apud Crenteſes autem Periœci, id eſt miſtici ſerui ſcilicet habitantes in inſula. Secundo quantum ad conuiuia publica quæ apud vtroſq; fiunt, quæ quidem nunc apud Lacedæmones vocātur phiditia, ſed antiquitus vocabantur apud eos andria, ſic etiam vocantur nunc apud Cretenſes. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ Lacedæmones aſſumpſerunt à Cretenſibus. Tertio quantum ad ordinem politiæ, quia Ephori apud Lacedęmones habebant eādem poteſtatem, quam apud Cretas quidam qui dicebantur Coſmi, id eſt ornatores ſolo numero differentes, nam Ephori apud Lacedæmones erant quinque. Coſmi vero Cretenſium, erant decem. Similiter & ſeniores apud Lacedæmones erant æquales & numero & poteſtate ſenioribus Cretenſium, quos vocabant Conſiliū. Regnum autem primo fuit apud Cretēſes, ſicut & apud Lacedæmones, ſed poſtmodum diſſoluerunt regnum, & commiſerunt Coſmis ducatum bellorum. vtriq; etiam habent concionem, i. adunationem populi, quæ nullius rei habet poteſtatem, niſi approbandi ſententias Seniorum & Coſmorum. Deinde cum dicit,

Quæ igit̃ de comeſſationibus cōſtituta ſunt melius apud Cretas, q̃ apud Lacedęmonios ſe habētur, nā apud Lacedæmonios. vnuſquiſq; certū quid in ſingula capita taxatū ſoluit, quod niſi faciat, à rep. repellit̃, vt prius diximus. At in Creta cōius eſt, ex cunctis enim quæ à terra proueniūt, vel armentis ex publicis, & his quæ afferunt Periœci diuiſio fit, vt pars vna ad eorū cultum & ad publica onera, pars ad comeſſationes deputetur, ac ita ex publico educari omnes, & mulieres, & pueros, & viros. Ad tēperātiam autem cibi, quaſi vtilis ſit, multa legiſlator

A philoſophatus eſt, & de mulierum diuortiis, nē ſuperfluam pariant multitudinem proſpexit, alio introducto vſu, quod vtrum praue, vel nō praue conſtitutum ſit, aliud erit conſiderandi tempus. Sed, ꝙ circa comeſſationes melius prouiſum ſit apud Cretas, q̃ apud Lacedæmonios manifeſtum eſt.

Oſtendit in quibus melior erat politia Cretenſis, & dicit, ꝙ ordinatio conuiuiorum melior erat apud Cretēſes q̃ apud Lacedæmones, quia in Lacedęmonia vnuſquiſq; qui accedebat ad conuiuium oportebat, ꝙ aliquid exhiberet ſm caput ſuum, alioqui nō poterat participare politias, ſicut prius dictum eſt, ſed apud Cretenſes erat obſeruatio magis pertinens ad commune, quia de rebus publicis tam de fructibus terræ q̃ de pecoribus & de redditibus, quos reddebant incolæ qui colebāt terras, erat in-
B ſtituta quædam pars, quæ expenderetur in ſacrificia, & quædam pars, quæ expendebatur in conuiuia, vt in talibus conuiuiis homines & mulieres & pueri & viri nutrirentur de communi. Hoc erat autem & aliud proprium politiæ Cretenſium, ꝙ legiſlator eorum multa philoſophice induxit ad hoc, ꝙ modicum comederēt, quaſi hoc ſit valde proficuum & ſingulis & communitati. Volens etiam, ꝙ non procrearent multos pueros, ne multitudo hominum excederet quantitatem poſſeſſionis, voluit, ꝙ viri non multū cōmiſcerentur mulieribus, & ad hoc conceſſit turpem maſculorum coitum, ſed vtrum in hoc bene fecerit vel male poſterius conſiderabit̃, tamen hoc manifeſtum eſt, ꝙ ordinatio conuiuiorum melior erat apud Cretenſes q̃ apud Lacedęmones. Deinde cum dicit.

At circa Coſmos deterius q̃ circa Ephoros, quod enim mali habet Ephororū magiſtratus,
C idem eſt & in illis, ſumuntur enim quiuis. Sed quod in his prodeſt reip. illic non eſt. Nam hic ga ex omnibus aſſumptio eſt, particeps populus ampliſſimi magiſtratus vult manere remp. illic autem non ex omnibus ſumuntur Coſmi, ſed ex quibuſdam familiis, & ſenatores ex his, qui Coſmi iam fuerunt.

Oſtendit in quo peior erat Cretenſis politia, & dicit, ꝙ peior erat ordinatio apud Cretēſes de Coſmis q̃ apud Lacedæmones de Ephoris. Vnum enim malum eſt commune vtriſque, quia. ſ. apud vtroſq; aſſumūtur ad huiuſmodi principatum quicunque, i. homines tam probi q̃ non probi. Sed tamen apud Lacedæmones erat vnum bonum, quia poterant eligi de qualibet conditione hominum, & ideo populus quaſi habēs partē in maximo principatu bene volebat, ꝙ cōſeruaret̃ talis politia. Sed apud Cretenſes non eligebātur Coſmi ex qualibet hominum
D conditione, ſed ſolum ex aliquibus qui erant vel fuerant de numero Seniorū, & ſimiliter Seniores eligebantur ex quibuſdam qui fuerant Coſmi, quibus licebat dimittere ſuū principatū, vt infra dicetur. Et ſic populus in principatu Coſmorū non habebat partem. Deinde cum di.

De quibus idem dici poteſt, quod de his, qui apud Lacedæmonios fiūt, nam eſſe liberū magiſtratum atq; perpetuum maius eſt munus, q̃ dignitas eorum mereatur, et non ſecundum legem ſcriptam iudicare, ſed ſecundum, quod ſibi videtur, periculoſum eſt.

Improbat prædictam politiam, & primo quātum ad ſtatuta quæ ponebant. Secundo quantum ad remedia q̃ adhibebāt. ibi. {Medicina vero &c.} Circa primū duo facit. Primo improbat eorum ſtatuta. Secundo excludit

quandam

quandam reſponſionem. ibi. {Quieſcere &c.} Improbat autem politiam iſtam quãtum ad duo quæ etiam improbauit in politia Lacedæmonica, quorũ vnum eſt, ꝙ Coſmi & ſeniores principabantur per totam vitam ſuam ſine correctione, ideſt ſine hoc, ꝙ poſſent amoueri propter aliquam culpam, & ſic principatus erãt maiores q̃ dignũ eſſet. Secundum autem eſt, quia non principabantur ſm aliquas leges ſcriptas, ſed ꝑ ſe ſentẽtiãtes vel arbitrãtes, & hoc nõ erat ſecurũ ciuitati, quia eorũ iudicium poterat peruerti amore vel odio. Deinde cum dicit.

Quieſcere autem plebem non participantem, nullum ſignum eſt bene conſtitutæ ciuitatis, nec quicquam ſuſceptionis eſt Coſmis, quẽ admodum Ephoris, abeuntiq; per inſulam longe à contendentibus.

Excludit quãdam reſponſionem qua poſſent ſe defendere inducentes pro ſigno bonæ ordinationis, ꝙ ſemper abſq; ſeditione vixerint. Sed ipſe dicit, ꝙ hoc, ꝙ populus quieuerit apud eos à ſeditionibus non participans principatu, nõ eſt ſignum demonſtrans, ꝙ eorum politia ſit bene ordinata: hoc.n. contingebat quia Cretenſes longe peregrinabãtur ab aliis hominibus inſulam quãdam habitantes, & diſtantes etiam ab aliis, & ſic non habebant bella cum finitimis ſicut ſupra dictum eſt, & ſic Coſmi apud Cretẽſes non habebant aliqua recipere vel expẽdere propter bella, ſicut Ephori apud Lacedæmones, vnde populus non multum curabat tali principatu participare. Deinde cum dicit.

Medicina vero quam huic delicto adhibẽt, ridicula eſt, nec ciuilis ſed tyrãnica. Sępenumero.n. aut collegæ illorum, aut priuati homines inſurgẽtes, per ſeditionem Coſmos expellunt, licet etiã Coſmis ſeipſos magiſtratu abdicare. Enimuero hęc omnia pręſtabat lege fieri q̃ pro hominum voluntate, non.n. ſecura eſt regula.

Improbat remedia, quæ apud Cretenſes contra pericula erãt, & primo ponit ea. Secũdo improbat. ibi. {Per quam &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit remedia, quæ erant contra perſonas male principantium. Secundo remedium, quod erat contra ipſum principatum. ibi. {Omnium vero &c.} Dicit ergo primo, ꝙ illa medicina, quam faciunt Cretenſes contra prędictum peccatũ de incorrigibilitate principũ non eſt conueniens, nec eſt politica quaſi ſapiens communem ordinem ciuitatis, ſed magis eſt oppreſſiua & tyrannica, quod nõ eſt ſm rationem, ſed per violentiam. Multoties enim apud eos conueniebãt aliqui vel de principibus vel de priuatis perſonis & eiiciebant Coſmos per violentiam. Erat autem & aliud remedium, quia Coſmi poterãt abrenunciare principatui in vita ſua. Sed melius erat, ꝙ iſta duo ordinarentur per legem, vt.ſ. aliqua lex eſſet certa ſecundum quam Coſmi deberent expelli, vel cedere principatui, quàm ꝙ hoc fieret ſecundum voluntatem hominum, quæ non eſt certa regula, cum frequenter voluntas humana ſit irrationabilis & iniuſta. Deinde cum dicit.

Omnium vero deterrimum eſt potentiorum deturbatio, quam ſæpe concitant, cum pœnas dare volunt.

Ponit reliquum quod habebant contra ipſum officiũ, & dicit, ꝙ illud erat peſſimum inter omnia remedia, ꝙ quando Coſmi volebant dare ſententias contra aliquos potentes, frequenter inter eos inſtituebatur ceſſatio principatus Coſmorum, interdicebant enim ad tempus omnino talem principatum: hoc autem dicit eſſe peſſimũ, quia non ſolum erat contra perſonas, ſed cõtra totum of-

E ficium vel principatum, ex quo proueniebat multa vtilitas ciuitati. Deinde cum dicit.

Per quam manifeſtum eſt habere eam inſtitutionẽ aliquid reip. ſed non eſſe remp. at potentatum magis. Conſueuerunt autem concita plebe & amicis, ad vnius arbitrium rem deferre, ſeditionesq; & prælia inter ſe miſcere. At vero id, quid differt ab eo, quod tandem ea ciuitas nõ ſit diſſoluta ciuili ſocietate? Eſt aũt periculoſus hic reip. ſtatus, ſi qui velint poſſintq; inuadere, ſed vt ſupra diximus, ſeruatur propter locum, q̃ omnes aduenas excludit. Itaq; Periœci manent Cretenſibus. Verum Ilotes perſæpe à Lacedæmoniis deſecere. Non enim erat in Creta potentia vlla externa, ſed nuperrime bellum
F peregrinum irrupit in eam inſulam, quod patefecit imbecillitatem legum ſuarum. De hac igitur Republica hæc dixiſſe ſufficiat.

Improbat prædicta remedia & dicit, ꝙ iſta inſtitutio vltima de vacatione Coſmorũ habet aliquid politiæ inquantum fit de communi conſenſu populi, ſed tamẽ non eſt vera politia, ſed magis oppreſſio quædam per potentiam populi, & via quædam ad tyrannidẽ. Conſueuerũt enim aliqui habentes odio Coſmos colligãtes ſibi populum & alios amicos ſuos facere monarchiam, vt ſcilicet aliquis eorũ dominetur in ciuitate loco omniũ, & quando hoc nõ poſſunt ſtatim facere, mouẽt ſeditiones & pugnãt ciues adinuicem. Nihil autem hoc differt, q̃, ꝙ poſt aliquod tempus iam non ſit ciuitas, ſed ſoluatur tota cõmunio politica. Non enim poteſt eſſe ciuitas ſoluta concordia ciuium, & ſic per ſeipſam diſſoluitur. Sed etiam antequam per ſeipſam diſſoluatur, imminet ei periculũ
G ab hoſtibus qui volũt & valẽt inuadere ciuitatẽ, qa dum ciues adinuicem pugnant, non poſſunt vnanimiter reſiſtere hoſtibus, & quãdoq; vna pars introducit hoſtes in ſui auxilium. Sed ſicut dictũ eſt ab huiuſmodi periculis hoſtium liberata fuit politia Cretẽſium propter locum, quia habitabãt in inſula longe ab aliis ciuitatibus, & ſic ipſa longinquitas fecit eos ſecuros ab expulſione, id eſt, ꝙ non expellerentur de proprio loco ab hoſtibus. Et huius ponit duo ſigna, quorum vnum eſt, ꝙ ſtatus incolarũ perſeuerat apud Cretenſes propter conſuetudinem conuerſationis. Sed illi qui adueniunt aliunde ad miniſtrandum, nõ poſſent cum eis diu cõmorari, quia nullũ principatum poſſunt apud eos habere. Non enim volebant Cretenſes habere principes extraneos. Secundum ſignũ eſt, quia nuper tranſierat ad inſulam Cretenſium bellum ab extraneis inuadentibus inſulam. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ leges eorum non erant ſufficienter virtuoſæ ad conſeruandam eorum politiam, ſed conſeruabãtur, quia nõ
H habebant inimicos contra ſe bellantes. Vltimo aũt epilogando cõcludit, ꝙ in tantũ dictũ eſt de politia Cretẽſiũ.

LECTIO XVI.

Carthaginẽſis reipublicæ conſiderationem facit, & eam ſuperioribus duabus comparat atq; redarguit.

Videtur etiam Carthaginẽſium reſp. bene cõſtituta, multaq; habere pręter alias, q̃dã vero maxime ſimilia Lacedęmoniis. Tres.n. iſtæ reſp. quodammodo inter ſe proximæ ſunt, multumq; diſtant ab aliis. Cretica dico & Laconica & Carthaginẽſis, multaq; in ipſis prouiſa ſunt recte. Signum eſt reip. bene inſtitutę, ꝙ populus in ſuo permanet loco, neq; ſeditionẽ vllã (vt ita dixerim) vnq̃ fecit, neq; tyrannũ.

Poſtq̃

Poſtquam philoſophus proſecutus eſt de politia Lacedæmoniorum & Cretenſium, proſequit de politia Carthaginenſium, & circa tria hoc facit. Primo commendat huiuſmodi politiam ſimul cum præmiſſis. Secundo oſtẽdit conuenientiam huius politiæ ad præmiſſas. ibi. {Cõtinet autem &c.} Tertio improbat quædam circa ipſam. ibi. {Melius autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ Carthaginenſes bene videbantur viuere politice, & quantum ad multa melius aliis, & maxime i illis in quibus appropinquabãt ad politiam Lecedæmonicam. Iſte enim tres politiæ erant adinuicem propinquæ multum ab aliis differentes ſcilicet Cretenſis, Lacedæmonica & Carthaginenſis, & multa erant bene ſtatuta apud eos. Signum autem, ꝙ politia eorum eſſet bene ordinata eſt, ꝙ populus permanebat quietus in tali ordinatione. & non fiebat ibi ſeditio populi quæ eſſet alicuius põderis, neq; etiam degenerauit eorum politia ad tyrannidem. Deinde cũ dicit.

B Continet aũt ſimilia Lacedæmoniorũ reſp. Comeſſationes quidem ſodalitiorũ, Phidiciis, cẽtum autem et quatuor virorũ poteſtas, Ephoris præter q̃, ꝙ non deterior, nam illi ex contingentibus ſunt. Hanc autem poteſtatem ſuſcipiunt optimates. Imperator vero & ſenatus cõueniunt Lacedæmoniorũ regibus & ſenibus.

Oſtendit inconuenientiam huius politiæ ad lacedęmonicam, & primo quidem quantum ad hoc, ꝙ apud ipſos fiebant cõuiuia ſocietatem quæ Lacedęmones vocabant Phidicia. Secũdo quantum ad regnũ ciuitatis, quia apud Carthaginẽſes erat principatus 104 virorũ ſimilis principatui Ephororum qui erat apud Lacedęmones, tamen quantum ad hoc non deterius ſed melius ſe habebãt Carthaginenſes, quia Lacedæmonij inſtituebãt Ephoros ex contingentibus, ideſt ex quibuſcunq; perſonis, & etiam non approbatis in virtute. Sed Carthaginenſes eligebãt ad hunc principatũ ſolum homines virtuoſos. Similiter C etiam Carthaginenſes habebant reges ſicut Lacedæmones, & habebant dignitatem quandam vel honorabilitatem correſpondentem ſenioribus, qui erant apud Lacedæmones. Deinde cum dicit.

Melius autem, ꝙ imperatorem nõ ſm genus neq; ex vili, aut præcellenti magis eligũr, q̃ ſm virtutem, nam qui magnam habent poteſtatem ſi ipſi nullius precij ſint, multum nocent, nocueruntq; iam Lacædemoniorum ciuitati. Plurima igitur reprehenſorum propter tranſgreſſionẽ, cõmunia ſunt omnibus antedictis.

Improbat prędictam politiam ſm duos modos ſupra poſitos, & primo quidem quantum ad hoc, ꝙ non erat apud eos bene ſtatutum. Secundo quãtum ad hoc, ꝙ nõ cõcordabat intẽtioni legislatoris. ibi. {Sed quãtũ &c.} D Dicit ergo primo, ꝙ melius eſſet, ꝙ reges non acciperent ex vno ſolo genere, ſed ex quibuſcunq; virtuoſis, & ſi deberent ex vno genere accipi, nõ deberet eſſe illud genus qualecunque. Sed tale ex quo vt in pluribus boni prodirẽt, & iterum ſi eligatur aliquod genus differens bonitate ab aliis, ex quo aſſumãtur reges, melius eſſet, ꝙ ex illo genere aliqui eligerentur ad regnum per electionẽ q̃ per ætatem, puta, ꝙ primogeniti dominentur. quod dum aliter fit frequenter contingit, ꝙ homines viles peruenerunt ad regnum, & hoc eſt valde periculoſum ſi homines viles conſtituãtur ad habendum poteſtatem de rebus magnis. Multum. n. hoc lędit ciuitates, & tales viles reges in multis lęſerunt ciuitatem Carthaginenſium. Concludit etiam ex prædictis, ꝙ cum tres iſtæ politiæ ſint ſimiles, communia ſunt omnibus ea quę ſunt in eis increpatione digna. Et ideo quæ dicta ſunt in aliis, ſunt etiam hic intelligenda. Deinde cum dicit.

A Sed quantum ad intentionem optimatum attinet & reip. quædam ad popularem ſtatum magis declinant, quædã ad paucorum potẽtiã, nam referendi quidem ad populum, aut nõ referendi aliqua, imperatores vna cum ſenatu domini ſunt, ſi omnes concordent. ſi non concordent, populus ipſorum dominus eſt. Quæcũq; retulerunt magiſtratus de his non approbandi modo illorum ſententias poteſtas permiſſa eſt populo. Verum etiam pro arbitrio cõſtituendi prouidendiq; & cuiuis contradicere relatis illorum licet, ꝙ nõ eſt in aliis reſp. Quinqueuiratum vero qui multarum ac magnarum rerum poteſtatẽ habet, ab illis eligi. Et centumuiratum hos eligere q̃ eſt maximus magiſtratus, B & hos plurimo tpe q̃ alios imperium retinere. Nã & pfuncti magiſtratu imperant, & deſignari ad magiſtratum, ad paucorum potẽtiã ſpectat. Eſſe autẽ ſine mercede, & ſine ſortitione, optimatium eſt ponẽdum, & ſi quid aliud tale. Iudicia quoq; omnia à cunctis magiſtratibus iudicari, & non ab aliis alia, vt apud Lacedęmonios.

Improbat hãc politiam quãtum ad hoc, ꝙ recedebat à propoſita intẽtione. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ in quibuſdam diuertebat ad plebeium ſtatum, in quibuſdam ad paucorum potentiam. Secundo oſtendit, ꝙ magis diuertebat ad paucorum potẽtiam. ibi. {Trãſgreditur autem &c.} Tertio improbat remedium, quod contra hoc apponebat. ibi. {Paucorũ potentiæ &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum iſta eſſet ſuppoſita intentio legiſ- C latoris apud Carthaginenſes vt inſtitueret politiam vel ſtatum optimatum, quædam ſtatuta eius declinabãt ad popularẽ ſtatum, quædam ad paucorum potẽtiam. Erat enim apud eos ſtatutum, ꝙ reges cũ ſenioribus haberent in ſua poteſtate aliqua deferre ad populum, quæ non deferrent quando omnes conſentirent. ſi autem nõ omnes cõſentirent, populus habebat in hoc iudicium quid fieri deberet. Similiter autem qñ de communi cõſenſu aliqua referebant ad populum, non ſolum populus habebat audire, quod dicebatur & approbare, ſed habebat poteſtatẽ diiudicandi an eſſet bonum vel nõ, & ſi volebat populus poterat contradicere, quod non fiebat in aliis præmiſſis politiis, & ſic populus ſtatuebat principibus quid eſſet faciendum, & hoc erat ſtatus plebeius. Ex alia parte erant apud eos quidam principatus Quinq; virorum, qui habebant ſe intromittere de multis & magnis negociis ciuitatis, & iſti eligebãtur per ſolos principes. Similiter etiam per eos ſolos eligebantur illi Cẽtũ & quatuor D viri de quibus ſupra dictum eſt. Similiter etiã maiores ciuitatis maiori tempore principabantur, q̃ alij, quia illi, qui præceſſerant in principatu, erant ſocij in principatu eorum, qui ſuccedebant, & ſic duplicabatur eis tempus principatus, quod nõ fiebat aliis minoribus, & hoc erat potentiæ paucorum. Erat etiam apud eos aliquid pertinens ad ſtatum optimatũ, ꝙ principes eligebant abſq; precio dato ab eis. Et iterum non eligebãtur per ſortem, ſed propter virtutem & quædam alia huiuſmodi. Et ſic non in omnibus recedebant ab optimatum ſtatu. Habebant etiam aliud potentiæ paucorum, ſcilicet ꝙ maximi principes iudicabant de omnibus ſententiis. Non autem erant diuerſi, qui ex diuerſis iudicarent, ſicut fiebat in Lacedęmonia. Deinde cum dicit.

Tranſgreditur autẽ maxime ab obtimatibꝰ ad paucorum potẽtiã inſtitutio Carthaginenſium

ſitum in eo, ꝙ etiam multi comprobãt: nõ ſolũ
enim optimos, verumetiã ditiſſimos cenſent in
magiſtratibus eſſe ponendos, quaſi impoſſibi-
le ſit qui egenus exiſtat, eũ bene magiſtratũ ge-
rere, aut quietem optare. Si igitur ſumere diui-
tẽ paucorũ potentiæ eſt, per virtutẽ autem op-
timatum. Iſta quædã eſſet ſpecies tertia, per quã
conſtituta eſt apud Carthaginenſes reſp. Creãt
enim magiſtratus, ad hæc duo reſpiciẽtes, & p̃-
ſertim maximos. vt imperatores, & prætores.

Oſtendit, ꝙ iſta politia magis declinabat ad paucorũ
potẽtiam, & hoc quãtum ad duo, quorũ ſcdm ponit ibi.
{Paruum etiam &c.} Circa primũ duo facit. Primo oſtẽ
dit, in quo declinabat ad paucorum potentiam. Secundo
improbat ibi. {Putãdum enim &c.} Dicit ergo primo,
ꝙ inſtitutio politiæ Carthaginenſis quàm volebant eſſe
optimatum maxime declinabat ad paucorum potẽtiam
ſicut multis videtur. Putabant enim, ꝙ oporteret eligi,
principes non ſolum virtuoſos ſed etiam diuites, & mo-
uebantur hac ratione, quia impoſſibile erat, ꝙ aliquis
pauper bene principaretur & vacaret negociis ciuitatis.
Non. n. habebant eorum principes ſalarium de commu
ni. Vnde oportebat ſi pauperes virtuoſi eligerentur in
principes, ꝙ prætermiſſis negociis ciuitatis intenderent
ad quærendum ſibi victum. Quia autem eligere princi-
pem diuitem eſt ſtatus paucorum, eligere autem virtuo-
ſum eſt ſtatus optimatum. Manifeſtum eſt, ꝙ eligere di-
uitem virtuoſum erit iam tertius ordo, qui obſeruabatur
apud Carthaginenſes. Eligebant enim maximos princi-
pes reges & duces exercitus reſpicientes ſimul ad diui-
tias & virtutes. Deinde cum dicit.

Putandum aũt eſt huiuſcemodi exceſſum ab
optimatibus eſſe errorẽ legis cõditoris, quẽ ab
initio prȩuidiſſe valde neceſſariũ fuit, vt optimi
valerẽt quietẽ agere, nec quicq̃ indecorũ face-
re, nõ ſolũ in magiſtratu, ſed ẽt in vita priuata.

Improbat prædictam ordinationem. Et primo ratio-
nem qua mouebãtur. Secundo ipſam ordinationem. ibi.
{Quod ſi inſpicere &c.} Dicit ergo primo, ꝙ iſte receſ-
ſus à ſtatu optimatũ eſt imputandum legiſlatori, hoc. n.
fuit maxime neceſſarium videre à principio qualiter ho-
mines optimi in virtute poſſent vacare operibus virtutũ
abſq; hoc, ꝙ dehoneſtarent vacãdo ruſticanis operibus.
& hoc non ſolũ quando principarẽtur, ſed etiam qñ age
rent priuatã vitã inſtituẽdo, ſcilicet aliqua prȩmia virtu-
tum, ex quibus nutrirentur virtuoſi. Deinde cum di.

Quod ſi inſpicere oportet ad opes, gratia ge
tis, prauum eſt maximos magiſtratus eſſe vena
les, imperium, & præturam. Hæc. n. lex præcio
ſas magis facit diuitias, q̃; virtutes, ac ciuitatem
totam ad ſtudiũ pecuniarum cõuertit. Nã quic
qd apud ciuitatis principes habetur in precio,
neceſſarium eſt & aliorum ciuium opinionem
ſubſequi. Vbi aũt nõ maxime honoratꝰ virtus,
ibi non eſt poſſibile firmum optimorum eſſe
in rep. ſtatũ. Aſſueſcere vero ad lucra rationa-
bile eſt, qñ per largitionẽ adipiſcuntur dignita
tes. Abſurdum eſt. n. ſi pauper quidẽ aliquis, ve
rum bonæ mentis lucrari velit, improbior autẽ
non velit, cũ ſumptus fecerit. Quo circa opor-
tet eos q poſſunt optime gerere magr̃atũ, aſſu-
mere ad magr̃atũ. Probabiliusq; fuit, ſi auctor

E legis opulẽtiã præſtantium virorũ abiecíſſet, ac
eorum q in magiſtratu forent gẽti ꝓſpexiſſet.

Improbat ipſam ordinationẽ dupliciter. Primo qui-
dem oſtendens eam eſſe periculoſam. Si enim oportet in
eligẽdis principibꝰ aſpicere ad diuitias ad hoc, ꝙ poſſint
vacare abſq; operibus quibus lucrẽtur victum, valde ma
lum erit quod maximi principatus, ſcilicet regnũ & du-
catus exercitus ſint venales, ita ſcilicet, ꝙ pro abũdantia
pecuniarum dentur. Ita etiam dicit eſſe prauum, quia ex
hac lege ſequitur, ꝙ tota ciuitas ſit amatiua pecuniæ etiã
magis q̃; virtutis. Quia ciues quicquid viderint eſſe pre-
cioſum in principibus conſequenter opinantur precio-
ſum eſſe. Et in quacunq; ciuitate virtus non maxime ho
noratur, vt ſcilicet ſoli virtuti honor principatus deferatꝰ.
Vnde eſt impoſſibile, ꝙ in tali ciuitate homines ſm vir-
tutẽ infallibiliter principentꝰ, & ex quo propter diuitias
principatus datur quodammodo, diuitiis emptus. ꝓba-
bile eſt, ꝙ ciues conſueſcãt inhiare ad lucra pecuniȩ quã
F cum expenderint aſſequi poterunt principatum. Valde
enim inconueniens eſt, ſi dicatur, ꝙ ille qui eſt pauper &
virtuoſus velit lucrari in officio conſtitutus. Ille autem
qui eſt deterior non velit lucrari, poſtquam multa expen
derit ad principatum acquirendũ. Hoc enim eſt omnino
improbabile, & ideo non oportet requirere. an ſint diui-
tes illi qui ſint inſtituẽdi ad principatum. Sed ſiue ſint di
uites, ſiue pauperes, illi debent inſtitui qui poſſunt prin-
cipari ſm virtutẽ. Scdo. ibi. {Probabiliusq; fuit ſi &c.}
improbat prædictam legem ex hoc quod prætermittit
conuenientius remedium quod poſſit adhibere. Dignius
enim eſſet ſi legiſlator præeligeret ad principatum pau-
pertatem virtuoſorum non reſpiciens ad diuitias, et cum
hoc curam aliquam apponeret, vt ſaltem in principatu
exiſtentes poſſent vacare. Deinde cum dicit.

Prauum etiam videri poteſt plures magiſtra
tus ab vno homine geri, qđ i honore eſt apud
G Carthaginenſes. Vnicum enim ab vno opti-
me perficitꝰ opus. Hoc autẽ ne fieret, prouiden-
dum fuit à legiſlatore, neq; cogendum eundẽ
tibicinẽ eſſe atq; ſutorẽ. Quare vbi nõ parua eſt
ciuitas magis ciuile eſt, vt plures ſint participes
magiſtratuum, magiſq; populare. Cõmunius
enim vt diximus et melius ſingula cõficiuntur
atq; celerius. Patet autem hoc in bellicis rebus
& nauticis. In his enim ambobus per omnes
(vt ita dixerim) tranſit imperare, & parere.

Ponit ſecundo, in quo declinabat iſta poſitio ad ſtatũ
paucorum, & dicit, hic eſſe prauum id quod obſeruabatꝰ
apud Carthaginẽſes vt idẽ obtineret plures principatus,
ſiue plura officia, quia vnum opus optime perficitur ab
vno homine. Si autẽ vnus homo debeat plura opera exer
H cere, neceſſe eſt, ꝙ impediatꝰ in altero, vel in vtroque. Vn
de legiſlatorem oportet attendere vt non imponat plura
opera vni homini: puta, ꝙ non præcipiat eidem tibicinẽ
eſſe & ſutorem. Et ideo niſi paruitas ciuitatis impediat,
magis videtur eſſe populare vt plures participent prin-
cipatibus diuerſis. Non autem vnus habeat plures prin-
cipatus, quia hoc eſt potentiȩ paucorũ. Ideo autem illud
eſt melius, quia vnumquodq; ſicut prædictum eſt, & pul
chrius & velocius perficitur ab vno ita, ꝙ vnus non co-
gatur multa facere, & hoc videmus in exercitu & in na-
ui. Vtrobique. n. propter diſtinctionem officiorum quo-
dammodo ad omnes extenditur principari & ſubiici,
dum, ſ. quidam ſubiecti ſunt quibuſdam aliis præferun-
tur vſq; ad infimos. Deinde cum dicit.

Sed cum ad paucorum potẽtiam vergat reſp.
eorum optime illud effugiunt, vt ſemp̃ aliqua

plebis pars ditetur, ad oppida mittētes, per hoc illi arbitrantur, ac certe efficiūt ſtatum ciuitatis permanere, ſed hoc eſt fortunæ opus. Oportebat vero non per fortunam ſine ſeditionibus eſſe, ſed per legiſlatorem id fieri. Nunc autem ſi diuerſa fortuna incidat, & plebs à gubernatoribus ſecedat, nullum eſt remediū legis ad quietem adhibitum. Lacedæmoniorum igitur & Cretenſium et Carthaginenſium reſp. in hunc modum ſe habet.

Improbat, ꝙ circa prædictā declinationem habebāt. Et dicit, ꝙ cum politia eorum eſſet potentia paucorum, optimum modum adinuenerunt ad effugiēdum ſeditionem populi, quia ſemper aliquos de populo mittebāt ad regimina ciuitatum ſibi ſubiectarum vt ſic ditarentur, et per hoc quodammodo ſaluabant & faciebāt permanere ſuam politiā, ſed hoc erat à fortuna, quia ſcilicet ciuitates eis ſubiectæ non rebellauerant. Oportet autem vt ciuea ſint abſq; ſeditione, nō propter fortunā, ſed propter prouidentiam legiſlatoris. Nunc autem ſi aliquod infortunium carthaginenſibus eueniat, vt magna pars ſubiectorum diſcedat ab eorum dominio, nullum erit remedium contra ſeditiones per leges ab eis latas. Vltimo autem epilogando concludit, ꝙ ea quę prædicta ſunt merito poſſunt acceptari circa politiam Lacedæmonum, & Cretenſium, & Carthaginenſium.

LECTIO XVII.

Solonis & aliorum quorundā leges cōmemorat, ne quid omiſſum fuiſſe videatur, quod ad hanc cognitionem faciat.

EOrum autē, qui de rep. aliquid tradiderunt quidam nunquam verſati ſunt in gubernatione ciuitatis, ſed ī priuata vita ocioſi vixerūt: de quibus ſiquid dignum relatum fuit, ſupra diximus. Quidam autē legiſlatores fuere, gubernauerūtq; vel in propriis ciuitatibus, vel in alienis, & horum quidā ſolummodo legum auctores fuere. Quidam etiam reſp. conſtituendæ, veluti Lycurgus & Solon. Hi enim leges & reſp. condidere. Lycurgus quidem Lacedæmoniis, vt dictum eſt. Solon autem Athenienſibus.

Poſtquam philoſophus proſecutus eſt de diuerſis politiis, hic proſequitur de inſtitutoribus politiarū & legū. & circa hoc tria facit. Primo determinat eorum differentiam adinuicem. Secundo determinat de quibuſdam, qui inſtituerūt politias. ibi. {Exiſtimāt quidam &c.} In tertia determinat de quibuſdam, qui fuerunt legiſlatores. ibi. {Fuerunt etiam &c.} Ponit ergo primo duas differētias eorum, qui de politiis, vel legibus tractauerūt. quarum prima eſt ſm diuerſitatē vitæ. Quidam enim eorū vixerūt in vita priuata in nullo communicātes politicis actionibus, quia non fuerunt gubernatores aliquarum ciuitatum, ſicut Plato, Phaleas, & Hippodamus, de quibus ſupra dictum eſt, ſiquid fuit dignum circa eos dicendum. Alij autem vixerūt vita politica, inſtituentes leges aliquibus ciuitatibus, vel propriis vel extraneis. Secunda differentia eſt ſm ea quæ tradiderunt. Quidam enim fuerunt conditores aliquarū legū ſine hoc, ꝙ ordinarent aliquam politiam. Quidam vero ēt inſtituerūt politiam, quæ eſt ordinatio regiminis ciuitatis, & poſuerūt quaſdā leges, ſicut Lycurgus, qui inſtituit Lacedæmonicā politiā, & Solon q inſtituit Athenienſem. Deinde cum di.

Exiſtimant autem quidam Solonem legiſlatorem fuiſſe præclarum. Nam & paucorū po-

A tentiam ſuſtuliſſe, quę nimis intemperans erat, & plebem à ſeruitute liberaſſe, ac ſtatum popularem in patria cōſtituiſſe, optimeq; Remp. tēperaſſe. Nam eſſe cōſilium Ariopagi, paucorū gubernationis, delectus verò magiſtratuū, optimatū, iudicia vero, populare. Sed videtur Solon illa duo, cū eſſent prius nō ſuſtuliſſe, cōſiliū Ariopagi, & magiſtratuum delectus, at populū aſſeruiſſe, iudiciis ex omnibus cōſtitutis.

Proſequitur de inſtituentibus politias, & quia de politia Lacedæmonica quam Lygurcus inſtituit ſupra dictum eſt: reſtat dicendum de politia Athenienſium, quā inſtituit Solon, & circa hoc tria facit. Primo oſtēdit quid Solon inſtituit. Secundo quomodo á quibuſdam reprehēdebatur. ibi. {Quapropter quidā &c.} Tertio excuſat

B ipſum ibi. {Apparet autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ aliqui reputāt Solonem fuiſſe bonum legiſlatorem, quia diſſoluit paucorum ſtatum, qui erat valde intemperatus & immoderatus apud Athenas, & liberauit populū qui ſeruitute opprimebatur ex immoderato regimine diuitum, & inſtituit popularem ſtatum in patria ſua, & miſcuit bene politiam ciuitatis dās aliquam partem populo in ea. Erat enim in Ariopago, id eſt in vico Martis qui erat locus ſolennis apud Athenas inſtitutum concilium ciuitatis, ſcilicet quod erat paucorum, quia conſiliarij ciuitatis erāt ex diuitibus & potentibus. Sed, ꝙ principes eligerentur, hoc erat optimatum. Prætorium autem, id eſt poteſtatem iudiciariā inſtituit ex popularibus, quod erat populare. Et ſic Solon videtur non diſſoluiſſe illa, quæ prius erant, ſ. concilium paucorum & electionem populi, quæ erat optimatum. Sed de nouo inſtituit popularem quendam principatum, dum fecit prætoria, id eſt iudices ex omnibus ciuibus. Deinde cum dicit.

C Quapropter quidam illi ſuccenſent, ꝙ alterum diſſoluerit, cum auctoritatem omnem ad iudicium traduxerit, quod per ſortitionē eſt. Nam cum hoc inualuit, tanquam tyranno, gratificantes populo, in eū qui nunc eſt, popularē ſtatum remp. redegerunt, & conſilium Ariopagi Ephialtes inhibuit & Pericles. Iudicibus vero ſalaria Pericles induxit, ac per hunc modū vnuſquiſq; eorum, qui apud plebem poſſe voluerunt, populi vim augere perſeuerauerūt, donec in iſtam, quæ nunc eſt, licentiam peruenit.

Oſtendit quomodo Solon á quibuſdam reprehendebatur. Accuſabāt enim quidā ipſum, ꝙ ipſe diſſoluerat alteram politiam, quæ prius erat, quando inſtituit iudi-

D cium: & ꝙ poſtea habuerit poteſtatē ſuper omnia, cum tamen illud officium eſſet ſortale, quia ſcilicet ſorte eligebantur aliqui ex populo ad hoc officium. ideo autem dicunt eum per hoc diſſoluiſſe priorem politiam, quia cū inualuit iſtud officiū in ciuitate, prætores illi inſtituti ex populo tranſtulerant totum regimen ciuitatis in populum qui tyrannide opprimebat maiores, & ita deuentū eſt ad inordinatū ſtatum popularē qui erat apud Athenas. Primo enim Ephialtes, & Pericles qui fuerunt prætores populares deſtruxerunt cōſilium quod ex antiquo erat in Ariopago, & cōtinēter vnuſquiſq; de rectoribus populi auxit poteſtatē populi, quouſq; ꝑducta eſt politia ad popularem ſtatum qui tunc erat. Deinde cum di.

Apparet autem hoc non tam Solonis volūtate quàm caſu eueniſſe. Nauali enim potentia aduerſus Medos victor populus, maiora de ſeſe

ſapere

ſapere cępit, & acceſſerunt patroni ſeditioſi cō tra bonos & modeſtos ciues, qui remp. gubernabant. Cum videatur quidem Solon eā quæ maxime neceſſaria fuit poteſtatem, populo tradidiſſe, vt magiſtratus crearet, & malefacta corrigeret: niſi.n. populus hanc habeat poteſtatem, ſeruus erit & inimicus, at magiſtratus omnis conſtituitur ex nobilibus, ac locupletibus ex cenſu quingentorum medimnorum & iugerum. Tertium ex equitibus. Quartū ex opificibus ſordidis, quibus nullum magiſtratus aſſequendi ius erat.

Excuſat Solonem, & dicit, quòd iſte defectus videtur accidiſſe non ex intentione Solonis, ſed ex quodam accidente. Cum enim rex Medorum inuaderet Athenienſes, illi cogitātes, quòd neq; fines ſuos tueri poterāt neq; obſidionem ciuitatis ſuſtinere, collocatis pueris & mulieribus & rebus quas habebant, in aliis grȩcię ciuitatibus, dimiſſa ciuitate, tranſtulerunt bellum de terra ad mare. Et ita cōgregatus eſt populus tempore Medorum cauſa huius principatus naualis, & aſtute concepit vt totam ſibi poteſtatem vſurparet, & accidit, quòd loco virtuoſorum rectorum, populus habuit prauos rectores qui intentionem populi ſunt proſecuti. Quòd autem Solon hoc non intendit, patet per hoc, quia Solon non dedit poteſtatem populo niſi illam, quæ eſt maxime neceſſaria, vt ſcilicet eligeret principes & corrigeret eorum errores. Hanc autem poteſtatem populi dicit eſſe neceſſariā, quia ſine hoc populus eſſet ſeruus, ſi ſine ſua voluntate principes acciperentur, & non poſſet emendare mala, quæ principes facerent, & cum ſeruitutem ferre nō poſſet, fieret aduerſarius principibus. Sed omnes principatus inſtituit primo ex inſignibus, id eſt nobilibus & diuitibus. Et ſecūdario inſtituit ex cenſu quingētorum medimnorum, id eſt qui haberēt in bonis quingētos medimnos & iugerū totidē. Et tertio inſtituebat principes ex equitibus qui erat tertius ordo. Quartus autē ordo erat mercenariorum, qui erat infima pars populi, ad quos nullus principatus pertinebat. Et ſic patet, ꝙ in principatibus maiorem partem addidit maioribus ꝙ̃ populo. Vnde non fuit eius intentio inſtituere ſtatum popularem, ſed conſecuta eſt pręter eius intentionem. Deinde cum dicit.

Fuerunt etiam legum poſitores Zaleuchus apud Locros occidentales, & Charondas Catanienſis ciuibus ſuis, cęteriſq; ciuitatibus Chalcidicis quæ ſunt circa Italiam, & Siciliam. Tentant vero quidam inducere, quaſi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. Hunc vero exercitatum in Creta, cum eſſet Locrus, perfectum autem per artem diuinationis huius familiarem fuiſſe Thaletem. Thaletis autem auditores fuiſſe Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci autem Charondam. Sed qui iſta dicunt, tempora non ſupputant.

Determinat de inſtitutoribus legum. Et primo oſtēdit q fuerint, & quibus leges impoſuerint. Secūdo quas leges tulerint. ibi. {Fuerūt etiā &c.} Circa primū duo facit. Primo agit de quibuſdā legislatoribus in Italia, quæ quondam magna Græcia vocabatur. Secūdo de quibuſdam legislatorib⁹ Græciæ. ibi. {Fuit etiā Philolaus &c.} Dicit ergo primo, quòd legislatores fuerūt quidam Zaleuchus nomine, qui impoſuit leges Locris occidētalib⁹, & eſt quædam ciuitas Calabriæ, quæ eſt ad occidentem Græciæ. Fuit etiam quidam legislator Charōdas Cata-

E nienſis, qui tulit leges ſuis ciuibus, & quibuſdā aliis ciuitatibus Chalcidicis circa Italiam, & Siciliam. Oſtendit autem vnde iſti fuerint eruditi in legislatione. & dicit, quòd quidam voluit colligere, quòd in terris illis primus inſtructus induſtrius in legislatione fuit quidam Onomacritus nomine, qui cum eſſet ciuis Locrenſis exercitatus fuit circa legislationem in Creta, & poſtea præfectus fuit populo artificialiter regens ipſum, & huius ſocium dicunt fuiſſe quendam Thaletem, cuius auditores dicunt fuiſſe Licurgum Lacedęmonium, & Zaleucum Locrium: Zaleuci autem dicunt auditorem fuiſſe Charondam Catanienſem. Sed iſta dicunt non conſiderantes bene tempus ipſorum, quod non erat conueniens huic narrationi. Deinde cum dicit.

Fuit etiam Philolaus Corinthius legislator Thebanis. Erat autē Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus vero Dioclis, qui olympia vi-
F cit. Sed vbi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alciones Thebas migrauit. Atq; ibi ambo defuncti ſunt, Monſtranturq; etiam nunc illorum ſepulchra, ſpectantia quidem ſe ſe. Verum ita cōſtituta, vt ex Dioclis quidem ſepulchro non ſit proſpectus in Corinthium agrum ob animi infectionem. Ex Philolai autem ſit proſpectus. Habitarunt igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legeſq; illis Philolaus deſcripſit.

Narrat de legislatoribus Græciæ. Et dicit, ꝙ quidam Philolaus ciuis Corinthius tulit leges Thebanis. Et aſſignat cauſam quare de Corintho tranſiuit Thebas. Et dicit, quòd cum eſſet de genere Bacchidarum, id eſt eorum qui trahebāt originem à Baccho, factus eſt amicus cuiuſ-
G dam Dioclis, qui habuerat quandam victoriam in olympia. Poſtquam igitur Diocles reliquit ciuitatem, forte expulſus inde per aliquam iniuriam, Philolaus habens in memoriam amorem matris Dioclis, quæ vocabatur Alcione, quæ forte nutriuerat eum, ſimul cum eo abiit Thebas, & ibi ambo finiuerunt vitam, quod vſq; nunc eorum ſepulchra oſtendunt, quæ mutuo ſe reſpiciebant, & ex vno poterat conſpici aliud. Sed ita erant diſpoſita verſus regionem Corinthiorum, vt vnum poſſet inde videri, aliud non. Narrant autem, quòd ideo fuerunt ſic ordinata eorum ſepulchra, vt Diocles non videretur à Corinthiis, quaſi volēs ab eis abſtinere propter ea, quæ ab eis fuerat paſſus: Philolaus autem videri poterat, qui nihil ab eis fuerat paſſus. Iſta igitur fuit cauſa, quare apud Thebanos habitauerunt, & eis leges tulerunt. Deinde cum dicit.

Et de aliis quibuſdam, & de ſobole procreā-
H da, quas illi leges proletarios appellant, & hoc eſt præcipue ab illo prouiſum, vt numerus hæreditatum conſeruetur. Charonde aūt nihil eſt proprium, niſi iudicia falſorū teſtium. Primus enim de his legē poſuit, diligētia autem & claritate etiam elegātior ꝙ̃ hi qui nūc ſunt legum conditores. Philolai proprium eſt patrimoniorum diſparitas. Platonis autem mulierū, & natorum, & patrimoniorum communitas, & comeſſationes fœminarum. Et præterea lex circa ebrietatē, vt reges cōuiuiorum ſobrij ſint & in rebus bellicis exercitatio, per quā ambi dextri fiant, cum oporteat non alteram manum vtilem, alteram inutilem habere. Draconis quoq;

leges ſunt. Sed iã cõſtituta rep. leges tulit. Proprium autẽ Draconis eſt nihil quod ſit memoria dignum, niſi rigiditas ob magnitudinẽ pœnarum. Fuit quoq; Pittacus legum cõditor, ſed nõ in rep. verſatus. Lex eſt propria illius, ebrios ſiquẽ pulſauerint, maiori pęna damnari, q̃ ſi ſobrij feciſſent. Quod .n. pluris delinquunt ebrij q̃ ſobrij, nõ ad id reſpexit, quod magis eſt ebriis venia, ſed ad vtilitatem. Fuit etiam Androdamus Reghinus legum conditor Calcidẽſibus qui ſunt in Thracia, de homicidio, & hæreditatibus, nihil tamẽ huius proprium referrre quis poteſt. De his ergo reſp. quæ principales ſunt, & de his quæ ſunt ab aliquibus ſcriptæ in hunc modum cognouiſſe ſufficiat.

B Oſtendit quid proprium vnuſquiſq; legislator inſtituit. Et dicit, ꝙ Philolaus tulit leges Thebanis de q̃buſdam aliis, ſed ſpecialiter de filiorum procreatione, vt ſcilicet non inſiſterent operi generationis poſtquam certũ numerum filiorum haberent. Et has leges Philolai, Thebani vocant leges proletarias. Hoc autem de procreatione filiorum ſolus ipſe inſtituit ad hoc, ꝙ conſeruetur numerus ſortium, id eſt, quòd nõ oporteat vnam partẽ poſſesſionis vnius hominis diuidi in plures, ſed tot pueri generentur, quòd ſemper idem numerus ciuium conſeruetur. Carundas autẽ nihil ſtatuit ipſe ſolus niſi vindictas de falſis teſtimoniis, quod ipſe primus conſiderauit, ſed magis placuit propter hoc, ꝙ cum diligentia explicauit ea, quæ ad neceſſaria erant in legibus pręaliis legislatoribus q̃ de hoc, ꝙ aliquid ſingulariter ſtatueret. Sed Philolaus inſtituit aliquid proprium ſcilicet vt tolleretur irregularitas poſſeſſionum. Plato autem quatuor propria inſtituit in ſuis legibus, quorum vnum eſt, quòd mulieres & pueri & poſſesſiones ſint communes. Secundum eſt, quòd fierent conuiuia mulierum ſicut in aliis ciuitatibus fiunt conuiuia virorum. Tertiũ eſt, ꝙ inſtituit legem contra ebrietatem, vt ſcilicet ſoli ſobrij poſſint eſſe principes conuiuiorum. Quartum autem ſtatuit in re militari, vt ſcilicet homines per exercitium & ſtudium fierent ambidextri, vt ſcilicet vtraq; manus fieret eis vtilis ad bellandum. Conſequenter dicit, ꝙ inueniũtur quędam leges Draconis, qui politiæ præexiſtenti impoſuit quaſdam leges, ſed in legibus ſuis nihil fuit proprium quod ſit memoria dignum, niſi, quòd ſeuerior pęna daretur quando maius damnum ſequebatur ex culpa. Fuit etiam quidam Pittacus legiſlator qui non inſtituit politiam, cuius lex quædam propria fuit, vt ebrij ſi percuterent plus punirentur q̃ ſobrij, quia pluries ebrij faciunt iniurias quàm ſobrij, vnde magis reſpexit ad vtilitatem, vt ſcilicet cohiberentur iniuriæ ebriorũ quàm ad veniã quàm oportet habere de ebriis qui non ſunt ſui compotes. Fuit etiã alius legiſlator Androdamus ciuis Rheginus qui inſtituit quaſdam leges circa pęnas homicidiorũ & circa ſucceſsiones hæreditatum, ſed tamen quaſi nihil propriũ ipſius dici poteſt. Vltimo autem epilogãdo C concludit, quòd hoc modo ſunt conſiderata eadem, quæ oportuit conſiderari circa optimas politias, puta Lacedæmonienſium, Cretenſium, & Carthaginienſium, & circa politias à quibuſdam aliis ordinatas. Et ſic terminatur Secundus liber Politicorum.

POLITICORVM ARISTOTELIS

LIBER TERTIVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Expoſitis iam quæcunque ab illuſtribus viris, ad ſuam vſq; ætatem, vel vſu comprobata, vel ſcriptis propoſita fuerant, deinceps ſententiam ſuam de adminiſtratione ciuitatum exorditur, & primo quis appellandus ſit ciuis docet, quæue ciuitas vocanda, inde ex ciuitatis fine, & numero præſidentium, varias ac diuerſas ciuitatum formas elicit, quarum aliæ quietæ ſunt & iuſtæ, in quibus aut reges, aut optimates, aut populi ad communem omnium ſalutem & vtilitatem gubernant. Aliæ ſeditioſæ & iniuſtæ, in quibus vel tyranni, vel opulenti, vel egeni pro commodo ſuo publicas rationes dilaniant.

LECTIO PRIMA.

Quis ſit appellandus ciuis, & quæ ciuitas dici debeat.

QVi de rep. cõſiderat, quæ ſit vnaquęq;, & qualis, fere prima illa cõſideratio occurrit, videre quid ſit ciuitas, nã ea nonnunq̃ in cõtrouerſiã venit, cum alij dicant à ciuitate factum, alij non à ciuitate, ſed à potentibus quibuſdã, vel à tyranno. Gubernatoris aũt reip. ac legum poſitoris, totum negocium verſari videmus circa ciuitatem. Eſt autem reſp. eorum qui in ciuitate degunt inſtitutio.

POſtquam Philoſophus in ſecundo libro inquiſiuit de politiis ſm traditionem aliorum, hic incipit proſequi de eis ſm propriam opinionem, & diuiditur in partes duas. In prima manifeſtat diuerſitatem politiarum. In ſecunda docet qualiter optima politia ſit inſtituenda in principio ſeptimi libri. ibi. {De optima rep. &c.} Prima autem pars diuiditur in duas. In prima diſtinguit politias. In ſecũda determinat de ſingulis earum. In quarto libro. ibi. {In cunctis artibus &c.} Prima autẽ pars diuiditur in duas. In prima parte determinat id, quod pertinet ad politiam in communi. In ſecunda diuidit politias. ibi. {His ita determinatis &c.} Prima pars diuidit in duas. In prima dicit de quo eſt intentio. In ſecũda proſequitur propoſitũ ibi. {Eos igitur qui &c.} Circa primũ duo facit. Primo oñdit, ꝙ ad tractandũ de politiis neceſſe eſt primo conſi D derare de ciuitate. Secundo oſtendit, ꝙ ad tractandum de ciuitate neceſſe eſt conſiderare qd ſit ciuis. ibi. {Cũ vero ſit ciuitas &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ille q̃ vult cõſiderare de politia, quæ vnaquæq; ſit ſm propriã rõnẽ, & qualis ſit, vtrum ſcilicet bona vel mala, iuſta vel iniuſta, neceſſe eſt, ꝙ primo cõſideret quid ſit ciuitas. Et hoc ꝓbat duplici ratione, quarũ prima eſt, quia de hoc poteſt eſſe dubitatio. Dubitant enim aliqui circa aliqua negocia, vtrum ſint facta à ciuitate, puta cũ ſint facta à tyranno, vel à diuitibus ciuitatis. In quo caſu aliqui dicũt, ꝙ ciuitas hoc fecit, aliq aũt dicunt ꝙ nõ fecit hoc ciuitas, ſed diuites principãtes, vel ẽt tyrãnus, & ſic vr̃ in dubiũ verti, vtrũ ſoli diuites principantes ſint ciuitas. Et quia dubium eſt, oportet, ꝙ determinetur. Secũda rõ eſt, quia tota intentio eorũ qui tractant de politiis & legiſlatione, negociantur circa ciuitatem, quia politia nihil aliud eſt q̃ ordo inhabitantium ciuitatem. Deinde cum dicit.

Cum vero ſit ciuitas compoſitum quiddam quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtentia, manifeſtum eſt primo de ciue eſſe perquirēdum. Nam ciuitas eſt ciuium multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuē vocari, & qui ſit ciuis eſt conſiderandum, nam & de ciue ſępe contenditur, nec eūdem oēs eſſe fatētur ciuē, & qui in populari ſtatu ciuis eſt, per ſæpe in paucorū gubernatione non erit ciuis.

Oſtendit, ꝙ neceſſarium eſt determinare de ciue duplici ratione. quarum prima talis eſt. In omnibus illis, q̄ ſunt compoſita ex multis partibus, neceſſe eſt prius conſiderare partes. Ciuitatis autem eſt quoddam totum conſtitutū ex ciuibus ſicut ex partibus, cum ciuitas nihil aliud ſit q̄ quædā ciuium multitudo. Ergo ad cognoſcendū ciuitatē, oportet conſiderare quid ſit ciuis. Secunda ratio eſt, ꝙ de hoc etiam contingit dubitationem eſſe, non enim omnes concorditer coofitentur, ꝙ idem ſit ciuis. Aliquis.o. popularis, qui eſt ciuis io ſtatu populari, ſm quē populus principatur, nō reputatut qūq; ciuis in ſtatu paucorū, ſm quē diuites principantut, quia frequēter talis eſt, ꝙ populus nullam habet ibi partem. Quare manifeſtum eſt ꝙ controuerſia eſt de ciue, quis ſit ciuis, & qualem oportet dicere ciuem. Deinde cum dicit.

Eos igitur qui alio quodāmodo appellationem ſortiūtur, ceu eos qui ciuitate donati ſunt, omittamus. Nec habitatio ciuem facit, nam iſto modo miniſtri qui circa nos habitāt & ſerui ciues eſſent. Nec rurſus qui fori ac iudicij ius habent, nam hæc exiſtunt etiam illis qui ſimul cōtrahūt, cum per contractum forum ſortiantur, quanquam multis in locis peregrini, ne id quidem perfecte habeant, ſed neceſſe eſt vt patronum accipiant. Ex quo fit, vt imperfecte quodammodo ſint ſori iudiciorūq; participes. Sed vt pueri nondum ætate perfecti, & ſenes ob ętatem à muneribus publicis vacantes, nō ſimpliciter ciues dicendi ſunt, ſed quodāmodo ciues. At nos quærimus eum qui ſimpliciter ciuis dicatur, nec habeat aliquam adiunctionem quæ reſtringat & corrigat, cum & de infamibus & de exulibus eodem modo, vt ſupra, dubitari & reſponderi poſſit.

Proſequitur intētum ſuū, & diuiditur in partes duas: In prima oſtendit quid ſit ciuis. In ſecunda oſtendit quæ ſit virtus, quæ facit bonum ciuem. ibi. {De his verò quę dicta ſunt &c.} Circa primum duo facit. Primo determinat quid ſit ciuis. Secundo mouet circa hoc quaſdam dubitationes. ibi: {Sed forſan de eo &c.} Circa primū duo facit. Primo oſtendit qoid ſit ciuis ſm virtutem. Secūdo excludit quādam falſam determinationem. ibi. {Cōſueuerunt &c.} Circa primū duo facit. Primo ponit quoſdam modos ſm quos aliqui ſunt ciues ſm quid et nō ſimpliciter. Secundo oſtendit quid ſit ciuis ſimpliciter. ibi. {Ciuis ſimpliciter &c.} Dicit ergo primo, ꝙ debemus ad preſens dimittere illos qui dicūtur ciues ſm aliquem modum, id eſt ſm metaphoram vel ſimilitudinem, quia iſti non ſunt vere ciues. Et primus quidem modus eſt ſm habitationem. Nō aūt dicūtur vere ciues aliqui ex hoc, ꝙ ciuitatem inhabitant, quia aduenæ & ſerui habitāt in ciuitate, oec tamen ſunt ſimpliciter ciues. Secundus modus eſt, ꝙ aliqui poſſunt dici ciues, quia ſubduntur iuriſdictioni ciuitatis, vt ſcilicet participent iuſtitia ciuitatis

E in hoc ꝙ quandoq; obtineant ſententiam pro ſe, & quādoq; iudicentur, id eſt cōdemnētur, quia hoc etiam conuenit illis qui habent aliquos contractus inter ſe, qui tamen non ſunt Vnius ciuitatis ciues, & tamē in quibuſdā ciuitatibus extranei non participant perfecte huiuſmodi iuſtitia ſicut ciues, ſed neceſſe eſt, ꝙ ſi volunt iudicio cōtendere, ꝙ dent patronum, id eſt fideiuſſorem de parendo iuri. Vnde patet, ꝙ aduentitij imperfecte paticipant communione iuſtitiæ, & ita ſm hoc non ſuot ſimpliciter ciues, ſed poſſunt dici ciues ſm quid. Sicut etiā tertio modo dicimus pueros ciues, qui nondum conſcripti ſunt in numero ciuium. Et ſicut dicimus ſenes ciues, qui iā emiſſi ſunt à numero ciuium, cum oon poſſunt amplius exequi opera ciuium. vtroſq; enim non dicimus ſimpliciter ciues, ſed cum aliqua adiectione. Pueros quidē tanquam imperfectos: Senes autē tanquam vltra prouectos, q̄ requirit cooditio ciuium. Vel ſi etiam aliud aliquid tale apponatur nihil differt. Manifeſtum eſt.n. illud quod iotendimus dicere, inquirimus enim nunc quid ſit ſimpliciter ciuis abſq; aliqua additione, quæ ſit neceſſaria ad dirigendum vel exponendū oomen ciuis. Eſt autem & quartus modus, in quo eſt eadem dubitatio & ſolutio, ſcilicet circa profugos & iofames perſonas, quia.ſ. tales ſunt ciues ſm quid, & non ſimpliciter. Deinde cum dicit.

F (marginal letter beside "dimus dicere" above)

Ciuis ſimpliciter nulla alia re diffinitē magis q̄ participatione poteſtatis publicæ iudicandi, & decernendi. Poteſtates autem aliæ ſunt determinatę ſm tempus, ita vt non liceat interdum niſi ſemel eandem habere, aut per alia temporū ſpatia. Aliæ ſunt indeterminatæ, ceu illius qui in concione deliberat & decernit. quanquā fortaſſe diceret aliq̄s tales non eſſe in poteſtate conſtitutos, atqui ridiculum foret; qui de maximis
G rebus deliberant & decernunt, eos poteſtatem dicere non habere. Sed nihil referat cum de nomine ſit quæſtio, eſt enim abſq; nomine publica poteſtas iudicantis decernentisq; in cōcione, ſed ſit diffinitionis gratia indeterminata poteſtas. Ponimus autem eos eſſe ciues, qui huius poteſtatis vna cum aliis participes ſunt. Maxime igitur proprie ciuis ſuper omnes alios, qui ciues dicuntur, fere talis eſt.

Oſtendit qs eſt ciuis ſimpliciter, & cira hoc tria facit. Primo ponit quandam determinationem ciuis. Secūdo oſtendit, ꝙ illa determinatio non eſt cōmunis in qualibet politia. ibi. {Nec latere nos debet &c.} Tertio oſtdit quomodo poſſit corrigi vt ſit cōmunis. ibi. {Sed recipit correctionem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ꝑ nihil aliud melius poteſt determinari ciuis ſimpliciter q̄ per hoc, ꝙ par
H ticipet in ciuitate iudicio, vt ſcilicet poſſit de aliquo iudicare ex poteſtate, vt ſcilicet aliquam habeat poteſtatem in negociis ciuitatis. Sed ſciendum, ꝙ principatuū ſunt duo genera. Quidam.n. ſunt determinati ad certum tempus, ita, ꝙ apud quaſdam ciuitates non liceat, ꝙ idē homo bis obtineat eundem principatum, vel, ꝙ obtineat per determinata tempora: puta, ꝙ exerceat aliquod officium ad annum, & poſtea non poſſit inſtitui in eodem officio vſq; ad tres vel quatuor annos. Alius autem principatus eſt qui non determinatur ſm aliquod tempus, ſed quocunq; tempore poteſt homo illud officium exercere, ſicut prætor, qui ſcilicet habet poteſtatem iudicandi de aliquibus cauſis: & cōcionator, qui habet poteſtatem dicendi ſuam ſententiam in coocione ciuitatis. Poteſt autē contingere, ꝙ aliqui huiuſmodi iudices vel concionatores nō nominentur principes, & ꝙ dicatur, ꝙ nō habent propter hoc aliquem principatum, ꝙ poſſint cōcionari

vel iudicare. Sed hoc nihil ad propoſitum differt, quia iſta dubitatio non eſt niſi in nomine. Non.n.inuenimus aliquod non commune iudici & concionatori. Et ideo imponatur eis hoc non vt dicatur indeterminatus. Sic igitur ponimus eos, qui participant huiuſmodi principatu eſſe ciues, & iſta videtur eſſe melior determinatio ciuis ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Nec latere nos debet, ꝙ in rebus quarũ ſubiecta differunt ſpecie: & aliud eorum eſt primum, aliud ſecundum, aliud conſequens, aut omnino nihil eſt, qua talia ſunt, cõe aut vix. Reſp.aũt videmus ſpecie differre, & alias eſſe poſteriores, alias priores. Quæ.n.aberrauerunt ac prolapſæ ſunt, neceſſe eſt vt poſteriores ſint integris & incorruptis. Qũo autem dicamus eas labi poſtea patebit. Quare eſſe ciuem quoq; alium atque alium, neceſſe eſt ſm differentiam rerump. Itaq; ille de quo diximus in populari quidem ſtatu maxime eſt ciuis: in aliis verò ſpeciebus eſſe quidem poteſt: non tamen neceſſe eſt, in quibuſdam enim ciuitatibus nec populus eſt, neq; concionis vſus: ſed Senatum habent, & iudicia: alij alia exercent vt apud Lacedæmonios de contractibus cognoſcunt hi qui Ephori nuncupantur: de cęde autem Senatus, & forſan alij de aliis ius dicunt. Eodemq; modo apud Carthaginenſes: de omnibus quidem cauſis magiſtratus quidam cognoſcunt.

Oſtendit ꝙ huiuſmodi determinatio ciuis non eſt cõis in omnibus politiis, & dicit ꝙ oportet hoc manifeſtum eſſe, ꝙ in omnibus rebus in quibus ſuppoſita differunt ſpecie, & vnum eorum eſt naturalr̃ primum, aliud ſcd̃m, aliud cõſequenter ſe habens, vel nihil ſimpliciter eſt commune eis quatenus talia ſunt, ſicut in ęquiuocis, vel vix & obſcure eſt aliquid cõmune, i. ſm aliquid modicum. Politiæ autem, vt infra dicetur, differunt ſm ſpeciem, & quædam eorum ſunt priores & quædam poſteriores: qa illæ quæ ſunt ordinatę ſm rectam rationem, priores ſunt aliis, quæ verò ſunt vitiatæ & tranſgrediuntur rectum ordinem politiæ, ſunt poſteriores naturaliter politiis nõ vitiatis, ſicut in quolibet genere perfectum eſt naturalr̃ prius corrupto: quomodo aũt aliquæ politiæ tranſgrediũtur rectum ordinẽ, infra erit manifeſtum. Vnde oportet, ꝙ altera ſit ratio ciuis in diuerſis politiis. Vnde prædicta determinatio ciuis maxime conuenit ſtatui populari, in qua quilibet de populo habet poteſtatem iudicãdi de aliquo & concionandi. In aliis autem politiis qñq; contingit, ꝙ quilibet ciuis habet hanc poteſtatem, non tñ eſt hoc neceſſarium, quia in quibuſdam non eſt populus habens aliquam poteſtatem, neq; aliquid reputant cõgregationem populi: ſed ſolum alios ſpãliter conuocatos, & iſti ſoli per partes iudicãe aliquas ſñias, ſicut in Lacedæmonia Ephori iudicant ſententias conciuiũ: alij tñ alias ſententias dabant, diuerſiq; diuerſas. Senes autem iudicant de homicidiis, & alij principatus alios caſus iudicabant: & ita etiam eſt apud Carthaginenſes: quia omnes ſententię iudicantur ꝑ aliquos principes: & ſic populares ciues non participant iudicio. Vnde prædicta determinatio ciuis in talibus politiis non conuenit. Deinde cum dicit.

Sed recipit correctionem quandam diffinitio ciuis, quod in aliis rebuſpub. non eſt indeterminata illa poteſtas, quæ in concione decernit et iudicat, ſed determinata ſm iuriſdictionẽ.

A Horum enim aut omnibus, aut quibuſdã conceſſum eſt deliberare, ac iudicare vel de omnibus, vel de quibuſdam. Quis igitur ſit ciuis ex his patet. cui.n. habilitas eſt participandi poteſtatis publicæ deliberatiuæ & iudiciariæ, hunc ciuem eſſe dicimus eius ciuitatis. Ciuitatem verò talium multitudinem, quæ ipſa per ſe ſufficiens ſit, vt ſimpliciter dixerim ad viuendum.

Corrigit prædictam diffinitionem ciuis, & dicit, ꝙ ꝓdicta diffinitio poteſt dirigi ad hoc, ꝙ ſit cõis: qa in aliis politiis à populari ſtatu, concionator & prætor non habet determinatum principatum: ſed hæc duo pertinent ſolum ad eos qui habent determinatos principatus, quia quibuſdam horum, aut etiam omnibus conuenit iudicare, & conſiliari, vel de quibuſdam, vel de omnibus. Et ex B hoc poteſt eſſe manifeſtum quid ſit ciuis. Non.n. ille, qui participat iudicio & concione: ſed ille qui põt conſtitui in principatu conſiliatiuo, vel iudicatiuo. Illi.n. qui non poſſunt aſſumi ad talia officia, in nullo videntur participare politia, vnde non videntur eſſe ciues. Vltimo autem ex hoc concludit, ꝙ ciuitas nihil eſt aliud, q̃ multitudo talium, qui ſic dicuntur ciues, vt per ſe ſufficiẽter viuere poſſint ſimpliciter. Eſt.n. ciuitas cõmunitas per ſe ſufficiens, vt in primo dictum eſt. Deinde cum dicit.

Conſueuerunt aũt eum etiam dicere ciuem qui ex duobus ciuibus ortus ſit & nõ ex altero ſolum, ceu ex patre & matre. Alij verò magis vltra requirũt, ceu auos, & proauos, & attauos, vel plures. His ita diffinitis, ciuiliter & ſuccincte dubitant quidam: tertius ille aut quartus: qũo erit ciuis. Gorgias quidem Leontinus par- C tim dubitans fortaſſe, partim ludens, inquit. Quẽadmodum mortaria ſunt illa, quæ à factoribus mortariorum fiunt: ſic Lariſſeos eſſe, qui ab artificibus eorum fiunt. Eſſe nãque aliquos Lariſſeorum factores, eſt aũt ſimplex: ſi.n. participarent adminiſtrationis reip. ſm determinationem iam dictam: eſſent vtiq; ciues. Etenim neq; poſſibile eſt congruere diffinitionem illam primis conditoribus, aut habitatoribus, vt ex patre & matre ciuibus ſint exorti.

Excludit quandam determinationem ciuis, quia quidam diffiniunt ciuem: & dicunt, ꝙ quidam ſm conſuetudinem ſuam determinant eum eſſe ciuem, q natus eſt ex ambobus parentibus ciuibus, & nõ ex altero ſolum, ſ. patre vel matre. Quidam aũt amplius reqritur, ad hoc, ꝙ aliquis ſit ciuis. ſ. ꝙ deducatur eius generatio ad ciues D auos vſque ad ſecundum gradum, vel tertium, vel vltra; & ſi ſic determinetur ciuis ciuiliter, i. ſm conſuetudinem quarũdam ciuitatum, & ſuccincte, & ante debitam diſquiſitionem conſurgit dubitatio, in quo modo iſte tertius vel quartus auus fuit ciuis: ſm.n. prædictã determinationem non poterit dici fuiſſe ciuis, niſi & eius generatio reducatur ad tertium vel quartum auum ciuem: & ita erit procedere in infinitum: ſed hoc eſt inconueniens, quia politia nõ procedit in infinitum, quare manifeſtum eſt quod eſt deuenire ad tales ciues qui nati non ſunt ex ciuibus. Circa hoc aũt ponit dictum Gorgiæ Siculi Leontini, qui quędam verba ſapientia ꝓdictas determinationes dixit, ſiue qa non erat certus de veritate, ſiue qa ironice loquebaẽ. Dixit.n. ꝙ ſicut mortaria ſunt illa q̃ fiunt ab artificibus mortariorum: ita & ciues ſunt Lariſſei qui ſunt facti, ideſt geniti ab aliis ciuibus Lariſſeis, qui ſunt factiui ciuium Lariſſeorum. Hoc autem dictum eſt

ſimpliciter & ſine ratione, quia ſi aliqui participant poliſia ſm diffinitionem prædictam à nobis: oportet dicere, ꝙ ſint ciues etiam ſi non ſunt progeniti ex ciuibus, alioqui iſta determinatio, quam iſti dant, non poteſt adaptari primis, q̃ ædificauerunt, aut inhabitauerunt ciuitatem: de quibus conſtat, ꝙ non fuerunt nati ex ciuibus illius ciuitatis. Vnde ſequeretur, ꝙ non fuerunt ciues, & per conſequens nec alij, qui ab eis deriuantur, quod eſt inconueniens.

LECTIO II.

Quòd illi qui donati ciuitate nuper fuere, ciues ſint, & quomodo ciuitas vna permaneat.

SEd forſan de eo magis dubitari poteſt cum facta mutatione recipiuntur quidam ad cõmunionem reip. quemadmodum Athenis fecit Cliſtenes poſt tyrannorum eiectionẽ. Complures.n.in tribus deſcripſit peregrinos, & ſeruos, & inquilinos: de quibus dubitari poteſt, non qui ciuis, ſed an iuſte vel iniuſte. Atqui & de eo inſuper quis dubitabit, an ſi non iuſte ciuis, ne ciuis ſit, quaſi idem valeat iniuſtus & falſus. Sed cum videamus quoſdam iniuſte ſe in magiſtratibus gerere, quos tñ magiſtratus eſſe dicimus, ſed nequaquam iuſte: ciuis aũt poteſtate quadam diffinitus ſit: nam q̃ particeps eſt talis poteſtatis, eſt ciuis, vt diximus: patet ꝙ hos quoq; ciues eſſe dicendum eſt. Iuſte autem vel iniuſte pertinet ad primam illam q̃onem, in qua quæritur, nunquid à ciuitate factum ſit, vel non à ciuitate, ceu cum ex paucorum potẽtia vel ex tyrãnide ad popularem ſtatum fit mutatio: tunc.n. neq; mutuatam pecuniam ſoluere quidam volunt, quaſi non ciuitas eam ſuſceperit, ſed tyrãnus, nec alia huiuſmodi per multa, quaſi reſp. vi ac victoria conſtet non publica vtilitate. Si igitur per hunc modum quædam in populari ſtatu fiunt, eſſe ſimiliter dicendum eſt huius ciuitatis acta & paucorum potentiæ, & tyrannidis. Videtur autem proprius huius quæſtionis locus, q̃ñ aliquando dicamus ciuitatem eſſe eandem & non eandem, ſed aliam. Potiſſime igitur inueſtigatio dubitationis huius eſt circa locum & hoĩes: fieri.n.poteſt, vt ſeparetur locus, & hoĩes, & alios alibi habitare, ſed hæc lenis eſt dubitatio. Nam cum multipliciter dicatur ciuitas, ꝑfacilis eſt huiuſmodi quæſtio. Similiter quoq; eorum, qui eundem inhabitãt locum, quoad dicendum ſit vnam eſſe ciuitatẽ. Non.n.mœnibus diffinitur: liceret enim Peloponneſum totam vnis mœnibus circundari. Talis fortaſſe eſt Babylon, quæ capta cum eſſet ab hoſtibus ferunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid ſenſiſſe. Similiter & quæcunque alia magis habet circũſcriptionem genus, q̃ ciuitatis. Sed huius quæſtionis alio loco vtilis erit conſideratio. Nam de magnitudine ciuitatis, & quãtam eſſe vtile ſit: & vtrum vnam vel plures, latere non debet.

E Poſtq̃ Philoſophus determinauit quid ſit ciuis ſimpliciter, hic manifeſtat quaſdam dubitationes circa prædicta, & determinat eas, & ponit quatuor dubitationes ſe inuicem cõſequentes. Eſt autem prima dubitatio de his qui facta mutatione politiæ aſſumuntur ad cõmunicationem politię ſicut quidam ſapiens Cliſtenes nomine fecit apud Athenas tyrãnis deiectis. Adiunxit.n. ſocietatibus ciuitatis multos extraneos, & etiam quoſdam ſeruos aduentitios, vt multiplicato populo diuites non poſſent tyrannice opprimere ipſum. Ad hanc autem dubitationem ſoluendam dicit, ꝙ circa hos dubitatio non eſt an ſint ciues, quia ex quo ſunt facti ciues, ciues ſunt, ſed eſt dubitatio vtrum ſint iuſte vel iniuſte, & hoc videtur philoſophus intendere, ꝙ iſti, qui ſunt inſtituti ab illo, q̃ transmutant politiam, ſint ciues. Secundam dubitationem mouet. ibi. {Atqui & de eo inſuper &c.} Poteſt.n. aliquis dubitare, vtrum ille qui nõ eſt iuſte ciuis ſit ciuis: ac ſi tantum valeat circa hoc iniuſtum quantum falſum.
F manifeſtum.n.eſt, ꝙ falſus ciuis non eſt ciuis. Et ad hoc ſoluit, ꝙ cum aliqui, qui principantur iniuſte: principes tamen habeantur, eadem ratione: & illi, qui ſunt iniuſte ciues dicendi ſunt ciues, quia ciuis dicitur ex hoc, ꝙ participat aliquo principatu, vt ſupra dictum eſt. Tertiam dubitationem ponit. ibi. {Iuſte autem vel iniuſte &c.} Et dicit, ꝙ an aliquis ſit iuſte ciuis vel non, iuſte videtur eſſe coniunctum pręcedenti dubitationi, quæ in principio huius libri tertij mota eſt: in trãſmutationibus enim politiarum circa aliquam ciuitatem dubitari ſolet, quãdo id, quod fit, ſit factum ciuitatis, & q̃ñ non, ſicut contingit quandoque, ꝙ politia ciuitatis mutatur de tyrannide, vel potentia diuitum in potentiam popularem: & tunc populus poteſtatem politiæ, accipiẽs, inde vult adimplere contentiones, quæ ſunt factæ vel per tyrãnum, vel per diuites prius dominantes: dicunt enim ꝙ ſi qua ſunt data tyranno vel diuitibus ciuitatis, non accipit ea ciuitas: & ita eſt in multis talibus, quia in quibuſdam
G politiis, illi qui præſident, obtinent aliqua ab aliis, non propter cõmunem vtilitatem ciuitatis, ſed propter proprium cõmodum. Soluit autem hanc dubitationem, ꝙ ſi ciuitas maneat eadem facta tranſmutatione politiæ ſicut eſt factum huius ciuitatis illud, quod fit ex populari ſtatu: ita illud, quod fit ex paucorum potentia vel tyrannide, quia ſicut tunc habebat in ciuitate poteſtatem tyrannus vel diuites, ita etiam in populari ſtatu populus. Quartam dubõnem ponit. ibi. {Videtur autem &c.} Et primo ponit hanc dubõnem in generali: & dicit, ꝙ proprius ſermo ad ſoluẽdum tertiam dubitationem eſt q̃ñ oporteat ciuitatem dicere eandem vel non eandem. Secundo ibi. {Potiſſime &c.} diuidit prædictam dubitationem in duas partes: & dicit, ꝙ huiuſmodi q̃ō in ipſa ſuperficie apparet, ꝙ eſt circa duo, ſ. circa locum ciuitatis, & circa homines inhabitantes ciuitatem. Contingit enim q̃ñq; aliter ſeparari homines à loco: puta, cum oẽs ciues expelluntur de ciuitate, & quidam ducuntur ad
H vnum locum, & quidam ad alium. Poteſt igitur eſſe dubitatio ſi ſuperinducãtur aliis habitatores: vtrum ſit eadem ciuitas vel non, & hæc quidem dubitatio lenior eſt, ideſt facilior. Ciuitas.n. multipliciter dicitur. Vno modo ipſe locus ciuitatis, & ſic ciuitas eſt eadem. Alio modo populus ciuitatis, & ſic ciuitas non eſt eadem. Sed tunc remanet alia dubitatio, quã tangit. ibi. {Silr quoq; &c.} Si.o. ſemper iidem homines habitẽt eundem locum: poteſt eſſe dubium, quando ſit vna ciuitas, & quando non. Et primo excludit vnam rationem vnitatis, cum dicit. {Non.n. mœnibus &c.} Et dicit, ꝙ non poteſt dici, ꝙ homines inhabitantes ciuitatem conſeruent identitatem ciuitatis propter muros eoſdem. Poſſet enim contingere ꝙ toti vni regioni, puta Peloponeſo circũduceretur vnus murus, & tamen non eſſet eadem ciuitas: & ita fuit de Babylone vel de quacũque alia maxima ciuitate, in qua magis comprehenditur vna gens, quàm vna ciuitas.

Dicitur

Dicitur enim de Babylone, ꝙ q̄n fuit facta vna pars ciuitatis, vſque ad tertium diem, non ſenſit alia pars ciuitatis propter murorum amplitudinem: & interponit, ꝙ de hac dubitatione, ſ. vtrum expediat eſſe ita magnam ciuitatem, conſiderandum erit alibi, i. in ſeptimo. Pertinet. n. ad politicum cognoſcere quanta debeat eſſe magnitudo ciuitatis: & vtrum debeat continere homines vnius gentis vel plurium: nam ciuitatis magnitudo tanta eſſe debet vt ei fertilius regionis ſufficiat & vt hoſtes inſanos repellere poſſit: conſtare etiam debet ex vna gente potius quia gens vna, vnius moris & vnius conſuetudinis eſt q̄ amicitiam propter ſimilitudinem, inter ciues conciliat, vnde ciuitates q̄ conſtitutæ ſunt ex diuerſis gentibus, ꝑpter diſſenſiones quas habuerūt ꝑpter diuerſitatem morum deſtructæ fuerunt, quia vna pars adiungebat ſe inimicis propter odium alterius partis. Deinde cum dicit.

At manentibus eiſdem habitatoribus eodē loco: vtrum quoad ſit idem genus habitātium eandem eſſe ciuitatē dicendum ſit: quāuis ſemper alij intereant, alij oriantur, vt & flumina ſolemus eadem dicere, & fontes eoſdem: quāuis ſemper vnda noua ſuperueniat ac defluat.

Inquirit de alia ratione vnitatis, vtrum. ſ. hominibus remanentibus in eodem loco ſit dicenda ciuitas eadem propter idem genus inhabitantium: quia. ſ. quidam ſuccedunt quibuſdam, quāuis non ſint iidem homines numero. Sed ſicut dicimus, fontes vel fluuios eſſe eoſdem propter ſucceſſionem aquarum, quāuis quædam effluat & quædam adueniat: ita dicimus eādem ciuitatem quāuis alij corrumpantur, alij generentur quandiu manet idem genus hominum. Deinde cum dicit.

An homines dicendum eſt eoſdem eſſe propter eādem cauſam, ſed ciuitatem aliam? Nam ſi ciuitas eſt ſocietas quędam, ſocietas autem ciuium variata reip. gubernandæ forma, & alia effecta: neceſſarium vtiq; videretur ciuitatem quoq; non eādem ꝑmanere, vt & chorum aliū eſſe dicimus, dum tragicus eſt, q̄ dum comicus. Et ſi idem ſint homines eodemq; item modo, oēm aliam ſocietatem & compōnem, ſi ſpecies compōnis alia fiat, ceu harmoniam earundem vocum aliam eſſe dicimus, & modo doricam, modo phrygiam vocitamus. Id ſi ita eſt, patet ꝙ maxime dicendum eſt eandem ciuitatem ad rēp. reſpicientes. Nomine aūt vocari alio, aut eodem licet eiſdem habitātibus eandē, vel aliis penitus hoībus. Vtrum aūt iuſtum ſit reddere pecuniam mutuo ſumptā, mutata reip. gubernandæ ſpecie, vel non iuſtū, alia eſt diſputatio.

Soluens hāc dubitationem oſtendit veram rōnem vnitatis ciuitatis: & dicit, ꝙ ꝑpter prędictam ſucceſſionem hominum vnius generis poteſt aliqualr̄ dici eadem multitudo hoīum: non tñ poteſt dici eadē ciuitas, ſi mutetur ordo politiæ: cum. n. cōmunicatio ciuium, quę politia dicitur, ſit de ratione ciuitatis: manifeſtum eſt, ꝙ mutata politia nō remanet eadem ciuitas, ſicut videmus in illis, qui dicunt cantiones in choris, ꝙ non eſt idem chorus: ſi q̄nq; ſit comicus, i. dicens cantiones comicas de factis infimarum perſonarum. Q̄nq; autem tragicus, i. dicens tragicas cantiones, de geſtis principum. Et ita etiam videmus in omnibus aliis, quę conſiſtunt in quadam cōpoſitione vel cōione, ꝙ q̄ncunq; alia eſt ſpecies compōnis, non remanet identitas, ſicut non eſt eadem harmonia, ſi q̄nq; ſit dorica, i. ſeptimi vel octaui toni. Q̄nque autem A phrigia, i. tertij vel quarti. Cum igitur oīa talia habeant hunc modum: manifeſtum eſt, ꝙ ciuitas eſt dicenda eadem, reſpiciendo ad ordinem politiæ: ita ꝙ mutato ordine politiæ licet remaneat idem locus & iidem homines non eſt eadem ciuitas, quāuis materialiter ſit eadem. Pōt autem ciuitas ſic mutata vocari vel eodem, vel altero nomine, ſiue ſint iidē, ſiue alij: ſed ſi eſt eadem noīe, erit ęqui uoce dictū. Vtrum aūt propter hoc, ꝙ nō remanet eadē ciuitas facta trāſmutatione politiæ ſit iuſtū, ꝙ cōuentiones prioris politiæ adimpleanē vel nō, pertinet ad aliam conſiderationem, quod in ſequentibus determinabitur.

LECTIO III.

Non eſſe idem bonum ciuem, & bonum virum eſſe, cum is bonus ciuis ſit qui & apte parere & imperare commode ſciat, bonus autem vir abſolute dicatur.

DE his vero quæ nunc dicta ſunt, conſequens eſt videre: vtrum eadem ſit virtus B boni viri, & boni ciuis, vel non eadem. Atqui, ſi hoc eſt perquirendum, prius de virtute ciuis ſub cōpendio videre oportet. Vt igitur nauta, vnus aliqs eſt eorum, q̄ ſunt in cōi ſocietate, ita & ciuem dicimus. Nautarum verò, quāq; diſſimiles ſint ſcḋm potentiam. nam alter eſt remex, alter gubernator, alter proram dirigens, alter alteram hmōi appellationem habēs, patet quod expreſſius vniuſcuiuſq; ſermo proprius erit illius virtutis. Sīr autem & cōis quidem conuenit omnibus. Salus. n. & conſeruatio nauigantium, cōe eſt omnium opus. ad hoc enim vnuſquiſq; eorum intendit. Sic igitur & ciuibus, licet diſſimiles ſint, opus eſt conſeruatio cōis ſo- C cietatis, ſocietas verò eſt reſp. Quapropter neceſſe eſt virtutem eſſe ciuis ad rēp. ſiquidem igitur plures ſunt rerump. ſpēs, patet non eſſe recipiendum. vt ſtudioſi ciuis vna ſit virtus, eaq; ꝑfecta, at viri boni perfecta eſt virtus. Q̄d igitur fieri poſſit vt ciuis ſtudioſus non poſſideat virtutem illam per quā dicitur vir bonus, manifeſtum eſt. Quinetiam & alio modo inquirentibus, deuenire licet ad eandem rationem circa optimam remp. nam ſi impoſſibile eſt ex omnibus ſtudioſis eſſe ciuitatem: & oportet ſingulos opus ſuum benefacere. hoc autem à virtute: ſit vero impoſſibile ſimiles eſſe ciues oēs, nequaquam vna eſſet virtus ciuis, & viri boni. D Nā virtutem ſtudioſi ciuis omnibus eſſe oportet, ſic. n. optima foret ciuitas vtiq;. At viri boni virtutem impoſſibile eſt omnibus eſſe, niſi neceſſarium ſit in ſtudioſa ciuitate ciues oēs eſſe viros bonos. Præterea cum ex diſſimilibus conſtet ciuitas, vt animal ex anima & corpore: anima verò ipſa ex ratione & appetitu, & domus ex viro & vxore, & acquiſitio ex domino & ſeruo. Eodem modo cum ciuitas ex his omnibus, ac præterea ex aliis diſſimilibus conſtet ſpeciebus, neceſſe eſt non vnam eſſe ciuiū omnium virtutem, quemadmodum nec chorum agentium ſupremi & aſſiſtentis. Quod igitur non eadem ſimpliciter ſit ex his patet.

Poſtq̃ Philoſophus oſtendit quid ſit ciuis, & ſoluit quaſdam dubitationes, hic inquirit de virtute ciuis, ſm quam determinatur. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quòd non eſt ſimpliciter eadem virtus ciuis & virtus boni viri. In ſecunda parte mouet circa hoc quaſdam dubitationes. ibi. {Reſtat ad &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ non eſt eadem ſimpl'r virtus ſtudioſi ciuis & boni viri. In ſecunda oſtendit, ꝙ alicuius ciuis eſt eadem virtus, quę & boni viri. ibi. {Sed an &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio, quia poſt prædicta eſt conſequens conſiderare: vtrum debeamus ponere eandem virtutem boni ciuis, & boni viri, vel non: quod eſt quærere vtrum ab eodem dicatur aliquis bonus vir, & bonus ciuis. Nam virtus eſt quę bonum facit habentem. Ad hoc autem, ꝙ iſta quæſtio debitam inquiſitionem accipiat, oportet primo oſtendere, quę ſit virtus ciuis, ſub quadam figura & ſimilitudine. Secundo ibi. {Vt igitur nauta &c.} Oſtendit, ꝙ non ſit eadem virtus ciuis & boni viri tribus rõnibus. In quarum prima præmittit ſimilitudinem ad oſtẽdendum, quæ ſit virtus boni ciuis: & dicit, ꝙ ſicut nauta ſignificat aliquid cõe multis, ita & ciuis. Quòd aũt nauta ſit cõis multis, manifeſtat. Quia cum multi diſſimiles in potentia, i. arte & officio dicantur nautę: quidam eorum eſt remigator, qui mouet nauem remis: quidam gubernator, qui dirigit motum nauis gubernaculo. quidam autem eſt prorarius, i. cuſtos prorę, quę eſt anterior pars nauis: & alij habent alia nomina & alia officia. Manifeſtum eſt autem, ꝙ vnicuiq; horum conuenit aliquid ſm propriam virtutem & aliquid ſm communem. Ad propriam enim virtutem vniuſcuiuſq; pertinet, ꝙ habeat diligentem rationem & curam de proprio officio, ſicut gubernator de gubernatione, & ſic de aliis. Communis aũt virtus eſt quędam, quæ conuenit omnibus. Omnium. n. eorum opus, ad hoc tendit, vt nauigatio ſit ſalus: ad hoc enim tendit deſiderium & intentio cuiuslibet nautæ: & ad hoc ordinatur virtus communis nautarum, quæ eſt virtus nautæ inquantum eſt nauta. Ita etiam cum ſint diuerſi ciues, habentes diſſimilia officia, & ſtatus diſſimiles per quos exercent proprias operationes in ciuitate, opus cõmune omnium eſt ſalus communitatis, quæ quidem cõitas conſiſtit in ordine politiæ. Vnde patet, ꝙ virtus ciuis inquantum eſt ciuis, conſideratur in ordine ad politiam, vt. ſ. ille ſit bonus ciuis, qui bene operatur ad conſeruationem politiæ. Sunt autem plures ſpecies politiæ, vt infra dicetur, & ex ſuperioribus aliqualiter eſt manifeſtum. Ad diuerſas autem politias ordinantur homines bene, ſm diuerſas virtutes. Alio. n. modo conſeruatur ſtatus popularis: & alio modo potentia paucorum, aut tyrannis. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ non eſt virtus perfecta ſm quam ciuis poſſit ſimpliciter dici bonus, ſed aliquis dicitur virtuoſus, ſm vnam virtutem perfectã, ſ. ſm prudentiam, ex qua omnes virtutes morales dependent. Contingit igitur aliquem eſſe bonum ciuem, qui tamen non habet virtutem ſm quam aliquis eſt bonus vir: & hoc in politiis, quæ ſunt præter optimam politiam. Secundam rationem ponit. ibi. {Quinetiam &c.} Et dicit ꝙ per alium modum poſſumus inquirendo ſiue obiiciẽdo peruenire ad eandem rationem & circa optimam politiam, ſ. ꝙ non ſit eadem virtus boni ciuis, & boni viri: quia impoſſibile eſt quantũcunq; ſit bona politia, ꝙ oẽs ciues ſint virtuoſi: ſed tamen oportet, ꝙ vnuſquiſque faciat opus ſuum, quod ad ciuitatem pertinet bene, quod quidem fit ſm virtutem ciuis inquantum eſt ciuis. Et ideo dico, ꝙ non poſſunt eſſe omnes ciues ſimiles, vt idẽ opus ad omnes pertineat. Et ex hoc ſequitur, ꝙ non ſit vna virtus boni ciuis, & boni viri, quam quidem conſequentiam ſic manifeſtat. Quia in optima politia oportet, ꝙ quilibet ciuis habeat virtutem boni ciuis. Per hũc enim modum ciuitas erit optima, ſed virtutem boni viri impoſſibile eſt, ꝙ omnes habeant: quia non omnes ſunt

E virtuoſi in vna ciuitate, vt dictum eſt. Tertiam rationem ponit. ibi. {Præterea cum &c.} Et dicit, ꝙ omnis ciuitas conſtat ex diſſimilibus rebus, ſicut animal: animal enim componitur ſtatim ex diſſimilibus, ſ. ex anima & corpore: & ſimiliter anima humana conſtat ex diſſimilibus, ſ. ex vi rationabili & appetitiua: & iterum domeſtica ſocietas conſiſtit ex diſſimilibus, ſ. ex viro & muliere. Et acquiſitio etiam conſtat ex domino & ſeruo. Ciuitas autem conſtat ex omnibus iſtis diuerſitatibus & ex multis aliis. Dictum eſt autem in primo, ꝙ non eſt eadem virtus principantis & ſubiecti, neque in anima, neque etiam in aliis. Vnde relinquitur, ꝙ non ſit vna & eadem virtus omnium ciuium. Sicut videmus, ꝙ in choro non eſt eadem virtus ſupremi, i. illius, qui ducit chorum & aſtantis, i. illius, qui aſſiſtit. Manifeſtum eſt autem, quòd vna & eadem eſt virtus boni viri. Relinquitur ergo, ꝙ non ſit eadem virtus boni ciuis, & boni viri. Deinde cum dicit,

F Sed an erit alicuius eadem virtus ciuis ſtudioſi, & viri boni? Dicimus vtiq; ſtudioſum, in magiſtratu bonum eſſe atq; prudentẽ. Ciuilem aũt hominem neceſſarium eſt eſſe prudentem.

Oſtendit ꝙ alicuius ciuis eſt eadem virtus, quæ & boni viri. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitũ. Secundo ex hoc concludit concluſionem probatam in præmiſſis. ibi. {Et ſtatim &c.} Tertio mouet quandam dubitationem circa præmiſſa & ſoluit. ibi. {Sed nihilominus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ forte poterit dici, ꝙ alicuius ciuis ad hoc, quòd ſit bonus requiritur eadem virtus, quæ eſt boni viri. Non enim dicitur aliquis eſſe bonus princeps, niſi ſit bonus per virtutes morales, & prudens. Dictum eſt enim in 6. Ethic. ꝙ politia eſt quædam pars prudentiæ. Vnde oportet politicum, i. rectorem politiæ eſſe prudentem, & per conſequens bonum virum. Deinde cum dicit, Lec. 4. c. 6.

G Et ſtatim aliam eſſe diſciplinam præſidentis aiunt quidam, vt patet in Regum filiis, qui ad equeſtrem, bellicamq; diſciplinam in adoleſcẽtia erudiunt. Et Euripides inquit, non mihi ſpecioſa, ſed ea quorum ciuitas indiget, tanq̃ ſit p̄ſidentis diſciplina quædam. Si autem eſt eadẽ virtus regẽtis boni, ac viri boni: ciuis autem eſt & qui regitur, non eadẽ virtus ſimpliciter eſſet ciuis & viri boni, ſed tamen cuiuſdam ciuis. Non. n. eadem virtus eſt regentis & ciuis. Et ob hoc forſan Iaſon inquit, grauiter ſe ferre ſi non regnaret, quaſi neſciret priuatus eſſe.

Concludit ex hoc, ꝙ non ſit eadem virtus boni ciuis ſimpliciter & boni viri. Et ad hoc probãdum primo inducit, ꝙ quidam dicunt aliam eſſe diſciplinam principis, qua eſt inſtruẽdus ad virtutem & diſciplinã ciuis, vt H apparet ex hoc, ꝙ filij regum erudiuntur in equeſtrem & bellicam diſciplinam. Vnde & Euripides dixit loquẽs ex perſona principis, non ad me pertinet ſcire, quæ ſunt ſpecioſa & alta, quę. ſ. philoſophi cõſiderant, ſed ea quorum opus eſt ad regimen ciuitatis. Et hoc dixit ad ſignificandum, quod eſt quædam propria diſciplina principis. Ex quo concludit, ꝙ ſi eadem ſit diſciplina & virtus boni principis, & boni viri: non autem omnis ciuis eſt princeps, ſed etiam ſubditi ſunt ciues: ſequitur, ꝙ non ſit ſimpliciter eadem virtus ciuis & viri boni, niſi forte alicuius ciuis, illius ſcilicet, qui poteſt eſſe princeps. Et hoc ideo, quia non eſt eadem virtus principis & ciuis. Propter quod Iaſon dixit, ꝙ grauiter ferebat quando non tyrannizabat, ac ſi neſciret viuere ſicut priuata perſona. Deinde cum dicit,

Sed nihilominus laudandum eſt poſſe imperare & parere, ac præclari ciuis virtus eſt, poſſe præeſſe & ſubeſſe laudabilr. Si ergo virtutē boni viri poſuimus p̄ſidentem. Ciuis aūt vtranq; non vtique forent ambę ſimiliter laude dignæ.

Mouet dubitationem circa pręmiſſa. Et circa hoc duo facit. Primo obiicit cōtra præmiſſa. Secundo ſoluit. ibi. {Cum ergo &c.} Dicit ergo primo, ꝙ quandoque laudatur ciuis ex hoc, ꝙ poteſt bene principari & ſubiici. Si ergo virtus boni viri, eſt quę eſt virtus boni principis: virtus autem boni ciuis eſt quæ ſe habet ad vtrunque, ſcilicet ad principandum & ſubiiciendum. Sequitur, quòd non ſint ambo ſimiliter laudabilia, ſcilicet eſſe bonum ciuem, & bonum virum, ſed eſſe bonum ciuem ſit multo melius. Deinde cum dicit.

Cum ergo aliqñ videatur vtràque, ſed non eadem & eum qui imperat, & eum ꝗ paret, ad diſcere debere. Ciuem autem vtraq; ſcire, & participare ambarum, quid ſequatur deprehendere quis poteſt. Eſt. n. præſidentia dominatiuā, hanc verò in his quæ neceſſaria vocantur, ſcire facere, nequaquam neceſſarium eſt ei qui præſidet, ſed vti magis: alterum verò ſeruile eſt. Dico autem alterum poſſe exhibere eadem miniſteria: ſeruorum aūt ſpecies plures, cum ſint miniſteria plura, quorum partem vnam obtinent manuales. Hi ſunt vt nomen ſignificat, qui ex manibus viuunt, in quibus ſunt opifices. Quapropter apud quoſdam antiquitus huiuſmodi homines excludebantur à reip. honoribus, anteq̄ populus extremus fieret. Hęc igitur opificia eorum qui ita ſubſunt, neq; rectorum diſcere oportet: neque eum qui in rep. verſatur, neq; bonum ciuem, niſi fortaſſe quandoq; ſuiipſius priuatim gratia. Non. n. amplius contingeret eſſe alterum dominum, alterum ſeruum: ſed eſt præſidentia quædam, per quam præeſt ſimilibus genere, & liberis hominibus. Et hanc dicimus eſſe ciuilem præſidentiam, quam eum qui præeſt, didiciſſe parendo oportet: ceu p̄fectum equitum eſſe, cum ipſe prius ſub alio fuerit: & exercitum ducere, cum ipſe prius in exercitu ꝑ inferiores militiæ gradus ductus ſit. Quamobrem rectè dicitur, neminē bene imperare poſſe, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit.

Soluit prædictam dubitationem. Et primo oſtendit q̄uo eſt eadem diſciplina principis & ſubiecti, & q̄uo non. Secundo oſtendit q̄uo ſit eadem virtus vtriuſq. ibi. {Sed horum virtus &c.} Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, ꝙ quia ſicut prædictum eſt, aliquando vtrūq; horum videtur, ſ. ꝙ non oporteat eandem diſciplinam diſcere principem & ſubditū: & iterum, ꝙ bonus ciuis debet ſcire vtrunque ſcilicet, principari & ſubiici, quomodo vtrūque ſit verum oportet conſiderare ex ſequentibus. Secundo ibi. {Eſt. n. pręſidentia &c.} ponit vnum modum principatus, in quo verificatur vnum eorum quæ dicta ſunt, ſ. ꝙ alia eſt diſciplina principis & ſubditi. Et dicit, ꝙ eſt quidam principatus dominatiuus, in quo princeps eſt dominus ſubditorum, & talem principem non oportet, ꝙ ſciat facere ea quæ pertinent ad miniſteria neceſſaria vitæ: ſed magis

u ꝑ

A ꝙ ſciat vti eis: alterum autem. ſ. poſſe ſeruire in his quæ pertinent ad actiones miniſteriorum, non videtur eſſe principatiuum vel dominatiuum, ſed magis ſeruile. Sūt autem diuerſæ ſpecies ſeruorum ſecundum diuerſas operationes miniſtrantium, inter quos vnam partem tenent illi qui manibus operantur, ſicut artifices, coquinarij, & ſimiles. Iſti autem viuunt de operibus manuum, ſicut ex nomine eorum ſignificatur. Et inter tales computantur viles artifices, i. qui operæ ſuæ artis maculant corpus, vt in primo dictum eſt. Et quia operationes horum artificum non ſunt principatiuæ, ſed magis ſeruiles, ideo antiquitus apud quoſdam, artifices non habebant aliquam partem in principatu ciuitatis: & hoc dico antequam fuiſſet populus extremus, i. antequam infimi de populo acciperent poteſtatem in ciuitatibus. Sic igitur patet, ꝙ huiuſmodi opera ſubditorum non oportet addiſcere neque bonum politicum, i. gubernatorem ciuitatis: neque etiam bonum ciuem, niſi quandoque propter aliquam
B vtilitatem ad ſeipſum, non, ꝙ in hoc ſeruiat aliis, quia iā non eſſet diſtinctio inter dominum & ſeruum. Sed huiuſmodi ſeruilia opera domini exercerent. Tertio ibi. {Sed eſt præſidentia &c.} ponit alium principatū in quo alia pars verificatur, ſ. ꝙ eadem debet addiſcere & princeps, & ſubditus. Et dicit, ꝙ eſt quidam principatus ſm quē aliquis principatur, non ſicut dominus ſeruis, ſed ſicut liberis, & ſibi æqualibus: & hic eſt ciuilis principatus, ſm quem in ciuitatibus nunc hi, nunc alij aſſumuntur ad principandum: & huiuſmodi principem oportet ſubiectum addiſcere qualiter debet principari, ſicut principari equitibus addiſcit aliquis, ꝑ hoc, ꝙ inter equites ſubiectus fuit: & eſſe dux exercitus, addiſcit aliquis, ꝑ hoc, ꝙ fuit ſub duce exercitus. Et qui alicui particulari ordini præfuit: puta vni centuriæ, vel vni cohorti: & qui inſidias diſpoſuit ad mandatum ducis: magnum enim principatum exercere addiſcit homo & per ſubiectionem, & per exercitium in minoribus officiis: & quantum ad hoc
C bene dicitur in prouerbio, ꝙ nō poteſt bene principari, qui non fuit ſub principe. Deinde cum dicit.

Sed horum diuerſa eſt virtus, & oportet bonum ciuem ſcire, ac poſſe præeſſe & ſubeſſe. Et hęc eſt virtus ciuis, ſcire rectè ſe habere in vtraque parte: & boni viri quidē in vtraque, quāquam alia eſt ſpecies eius prudentiæ & iuſtitiæ quæ præeſt. nam eius qui ſubeſt, ac liber ſit, nō vna profectò virtus eſſet: vtputa iuſtitia alias ſpecies haberet, cum præeſt: alias, cum ſubeſt. Quemadmodum viri & mulieris alia tēperantia, & fortitudo. Nam videretur vtiq; timidus eſſe vir, ſi ita fortis eſſet: vt fęmina fortis, & mulier inhoneſta videretur, ſi ſic honeſta foret, vt
D **vir honeſtus. Adminiſtratio quoq; domus, alia mulieris, alia viri. Nam viri eſt acquirere, mulieris ſeruare. Prudentia verò propria virtus eſt præſidentis. Nam cæteræ quidem virtutes videntur cōmunes, tam eorum qui pręſunt, q̄ eorum qui ſubſunt. At prudentia non eſt virtus eius qui ſubeſt, ſed opinio vera. Qui. n. ſubeſt, vt is eſt qui fiſtulam facit: ꝗ verò præeſt, vt his qui vtitur fiſtula. Vtrum igitur eadem ſit virtus viri boni, & ciuis ſtudioſi, vel alia: & q̄uo eadem, & quomodo alia ex his patet.**

Oſtendit q̄uo ſit eadem virtus vel diuerſa principis & aliorum. Et dicit, ꝙ etiam in hoc principatu eſt altera virtus principis & ſubiecti: ſed tū oportet, ꝙ ille qui eſt

E ſimpliciter bonus ciuis, ſciat & prīcipari, & ſubiici principatui.ſ.nō dominatiuo, qui eſt ſeruorum : ſed politico, qui eſt liberorum. Et hæc eſt virtus ciuis, vt ad vtrunque bene ſe habeat : & ſimpliciter boni viri ſunt, ambo.ſ.& bene principari, & bene ſubiici. Et ſic boni ciuis inquātum eſt potens principari, eſt eadem virtus quæ & boni viri : ſed inquantum eſt ſubiectus, eſt alia virtus principis, & boni viri, à virtute boni ciuis : puta altera ſpecies eſt temperantiæ & iuſtitiæ principis, & temperantiæ, & iuſtitiæ ſubditorum. Subiectus.n.qui eſt liber & bonus, non habet vnam tm̄ virtutem, puta iuſtitiam. Sed iuſtitia eius habet duas ſpēs, ſm̄ vnam, quarum poteſt bene principari, & ſm̄ aliam bene ſubiici, & ita etiam de aliis virtutibus. Et manifeſtat hoc per exemplum. Quia alia eſt temperantia & fortitudo viri & mulieris, qa vir reputabitur timidus ſi non ſit magis fortis, q̄ fortis mulier. Et mulier quā decet taciturnitas reputabit̃ loquax, ſi ſit facunda, ſicut bonus vir. Et hoc ideo, quia etiam in F diſpenſatione domus, aliud pertinet ad virum, aliud ad mulierem. Ad virum enim pertinet acquirere diuitias, ad mulierem autem conſeruare. Et ſic etiam ſe habet in ciuitate circa principem & ſubiectum. Nam proprie virtus principis eſt prudentia, quæ eſt regitiua & gubernatiua. Aliæ verò virtutes morales, quarum ratio cōſiſtit in gubernari & ſubiici ſm̄ conſtitutiones & ſubditorum & principum : ſed tamen aliquid prudentiæ participant ſubditi, vt.ſ.habeant opinionem veram de agendis, per quam poſſint ſeipſos gubernare in propriis actibus ſm̄ gubernationem principis. Exponit exemplum de illo, qui facit fiſtulas, qui ſe habet ad fiſtulatorem, qui vtitur fiſtulis, ſicut ſubiectus ad principem : operatur.n.recte faciēdo fiſtulas, ſi habeat opinionem regulatam ſm̄ mandatum fiſtulatoris : & ita eſt in ciuitate de ſubiecto & principe. Loquitur autem hic de virtute ſubditi, non inquantum eſt bonus vir, qui ſic indiget habere prudentiam : ſed loquitur de eo inquantum eſt bonus ſubditus: G ad hoc enim non requiritur niſi ꝙ habeat opinionem veram de his quæ ei mandantur. Vltimo autem epilogando concludit manifeſtum eſſe ex præmiſſis: an ſit eadem vel altera virtus boni viri, & boni ciuis : & iterum quomodo ſit eadem, & quomodo altera, quia eſt eadem inquantum poteſt bene principari : alia autem inquantum poteſt bene ſubiici.

LECTIO IIII.

Quinam ciues ſint appellandi, & ꝙ plures ſint ciuium ſpecies.

REſtat adhuc vna dubitatio circa ciuem. Vtrum re vera ciuis ſit is ſolum, cui participatio eſt publicæ poteſtatis, vel opifices etiā ac mercenarij, ſint ciues nuncupandi. Nam ſi ponamus hos quoque eſſe ciues, qui magiſtratuum ſint expertes : nequaquam poſſibile eſt H vniuſcuiuſq; ciuis talem eſſe virtutem : ſi verò nullus horum eſt ciuis, in qua parte ſunt hmōi homines reponendi: neque.n.in eorum miniſtrorum loco, q nobiſcum habitāt, neq; rurſus, vt peregrini : An ſm̄ hanc rōnem nihil dicemus euenire abſurdum: neque.n.ſerui ſupradictorum quicquā, neq; liberti. Illud aūt verum quod non oēs illi dicendi ſunt ciues, ſine qbus ciuitas eſſe non poteſt: cum neq; pueri ita ciues ſunt, vt viri. Sed hi quidem ſimpliciter: hi verò ex ſuppoſitione : ciues.n.ſunt, ſed imperfecti. Vetuſtis quidem temporibus, apud quoſdam opifices erant, ſerui aut peregrini.

E Poſtq̄ Philoſophus oſtendit quæ ſit virtus ſtudioſi ciuis, & vtrum ſit eadem cum virtute boni viri: hic mouet quandam dubōnem circa prædeterminata: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubōnem. Secundo ſoluit eam. ibi. {Quapropter &c.} Tertio ſolōnem manifeſtat. ibi. {Patebit autem &c.} Dicit ergo primo, ꝙ circa ciuem adhuc remanet quædam dubitatio: vtrum.ſ.ille ſolus ſit ciuis, qui poteſt cōicare in principatu ciuitatis: an etiam viles artifices ſint ponendi ciues, quos non cōtingit communicare in principatu : & obiicit ad vtrāque partem, quia ſi mercenarij dicantur ciues, ad quos nihil pertinet de ciuitatibus: ſequetur, ꝙ virtus quā diximus eſſe boni ciuis, vt.ſ. poſſit bene principari & ſubiici, non pertinet ad oēm ciuem, quia iſte ciuis ponitur, qui tñ non poteſt principari.ſ.vt dicatur, ꝙ nullus talium ſit ciuis, remanebit dubium, in quo genere ſint ponendi mercenarij. Non enim poteſt dici, ꝙ ſint aduenæ quaſi aliunde venientes ad habitandum in ciuitate : neq; ꝙ ſint peregrini, ſicut F viatores, qui propter aliquod negocium ad ciuitatem veniunt, nō cauſa manendi. Huiuſmodi.n.artifices & manſionem in ciuitate habent, & in ciuitate ſunt nati, nō aduenientes aliunde. Soluit prædictam dubitationem, & dicit, ꝙ ꝓpter hanc vltimam rationem dubitatur in qua parte ponendi ſunt artifices, ſi non ciues ſunt, non ſequit̃ aliquod inconueniens. Iſti.n.ſunt, qui non ſunt ciues : & tñ non ſunt aduenæ neq; peregrini, ſicut patet de ſeruis & libertinis, qui ſunt ex ſeruitute libertati reſtituti. Verū eſt enim, ꝙ non oēs ſunt ciues, qui ſunt neceſſarij ad complementum ciuitatis, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, quia non ſolum de ſeruis, ſed etiam de pueris videmus, ꝙ non ſunt ita perfecti ciues, ſicut & viri. Viri.n.ſunt ſimpliciter ciues, quaſi potentes operari ea quæ ſunt ciuilis: ſed pueri ſunt ciues ex ſuppoſitione, i.cum aliqua determinatione diminuente. Sunt enim ciues imperfecti, & ſicut ſerui : & pueri ſunt quidem aliqualiter ciues, ſed non perfecte, ita etiam eſt & de artificibus. Vnde in anti- G quis temporibus viles artifices & etiam peregrini apud quaſdam ciuitates erant ſerui, ſic etiam & modo multi ſunt tales. Deinde cum dicit.

Quapropter etiam nunc plerique tales ſunt. optima quidem ciuitas nunquam opificem faciet ciuem. Quod ſi hi ciues, ciuis autem virtus eſt, quam diximus. Dicendum eſt non eſſe cuiuſque ciuis, neque liberi modo ; ſed eorum q à miniſteriis neceſſariis ſunt alieni : neceſſaria verò qui vni miniſtrat, ſeruus eſt: qui autem publice, viles & ſordidi.

Manifeſtat prædictam ſolutionem, quia etiam in ciuitate optime diſpoſita non poſſent eſſe opifices ciues: & ſi dicatur, ꝙ opifex eſt ciuis aliquo modo: tunc dicendum eſt, ꝙ virtus ciuis quam determinauimus, vt.ſ. poſſit bene principari & ſubiici non eſt ciuis, licet ciuis ſit quo- H modocunque dictus : ſed oportet ad hoc, ꝙ ad eos pertineat huiuſmodi virtus, ꝙ non ſolum ſint liberi, ſed etiam ſint dimiſſi, i.abſoluti ab operibus neceſſariis vitæ. Illi enim qui ſunt deputati talibus neceſſariis operibus, ſiquidem in his miniſtrent vni tantum: hoc eſt proprie ſeruorum : conſueuerunt enim ſerui huiuſmodi miniſteria exhibere dominis ſuis. Si autem hæc miniſteria exhibeant communiter quibuſcūque hæc pertinet ad mercenarios & ſordidas perſonas, quæ ſeruiunt quibuſcunque pro pecunia. Deinde cum dicit.

Patebit autem hoc paulo adhuc conſiderantibus, quemadmodum in his res ſe habeat. Hoc enim quod diximus, id oſtendit: cum enim plures ſint rerūp. ſpecies, Plures quoq; ſpecies ciuitatis neceſſe eſt ſint. Ac maxime eorum ciuium

qui

qui ſubſunt, itaq; in quadam rep. opifices & ſordidi ciues erunt. In quibuſdam verò impoſſibile eſt, vt ciues ſint: puta in optimatum gubernatione, ſi qua talis eſt, in qua ſm virtutem dantur honores, & ſm dignitatem. Neque.n. virtutē exercere pōt, q vilibus opificiis occupatus eſt. In paucorum quoq; gubernatione tenues homines ad rempub. non recipiuntur, ex magno enim cenſu ad honores reipublicę peruenitur. Artifices tñ ad hanc ſpēm peruenire poſſunt, & ſi ſordidi ſint, qm̄ plerunque diuitiis abundant. Apud Thebanos lex fuit, vt nemo habilis eſſet ad honores reip. ſuſcipiendos, niſi decē annis à mercatura deſtitiſſet. In multis autem rebus publicis attrahuntur lege ad ciuitatem etiam peregrini. Eſt etiam lex in quibuſdam ciuitatibus, vt ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitū, & ſpurios quædam recipiunt, atq; propter defectum legitimorum ciuium tales faciunt ciues: paucitate.n. hominum inducti, his vtuntur legibus, φ ſi abundent multitudine, paulatim excludunt primo libertini generis homines: deinde eos q ex matre ſolūmodo ciues ſint, nec niſi ex vtroq; parēte natos ciues, ꝓ ciuibus habent. Quòd igitur plures ſint ſpēs ciuis ex his patet.

Manifeſtat propoſitam ſolutionem. Et circa hoc facit tria. Primo oſtendit qūo aliquis diuerſimode in diuerſis politiis eſt ciuis. Secundo oſtendit, φ maxime ciuis eſt in qualibet politia qui poteſt participare principatu. ibi. {Ac maxime eorum ciuium qui ſubſunt &c.} Tertio epilogando colligit ea, quæ dicta ſunt de virtute ciuis. Dicit ergo primo, φ manifeſtum erit qūo ſe habeat veritas circa præmiſſa, ex parua conſideratione eorum quę ſequuntur. Si enim aliquis perfecte videat id quod dicetur, fiet ei euidens quod dictum eſt: cum.n. ſint plures politiæ ſpecie differentes, & ciuis dicatur in ordine ad politiam vt dictum eſt: neceſſe eſt etiam, φ ciuis habeat plures ſpecies, & maxime iſta differentia attenditur quantum ad ciues ſubditos q in diuerſis politiis diuerſimode ſe habent ad principatum: illi aūt qui præſident in qualibet politia principant. Vnde propter diuerſitatem politiarum, & per conſequēs ciuium, neceſſe eſt, φ in aliqua politia. ſ. in populari ſtatu, in qua quæritur ſolum libertas, mercenarij ſint ciues: poterunt.n. ad principatum ꝓmoueri, cum ſint liberi: ſed in aliquibus politiis eſt hoc impoſſibile, ſicut maxime cōtingit in optimatum ſtatu, in quo dantur honores dignis ſm eorum virtutem: illi, q viuunt vita mercenaria non poſſunt ciuitati exhibere in ſuo regimine ea quæ pertinent ad virtutem, quia nō ſunt in talibus exercitati: ſed in ſtatu paucorum mercenarij quidem nō poſſunt eſſe ciues, quia in huiuſmodi politiis aſſumuntur aliqui ad principatus propter diuturnos honores præcedentes & diuitias. Vnde de facili poteſt contingere, φ mercenarij ad honores aſſumantur, qui vix ꝑ totam vitam ſuam tantum poſſunt congregare, vnde diuites fiant. Sed artifices in talibus politiis poſſunt eſſe ciues & principes, quia multi artifices cito ditantur: & ita poſſunt propter diuitias in ſtatu paucorū aſſumi ad principatus, cum per aliquod tempus ab artificiis ſe abſtinētes, poſtq; fuerint ditati, honorabilem duxerunt vitam. Vnde apud Thebas erat ſtatutum, φ ille qui abſtinuiſſet à foro venalium rerum, decem annis, poſſet participare, virtute. ſ. principatiua. Sed quāuis peregrini, aduenæ, & abiectæ perſonæ non poſſunt eſſe ciues, quaſi potentes na

A principari in ciuitatibus bene inſtitutis: tñ in multis politiis, ſ. popularibus reſtringitur lex de peregrinis, aduenis, vt nō ſint ciues, quia in quibuſdam ciuitatibus: ille, qui eſt natus ex matre ciue, reputatur ciuis, licet pene ſit aduena vel peregrinus. Et ita etiā eſt lex de ſpuriis apud multos, vt. ſ. ſint ciues, ſed hoc faciunt propter indigentiam bonorum ciuium, & propter paucitatem hominū habentem defectum curæ, in qua cōſiſtit poteſtas ſtatus popularis, vtuntur talibus legibus, vt primo eligant eos in ciues, qui ſunt nati ex ſeruo vel ex ſerua, dummodo alter parentum ſit liber: deinde creſcente multitudine, excludunt omnes filios ſeruorum, ſed reputant ciues eos, q ſunt nati ex mulieribus ciuibus, quāuis patres ſint aduenæ: tandem autem diriguntur ad hoc, φ iudicant ciues illos, qui ſunt nati ex ambabus liberis & ciuibus. Sic igitur manifeſtum eſt, φ ſunt diuerſæ ſpecies ciuium, ſm diuerſitatem politiarum. Deinde cum dicit.

B Et φ maxime dicitur ciuis ille, qui habilis ſit ad honores ſuſcipiendos, vt Homerus inquit, ſed vbi id occultum eſt, ex deceptione habitatorum, tanquam inhonoratum quendam reptitium repellunt: vt, inquilinus enim eſt & aduena, qui honores capere non poteſt.

Oſtendit quid ſit maxime ciuis, & dicit, φ maxime ille dicitur ciuis in qualibet politia, qui participat honoribus ciuitatis. Vnde Homerus dixit poetice de quodā, φ poſt alios ſurrexit, puta ad loquendum, ſicut quidam inhonoratus. i. ſicut quidam aduena qui non erat ciuis. Sed iſta ratio ciuis occultatur, decipiuntur enim ex eo, φ ſimul habitant, exiſtimantes propterea omnes, qui in ciuitate cohabitant, ciues eſſe. Sed hoc non eſt conueniens, quia ille qui non participat honoribus ciuitatis, eſt ſicut aduena in ciuitate. Deinde cum dicit.

C Vtrum igitur alia, an eadem virtus ſit, per quā eſt vir bonus & ciuis ſtudioſus: patet ex ſupradictis, φ cuiuſdam ciuitatis idem, cuiuſdam verò alius, & ille non omnis, ſed qui præeſt reip. & poteſtatem habet, aut ſolus, aut cū aliis gubernationem exercens.

Colligit epilogando q dixerat, & dixit, φ circa hanc qōnem qua quærebatur, vtrum ſit eadem virtus boni viri, & ſtudioſi ciuis oſtēſum eſt, φ in aliqua ciuitate, ſ. optimatum, idem eſt bonus vir, & bonus ciuis, in qua principatus dantur ſm virtutem, quæ eſt boni viri: in aliquibus autem alius eſt bonus vir, & alius bonus ciuis, ſ. in corruptis politiis, in quibus principatus dantur non ſm virtutem. Et ille qui eſt idem cum bono viro, nō eſt quicunq; ciuis: ſed ille qui eſt ciuilis, i. rector ciuitatis & dominus vel potens eſſe dñs eorum, quæ pertinent ad curam cōitatis, vel ſolus vel etiam cum aliis. Dictum.n. eſt
D ſupra, φ eadem eſt virtus principis & boni viri. Vnde ſi ciuis accipiatur, qui eſt princeps, vel q poteſt eſſe, eadem eſt virtus eius, & boni viri. Si aūt accipitur ciuis, ſ. imperfectus, qui non poteſt eſſe princeps non erit eadem virtus boni ciuis & boni viri, vt ex prædictis patet.

LECTIO V.

Quòd ciuitas ſit liberorum hominum ſocietas, cuius finis eſt vtilitas communis, in quam omnis adminiſtratio publica tendere debet.

HIs ita determinatis, videndū iam eſt, vtrū vna ſit reſp. an plures: & ſi plures, quæ, & quot, & quænam differentiæ earum ſint.

Poſtq; Philoſophus determinauit de ciue, ex cuius noticia cognoſci poteſt quid ſit ciuitas, hic conſequenter intendit diſtinguere politiam in ſuas ſpecies, & diuiditur

in partes tres. In prima diſtinguit politias. In ſecunda oſtẽdit quid ſit iuſtum in vnaquaq; politia. ibi. {Sumendum eſt &c.} Tertio oſtendit, quæ politiarum ſit potior. ibi. {Habet aũt &c.} Circa primum tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo oſtendit qd ſit politia. ibi. {Eſt aũt reip. &c.} Tertio diuidit politias. ibi. {Supponendum eſt &c.} Dicit ergo primo, ꝙ determinatis prædictis reſtat conſiderare, vtrum ſit vna politia tantum, vel plures, & ſi ſunt plures, quot, & quæ omnes ſint, & qũo adinuicem differant. Deinde cum dicit.

Eſt autem reſp. ordinatio ciuitatis, & circa magiſtratus alios, & maxime circa id, qđ ſummam in ciuitate habeat auctoritatem, & ſit principaliſſimum. Principaliſſimum autem eſt id, quod vbiq; gubernat, & regit ciuitatem, ceu in populari quidem, populus: in paucorum verò potẽtia, pauci. F Diximus autem & remp. aliam eſſe ab iſtis, eodemq; modo dicemus de aliis.

Oſtendit quid ſit reſp. & dicit, ꝙ reſp. nihil eſt aliud ꝗ ordinatio ciuitatis quantum ad omnes principatus, qui ſunt in ciuitate: ſed præcipue quantum ad maximũ principatum, qui dominatur omnibus aliis principatibus. Et hoc ideo, quia impoſitio ordinis in ciuitate tota conſiſtit in eo, qui dominatur ciuitati, & talis impoſitio ordinis eſt ipſa reſp. Vnde præcipue reſp. conſiſtit in ordine ſummi principatus ſecundum cuius diuerſitatem reſp. diuerſificantur, ſicut in ſtatu populari, dominatur populus, in ſtatu paucorum, pauci diuites, & ex hoc eſt diuerſitas harum politiarum. Et eodem modo dicẽdum eſt de aliis politiis. Deinde cum dicit.

Supponendum eſt primo cuius gratia ciuitas ſit conſtituta, & quot ſint gubernandi ſpẽs, circa hominem, & circa vitæ ſocietatem. G

Diſtinguit politias. Et primo dicit quomodo diſtinguantur rectæ politiæ ab iniuſtis. Secundo quomodo diſtinguantur veræ politiæ in ſeipſis. ibi. {His determinatis &c.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit ad qđ ſit ciuitas ordinata. Secundo oſtendit quomodo diſtinguuntur principatus adinuicem. Tertio concludit differentiam rectarum politiarum & iniquarum. ibi. {Conſtat igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo incipit exequi propoſitum. ibi. {In ſuperioribus &c.} Dicit ergo primo, ꝙ cum oporteat diſtinguere politias adinuicem; oportet primo duo præmittere, quorum primum eſt ꝓpter quid ciuitas ſit inſtituta. Secundum eſt, ꝙ ſicut differentię principatuũ, qui ſunt circa homines, ita & circa omnia quæ veniunt in cõmunionem vitæ. Ex his enim duobus poterit accipi dr̃ia iuſtæ & iniuſtæ politiæ. Deinde cum dicit.

H In ſuperioribus libris, vbi de gubernatione rei domeſticæ, ac de domino, & ſeruo determinauimus, dictum eſt natura hominẽ eſſe ciuile animal, ex quo fit, vt ſi etiam nihil indigeãt mutuo auxilio, nihilominus affectent vitæ ſocietatem. Quinetiam & cõis vtilitas coniungit eos, inquantum confert ſingulis partem bene viuendi. Maxime igitur hic eſt finis, & publicæ omnibus, & priuatim. Congregãtur etiam ipſius vitæ gratia, forſan ſiquidem ineſt ſibi aliqua particula honeſti, & cõtinet ciuilem ſocietatem etiam viuendi gratia ſolum, ſi non moleſtiæ in vita admodum exuperent. Patet autem, ꝙ tolerant homines multa aſpera, propter E viuendi cupiditatem, vt exiſtente in eo quadam naturali dulcedine.

Oſtendit quid ſit finis ciuitatis vel politiæ, & dicit, ꝙ dictum eſt in primo lib. in quo determinatum eſt de œconomica & demonica, ꝙ homo naturaliter eſt animal ciuile: & ideo homines appetunt adinuicem viuere, & non eſſe ſolitarij, etiam ſi in nullo vnus alio indigeret, ad hoc ꝙ ducerent vitam ciuilem, ſed tamen magna vtilitas eſt communis, in cõione vitæ ſocialis: & hoc quantum ad duo. Primo quidem quantum ad bene viuere, ad quod vnuſquiſq; affert ſuam partẽ, ſicut videmus in qualibet communitate, ꝙ vnus ſeruit cõitati de vno officio, alius de alio, & ſic omnes communiter bene viuunt. Hoc igitur. ſ. bene viuere, maxime eſt finis ciuitatis vel politiæ, & communiter quantum ad omnes, & ſigillatim quantum ad vnumquẽque. Secundo vtilis eſt vita communis etiam propter ipſum viuere, dum vnus in communitate vitæ exiſtentium alijs ſubuenit ad ſuſtentationem vitæ, F & pericula mortis: & propter hoc homines adinuicem conueniunt, & conſeruant politicam communionem. Quia etiam ipſum viuere ſm ſe conſideratũ abſque aliis quæ faciunt ad bene viuendum, eſt quoddam bonum & diligibile, niſi forte homo in vita ſua patiatur aliqua valde grauia, & crudelia. Et hoc patet ex hoc, ꝙ homines, etiam ſi multa mala ſuſtineant, tñ perſeuerant in affectu viuendi, quadam naturali dulcedine illecti ad deſideriũ vitæ, ac ſi ipſa vita habeat in ſe quoddam ſolatium & dulcedinem naturalem. Deinde cum dicit.

Atqui & modos imperij facile eſt diuidere, cum ſæpe ſit, de his à nobis in externis ſermonibus determinatum. Dominatio. n. licet re vera vtilis exiſtat, natura ſeruo, & natura dño. Nihilominus imperat pro dñi vtilitate, pro vtilitate autem ſerui contingenter. Neque. n. fieri G poteſt vt ſeruo deficiente, ſeruetur dominatio: filiorum verò imperium & vxoris, & domus totius, quã vocamus rei familiaris gubernationem, aut gratia eſt eorum, qui gubernãtur, aut gratia alicuius, quod ſit vtriſq; cõmune. Gratia eorum qui gubernantur, vt videmus & alias artes, ceu medicinam, & gymnaſticam, illorum quibus imperatur, vtilitatem quærere, contingenter tñ & eorum, qui præcipiunt eſſe poteſt. Nihil quippe vetat magiſtrum ipſum gymnaſij eſſe vnum eorum, ꝗ exercentur: quẽadmodum gubernator ſemper eſt vnus ex his, ꝗ ſunt in naui. Magiſter igitur gymnaſij, & gubernator conſiderant ſemꝑ eorum vtilitatẽ quos gu- H bernant: ſed qñ horum vnus eſt, per accñs ipſe quoq; ſuſcipit vtilitatem, hic ꝗdem nauta: hic autem vnus eorum, ꝗ in gymnaſio exercẽtur.

Diſtinguit ſpecies principatus. Et primo in œconomicis. Secundo in politicis. ibi. {Quapropter ciuilia &c.} Dicit ergo, ꝙ facile eſt diſtinguere modos principatus, ꝗ dicuntur, quia à ſe etiam facta eſt mentio in externis ſermonibus præter principalem intentionem de ipſis, ſicut in 8. Ethic. & ſupra etiam in ſecundo. Eſt autem in Lec. 10. c. 1. domeſticis duplex principatus. Vnus quidem eſt domini ad ſeruos, qui vocatur dominatio: & quamuis idem ſit ſm rei veritatem vtile ei, qui eſt naturaliter ſeruus, & ei qui eſt naturaliter dominus, vt. ſ. iſte ab illo regatur, cum dominus principatur ſeruo ad vtilitatem domini non autem ad vtilitatem ſerui, niſi forte per accidens, inquantum, ſ. corrupto ſeruo ceſſat dominium. Alius aũt

eſt

eſt principatus ad liberos, ſicut ad filios & vxorem & totam familiam, qui vocatur principatus œconomicus. In quo quidem principatu intenditur vtilitas ſubditorum, vel etiã communis vtroruſque, per ſequidem & principaliter vtilitas ſubditorum, ſicut videmus in aliis artibus, ſicut ars medicinæ intẽdit principaliter vtilitatem eorũ qui medicantur, & ars exercitatiua intẽdit principaliter vtilitatem eorum, qui exercitantur: ſed per accidens contingit, ꝙ etiã vtilitas redundat in ipſos, qui habẽt artem. Ille enim qui exercitat pueros, etiam ipſe ſimul exercitatur, aliquando etiam eſt de numero eorũ, qui exercitantur, ſicut gubernator vnus eſt nautarum, qui naui vehuntur. Sic igitur exercitator puerorum, & gubernator nauis, cõſiderat per ſe ſubiectorum vtilitatẽ, ſed quia ipſe eſt vnus de numero eorum, qui exercentur & vehuntur, ideo vterq; per accidens participat vtilitate communi, quam procurat. Et ſimiliter patet participat vtilitate domus, quam procurat. Deinde cum dicit.

Quapropter ciuilia quoq; imperia, cum ſint ſm æqualitatem ciuium conſtituta, & ſm paritatẽ, viciſſim exigũt ea gerere, quæ natura fert: cenſentes inuicem munera ſubire, & conſiderare viciſſim quoddam illius bonum, quemadmodum ille prius dum præeſſet conſiderauit vtilitatem iſtius: nunc autem ratione commodorum ex reip. gubernatione prouenientium volunt continua in poteſtate eſſe, veluti ſi ſemper cõtingeret magiſtratum gerentibus, ex mala valitudine, ſanos fieri, nam forſan ita magiſtratus amplecterentur.

Diſtinguit ſm præmiſſa principatus politicos, & dicit, ꝙ quia principatus, quia eſt ſupra liberos, ordinatur principaliter ad vtilitatem ſubditorũ, ideo dignũ reputatur, ꝙ particulariter principẽtur ciues ſm principatus politicos, quando fuerint inſtituti ſm æqualitatẽ, & ſimilitudinem ciuium. Tunc.n. dignum videtur, ꝙ in vna parte temporis quidam principẽtur, in alia vero alĳ. Secus autem eſſet ſi quidam ciuium multũ excederẽt alios in bonitate: tunc.n. dignum eſſet, vt illi ſemper principarentur, ſicut infra dicetur. Sed circa iſtud dignũ variatur æſtimatio hominum ſm temporum diuerſitatem: à principio.n. ipſi qui principabantur, quaſi aliis ſeruientes reputabant dignum, ſicut & erat, vt ipſi in parte miniſtrarent aliis, intendentes vtilitati aliorum. Et iterũ alio tempore ſi aliquis alius principaretur, qui intenderet ad bonum ſui ipſius, ſicut ipſe prius intendebat ad bonũ aliorum. Sed poſtea homines, propter vtilitates quæ veniũt ex bonis communibus, quæ ſibi principantes vſurpant, & quæ veniunt etiam ex ipſo iure principatus, volunt ſemper principari, ac ſi principari eſſet ſanum eſſe, & nõ principari eſſet infirmum eſſe. Sic enim videntur homines appetere principatum, ſicut infirmi appetunt ſanitatem. Deinde cum dicit.

Conſtat igitur, ꝙ quęcunq; reſp. ad communem vtilitatẽ intendunt, hæ recte ſunt ſm ſimpliciter iuſtum. Quęcunq; vero ad propriam eorum qui præſunt vtilitatem ſolum aberrant, ſuntq; omnes rectarum rerump. tranſgreſſiones, & labes, gubernantur.n. quaſi à dominis. Ciuitas autem eſt liberorum ſocietas.

Concludit ex dictis diſtinctionem rectarum politiarũ ab iniuſtis. Cum enim ita ſit, ꝙ principatus liberorum ſit ordinatus ad vtilitatem ſubditorũ, manifeſtum eſt, ꝙ in quibuſcunq; politiis principes intẽdunt communẽ vtilitatem, illæ ſunt rectæ politiæ ſm iuſtitiam abſolutam, in

A quibuſcunq; vero politiis intenditur ſola vtilitas principantium, illæ ſunt vitiatæ, & corruptiones quædam rectarum politiarum: non.n. in eis eſt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſm quid, vt infra dicetur: principantur.n. dominatiue ciuitati vtentes ciuibus, ſicut ſeruis, ſcilicet ad ſuam vtilitatem, & hoc eſt contra iuſtitiam, quia ciuitas eſt communitas liberorum, ſeruus enim non eſt ciuis vt ſupra dictum eſt.

LECTIO VI.

Ex fine ſocietatis ciuilis, & numero præſidentium, formas regendi ciuitates colligit, & earum oppoſitas labes.

HIs determinatis, cõſequẽs eſt reſp. cõſiderare, quot ſunt, et quę, et primo quidẽ eas, quæ ſunt rectæ. nã labes earũ ex illis pateſcunt.

Poſtquam philoſophus diſtinxit politias rectas ab iniuſtis, hic intẽdit diſtinguere vtraſq; ab inuicem. Et circa
B hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum. ibi. {Cum vero &c.} Dicit ergo primo, ꝙ poſtquã prædicta determinata ſunt, conſequẽs eſt determinare de politiis quot ſint numero, & quę ſint, & hoc ordine vt primo conſideremus de politiis rectis, ſecundo de iniuſtis. Deinde cum dicit.

Cum vero gubernatio ciuitatis & regimen idem ſignificẽt. Regimẽ autem eſt poteſtas & arbitrium ciuitatis, neceſſe eſt poteſtatẽ & arbitrium huiuſmodi, aut penes vnum eſſe, aut penes paucos, aut penes multos. Quando igitur vnus vel pauci vel multi communem vtilitatẽ in gubernatione ſequũtur, has eſſe rectas rerũpub. ſpecies neceſſe eſt: Quando autẽ ad propriam vtilitatem, vel vnius, vel paucorum, vel
C multitudinis gubernatur, trãſgreſſiones ſunt, & labes. Aut.n. dicendum eſt, non eſſe ciues, aut ad participationẽ vtilitatis ſunt recipiendi.

Diſtinguit politias. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit ſm quid accipienda ſit politiarum diſtinctio. Secundo diſtinguit politias. ibi. {Vocare autẽ &c.} Tertio obiicit contra prædicta. ibi. {Oportet autem paulo vberius explicare &c.} Dicit ergo primo, ꝙ politia nihil eſt aliud q̃ ordo dominantium in ciuitate. Neceſſe eſt.n. ꝙ diſtinguantur politiæ ſm diuerſitatem dominantium. Aut.n. in ciuitate dominatur vnus, aut pauci, aut multi. Et quilibet horum trium fuerit, poteſt dupliciter contingere. Vno modo quando principãtur ad vtilitatem communem, & tunc erunt rectæ politiæ. Alio modo quando principantur ad propriam vtilitatem eorum qui dominantur, ſiue ſit vnus, ſiue pauci, ſiue plures, & tunc ſunt tranſgreſſiones politiarum, quia oportet dicere, ꝙ vel ſubiecti non ſint ciues: vel, ꝙ in aliquo communicent vti
D litate ciuitatis. Deinde cum dicit.

Vocare autem cõſueuimus cum vnus ad vtilitatem communem reſpiciẽs gubernat, regiã poteſtatem. Cum vero pauci gubernãt, plures tamen vno, optimatum gubernationẽ, vel ex eo quia optimi pręſunt, vel ex eo quia ad optimum publicum adminiſtrant. Cum autẽ multitudo gubernat ad communem vtilitatem, vocatur communi nomine omnium rerum publicarum reſp. Cõtingit aũt rationabiliter, vnum enim excellere ſm virtutem aut paucos datur. vt vero multitudo excellat ad omnẽ virtutem difficile eſt, ſed maxime ad bellicam. Hęc enim

ſũ multitudine fit. Quare in hac reſpub.ſpecie principaliſſimum ac potentiſſimum eſt id, in quo robur belli conſiſtet, & in his ipſis illi qui ſunt in poſſeſſione armorum.

Diſtinguit vtraſq; politias per propria nomina. Et primo rectas. Secundo vitioſas. ibi. {Labũtur vero &c.} Dicit ergo primo, ꝙ ſi ſit principatus vnius, vocatur regia poteſtas, conſueto nomine, ſi intẽdat vtilitatem communem. Illa vero politia in qua pauci principãtur propter bonum commune, plures tamen vno, vocatur ſtatus optimatum, vel quia optimi principantur, ſcilicet virtuoſi, vel quia ordinatur talis politia ad id quod eſt optimum ciuitatis & omnium ciuium: ſed quando multitudo principatur intendens ad vtilitatem communem, vocatur reſpu. quod eſt nomen commune omnibus politiis: & hoc, ꝙ iſta politia vocetur tali nomine, rationabiliter accidit: de facili.n. contingit, ꝙ in ciuitate inueniatur vnus vel pauci qui multum excedãt alios in virtute: ſed valde difficile eſt, ꝙ multi inueniantur, qui perueniant ad perfectionem virtutis, ſed maxime hoc contingit circa bellicam virtutem, vt ſcilicet multi in ea ſint perfecti. Et ideo in hac politia principantur viri bellatores, & illi qui habent arma. Deinde cum dicit.

Prolabuntur vero ac tranſgrediũtur huiuſmodi ſpecies, ex regia quidem gubernatione, in tyrannidẽ, ex optimatibus vero, in paucorũ potentiam, ex rep. autẽ, in popularem ſtatum. Tyrãnidem.n. eſſe dicimus dominatum vnius ad proprium commodum intendentis. Paucorum autem potentiam, cum ad opulentorum commodum gubernatur, popularem autẽ ſtatum cum ad commodum egenorum, harum.n. nulla ad communem vtilitatem reſpicit.

Diſtinguit corruptiones dictarum politiarum per nomina, & dicit, ꝙ dictarum politiarum ſunt iſtę tranſgreſſiones. Tyrannis quidem fit, ex rege. Paucorum potẽtia, ex optimatibus. Popularis ſtatus, ex rep. Ex quo concludit, ꝙ tyrannis eſt principatus vnius intendens vtilitatẽ propriam. Paucorum ſtatus vero, eſt intendens ad vtilitatem diuitum. Popularis ſtatus vero ad vtilitatem pauperum, nulla vero earum intendit ad vtilitatem communem. Deinde cum dicit.

Oportet autem paulo vberius explicare, quę ſit vnaquæq; iſtarum, habent enim dubietates quaſdam. Philoſophãtis vero circa ſingulorum diſciplinam, et non ſolam ad agẽdum reſpicientis, proprium eſt nihil negligere, neq; prętermittere, ſed demonſtrare in ſingulis veritatem. Tyrãnidẽ eſſe diximus vnius dominationẽ ciuili ſocietate præſidentis. Paucorũ aũt potẽtiã, quãdo remp. tenent opulenti & diuites. Popularem vero gubernationem, cum tenues homines & non poſſidentes diuitias, gubernant.

Obiicit contra prædicta, & circa hoc tria facit. Primo dicit de quo eſt intẽtio, & repetit quæ prædicta ſunt. Secundo ponit dubitationem. ibi. {Prima igitur &c.} Tertio ponit ſolutionẽ. ibi. {Videtur igitur &c.} Dicit ergo primo, ꝙ oportet aliquãtulũ á remotiori diſcutere, quæ ſit vnaquæq; politiarum prædictarũ, cum habeat quaſdã dubitationes. Ille qui philoſophatur in vnaquaq; arte, quaſi conſiderans veritatem, non ſolum reſpicit ad id quod eſt vtile ad agendum, & nihil debet deſpicere vel pręterm ittere, ſed in ſingulis declarare veritatem. Dictũ eſt autem, ꝙ Tyrãnis eſt quædam monarchia, domina-

E tiua politicæ communitatis, quia.ſ. vtitur ciuibus, vt ſeruis. Paucorum vero ſtatus eſt qñ dominantur politiæ illi, qui abundant in diuitiis. Popularis vero ſtatus eſt qñ dominantur politiæ non illi, qui poſſident multitudinẽ diuitiarum, ſed magis pauperes. Deinde cum dicit.

Prima igitur dubitatio eſt circa diffinitionẽ. Nã ſi plures ſint opulenti & diuites, ac remp. teneant, popularis aũt gubernatio ſit, cum multitudo regit, eodemq; modo, ſicubi contingat inopes eſſe pauciores, q̃ opulenti, ſed potentiores, ac remp. teneant, & vbi pauci remp. obtinent, paucorum potentiam nuncupamus, non recte viderentur iſtæ diffinitiones eſſe poſitæ.

Mouet dubitationem. Et primo ponit dubitationem. Secundo excludit quandam reſponſionem. ibi. {Enimuero ſiquis &c.} F Dicit ergo primo, ꝙ prima dubitatio eſt contra diffinitionem, ſ. popularis potẽtiæ & paucorum. Ponatur ergo, ꝙ in aliqua ciuitate ſint plures diuites, q̃ pauperes, & diuites ſint domini ciuitatis, videtur ſm hoc, ꝙ ibi ſit ſtatus multorum. Similiter autem ſi aliter contingat, ꝙ pauperes ſint pauciores, ſed ſint meliores et fortiores & dominentur ciuitati, ſequetur ſecũdum hoc, ꝙ ibi ſit ſtatus paucorum. Non ergo videtur, ꝙ ſit bene diffinitum de politiis, cum ſit, ꝙ ſtatus multorum eſt dominium pauperum. Status paucorum dominium diuitum. Deinde cum dicit.

Enimuero ſiquis adiungens, opulẽtiæ quidem paucitatem, inopię vero multitudinem, ſic appellet rerump. ſpecies, vt dicat paucorum potentiam eſſe in qua gubernationẽ reip. habent opulenti, numero pauci. Popularẽ vero, in qua inopes remp. tenent, multi exiſtentes, aliam ha- G bet dubitationem: quas.n. dicemus eas reſp. eã videlicet in quibus plures opulenti, & eam in quibus pauciores inopes gubernant. ſiquidem nullæ ſunt reſp. præter ſupradictas.

Excludit quandam reſponſionẽ. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ in diffinitione paucorum potentiæ eſt coniungenda paucitas diuitiis, & in diffinitione. potentiæ multorum eſt coniungenda multitudo paupertati, ita.ſ. ꝙ ſit paucorum potentia, in qua pauci diuites principantur, multorum vero, in qua multi pauperes. Sed hoc iterum habet aliam dubitationem. ſi.n. ſufficienter diuiſæ ſunt politiæ, ita.ſ. ꝙ nulla ſit alia politia præter prædictas, non erit dare ſub qua politia comprehendantur duę prędictæ politiæ, ſ. quando principantur vel multi diuites, vel pauperes. Deinde cum dicit.

H Videtur igitur ratio iſta oſtẽdere, ꝙ paucos eſſe vel multos, qui gubernant, contingens eſt, aliud paucorum potentię, alterũ populari: propterea ꝙ vbiq; accidit, vt pauci ſint opulenti, multi vero inopes. Ex quo fit vt huiuſmodi cãæ non faciant differẽtiã, ſed in eo differat popularis gubernatio, à paucorum potẽtia, ꝙ alibi opulenti, alibi inopes remp. obtinent, neceſſariũq; eſt vbicũq; per opes ac diuitias præſunt, ſiue hi pauciores ſint, ſiue plures, hanc eſſe ſpeciem illam, quæ vocatur paucorũ potẽtia, vbicunq; autem inopes hanc eſſe popularem gubernationem. Sed accidit, vt diximus, hos quidem paucos eſſe, illos vero multos. Opibus.n.

ac diuitiſs pauci abundant, libertatis tantũ omnes participes ſunt, propter quas cauſas contendunt vtriq; de rep.

Concludit ex præmiſsis ſolutionem dubitationis, & dicit, ꝙ ratio præmiſſæ dubitationis videtur manifeſtare, ꝙ principes eſſe multos, ꝑ accidens ſe habeat ad regimẽ multorũ, & eos eſſe paucos, per accidẽs ſe habeat ad regimen paucorum: eo ꝙ vbiq; inueniuntur plures pauperes, q̃ diuites, & ſm hoc nomina ſunt poſita, prout in pluribus inueniuntur. Sed quia id per accidens eſt, non eſt differentia ſpecifica, ideo paucorũ potentiæ non diſtinguũtur à multitudinis potentia per ſe loquendo ſm multitudinem & paucitatem: ſed id, quo per ſe differũt, ſunt paupertas & diuitiæ: alia enim eſt ratio regiminis, quod ordinatur ad opulentiam, & eius quod ordinatur ad libertatem, quæ eſt finis potentiæ multorũ. Et ideo neceſſe eſt, ꝙ vbicunq; aliqui dominantur propter diuitias, ſiue ſint plures, ſiue pauciores, ꝙ ibi ſit ſtatus paucorum, & vbicunq; dominantur pauperes, ibi ſit ſtatus multorum, ſed per accidens eſt, ꝙ hi ſint multi & illi pauci. Pauci enim ſunt, qui abundant diuitiis, ſed oẽs participant libertate, & propter hæc duo altercãtur ſibiinuicem dũ pauci volunt præeſſe propter exceſſum diuitiarũ, & multi volunt præualere paucis, quaſi æquiualentes eis ꝑꝑ libertatem.

LECTIO VII.

Non iniuriæ cautio, non mercium commutatio, nõ propinqua habitatio, nõ bellorum propulſatio, non magiſtratuum participatio, ſed bene beateq; viuendi ratio, homines in vrbibus congregauit.

SVmendum eſt prius quos terminos eſſe dicunt paucorũ potentię, & popularis gubernationis, & quid ſit iuſtum in vtraque.

Poſtquã philoſophus declarauit per q̃d diſtinguunt popularis ſtatus & paucorum, in parte iſta oſtendit per quid antiqui iſtas politias determinauerũt. Et quia determinauerũt huiuſmodi politias per iuſtum quoddam, ideo determinat in parte iſta de iuſto paucorum, potentia & multorum, & quomodo verum dixerunt & quomodo non, & diuiditur in partes duas. In prima præmittit intentum ſuum. Secundo proſequitur, ibi. {Omnes enim &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatũ eſt quid eſt paucorum ſtatus & multorum, & ꝙ diſtinguuntur per diuitias & penuriam, primo accipiendum diffinitiones, quas antiqui aſſignauerunt de ipſis. Diffiniũt autem iſta per iuſtum, quia politia eſt ordo inhabitantium in ciuitate, & iſte ordo attenditur ſm aliquam iuſtitiam, ideo huiuſmodi politias diffiniuerũt per iuſtum, propter quod videndum eſt quid ſit iuſtum paucorum potentiæ, & quid ſit iuſtum multorum. Deinde cum dicit.

Omnes.n.attingunt iuſtum quoddam, ſed vſq; ad aliquid, & aiunt non omne iuſtũ proprie: puta, videtur æqualitas iuſtũ quiddã eſſe & eſt quidem, ſed non omnibus, at æqualibus. Et inęqualitas videtur iuſtum eſſe, et eſt quidẽ, ſed nõ omnibus, at inæqualibus. Alij vero hoc auferunt perſonis, & male iudicant.

Proſequitur intentum ſuum. Et quia antiqui, vt dictũ eſt, iſtas politias diſtinxerũt per iuſtum, vult determinare, ꝙ huiuſmodi iuſtum ſit iuſtum ſm quid, nõ ſimpliciter, & primo oſtendit quid ſit iuſtum ſm quid. Secundo ſpecialiter, ꝙ nõ ſit iuſtum ſimpliciter. ibi. {Cęterũ principaliſſimum &c.} Adhuc prima in duas, quarũ primo declarat, ꝙ iſti tetigerunt iuſtũ ſm quid non ſimpliciter. Secundo aſſignat cauſam cuiuſdam dicti, ibi. {Cauſa vero &c.} In prima dicit, ꝙ omnes antiqui determinantes de paucorum ſtatu & de multorum, tangunt iuſtum ſm quid, non ſimpliciter procedẽtes vſq; ad aliq̃d, & dicũt A non eſſe illud, quod eſt proprie iuſtum, & ſimpliciter iuſtum, ſed illud quod eſt improprie, & ſm quid iuſtum, & hoc apparet, quia iuſtum attenditur ſm aliquam proportionem, & ſm aliquam dignitatem ſaltem in iuſtitia diſtributiua: & ideo vbi eſt iuſtum ſm proportionem, quæ eſt ſm dignitatem reſpectu boni ſimpliciter, ibi eſt bonũ ſimpliciter: vbi autem non eſt reſpectu boni ſimpliciter, ſed ſm quid, ibi eſt iuſtum non ſimpliciter, ſed ſm quid. Hoc autem eſt in ſtatu multorum & paucorum. In ſtatu enim paucorum attẽditur iuſtum penes diuitias, in ſtatu vero multorum penes libertatem. Et manifeſtum eſt, ꝙ iſta nõ ſunt bona ſimpliciter, bona enim ſimpliciter ſunt bona virtutis. Quare manifeſtum eſt, ꝙ iſti tetigerunt iuſtum ſm quid non ſimpliciter, iterum hoc apparet. Iuſtũ enim æquale videtur eſſe vel conſiſtere in quadam æqualitate ſm proportionem, quæ nõ ſolum attẽditur ex parte rerum, quę diſtribui debent, ſed ex parte ſuppoſitorũ quibus debet fieri diſtributio: in iuſtitia.n. facienda etiã B attenditur ęqualitas proportionis ex parte perſonarum, quibus debet fieri iuſtitia ſm aliquam dignitatem, et eandem oportet eſſe proportionem rerum quæ diſtribuuntur, vt ſi ſint æquales ſm virtutes, æqualiter diſtribuatur eis de bonis. Si autem inęquales ſm virtutẽ, diſtribuatur eis æqualiter ſm proportionem, vt quanto excedit vnus alium in virtute, tanto plus diſtribuatur ei de bonis communibus: ſimiliter etiam ſi quantum ad aliquid attendatur dignitas, & antiqui decertantes de iuſto paucorum potentiæ & multorum, conceſſerunt bene æqualitatem ex parte rerum & tetigerunt: æqualitatem autem ſuppoſitorũ prætermiſerunt, & male quantũ ad hoc iudicauerunt, quare manifeſtũ eſt, ꝙ nõ tetigerũt iuſtũ ſimpliciter, quare male ipſum iudicauerunt. Deinde cum dicit.

Cauſa vero eſt, quia de ſeipſis iudicium ſit, q vero de ſeipſis iudicant, vt plurimum nõ recti ſunt iudices. Itaq; cum iuſtum aliquibus & diuiſum C ſit, eodem modo in rebus & perſonis, vt diximus in ethicis, æqualitatem rei cõfitentur, ſed de perſonis cõtendunt maxime, vt dictum eſt, quia de ſeipſis non recte iudicant.

Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti. dixit enim, ꝙ male iudicauerunt de iuſto, & aſſignat cauſam huiuſmodi, & diuiditur in duas, ſm ꝙ dupliciter aſſignat. ſecunda ibi. {Deniq; quia &c.} In prima dicit, ꝙ cauſa quare male iudicauerunt de iuſto non conſiderantes æqualitatẽ perſonarum ſed rerum, hæc fuit, quia de ſeipſis iudicauerũt: fere autem plures prauum iudicium dant de ſeipſis, & ratio huius eſt, quia ad iudicium requiritur prudentia. Prudentia autem præſupponit appetitum rectum per virtutem moralem, quod ergo peruertit appetitum, peruertit iudicium rationis. Iudiciũ autem de ſeipſo peruertit appetitus malus & peruerſus. Homo autẽ habet vt in pluribus peruerſum appetitũ reſpectu ſuipſius, quia vnuſ D quiſq; nimis afficitur ad ſeipſum. Et ideo propter nimiã dilectionem & affectionem quã habet ad ſeipſum voluntas peruertit à fine recto, & ideo iudicantes de ſeipſis praue iudicant. & dicit. {Vt plurimum,} quia ſapientes non male iudicant de ſeipſis, habent enim prudentiam & appetitum rectum, & cognoſcunt ſe ſicut ſunt. & ideo non inordinate afficiuntur ad ſeipſos, propter quod recte iudicant de ſeipſis, ſicut de aliis. Cum ergo iuſtũ ſit ęquale eodem modo, & ex parte rerum, & ex parte perſonarũ, ſicut dictum eſt in ethicis. Ipſi vero antiqui erant perſonæ, quibus fiebat diſtributio, & iudicabant de ſeipſis. Conceſſerunt ęqualitatem ex parte rerum, non perſonarum: quare manifeſtum eſt, quod male iudicauerunt de iuſto. Deinde cum dicit.

Deniq; quia vſq; ad aliquid vtriq; eorum iuſtum quoddam dicẽtes, putant ſe dicere ſimpliciter

citer iuſtum. Hi.n.ſi in aliquo ſint ſuperiores, ceu opibus & diuitiis, alios omnino putant impares eſſe. Hi vero ſi in aliquo ſint pares, puta libertate, omnino putant eſſe pares.

Hoc idem probat ſecunda ratione, & dicit, ꝙ iterũ manifeſtum eſt, ꝙ hi qui fauent ſtatui paucorũ & multorũ, male iudicauerunt de iuſto: & propter cauſam dictam, & quia tangentes iuſtum ſm quid, putauerunt tetigiſſe iuſtum ſimpliciter, ſed non tetigerunt, quia dixerunt fautores ſtatus paucorũ, ꝙ ſi aliqui ſunt inęquales ſm quid, ſunt inæquales ſimpliciter, videlicet ſi ſunt inęquales ſm diuitias, vt vnus ſit ditior alio, ſint inęquales ſimpliciter. Et ideo non tantum debet diſtribui de bonis cõibus vni quantũ alteri. Fautores ſtatus multorum dixerunt, ꝙ ſi aliqui eſſent æquales in libertate, eſſent ęquales ſimpliciter, & æqualiter debebant recipere de bonis communibus. Si autem inæquales in libertate inæquales ſimpliciter, & inæqualiter deberent recipere. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ non tangunt iuſtum ſimpliciter, ſed ſm quid. Arguunt enim á ſm quid ad ſimpliciter. eſt æqualis ſecundum diuitias, ergo æqualis, & eſt æqualis in libertate, ergo æqualis ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Cæterum, quod eſt principaliſſimum non dicunt. Si.n. poſſeſſionũ gratia ſocietatẽ iniiſſent, atq; vna conueniſſent, tantum caperent ciuitatis, quantum poſſeſſionis. Itaq; ratio illa valeret, quæ eſt paucorum potẽtum, qui aiunt non eſſe iuſtum, vt qui vnum contulit tantum, percipiat de centum minis, quantum is qui contulit omne reliquum.

Probat ſpecialiter, ꝙ iſti non Intenderunt iuſtum ſimpliciter, & primo quãtum ad ſtatum paucorum. Secũdo quantum ad omnes. ibi. {Neq; eorum &c.} In prima dicit, ꝙ iſti dimittunt principaliſſimum iuſtum, ſi enim ita eſſet, ꝙ ciuitas eſſet inſtituta finaliter propter diuitias & poſſeſſiones, & homines cõicaſſent & cõueniſſent ꝓpter eas, tantum participarent ciuitate quãtũ diuitiis. Et tũc veritatem haberet ſermo eorum, qui de ſtatu paucorum ſcribunt, vt qui æquales eſſent in diuitiis, æqualiter reciperent, de cõi, ſi vero non, non. Non.n. videtur eis eſſe iuſtum, ſi cõitas habeat in bonis centum talenta, ꝙ tantũ recipiat de centum talentis, qui ad cõe non appoſuit niſi vnam minam, id eſt aliquam paruam menſuram, ſicut ille qui totum reſiduum dedit. Iterum nõ videtur eſſe iuſtũ, ꝙ ille qui minus appoſuit ad cõe, tantum recipiat de illis quæ habuit cõitas á principio, nec de illis quæ poſtmodũ acquiſita ſunt: nunc autẽ ciuitas non eſt inſtituta ꝓp diuitias finaliter, cũ diuitiæ ad aliquid ordinentur. Quare manifeſtum eſt, ꝙ iſti qui ſtatui paucorum fauẽt, non tetigerunt iuſtum ſimpliciter. Deinde cum dicit.

H Neq; eorum quæ ab initio, neq; eorum quæ poſtea ſuperueniant. Quòd ſi non viuendi ſolũ gratia, ſed magis bene viuẽdi. Nam ſic ſeruorum & aliorum animalium ciuitas eſſe poſſet, quod non eſt, ex eo, quia felicitatis non ſunt capacia, nec viuendi ſecundum electionem.

Oſtendit vniuerſaliter, ꝙ nec iſti, nec alij tetigerunt iuſtum ſimpliciter, & quia iuſtum attenditur in ordine ad finẽ ciuitatis in operationibus, quæ ſunt ad alterũ, ideo philoſophus declarat finem ciuitatis, vt ex hoc appareat quid ſit iuſtum ſimpliciter, & quid iuſtum ſm quid. Et diuiditur in partes duas. Primo oſtẽdit gratia cuius finis ciuitas ſit inſtituta. Secũdo infert correlarium, ex quo apparet illud qđ intendit principaliter. ibi. {Quapꝑ &c.} Prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ ciuitas non eſt inſtituta

E ta gratia alicuius boni particularis, & ſm quid. Secundo oñdit gratia cuius eſt inſtituta. ibi. {At bene viuẽdi &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ nõ eſt inſtituta gratia ipſius viuere abſolute. Secundo, ꝙ nec gratia commutatiõis, aut cõpugnationis. ibi. {Neq; ſocietatis &c.} In prima dicit, ꝙ ſi ciuitas non ſit inſtituta finaliter propter diuitias, nec inſtituta eſt gratia ipſius viuere ſolum, ita ꝙ ipſum viuere ſm ſe ſit finis vltimus ciuitatis, ſed magis ipſum viuere bene: ſi enim viuere abſolute eſſet finis ciuitatis, quicquid attingeret ad viuere, attingeret ad finẽ ciuitatis, ſed ſerui & bruta animalia attingunt ad viuere abſolute, quare attingerent ad finem ciuitatis, ſed nõ attingunt, quia felicitas, finis eſt ciuitatis: ipſa autem non participant felicitatem, nec attingũt ad ipſum viuere ſm electionem, quare manifeſtum eſt, ꝙ ciuitas non eſt inſtituta gratia ipſius viuere abſolute. Deinde cum dicit.

F Neq; ſocietatis gratia bellicæ, ne à quoquam iniuria afficiantur, neq; propter commercia, ac mutuam vtilitatem.

Oſtendit, ꝙ nec gratia compugnationis & commutationis eorum adinuicem. Et diuiditur in duas ſm, ꝙ hoc dupliciter probat. ſecũda. ibi. {Et, ꝙ ita ſe &c.} Adhuc prima in duas. In prima ponit cõcluſionem rationis quã intẽdit. In ſecũda probat eã. ibi. {Nam ſic Thuſci &c.} In prima dicit, ꝙ ciuitas non eſt inſtituta gratia compugnationis ad inimicos, vt á nullo poſſint pati iniuſtitiam, nec gratia commutationis faciẽdæ, nec propter aliquos contractus, vel vſus qui poſſunt fieri inter homines adinuicem. Deinde cum dicit.

Nam ſi Thuſci & Carthaginẽſes, & omnes hi, quibus eſt commercium inuicẽ, tanq; ciues eſſent vnius ciuitatis. Sũt nẽpe illis fędera circa res importãdas & pacta, ne iniuria afficiant, et

G ſcripturæ circa mutuam bellorum ſocietatem.

Probat & dicit, ꝙ ſi ciuitas eſſet inſtituta propter iſta quæ dicta ſunt, tunc Thuſci & Carthaginẽſes, qui habẽt aliquos contractus adinuicem eſſent ſub vna ciuitate, ſed hoc eſt falſum, quare ciuitas nõ eſt inſtituta gratia alicuius commutationis nec cõpugnationis. Circa iſtã rationem ſic procedit, primo probat conſequẽtia, ſecũdo deſtruit conſequẽs ibi, ſed neq; magiſtratus. In prima dicit, ꝙ ſi ciuitas eſſet inſtituta gratia compugnationis & cõmutationis, & contractuũ, qui poſſunt fieri adinuicem: tunc Thuſci & Carthaginẽſes & omnes inter quos eſt, ſiunt aliqui cõtractus, eſſent ſub vna ciuitate. Sunt enim illis pacta de introductibilibus, ſiue de rebus apportabilibus adinuicem: vt res vnius ciuitatis poſſint apportari ad aliã ciuitatem & commutari. Iterum cõuentiones habent, ꝙ non faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam de compugnatione, quare iſti eſſent ſub vna ciuitate cõtra inimicos iuuando ſe adinuicem. Deinde cum dicit.

H Sed neq; magiſtratus communes hís deputati ſunt, verum alij apud alios.

Deſtruit conſequens probando ipſum eſſe falſum. Et diuiditur in duas, ſm ꝙ dupliciter probat. ſecunda ibi. {Nec quales &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtũ eſt, ꝙ nõ ſit vna ciuitas, quia ciuitas vna vnũ principatũ habet, ſed ciues Thuſci & Carthaginẽſes, & alij quibus ſunt contractus adinuicem, non ſunt ſub vno principatu, ſed ſub diuerſis principatibus. Alius eſt enim principatus Thuſcorum & Carthaginenſium, quare manifeſtum eſt, ꝙ iſti non ſunt ſub vna ciuitate. Deinde cum dicit.

Nec quales eſſe oportet alteri de alteris cogitant, neq; vt nemo eorum iniuſtus ſit, qui ſub fędere comprehendãtur, neq; vt prauitatem nullam habeant, ſed ſolum, vt nõ inuicem ſe iniuria

ria afficiant. At.n. de virtute ac de vitio publi- A ce cogitant, quicunqꝫ curam habent bene inſti tuendi ciuitatem. Ex hoc manifeſtum eſt de vir tute curam eſſe habendam ei, quæ re vera ciui- tas ſit nominanda, non orationis gratia. Nam fit communicatio ſocietas aliorum ad bellum loco ſolum differens ab aliis ſociis longe exi- ſtentibus. Et lex pactio, vt ait Lycophron ſo- phiſta, fideiuſſor inuicem iuſtorum, ſed non ta lis, vt bonos & iuſtos ciues efficiat.

Ponit ſecundam rationē ad deſtruendum conſequens. Et dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ iſti non ſunt ſub vna ciui- tate, quia iſti Thuſci non curāt quales debent eſſe ſm vir tutem Carthaginenſes, nec econuerſo: nec curāt quomo do nullus eorū iniuſtus ſit, nec qualiter nullus habeat ma litiam, nec ad hoc laborant, nec ad hoc cooperantur: ſed B ſolum intendunt, ꝙ non faciant ſibi adinuicem iniuſti- tiam: ſed quicunqꝫ curant de bona legiſlatione, cōſiderāt de virtute & malitia, vt malitiam repellant à ciuibus, & faciant eos virtuoſos, hoc enim intendit bonus legiſla- tor. Quare manifeſtum eſt, ꝙ bona & vera ciuitas, & nō ſm ſermonē tantū debet eſſe ſolicita de virtute, vt faciat ciues virtuoſos, quāuis tamen iſti non curent adinuicē, quales ſint ſm virtutem, nec ad hoc laborant, habent tñ aliquam communicationem: nam iuuant ſe in pugnādo contra inimicos, & communicant in commutationibus & in contractibus, & de aliis. Similiter dicendum eſt ita, ꝙ ſi ſint duæ ciuitates remotæ ſm ſitum, quandoqꝫ tamē in commutationibus & aliis contractibus communicāt & iuuant ſe adinuicem in compugnādo contra inimicos differentes, tantum in hoc à propinquis ſm locum, quia iſtæ propinquæ, illæ remotę. Et pactum eſt eis lex, ꝙ nō faciant ſibi adinuicem iniuſtitiam: nō, ꝙ faciant ſe bonos ciues, ſicut prouerbialiter dixit Lycophron ſophiſta, ꝙ C pactum inter aliquos habitum fideiuſſor eſt, ꝙ non fa- ciant ſibi adinuicem iniuſtitiam, non ꝙ bonos ſe inui- cem faciant, nec & quales ſint ſecundum virtutem, ſcili- cet boni vel iuſti. Deinde cum dicit.

Et, ꝙ ita ſe habeat patet, nam ſiquis coniun- gat loca in vnum, vt Megarēſium Corinthio- rumqꝫ, ciuitates ſeſe inuicem contingāt mœni- bus, nihilominus vna non erit ciuitas, nec ſi ſimul coniugia ineāt, quanquam hoc vnum ſit de his communionibus, quæ proprie ſunt ciui tatum. Eodemqꝫ modo ſi qui habitent ſepara- ti quidē, non tamen ita lōge, vt nequeāt ſimul communicare, legeſqꝫ habeant iniuriam ſibi inuicem in cōmerciis prohibentes, ceu ſi vnus faber, alter agricola, alter ſutor, alter aliquis hu D iuſmodi foret, eſſentqꝫ hi decē millia numero, nec alia eis foret cōmunio, niſi talium rerum: puta contractuum bellorum & confœderatio- nis, nec ſiquidē ciuitas adhuc foret, propter quā tandem vtiqꝫ cauſam? nō enim, quia non pro- pinqua ſit communicatio, nam ſi in vnum con uenirent ita communicantes, vnuſquiſqꝫ tamē vtatur propria domo, vt ciuitate, ac ſibiipſis vt confœderati auxilium ferant contra iniurian- tes: ſolū, ne ſic quidē ciuitas eſſe videretur recte conſiderantibus. Si quidem eodem modo con uerſarentur ſimul coniunctim & ſeparatim.

Ponit ſecundam rationem ad probandum, ꝙ ciuitas A non eſt inſtituta gratia compugnationis & cōmutatio- nis & aliorum contractuum. Poſſet enim aliquis dicere, ꝙ ſi Thuſci & Carthaginenſes eſſent propinqui & com- morarentur ſimul in vno loco, & communicarēt in com mutationibus & cōtractibus aliis, eſſent vna ciuitas, hoc remouet per iſtam rationem. Et diuiditur in duas. In pri ma ponit rationem quaſi procedens narratiue. Secundo concludit cōcluſionem principaliter intentam. ibi. {Ex quo patet &c.} In prima dicit palā eſſe ex dictis, ꝙ hoc modo ſe habeat ſicut dictum eſt, ꝙ ciuitas non inſtituta ſit gratia compugnationis, nec commutationis, nec alio- rum contractuum. Si enim duæ ciuitates diſtinctæ, ſicut Megarenſium & Corinthiorum eſſent propinquæ ſm ſitum: ita, ꝙ ſe tangerent & circumuoluerentur vno mu- ro, adhuc non eſſet vna ciuitas, quia poſſet contingere ꝙ haberēt diuerſos principatus & diuerſas politias: & ma- nifeſtum eſt, ꝙ tunc non eſſet vna ciuitas, etiam dato, ꝙ cōicarent ſibi adinuicem ſm connubia, vt aliqui ciuium B Megarenſium contraherent cum aliquibus Corinthio- rum, quāuis iſta cōicatio ſit vna de propriis cōicationi- bus, quæ fiunt in ciuitatibus. Homines enim vnius ciui- tatis frequēter contrahūt cū aliis eiuſdē ciuitatis, adhuc tamen non, eſſet vna ciuitas, quia iſtud poſſent facere di uerſæ ciuitates. Eodem modo ſi aliqui ſeparati eſſent ſe- cundum locum, & haberent diuerſas habitationes, non tamen tantum diſtarent, ꝙ non poſſent adinuicem cōi- care. ſed haberent leges, ꝙ in commutationibus facien- dis adinuicem non inferrent iniuſte ſibi moleſtias, vt ſi aliqs eſſet faber, alius coriarius, alius agricola, alius ha- beret aliquam artem aliā, & eſſent in aliqua magna mul titudine, ſicut ſi eſſent decem millia, & in nullo alio cōi- carent adinuicē, quā in cōmutatione rerum, & in compu- gnando contra inimicos, adhuc non eſſet vna ciuitas, quia iſta poſſunt contingere habitantibus in diuerſis ci- uitatibus. Quæ igitur eſt cauſa propter quam non eſt ci- uitas vna, non eſt dicendum, ꝙ propter hoc nō ſunt pro- C pinquæ ſecundum ſitum, cum non ſint ſub vna ciuitate: ita, ꝙ non eſſe propinquos ſecundum ſitum faciat ciui- tatē non eſſe vnam, & eſſe propinquum faciat ciuitatem eſſe vnam, quia ſi aliqui ſic cōuenirent, ꝙ eſſent propin qui ſecundum ſitum & cōicarēt adinuicem: ſi tamē qui- libet haberet domum ſuam, & vteretur ea, ſicut in ciui- tate quę cōis eſt pluribus, & iuuarent ſe adinuicem con- tra inimicos iniuriātes eis, ſed in nullo alio cōicarent, nō eſſet ciuitas vna. Et hoc manifeſtum eſt diligenter conſi- deranti, quia poſſibile eſt, ꝙ ſint ſub diuerſis principati- bus & politiis, & tunc manifeſtū eſt, ꝙ non ſunt ſub vna ciuitate. Iterum dato, ꝙ ſic eſſent congregati, vt adinui- cem colloquerentur & diuiſim de contractibus faciēdis, adhuc non eſſet ciuitas vna, quia poſſibile eſſet, ꝙ habe rent diuerſas politias & principatus. Deinde cum dicit.

Ex quo patet, ꝙ ciuitas non eſt communica tio loci, & non iniuriandi ſibiipſis, & commer D cij gratia. Sed iſta quidem, vt aſſint neceſſariū eſt, ſiquidem futura ſit ciuitas. Nec tamen ſi iſta aſſint omnia, ciuitas adhuc erit.

Concludit concluſionem principalem. Et dicit, ꝙ ma- nifeſtum eſt, ꝙ ciuitas non eſt cōicatio loci, nec ciuitas finaliter inſtituta eſt, vt adinuicem non faciant iniuſta, nec gratia cōmutationis, tamē ſi debeat eſſe ciuitas opor tet iſta exiſtere, aliter enim non eſſet ciuitas, tamen iſtis ſolum exiſtentibus non eſt primo. Deinde cum dicit.

At bene viuendi ſocietas & domibus, & ge neribus vitæ perfectæ gratia, & per ſe ſufficien tis, hoc tantum non erit niſi vno, eodemqꝫ loco habitantibus, & cōiugia ſimul ineūtibus, pro- pter quod propinquitates in ciuitatibus extite- runt

runt, & ſodalitia, & ſacra, & conuerſationes familiarium. Idq; eſt amicitiæ opus, nam ſimul viuendi electio amicitia eſt.

Oſtẽdit gratia cuius inſtitura eſt. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit quid eſt ciuitas ſimpliciter. In ſecunda oſtẽdit qs eſt finis ciuitatis, gratia cuius inſtituta eſt. ibi. {Finis eſt &c.} In prima dicit, ꝙ bene dictum eſt, ꝙ cõicatio loci non eſt ciuitas, ſed cõicatio bene viuendi cõpoſita ex domibus & diuerſis generibus gratia vitæ perfectæ, & per ſe ſufficientis eſt ciuitas. Et p hoc, ꝙ dicit cõicatio bene viuendi, innuit cauſam formalem: per hoc, ꝙ dicit compoſita ex domibus, tangit cauſam materialem propinquam: per hoc, ꝙ dicit ex diuerſis generibus, tangit cauſas materiales remotas, p hoc, ꝙ dicit gratia vitæ perfectæ &c. tangit cauſam finalem. Sed hæc non contingũt eſſe niſi habitantibus eundem locum, & niſi coniungant ſm connubia. Et propter hoc in ciuitate fiunt affe- E ctiones amicitiæ factiuæ & conſeruatiuę & confinitates, F quæ ſunt cõicationes adinuicem in comeſtionibus & potibus vel in aliis. Similiter fiunt ſacra & conuerſationes & ſolatia propter ipſum conuiuere, & ratio huius eſt, qa amicitia multum neceſſaria eſt in ciuitate. Amicitia. n. eligitur propter conuiuere: ſine autem conuiuere non eſt ciuitas quare amicitia neceſſaria eſt ad ciuitatem, ſed iſta quæ dicta ſunt neceſſaria ſunt ad amicitiam, & ideo iſta ordinata ſunt in ciuitate. Deinde cum dicit.

Finis eſt igitur ciuitatis, bene viuere. Illa vero gratia finis. Ciuitas autem eſt generum, pagorũq; ſocietas, vitę perfectę ac per ſe ſufficiẽtis, hoc eſt, vt diximus, bene ac beate viuere. Bene igitur agendi gratia ponendum eſt eſſe ciuilem ſocietatem, non autẽ gratia ſimul viuendi.

Oſtẽdit gratia cuius finis inſtituta eſt ciuitas. Et dicit, ꝙ finis ciuitatis propter quod ciuitas inſtituta eſt, eſt ipſum bene viuere. Ciuitas autem & illa quæ ordinantur ad ciuitatem ſunt propter finem ciuitatis. Ciuitas enim G eſt cõicatio bene viuendi compoſita ex generibus diuerſis, & gratia vitæ perfectæ, & per ſe ſufficientis. Hoc aũt eſt viuere feliciter, bene autem vel feliciter viuere in politicis eſt operari ſm optimã virtutem practice. Et propter hoc manifeſtum eſt, ꝙ cõicatio politica conſiſtit in cõicatione bonarum actionum, & non cõſiſtit in ipſo viuere abſolute. Apparet igitur, ꝙ finis propter quem inſtituta eſt ciuitas bene ordinata, eſt ſm virtutem perfectã viuere vel opari & nõ ipſum cõuiuere. Deinde cum di.

Quapropter quicũq; plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatem, his plus iuris cõpetit in ciuitate, ꝙ̃ his qui libertate ac genere pares ſunt, vel maiores. Sed ciuili virtute ſunt impares, & quàm his qui diuitiis ſuperãt, ſed virtute ſupe- H rantur. Quod igitur omnes qui de rep. contendunt partem aliquam iuſti dicunt, manifeſtum eſt ex ſupradictis.

Infert correlarium ex quo apparet principale intẽtũ. Et dicit, ꝙ cum finis ciuitatis ſit feliciter viuere practice. Feliciter autem viuere ſit operari ſm optimam virtutem practicam, quę eſt prudentia & cõicatio politica cõſiſtit in huiuſmodi actionibus, manifeſtum eſt, ꝙ illi qui plus addunt ad talem communionem plus addunt ad ciuilitatem, & plus ciuitatis pertinet ad iſtos ꝙ̃ ad illos, qui ſunt æquales in libertate vel genere, & ꝙ̃ ad illos qui ſunt maiores in genere, tamen minores & inæquales ſm virtutẽ politicam. Iterum plus attinet illis de eis quæ pertinent ad ciuitatem ꝙ̃ illis qui excedunt alios in diuitiis, ſed exceduntur ab aliis in virtutibus. Ex quo apparet, ꝙ ſi iuſtũ ęquale aliquarum rerum aliquibus perſonis ſm dignitatem in ordine ad finem, quod in politia illa, in qua ponitur rectus finis eſt iuſtum ſimpliciter. Iuſtum enim, vt dictum eſt, attẽditur ſm dignitatem in ordine ad finẽ ſicut in regno & politiis rectis vniuerſaliter, in politia autem in qua ponitur finis non rectus nõ eſt iuſtum ſimpliciter. Tales autem ſunt ſtatus popularis & paucorum, & ideo in talibus non eſt iuſtum ſimpliciter quod erat principale intentum, gratia cuius induxit totam inquiſitionem de fine ciuitatis. Tunc recapitulat & dicit, ꝙ manifeſtum eſt ex determinatis, ꝙ omnes illi qui aduerſantur de iuſto non tetigerunt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum ſecundum quid tantum.

LECTIO VIII.

Vtrum vnus an plures dominari conueniat, & ſi plures num optimates, an diuites, an multitudo.

F Eſt autem dubitatio quid oportet dominãs eſſe in ciuitate. Nunquid populum, an eos qui diuitias habent an bonos & ęquos, vel vnũ qui ſit optimus omnium, vel tyrannum.

Poſtquam philoſophus diſtinxit politias ſm diſtinctionem principatuũ, & declarauit, cuius gratia ciuitas eſt inſtituta. In parte iſta inquirit quem oportet eſſe principantem in ciuitate, & quia principatus debet diſtribui ſm exceſſum alicuius boni, inquirit ſm cuius exceſſum debeant diſtribui. Et ſm hoc diuiditur iſta pars in duas partes. In prima inquirit quem oportet eſſe principantẽ in ciuitate. Secundo inquirit ſm cuius exceſſum debeat diſtribui. ibi. {Cum vero &c.} Prima in duas. In prima mouet dubitationem tangens quaſi ſolutionem. Secũdo arguit cõtra ſolutionem. ibi. {Verum hæc &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquam determinatũ eſt, ꝙ politiæ debẽt diſtingui ſm diſtinctionem principatuum, ſequitur dubitatio ſcilicet quem oportet dominantẽ eſſe in ciuita- G te. Cũ autem oporteat aliquem eſſe dominantẽ, aut dominabitur multitudo, ſicut in politia quę eſt ſtatus popularis, aut diuites vt in ſtatu paucorũ, aut virtuoſi, ſicut in ſtatu optimatum, aut vnus optimus, ſicut in regno, aut vnus peſſimus, ſicut in tyrannide. Deinde cum dicit.

Verum hæc omnia vidẽtur habere difficultatem: Quid enim inopes, quia plures ſint, partientur ea quæ ſunt opulẽtorum, hoc nõne iniuſtum eſt? Decreuerunt. n. qui poteſtatem habent, iniuria igiĩ ſumma quæ tandẽ dicẽda eſt?

Arguit contra iſta ſingula & ad minus contra plura. Et diuiditur in duas. In prima facit, quod dictum eſt. Secundo ſpecialiter inquirit vtrum magis expediat multitudinẽ dominari, aut paucos virtuoſos. ibi. {De his.} Prima adhuc in duas. Primo arguit, ꝙ nõ expedit dominari multitudinem, aut diuites. Secundo, ꝙ nec vnum ſtudio- H ſum ibi. {Sed nũquid &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit, ꝙ non expedit multitudinem dominari. Secundo ꝙ nec paucos diuites. ibi. {Sed an paucos &c.} Prima in tres ſm ꝙ probat per tres rationes, ꝙ non expedit multitudinẽ dominari. ſecũda. ibi. {Ruſumq; &c.} Tertia ibi. {Præterea illa &c.} In prima dicit, ꝙ omnia iſta videntur habere difficultatẽ. Si. n. dicatur, ꝙ expedit multitudinem pauperum dominari, cum huiuſmodi multitudo potentiam habeat & ſine virtute, ſic ſequetur, ꝙ diripient propter indigentiam & potentiam bona diuitũ. Sed eſt ne hoc iniuſtum, quaſi diceret ſic: ſecundum. n. virtutem ciuitas debet habere dominium iuſtum. Quare manifeſtum eſt, ꝙ iniuſtitia extrema eſt hæc, id eſt peſſima. Deinde cum dicit,

Ruſuſq; omnibus acceptis, ſi plures ea ſibi tribuant, quæ ſunt paucorum, conſtat, quòd ciuitatem

uitatem corrumpunt. Atqui virtus nunquam corrumpit id quod eam habet, neq; iuſtum, ciuitatis corruptiuum eſt. Ex quo patet legem iſtam non poſſe iuſtam eſſe.

Ponit ſecundam rationem. Et dicit, ꝙ ſi dicatur, ꝙ expedit multitudinem dominari, ſequetur ſicut prius, ꝙ diripient bona diuitum & paucorum, ſicut virtuoſorũ, ſed hoc eſt deſtruere ciuitatem. Sed virtus non deſtruit illud cuius eſt, & ꝙ habet eam, nec, ꝙ iuſtum eſt corrumpit ciuitatem, quare manifeſtum eſt, ꝙ illa lex quæ præcipitur multitudinem dominari non eſt iuſta, non igitur expedit multitudinem dominari. Deinde cum dicit.

Præterea illa quoque, quæ facta fuerũt à tyranno, neceſſarium foret iuſta eſſe omnia. Vim enim affert propter potentiam, quemadmodũ multitudo diuitibus.

B Ponit tertiam rationem. Et dicit, ꝙ omnes operationes, quas facit tyrannus vt tyrannus eſt, iniuſtæ ſunt, qa tyrannus per potentiam ſuam violẽtiam facit, & accipit bona ſubditorum: talis autẽ operatio iniuſta eſt. Sed vbi multitudo dominatur facit violentiam diuitibus ad modum tyranni diripiendo bona eorum. Et ideo manifeſtum eſt, ꝙ multitudo eſt ſicut tyrannus, quare operationes multitudinis ſunt iniuſtæ, ergo non expedit multitudinem dominari. Deinde cum dicit.

Sed an paucos & opulentos iuſtum eſt dominari? an ergo, ſi & illi hæc agant, & rapinas exerceãt, auferuntq; multitudinis bona, hoc ne erit iuſtũ? &c. ergo. Hęc igĩ oĩa cõſtat eẽ praua.

Oſtendit, ꝙ non eſt iuſtum dominari paucos diuites. Et diuidit in duas. In prima oſtendit, ꝙ non expedit paucos diuites dominari. Secundo, ꝙ nec virtuoſos, ſiue paucos, ſiue plures. ibi. {Verum &c.} In prima dicit quaſi interrogando, eſt ne iuſtum pauciores diuites dominari in ciuitate? q. d. nõ eſt iuſtum pauciores dominari, quia per potentiam ſuam diripient bona pauperum & poſſeſſiones, ſicut ecõtrario multitudo ſi dominaretur, & ſi iuſtum eſſet diuites diripere bona multitudinis, & ecõtrario iuſtum eſſet multitudinem diripere bona diuitum, ſed hoc eſt iniuſtum, vt viſum eſt, quare manifeſtum eſt, ꝙ prauum & iniuſtum eſt, & non ſtudioſum diuites paucos dominari. Deinde cum dicit.

C Verum bonos & ęquos dñari oportet, auctoritatemq; habere omniũ. Ergo alij omnes, cum magiſtratus nõ capiãt, inhonorati manebunt, Nam honores quidẽ magiſtratus poteſtatesq; appellamus, quos ſi boni ſemper habeãt, neceſſarium eſt alios excludi ab honoribus reipub.

D Oſtendit, ꝙ non eſt iuſtũ dominari virtuoſos, ſiue plures, ſiue paucos. Aliquis enim diceret, ꝙ verum eſt, ꝙ nõ expedit dominari nec paucos diuites, nec multitudinẽ, ſed bene expedit & iuſtum eſt virtuoſos dominari, & eſſe dominos inter omnes, ſed iſtud videtur eſſe falſum, qa ſi ſoli virtuoſi principentur, omnes alij erunt inhonorati, quia non attingunt ad honorem principatus, quia principatus honores ſunt. Sunt enim præmium virtutis, & hoc eſt honor, ſicut dicitur primo et quarto Eth. ergo qui non attingit ad principatum, non attingit ad honorem. Principantibus igitur virtuoſis remanent alij inhonorati, ſed hoc eſt incõueniens. Eſt. n. hoc cauſa diſſenſionis, omnes. n. appetunt honorem naturaliter, propter quod appetunt honorari à bonis & ſapientibus qui melius & rectius poſſent iudicare. Si ergo auferatur eis honor ſequitur diſſenſio, & multa mala in ciuitate, quare non eſt iuſtum virtuoſos dominari. Deinde cum dicit.

A Sed nũquid vnus, qui ſit optimus, dominari debet? At. n. hoc etiam grauius eſt, quoniam plures erunt ab honoribus excluſi.

Oſtendit, ꝙ non eſt iuſtum dominari vnũ virtuoſum. Et diuidit in partes duas. In prima facit quod dictũ eſt. In ſecunda quia poſſet aliquis dicere, ꝙ non expedit hominem principari, ſed hominem per legem, oſtendit contrarium. ibi. {Sed forſan &c.} In prima dicit, ꝙ non expedit vnum virtuoſum valde principari, quia ſi vnus valde virtuoſus dominetur, plures erunt inhonorati honore principatus, ſed hoc eſt inconueniens. Ex hoc. n. ſequũtur diſſenſiones in ciuitate, & perturbationes, ſicut dictũ eſt. Iterum videbitur politia peior eſſe ꝙ̃ ſtatus paucorũ, quia in principatu paucorum pluribus impenduntur, in iſta autem vni ſoli, hoc autem peius videtur eſſe, quia malum, quanto magis diuiſum eſt, tanto minus exiſtit, & tolerabilius eſt: Quare manifeſtum eſt, ꝙ non expedit vnum virtuoſum dominari. Deinde cum dicit.

B Sed forſan dicet aliquis legem dominari debere. non autem hominem, in quem cadunt animi perturbationes.

Quia diceret, aliquis, ꝙ lex debet dominari nõ homo arguit cõtra hoc. Et primo ponit rationem, per quam videtur, ꝙ lex debet dominari. Secundo arguit in contrariũ. ibi. {Si igitur &c.} In prima dicit, ꝙ prauum & iniuſtum eſt hominem principari & non legem, quia homo habet paſſiones ſibi coniunctas. Paſſiones autem diſtrahunt voluntatem, & faciunt deuiare à recto fine, & per conſequens peruertunt iudicium rationis. Lex autẽ multas habet paſſiones, quare per legem non contingit deuiare à recto iudicio rationis. Cum igitur melius & iuſtius ſit illum principari, qui non poteſt deuiare à recto fine, q̃ illum qui poteſt. Et homo poteſt deuiare à recto fine, lex vero non, manifeſtum eſt, ꝙ iuſtum eſt legem dominari, non hominem. Deinde cum dicit.

C Si igitur ſit lex quidem, ſed vel ad paucorum potentiã, vel ad multitudinis fauorẽ, declinãs; quid tandem refert in his, de quibus dubitatũ eſt, euenient. n. eadem, quæ ſupra dicta ſunt.

Arguit in contrarium & dicit, ꝙ non videtur eſſe verum, ꝙ legem ſit iuſtũ dominari vniuerſaliter, quia contingit leges eſſe pertinẽtes ad potẽtiam paucorum, vel multorum, & tales leges datæ & ordinatę ſunt in ordine ad finem illarum. In illis autem non ſupponitur rectus finis ſimpliciter, ſicut prædictum eſt, ergo nec leges iſtæ ſunt iuſtæ ſimpliciter. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ non differt quid dicatur, ſiue legem, ſiue aliud aliquid aliorum principari, quia ſemper idem accidit inconueniens, ſicut prius oſtenſum eſt de omnibus. Deinde cum dicit.

D De his igitur ſit alius qdẽ ſermo. Quod aũt magis penes multos debeat eſſe poteſtas, ꝙ̃ penes paucos, licet optimos, videtur ſolui poſſe, & quãdã habere dubietatẽ, imo forte veritatẽ.

Omiſſis aliis, ſpecialiter deſcẽdit ad inquirẽdum verũ magis expediat multitudinem, aut paucos virtuoſos dominari. Et diuiditur in duas. In prima præmittit, ꝙ omiſſis aliis, de quibus non eſt argutum, quia altera ratio eſt. manifeſtum eſt enim, ꝙ vnum peſſimum non expedit dominari, & quia hoc eſt per ſe manifeſtum. Altera ratio de hoc & de aliis, qa de aliis eſt dubiũ, ſed de hoc non, iõ philoſophus non arguit ad iſtud. Sed inquirendum eſt verũ multitudinem magis expediat dominari, ꝙ̃ virtuoſos paucos tamen. Hoc enim videtur habere dubium & ſolutionem qua diſſoluitur ratio, quæ in oppoſitũ adducebatur prius, & magis videtur eſſe verum & expediẽs,

multi-

multitudinem principari debere quàm paucos virtuoſos. Deinde cum dicit.

Nam ſi plures ſint, quorũ vnuſquiſq; nõ ſit ſtudioſus, tamen fieri poteſt, vt in vnum conuenientes omnes meliores ſint, q̃ illi, non vt ſinguli, ſed vt omnes quemadmodum cœna, in qua plures cõferunt, q̃ ea, q̃ ex vnius erogatione fit: nam cum plures ſint, vnuſquiſq; partem habet virtutis ac prudentiæ, ac fiũt in vnũ collati quaſi hõ vnus, q multos pedes habeat, multaſq; manus, multoſq; ſenſus, & eodem modo circa mores & intelligẽtiã. Quapropter melius iudicãt multi, & in muſica, & in poetarum operibus. Alij.n. aliud, & cuncti cuncta diſcernũt.

F Proſequitur & primo oſtendit, q magis expediat multitudinem dominari q̃ paucos virtuoſos. Secundo ſoluit dubitationem, & quandam aliam annexã illi. ibi. {Quapropter &c.} prima in duas. Primo declarat vnã propoſitionẽ. Secũdo arguit ex illa. ibi. {Si igitur &c.} Adhuc prima in duas. Primo manifeſtat illam propoſitionẽ. ſecundo ponit differẽtiam inter aliqua, de quibus erat mẽtio facta. ibi. {Sed in hoc &c.} In prima dicit, q ſi ſint multi nõ virtuoſi ſimpliciter, cũ conueniant in aliquod vnũ, facient vnum aliquod ſtudioſum, nõ ſic quidem, vt quilibet faciat aliquid ſtudioſum per ſe, & aliquid melius, ſed omnes ſimul faciant vnum aliquid ſtudioſum, & ſunt aliquid melius q̃ quilibet diuiſim acceptus, & hoc declarauit per ſimile: & dicit, q ſicut illi qui faciunt cœnam ad cõmunes expenſas, & quilibet modicum apportat: quod autem collectum eſt ex omnibus apportatis, magnæ quantitatis eſt: ſic eſt in propoſito, ſi ſint multi & quilibet aliquid habeat virtutis & prudentiæ, cum G conuenerint in vnum, facient vnum aliquid magnum & virtuoſum. In quo enim vnus deficit, contingit alterum abundare: vt ſi vnus non inclinetur ad fortitudinem, alter inclinabitur: & ſi alius non inclinetur ad temperantiã, alter inclinabitur: & vbi vnus nõ poterit præuidere bene, alter poterit: & ſic cũ cõuenerint, facient quaſi vnũ hominem virtuoſum & perfectũ. Hominẽ dico habentẽ multitudinẽ ſenſuum, per quos diſcernere poſſit, & multitudinem manuũ & pedum, per quæ poſſit moueri ad operationem operari. Similiter etiam quantum ad mores, & quãtum ad intellectũ ſe habet. Ex omnibus enim cum conuenerint, efficietur quaſi vnus homo perfectus ſm intellectum, quãtum ad virtutes intellectuales, & ſm appetitum quantum ad morales. Et adducit aliud ſimile dicẽs, q propter hoc, q multi ſunt aliquid melius ſimul iuncti, q̃ quilibet illorum, contingit, q opera muſicalia, & opera poetarum melius facta ſunt, & ducta ad perfectionem per plures, q̃ per vnum. Sic.n. inuentæ fuerunt H artes, & ſcientiæ, quia primo vnus inuenit aliquid & illud tradidit, & forte inordinate: alius poſt hoc accepit illud, & addidit, & totum tradidit, & magis ordinate: & ſic conſequenter donec perfecte artes & ſcientiæ inuentæ ſunt, & manifeſtum eſt, q aliqui aliqua inuenerunt, ſed omnes ſimul omnia: & manifeſtum eſt, q plus eſt & perfectius illud, quod omnes inuenerunt, q̃ illud quod quilibet per ſe. Deinde cum dicit.

Sed in hoc differũt ſtudioſi viri ab vnoquoq; aliorum ex multitudine, quemadmodum decoros à non decoris aiunt, & picta artificioſe à veris, eo q ſeorſum diſtincta in vnum colliguntur, cum ſi ſeparatio fiat: pulchrius ſe habebit, huius quidem picti oculus, alterius vero cuiuſdam alia particula.

E Ponit differentiam inter vnum virum ſtudioſum ſimpliciter, & quemlibet illorum, ex quibus cum conuenerint in vnũ factũ eſt aliquid ſtudioſum. Et dicit, quód viri ſtudioſi, ſiue virtuoſi differunt à quolibet illorum multorum, ex quibus cum conuenerint in aliquid vnum fit aliquid virtuoſum, ſicut bonus differt à non bono, quoniam viri virtuoſi, boni ſimpliciter ſunt, ſed qlibet iſtorum ſecundum ſe acceptus non eſt bonus, quia non eſt virtuoſus perfecte. Iterum differunt viri ſtudioſi ab illis diuiſim acceptis, ſicut picta per artem differunt à veris: circa quod intelligo, q pictor volẽs aliquid pingere per artem, ſicut imaginem hominis conſiderat bonam diſpoſitionem oculorum in iſto, dimittens malas diſpoſitiones aliorum membrorum: ſimiliter conſiderat bonã diſpoſitionem manus in alio, dimittens malas diſpoſitiones aliorum membrorum: & ſic conſiderat meliores diſpoſitiones aliorum membrorum in diuerſis & dimittit turpes: tunc ex omnibus iſtis collectis facit imaginẽ pulchriorẽ, quàm ſit quilibet illorum ex quibus aliquid accepit. Et manifeſtum eſt, quód quilibet illorum, ex quibus aliquid accepit aliquid pulchritudinis habet, ſed non ſimpliciter: illud autem, quod acceptum eſt ex iſtis, ſimpliciter pulchrum eſt: ſic ſimiliter in propoſito quilibet iſtorum multorum aliquid habet virtutis, ſed non eſt ſimpliciter virtuoſus: id autem quod ſimpliciter collectum eſt ex ipſis, ſimpliciter virtuoſum eſt. Et hoc eſt quod intendit cum dicit, artificioſe, eo quód illa vera ſimpliciter accepta ſunt collecta in vnum, & imago illa, quæ componitur ſimul ex partibus bene diſpoſitis in diuerſis exiſtentibus pulchrior eſt, quàm vnumquodq; illorum, in quorum vno inuenitur pulcher oculus: in alio autem pulchra manus, conuenit enim bene inuenire ſeorſum vnum habentem oculum pulchriorem quàm ſit pictus, quãuis in aliis deficiat: ſimiliter aliquem habẽtem pulchrã manum, quàm ſit picta, quãuis in aliis deficiat, ſimiliter in aliis particulis: Similiter in propoſito differt G vir ſtudioſus ab vnoquoque illorum qui dicti ſunt, quia omnes bonas diſpoſitiones ſecundum animam habet cõiunctim, & in vno ſuppoſito vnuſquiſq; illorum vnam, aut in qua forte poterit excedere virtuoſum, ſimpliciter tamen excedetur ab eo. Deinde cum dicit.

Si igitur de omni populo omniq; multitudine recipitur, hãc eſſe differentiã multitudinis ad paucos ſtudioſos incertum eſt: immo forſan certum, quod de quibuſdam eſt impoſſibile, nã eadem ratio de beſtiis eſſet. Quanquam quid differunt quidam, vt ita dixerim, à beſtiis, ſed de aliqua multitudine nihil vetat eſſe verum.

Ex iſta propoſitione declarata arguit dicens, q immanifeſtum eſt vtrum huiuſmodi differẽtiam cõtingat eſſe circa multitudinem, & circa populum totum ad pau- H cos virtuoſos, q.ſ. tota multitudo melior ſit, q̃ illi pauci virtuoſi, tamen ſecundum virtutem in quibuſdam eſt impoſſibile, hoc eſt.n. quædam multitudo beſtialis, cuius homines inclinantur ad actus beſtiales, & parum rationis habent. Et in tali multitudine non eſt verum, q ex illis hominibus poſſit fieri aliquid virtuoſum ſi conueniant in vnum. Alia eſt multitudo in qua quiſq; habet aliquid virtutis & prudentiæ, & inclinantur ad actũ virtutis: & in tali verum eſt, quód illud quod fit ex iſtis, cum conueniunt in vnum, eſt aliquid virtuoſum. Et hoc eſt, quod dicit philoſophus, quód in aliqua multitudine non eſt verũ, q illa multitudo faciat aliqd virtuoſum, de qua multitudine poteſt habere veritatem. Ex quo poteſt formari ratio ſic, melius eſt principari, quod melius & ſtudioſius eſt, ſed contingit aliquam multitudinem eſſe meliorem, & magis ſtudioſam paucis virtuoſis vt probatum eſt, ergo &c.

Lectio

LECTIO IX.

Multitudini committendam eſſe electionem magiſtratuum, agendo non conſultationẽ, adminiſtratarum rerum examẽ: magiſtratus aũt legibus obtẽperare debere, & ſolum in his q̃ lex cauere non valuit arbitriũ habere.

QVapropter dubitationem illam primam per iſta ſoluere quis põt: ac ſimiliter aliã ſubſequentem, quorum oporteat poteſtatem habere, liberos homines ac multitudinẽ ciuium, quales ſunt quicũque, qui neq; opes habent, neq; virtutis vllam exiſtimationem.

Poſtq̃ Philoſophus mouit dubitationem, vtrum magis expediat multitudinem dominari q̃ virtuoſos: in parte iſta ſoluit eam, & quãdam annexam illi, & habet duo. Primo infert ſolutionem q̃õnis ex determinatis, & ponit q̃õnem annexam. Secundo ſoluit illã. ibi. {Etenim &c.} In prima dicit, ꝙ propter ea q̃ dicta ſunt poteſt ſolui dubitatio, qua quæriť: vtrum magis expediat dñari multitudinem, q̃ paucos virtuoſos: apparet.n.ex dictis, ꝙ duplex eſt multitudo. Vna quidẽ beſtialis, in qua nullus habet rõnem vel modicã, ſed inclinatur ad beſtiales actus: & manifeſtum eſt, ꝙ iſtam nõ expedit dñari aliquo mõ, quia ſine rõne eſt & coniunctim & diuiſim. Alia eſt multitudo vbi oẽs aliquid habent rõnis & inclinantur ad prudentiam, & bene ſuaſibiles ſunt à rõne: & talem expedit magis dñari, q̃ paucos virtuoſos: quãuis.n.quilibet non ſit virtuoſus: tñ quod fit ex omnibus, cum conueniunt, eſt virtuoſum. Et ſic apparet ſolutio q̃õnis, quia vbi eſt talis multitudo, expedit eam magis dominari q̃ virtuoſos, vbi non eſt talis, ſed beſtialis, nullo mõ expedit. Poterit etiam ꝑ hoc ſolui q̃õ alia conſequenter ſe habens ad illam.ſ.vtrum oporteat multitudinẽ & liberos dños eligere, & eos corrigere: & quorũ expedit eos eſſe dños, ſi expediat: & qui ſunt illi, de quibus mouet quæſtionem, exponit: huiuſmodi.n.ſunt q non habẽt aliquã dignitatem, ſiue bonum virtutis. Deinde cum dicit.

Etenim permittere iſtis magnos magiſtratus, nequaquam eſt tutum, propter iniuſtitiã & ignorantiam, per quas quibuſdam iniuriarentur, in quibuſdam errarent.

Soluit q̃õnem, & primo ſoluit q̃õnem. Secundo ſolutionem confirmat per leges antiquorum. ibi. {Quapropter &c.} Prima in tres. In prima oſtendit ꝙ inconueniens & nõ ſecurum eſt multitudinem principari. Scd̃o ꝙ terribile eſt eos nullo mõ participare principatu. ibi. {Rurſus} Tertio ꝙ expedit aliquo mõ. ibi. {Reſtat &c.} In prima dicit, ꝙ liberos, & multitudinem attingere ad ꝑncipatum, maximũ, & ꝑmum, periculum eſt: iſti.n. iniuſtitiam & imprudentiam hñt: & ꝑꝑ imprudentiã deficerent á recte iudicãdo, & ꝑꝑ iniuſtitiam inclinabunť ad opera iniuſta: & iõ ſequetur ꝙ multa mala faciẽt quantũ ad ſeipſos, & multa iniuſta quantũ ad alios, eis iniuriãdo & moleſtando: hoc aũt eſt periculoſum, ergo tales participare ꝑncipatu, incõueniẽs eſt maximũ. Deinde cũ di.

Rurſus verò excludere illos penitus ab honoribus periculoſum eſſet. Cũ.n. multitudo inopum eſt in ciuitate, eadẽq; ab honoribus excluſa, neceſſe eſt eã ciuitatẽ eſſe plenã hoſtiũ reip.

Oſtendit ꝙ terribile videtur eſſe, eos nullo modo participare honoribus: & ꝙ ſi nullo modo concedatur eis principatus, nec attingant ad ipſum inconueniens & terribile videtur, quia reputabunt ſe inhonoratos: & cum ſint multi & pauperes ſequetur ſeditio & turbatio in ciuitate, ſed iſtud eſt terribile. Deinde cum dicit.

Reſtat igitur, vt ad conſultandum, & decernendum illi recipiantur.

A Concludit tertium, & dicit, ꝙ ex quo ſequitur multa mala in ciuitate, ſi nullo mõ attingant ad principatũ, relinquitur, ꝙ participare debẽt ꝑncipatu aliquo mõ, ſaltem quantũ ad cõſiliatiuũ & iudicatiuũ. Deinde cũ di.

Quapropter & Solon & alij quidam eorũ, qui leges condidere, huiuſcemodi homines ad repetendas geſtorum rationes, & ad ſuffragia, electionesq; magiſtratuum admittũt: ſolis autem vt magiſtratus cõmittantur, nequaquam permittunt: dum.n.cum aliis vna decernunt atq; conſultant, capiunt oẽs ſimul ſufficientem ſenſum, & permixti melioribus proſunt reip. quẽadmodum non purum alimentum vna cũ puro, totum facit vtilius q̃ paucum: ſeparati verò vtrique imperfecti ſunt ad iudicandum.

B Confirmat ſolutionem per leges & ordinationes antiquorum, & diuiditur in partes duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſcd̃a arguit cõtra ordinationes illorũ. ibi. {Sed habet dubĩonem &c.} In prima dicit ꝙ quia dictũ eſt, ſi multitudo nullo mõ participet principatu, ſequentur multa mala, ſicut ſeditio & turbatio in ciuitate. Solon legiſlator Athenienſium: & quidam alij legiſlatores ſtatuerunt multitudinem in eligẽdo & corrigendo principes: tñ noluerunt ꝙ quilibet ſigillatim haberet poteſtatẽ in eligendo & corrigendo: & hoc rationabiliť, quia quilibet ſm ſe virtutem non habet & iõ deficeret in eligendo & corrigendo: & dicimus, ꝙ iſti noluerũt, ꝙ quilibet haberet poteſtatem in eligendo & corrigendo principantẽ propter cauſam dictam, ſed oẽs inſimul. Et rõ huius eſt, q̃a quãuis quilibet non habeat virtutem ꝑfectam: vnde recte ſe poſſit habere in ꝑncipatu: tñ tota multitudo ſufficienter virtutem habet, & diſcretionem in eligendo & corrigendo: in iſta enim multitudine ſunt ſapiẽtes & virtuoſi aliqui & aliqui non: & plus valet ꝙ ſumantur iſti

C oẽs ſimul, q̃ ſi ſumerenť virtuoſi & ſapientes ſolũ: ſic.n. eſt hic, ſicut eſt de alimẽto: alimentum.n. impurum ſumptum cum puro, plus proficit q̃ alimentum impurum, ſi per ſe aſſumatur: impuri.n. alimenti malitia, & improbitas per purum ſibi ꝑmixtum corrigitur, & ex eis commixtis fit bonum alimentum, & impurum ad ęqualitatẽ redigitur: ſic in rep. inſipientes in conſulẽdo & decernendo quodãmodo rectificantur á ſapientibus, vt poſſint aliquo modo reip. prodeſſe. Deinde cum dicit.

Sed habet dubitationem huiuſmodi ordinatio reip. primum, q̃a videretur eiuſdem eſſe hominis ſcire iudicare, q̃s recte medelam attulit: q ipſe ſciat etiam mederi ac ſanitatẽ ægrotantibus afferre, hic aũt eſt medicus. Eodem mõ de aliis facultatibus & artibus. Vt.n. medicum ra-

D tionem ſuæ medelę apud alios medicos reddere oportet, ita & alios apud ſimiles. Medicus autem eſt, & ille q agit, & ille q pręcipit, & oſtẽdit: & tertio loco, ille q à pueritia expertus eſt circa artem: ſunt.n. quidam tales in cunctis, vt ita dixerim, artibus. Tribuimus verò iudicium non minus expertis q̃ ſcientibus.

Obiicit contra iſtam ordinationem antiquorum, & diuiditur in duas ſm ꝙ dupliciter obiicit. ſecunda ibi. {Eſt & alia &c.} Prima in duas. In prima tangit obiectionem. Secundo ſoluit. ibi. {At.n. &c.} Adhuc prima in duas. Primo præmittit duas ꝓpõnes. Secundo arguit ex illis. ibi. {Itaque ſm &c.} Prima in duas ſm ꝙ duas ꝓpõnes proponit. ſecunda ibi. {Deinde &, &c.} In prima dicit, ita dictũ eſt, ꝙ Solon & q̃dam alij legiſlatores

ordinauerũt, ꝙ multitudo haberet poteſtatem in eligẽdo & corrigendo principatum: videtur ꝙ hęc ordinatio habet dubitationem, & ad declarationem præmittit iſtã propoſitionem. Cuius eſt aliquem medicari & ſanare ab ægritudine præſente, eius eſt iudicare quis recte ſanatus eſt, hoc aũt facit medicus. Et ratio propoſitionis eſt, q̃a cuius eſt aliquid facere ꝑ deductionem ex cauſis & principiis, eius eſt reſoluere ipſum vſq; ad primas cauſas, conſiderando ex quibus & qualibus cauſis eſt & habet eſſe: hoc aũt eſt iudicare, ergo eiuſdem eſt aliquid conſtituere & iudicare de ipſo, ſilr̃ eſt in aliis artibus: ſicut.n.medicus in medicinalibus iudicat & corrigit, ſilr̃ & alij in ſuis artibus. Vlterius dicit ꝙ medicus triplex eſt: vnus quidem eſt qui nõ nouit artem, ſed ordinata ab aliis aliqualiter ſcit applicare ad opus. Alius eſt artifex principalis qui nouit ſimpl̃r omnes cauſas & principia medicinę: & tertius eſt expertus qui aliqua nouit, ſed non ſimpl̃r. Cũ igitur dicimus medicum iudicare de eo quem ſanat, intelligimus de medico ſecundo & tertio modo. **F** Et ſicut circa medicinam eſt conſiderare triplicem medicum, ſ. practicum, ſcientem, & expertum, ſic circa omnes alias artes fere: in omnibus autem ipſis iudicium rectum, de his quæ ſub ipſis ſunt non minus, i. parum minus expertis q̃ ipſis ſcientibus. Dicit autem nõ minus, quia ſcientes ſimpliciter in omnibus melius iudicãt. Deinde cum dicit.

Deinde & circa electionẽ eodem ſe videtur modo habere: nã recte eligere, ſciẽtis eſt opus, ceu geometram in geometria, & gubernatorẽ in nauigatione. Et ſi enim in quibuſdam operibus & artibus concurrunt, alij quidam ignorantes, non tamen melius iudicant q̃ ſcientes.

Proponit ſecundam propoſitionem, & dicit, ꝙ ſicut eſt circa iudicium, ſic eſt circa electionem: quod ſcientis eſt recte eligere, & hoc eſt opus eius, ſicut geometra iudicat recte de geometricis. **G** Et gubernator de gubernatiuis, & ſic de aliis. Et ratio huius eſt. Electio enim eſt appetitus præconſiliantis: conſilium autem eſt ratiocinatio de eis, quæ ſunt ad finem: ratiocinari autem recte de his quę ſunt ad finem ſcientis eſt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ opus ſcientis eſt iudicare, & recte eligere. Et ſi idiotæ aliqua recte eligant, non tamen ſicut ſcientes nec magis ipſis, q̃a ſi recte eligant vel iudicent, hoc eſt á caſu, non ſic autem á ſapiente. Deinde cum dicit.

Itaq; ſm hanc rõnem auctoritas multitudini dãda nõ eſſet, neq; in electionib⁹ magiſtratuũ, neq; in rõnibus adminiſtratorum repoſcendis.

Ex iſtis duobus arguit, ꝙ non expedit populum habere poteſtatem in eligendo & corrigendo principatu, dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex dictis, ꝙ non expedit multitudinem habere dominium in electione & correctione principum: quia, ſicut dictum eſt, ſcientis eſt eligere, & **H** corrigere prudentis: ſed multitudo & ignorãs & imprudens eſt, quare non expedit multitudinem dominari in eligendo & corrigendo. Deinde cum dicit.

Etenim forſan hæc omnia non bene dicunt, etiam propter ſuperiorem ſermonem, ſi ſit multitudo nõ nimis ſeruilis: erit.n. vnuſquiſq; deterior iudex q̃ hi qui ſciunt, verũtamen ſimul omnes, vel melius iudicabũt, vel non deterius.

Soluit iſtam dubitationem, & diuiditur in duas, ſm ꝙ dupliciter remouet ipſam. ſecunda ibi. {Et de quibuſdam quidem non ſolum his &c.} In prima dicit, ꝙ forte omnia iſta non habent veritatem, nec bene dicta ſunt: & hoc propter rationem ſuperius dictam. Si.n. ſit multitudo non vilis, ſiue beſtialis, ſed aliquid habens rationis

E & virtutis: bene etiam ſuaſibilis, habens ſapientes á quibus recte ſuadeatur, talem multitudinem ſimul ſumptã bene expedit habere poteſtatem in eligendo & corrigendo principem: & ſi vnuſquiſq; illorũ nõ habeat ſufficienter rõnem & virtutem, per quã poſſit recte eligere & corrigere, tñ omnes ſimul habent, & conſtitutum ex oĩbus cum conueniunt, virtuoſum eſt ſimpl'r. Ex quo apparet ꝙ philoſophus rñdet per interemptionem minoris, cum dicebatur, ꝙ multitudo eſt imprudens & ignorans: verũ eſt, ſi fuerit talis, ſicut dictum eſt: & dicit forſan, quia in aliqua politia nõ expedit multitudinem habere poteſtatem in eligendo & corrigendo, ſicut in regno. In regno enim ſi vnus ſit ſimpl̃r prudens, & alij regantur, quaſi dominatiuo principatu, vt inferiores obediant ſuperiori, non expedit multitudinem habere poteſtatẽ: ſed in politia, vbi multitudo eſt ęqualis, expedit. Deinde cum di.

Et de quibuſdam quidem non ſolum is q̇ fe**F**cerit recte iudicat, & q̇ habet artem: puta domũ non ſolum is intelligit & iudicat q̇ fecit, ſed melius is qui vtitur. Vtitur aũt paterfamilias domo, & de clauo gubernator, nõ faber: & de epulis conuiua, non coquus. Hoc igitur dubium per hunc modum videtur ſufficienter ſolui.

Secundo remouet obiectionem quaſi interimendo maiorem, & dicit, ꝙ iſtud qñ accipiebatur, ꝙ ſcientis ſolum ſm vnamquãque artem eſt iudicare de opere ſuo, nõ habet veritatem: puta ſi ſint aliqui qui fecerunt aliqua opera, & tñ non vtantur illis: non eſt verum ꝙ illi bene iudicent, ſed illi qui vtuntur recte iudicant, ſicut non ſolum ędificator iudicat domum, immo melius iudicat ille, qui ea facta vtitur, ſicut paterfamilias: ſimiliter nauta gubernaculum accipit á carpentario, & melius iudicat de ipſo, q̃ carpentarius: ſic & conuiua de epulis melius iudicat q̃ coquus. **G** Hæc ergo dubitatio iſto modo videtur eſſe diſſoluta ſufficienter, ſimiliter etiam eſt in propoſito ꝙ melius iudicat qui vtitur principatu, hoc autem eſt multitudo. Et eſt intelligendum ꝙ tres ſunt artes ſe habentes per ordinem. Vna quidem eſt quæ verſatur circa materiam, ſicut eſt illa quæ præparat materiã ſicut eſt lignorum dolatiua & præparatiua. Alia eſt quæ in materia diſpoſita introducit formam, ſicut nauifactiua. Tertia eſt vſualis quæ vtitur naue facta. Et iſtæ ſic ſe habent, ꝙ prima rationem operandi habet á ſecunda, & eſt propter ipſam: diſponit.n. ſic ligna, quia talis forma quã conſiderat debet introduci in materiam talem: & tñ ipſa ſm ſe, formam illam non nouit: ſimiliter ſecunda rationem operandi habet ex tertia, & eſt propter ipſam. talem.n. formam inducit in lignis, cui cõpetit talis finis, qui conſideratur á tertia, quæ dicitur vſualis: & ideo iſta conſiderat cauſam oĩum aliarum primam. Per reſolutionem autem ad primam cauſam iudicatur de re, certius: & ideo vſualis rectius iudicat q̃ ille q̇ formam inducit in materia. **H** Si aũt ſit aliqua ſcia, q̃ aliquid conſtituat in eſſe, & eo vtat, iſta melius iudicat, & certius oĩbus. Deinde cum dicit.

Eſt & alia dubitatio cum hac annexa, q̃a inconueniens videt̃ vt deteriores quia ſunt, maiorum rerũ habeant poteſtatem q̃ probi: rõnes verò adminiſtratorũ à magiſtratibus repoſcere, & magiſtratus ipſos deligere maximum eſt, q̃ duo in quibuſdam ciuitatibus à populo fiunt. Concio.n. talium oĩum domina eſt, at qui concionis q̇dem participes ſunt, deliberant, decernunt, exigui cẽſus homineſq; & cuiuſq; ętatis. Quæſturam verò & p̃turam, & maximos magiſtratus ſuſcipiunt ex cenſu magno atq; ętate.

Ponit

Ponit ſecundam obiectionem contra illam ordinationem, & diuiditur in duas. In prima ponit obiectionem. In ſecunda ſoluit. ibi. {Queſtio illa &c.} In prima dicit, ꝙ alia eſt dubitatio contra illam ordinationem conuenienter ſe habens ad primam: inconueniens. n. eſt prauis & imprudentibus cōmittere maxima, ſed electio & correctio principum maxima ſunt in ciuitate, ergo cōmittere iſta prauis incōueniens eſt: ſed multitudo praua & imprudēs eſt, quare manifeſtū eſt ꝙ incōueniens eſt multitudinem habere poteſtatem in corrigēdo & eligendo ſuper pncipes & virtuoſos: ſed ſicut dictum eſt, in qbuſdā politiis, iſta cōmiſſa ſunt populo: multitudo. n. in illis dominium habet, & in eligēdo & corrigēdo, quia in aliqua ciuitate populares & inferiores attingūt ad pncipatum, & ad iudicatiuum & conſiliatiuum, etiam de paruis honoribus iudicant & præſunt diuitibus, & ducunt exercitus & principantur maximis principatibus, & magis q̄ maiores: quare manifeſtum eſt ꝙ ordinationes iſtorum inconuenientes ſunt. Deinde cum dicit.

Queſtio illa poteſt eodem modo ſolui: nam forſan id ſe recte habet: neque. n. iudex, neque conſultor, neq; is qui in concione exiſtit dominatur: ſed iudicium, & ſenatus, & populus: illorum vero vnuſquiſq; eſt particula iſtorum. Dico aūt particulam eſſe conſultorem, & concionatorem, & iudicem: itaq; iuſte domina maior eſt multitudo: ex multis enim populus conſtat, & ſenatus, & iudicium: maiorq; cenſus eſt vniuerſorum quàm ſingulorum per ſe, & quàm illorum paucorum, qui magnos ſuſcipiunt magiſtratus. Hæc igitur in hūc modum terminata ſint.

Soluit dubitationem, & primo facit hoc. Secundo oſtēdit quid ex dictis poteſt eſſe manifeſtum, & quid immanifeſtum. ibi. {Prima vero &c.} In prima dicit, ꝙ eodē modo iſta dubitatio poteſt ſolui ſicut prima: forte. n. veritatem habet, ꝙ expedit aliquam multitudinem habere poteſtatem in electione & correctione principum: in aliqua. n. multitudine, nec iudex, nec conſiliator, nec p̄tor, neq; cōcionator vnus p ſe eſt iudex de principatu, & dñs in electione: ſed totum aggregatum ex p̄torio conſilio & populo, & vnuſquiſq; iſtorum pars eſt aggregata, ſ. conſiliarius, & concionator, & iudex. Et manifeſtum eſt ꝙ expedit magis dñari totam multitudinem q̄ aliquos, qa tota multitudo ſtudioſa magis eſt q̄ aliqui pauci. Eſt. n. multitudo ex ſapientibus mediocribus & inferioribus: eſt. n. ibi populus, & conſilium, & p̄tor. Et manifeſtum eſt ꝙ honorabilior eſt tota multitudo q̄ aliquis vnus ſm ſe acceptus, vel aliqui pauci. Et ex his manifeſtum eſt, ꝙ obiectio prædicta non valet. Quod. n. dicebatur ꝙ multitudo praua eſt & imprudēs, dicendum ꝙ non eſt verū: quāuis. n. aliqui ſint tales, non oēs tamen. Sed ſi eſſet talis multitudo vilis, in qua nullus eſſet ſapiens, nec prudens, non expediret talem habere poteſtatem in eligēdo, & corrigendo pncipes. Et ex his apparet, quod philoſophus intendit, ꝙ magis expedit totam multitudinem habere poteſtatem, in eligendo & corrigendo q̄ paucos, & vocat hic multitudinem aggregatā ex ſapientibus maioribus, & prudentibus, & mediocribus, & populo: iſtam totā multitudinem talē magis expedit dñari q̄ paucos. Vilem tñ multitudinem non expedit: & dicit forſan, qa in politia, in qua eſt vnus excellens in virtute, & alij nati ſibi obedire, nō expedit multitudinem attingere ad iſta, quia duo exiguntur in regimine politiæ, vnum eſt ratio recta: hoc autē habet iſta multitudo per illos ſapientes. Aliud eſt potentia, vt poſſit coercere & punire malos: hoc autem habet per populum. Deinde cum dicit.

A Prima vero illa q̄ manifeſtum facit, nihil adeo vt leges recte poſitas debere dñari: illum aūt qui reip. præeſt, ſiue vnus hic ſit, ſiue plures, in his poteſtatē habere debere: in qbus leges expreſſe cauere nō poſſunt, ex eo qa nō facile ſit, generali ſermone ſingulos caſus cōprehēdere.

Oſtendit quid eſt manifeſtum, & qd immanifeſtum ex prædicta dubōne: & primo oſtendit qd eſt manifeſtum. Secundo qd eſt immanifeſtum. ibi. {Quas tñ &c.} Iſta litera dupl'r pōt exponi. Primo vt referamus iſtam literā ad dubōnem, qua quærebatur prius, vtrum magis expediret multitudinem dñari q̄ paucos virtuoſos: vt dicamus ſic, dubitatio prima. ſ. iſta q̄ iam dicta eſt, nihil aliud manifeſtat, niſi qual'r lex dñetur in ciuitate: & qual'r princeps, ſiue ſit vnus, ſiue plures: legem. n. oportet eſſe dominam & principatiuam oīum eorum de quibus leges de-

B terminare poſſunt: principem aūt oportet eſſe dñm de oībus illis, q̄ per leges non poſſunt cum certitudine determinari. Lex. n. fertur in vlī, & ideo in aliquo particulari qñq; habet inſtantiam: non. n. pōt legiſlator præuidere oīa particularia, in quibus lex pōt deficere, & ideo qñq; deficit. In iſto aūt caſu princeps dñatur: iſtud vero manifeſtum eſt ex prædicta dubōne & ſolōne: oportet. n. in ciuitate pncipem habere regulam, p quā dirigatur in operationibus ſuis & dirigat alios, & p quā iudicet: hoc aūt pōt fieri p legem. Quare oportet legem pncipari, & qa qñq; non pōt per legem iudicare: quia lex deficit in aliquo caſu: iō apparet ꝙ in illo caſu oportet pncipem corrigere: & iō expedit, ꝙ in iſto caſu princeps dominatur. Aliter pōt exponi, vt referatur litera ad illud qd dictum eſt prius: dicebatur. n. ꝙ non oportet hoīem principari ſm legem, quia paſſiones habet coniunctas, q̄ peruertūt iudicium rōnis. In contrarium arguebat, quia contingit legem eſſe prauā, & talem non expedit pncipari. Ex hoc

C oritur dubō quem expedit magis principari vel legem, vel hoīem, & tunc legat ſic. Dubō prima hoc eſt prius dicta aliud non quærit niſi qñ oportet legem principari & qñ principem, ſiue ſit vnus, ſiue plures: & ſicut prius dictum eſt, ꝙ legem expedit principari in illis, in quibus pōt cum certitudine terminare, in aliis in quibus non poteſt, expedit principem dominari. Deinde cum dicit.

Quas tñ leges recte poſitas dicamus, nondū apparet: ſed adhuc ſupereſt anterior dubitatio, Atqui tales eſſe leges quales ſunt reſp. neceſſariū eſt, prauas vel ſtudioſas, iuſtas vel iniuſtas: & hoc vnum manifeſtum eſt oportere ad ſpēm reip. leges eſſe accōmodatas. Quod ſi ita ſit, patet ꝙ leges illas quæ ad rectas gubernationes accommodatæ ſunt, neceſſe eſt eſſe iuſtas: illas

D vero quæ ad earum labes, eſſe non iuſtas.

Oſtendit quid eſt manifeſtum ex dictis, quia dictum eſt ſuperius, ꝙ leges quædam ſunt rectę: dicit, ꝙ q̄ ſint leges rectæ & quæ non, adhuc non eſt manifeſtum: ſed adhuc eſt dubitatio de hoc, de quo ſimiliter prius dubitatū eſt: ſed de legibus dicēdum eſt ſicut de politiis: ſicut. n. quædam politiæ ſunt prauæ & iniuſtæ, & quædam ſtudioſæ & iuſtæ: ſic ſunt leges quædam iuſtæ & ſtudioſæ, quædam prauæ & iniuſtæ: quia leges dantur de conferentibus ad finem politiæ: ergo ſi finis politiæ rectus ſimpl'r, & politia recta, & lex data de his quæ ſunt ad talem finē recta eſt, ſi finis politiæ nō ſit rectus nec politia recta, nec lex data de cōferentibus ad finem talis politiæ recta erit: & ſi hoc manifeſtum eſt, ꝙ leges dantur in habitudine ad politiam & ad finem eius: manifeſtum eſt, ꝙ leges quæ dantur ſm politias rectas, ſunt rectæ: quę ſm tranſgreſſiones, non rectæ ſunt.

LECTIO X.

Magiſtratus non eſſe diſtribuendos ſecundum exceſſum cuiuslibet boni.

CVm verò in cunctis ſcientiis & artibus finis ſit bonum: maximum autem & maxime in principaliſſima omnium: hæc autem eſt ciuilis poteſtas. Eſt autem ciuile bonum iuſtũ, id autem communis vtilitas.

Poſtq̃ Philoſophus declarauit quis debet eſſe dominans & principans in ciuitate, oſtendit in parte iſta ſm cuius boni exceſſum debeãt diſtribui principatus, & diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuum, & cauſam intenti. Secundo proſequitur. ibi. {Forſan &c.} Prima in duas. In prima oſtendit q finis politiæ rectè ordinatæ eſt bonum cõmuniter conferens. Secundo dat intentum ſuum & cauſam intenti. ibi. {Videtur aũt &c.} In prima dicit, q in omnibus artibus & ſcientiis. ſ. operatiuis, finis eſt aliquid bonũ, qa omnis doctrina & ars: ſimiliter autem actus & operatio bonum quoddam appetere videtur, ſicut 1. Ethic. dicitur. Si autem cuiuslibet artis & ſcientiæ finis eſt aliquid bonum, principaliſſimæ eſt finis optimum & principaliſſimum, quia in his quæ ſunt per ſe, ſicut ſimpliciter ad ſimplr: ita magis ad magis, & maxime ad maxime, ſed inter omnes ſcientias practicas actiuas, politica eſt principaliſſima, vt oſtenſum eſt in primo huius. Quare finis eius debet eſſe principaliſſimum quid & optimum, ſed bonum intentum in politica eſt illud quod iuſtum eſt ſimpliciter, i. in ordine ad quod attenditur iuſtum ſimpliciter: & tale eſt bonum conferens communiter, ergo bonum communiter conferens eſt finis in politia. Deinde cum dicit.

Videtur aũt omnibus æquũ quoddam eſſe iuſtum, & vſq; ad aliqd cõſentiunt philoſophicis rationib9, in qbus determinatum eſt de moralibus: quid. n. & quibus iuſtum, & oportere G paribus par exiſtere, quorum certe paritas, & quorum imparitas ſit, oportet non latere: habet. n. id dubitationem, & philoſophiã ciuilẽ.

Dat intentionem ſuam cum cauſa, & dicit, q omnibus apparet q iuſtum eſt æquale, quod conſonat ei quod dictum eſt vbi determinatum eſt de ſermonibus moralib9, ſcilicet in ethicis. ibi. n. dictum eſt, q iuſtum eſt æquale in rebus, q̃ debent diſtribui ſm dignitatem, & aliquib9, & æqualibus perſonis quibus debet fieri diſtributio. In huiuſmodi verò diſtributione oportet eſſe aliquã menſuram ſm quã dirigantur, in diſtributione: huiuſmodi aũt menſuræ finis eſt ita q ſm q aliquis plus accedit vel minus ad finem, ſm hoc plus vel minus debet ei diſtribui de communibus bonis: ita & qui æqualiter attingunt ad huiuſmodi dignitatem in ordine ad finem, æqualiter H debẽt recipere: quid autem eſt illud bonum reſpectu cuius vel quorum eſt æqualitas vel inæqualitas non debet eſſe immanifeſtum: hoc. n. habet dubitationem quam determinare pertinet ad politicum. Deinde cum dicit.

Forſan enim diceret aliquis ſm omnis boni præeminentiam, oportere impariter magiſtratus tribuere, ſi in aliis non differant, ſed pares ſint: differentibus enim aliud eſſe iuſtum, & ſecundum dignitatem.

Proſequitur & primo improbat opinionem quorũdam circa hoc. Secundo inquirit veritatem ſm intentionem ſuam. ibi. {At ex quibus &c.} Prima in duas. Primo ponit opinionem illorũ. Secundo reprobat. ibi. {At qui &c.} In prima ponit opinionem, & dicit, q cum aliquis poſſet dicere q principatus debet diſtribui ſm di-

E gnitatem vel exceſſum cuiuslibet boni, ſiue ſit boni ſm animam, ſiue ſit ſm corpus. Si. n. aliqui duo in aliquo bono differant ſm exceſſum, ita q vnus excedat aliũ in illo, & in oĩbus aliis ſint ſimiles & non differãt: principatus debet diſtribui ſm exceſſum illius boni: ita q ille q excedit plus debet habere principatum. qui. n. differunt in aliquo bono quocũque, differunt ſm dignitatem, ad quã inſpiciendum eſt in diſtribuendo honores cõmunes: differentibus. n. in aliquo bono non eſt idem iuſtum, neq; eſt idem ſm dignitatem, ſed diuerſum & alterum: ita q quę eſt proportio dignitatis alicuius, ſiue boni, ad dignitatẽ alterius, ſiue ad bonum, eadem eſt proportio eius, quod debet diſtribui vni ad illud, qđ debet diſtribui alteri: ita q quãtum bonum vnius excedit bonum alterius, & principatus vnius principatum alterius. Deinde cum dicit.

Atqui ſi hoc verum ſit, erit & ſm colorem, & ſm magnitudinẽ, & ſm vnũquodq;, bono-F rum plus tribuendum de ciuili iuſto illis q ſuperexcellunt. At hoc qdem falſum eſt, qđ patet in aliis ſcientiis & artibus. Paribus. n. fiſtulatoribus quantum ad artem, danda non eſt prerogatiua fiſtularum illi, qui ſit nobilior: nihil. n. melius caneret, ſed oportet his qui in opere ſuperexcellunt tribuere fiſtularum prærogatiuam.

Reprobat iſtam opinionẽ, & diuiditur in partes tres, ſm q reprobat eam per tres rõnes. ſecunda ibi. {Quod ſi &c.} tertia ibi. {Præterea &c.} In prima dicit q ſi iſtud verum eſt, q principatus debet inæqualr diſtribui ſm exceſſum cuiuslibet boni; manifeſtum eſt, q ſm exceſſum coloris, & magnitudinis: & ſm exceſſum cuiuslibet alterius boni, plus debet diſtribui de principatu politico: ſed iſtud ſtatim apparet eſſe falſum, & hoc manifeſtum eſt in aliis ſcientiis & potentiis, ſi. n. ſint duo habentes æqualiter artem fiſtulandi, ſi vnus excedat alium G in nobilitate: manifeſtum q non propter hoc debent ei dari plures fiſtulæ, vel meliores ei qui excedit in nobilitate: & ratio huius eſt, quia fiſtulæ non dantur niſi propter opus fiſtulandi, ergo non debent dari niſi ei, q aptius natus eſt ad fiſtulandum, quare plures & meliores debẽt dari ei, qui magis eſt aptus, & melius ſcit fiſtulare, ergo propter exceſſum illius, non debent plures diſtribui, per quod homo non eſt magis aptus ad fiſtulãdum, nec melius ſcit fiſtulare: quare manifeſtum eſt, q per exceſſum in nobilitate non debent plures fiſtulæ diſtribui. ſimilr ſi ſint duo æquales in virtute, vnus tamen excedat alium in pulchritudine, vel in aliquo alio bono: cum hoc ſit accidens in ordine ad principatum: manifeſtum eſt q propter iſtum exceſſum non debet plus attribui de principatu vni q̃ alteri. Deinde cum dicit.

Quod ſi nõdum patet quod dicimus, etiam H magis deducentibus erit manifeſtum: nã ſi erit aliquis excellens fiſtulatoria arte; inferior in nobilitate generis, vel formã: & ſi magis quodlibet illorum eſt bonum q̃ fiſtulatoria. Dico aũt nobilitatem & formam, & ſm proportionem fiſtulatoriæ ſunt anteponenda: tamen huic dãdæ ſunt meliores fiſtulæ: oportet. n. in opus ipſum prærogatiuam conferre: diuitiarum verò & nobilitatis reſpectus nihil confert.

Ponit ſecundam rationem, & dicit, q ſi ex iſta ratione non ſit manifeſtum q ſm exceſſum cuiuslibet boni non debet fieri diſtributio principatus, volentibus vlterius pducere rõnem prædictam magis erit manifeſtum: ſi. n. ſit aliquis qui multum excedit alium in arte fiſtulandi: excedatur tamen ab alio in nobilitate & pulchritudine

ſuppoſito

ſuppoſito ꝙ quodlibet illorũ ſit melius q̄ ars fiſtulatiua, ſicut pulchritudo & nobilitas: & ſm aliquam ꝓportionem excedant plus illa bona artem fiſtulandi q̄ alius ſm artem fiſtulandi illa bona: nihilominus plures fiſtulæ, & differentes in bonitate debent dari ei qui excedit in arte fiſtulandi, q̄ alij: & ratio huius eſt, quia diſtributio fiſtularum ſm exceſſum debet fieri in ordine ad opus, quia fiſtulæ nõ dantur niſi propter opus, ergo ei qui melius ſcit artem fiſtulandi, plures & meliores fiſtulæ debent diſtribui: ſed per diuitias & voluptates non eſt magis aptus ad fiſtulandum. ſilr ſi ſit aliquis melius diſpoſitus ſm virtutem, & magis aptus ad principandum, q̄ alius: exceditur tñ ab alio in nobilitate & pulchritudine, diſtributio principatus magis debet fieri virtuoſo, q̄ alij: & ratio huius eſt, quia diſtributio principatus ſm exceſſum, non debet fieri niſi ei qui magis eſt aptus ad principandum. hoc autem eſt ille qui excedit in virtute. Quare manifeſtum eſt ꝙ diſtributio principatus non debet fieri ſm exceſſum cuiuslibet boni. Deinde cum dicit.

Præterea ſm iſtam rationem omne bonum ad omne bonum eſſet vtiq; comparabile: nam ſi magis aliqua magnitudo, & certe omnino magnitudo comparabilis foret, & ad diuitias, & ad libertatẽ. Itaq; ſi magis hic excelleret magnitudine, q̄ ille virtute: & magis ſuperemineret omnino magnitudo, virtuti eſſent omnia conferenda, Quanto.n. magnitudo huius illũ ſuperaret, tanto conſtat eſſe vt parem.

Ponit tertiam rationem, & eſt ducens ad impoſſibile, & diuiditur in duas. In prima ponit rõnem. Secundo deſtruit conſequens quod ſequitur. ibi. {Cum verò &c.} In prima dicit, ꝙ ſi diſtributio principatus fiat ſm exceſſum cuiuslibet boni: tunc omne bonum erit ad omne bonum comparabile, & ſm magis & minus, & ſm æquale: ſed hoc eſt falſum, quare & primum. Quòd autem ita ſit, declarat philoſophus, ꝙ omne bonum ſit ad omne comparabile ſm magis & minus: & ſi diſtributio principatus fiat ſm exceſſum cuiuslibet boni, hoc manifeſtũ eſt: & ideo philoſophus hoc non declarat, ſed ꝙ ſit comparabile ſm æquale ſic probari poteſt. ſi.n. ſint duo & vnus excedat alium in nobilitate & pulchritudine: manifeſtum eſt ꝙ ſunt comparabilia ſm magis & minus. ſimiliter ſm ęquale, quia ſi ab eo quod excedit alium auferatur illud, in quo excedit: manifeſtum eſt, ꝙ reliduum erit æquale: ſi.n. aliqua magnitudo ſit maior altera, ſi auferatur ab ea in quo excedit alteram, totaliter erit æqualis ei. Eodem modo eſt conſiderando ad diuitias & ad libertatem: ſi.n. aliquis excedat alium in nobilitate & diuitiis & libertate, ſi amoueatur illud in quo excedit: manifeſtum eſt ꝙ erit æqualis: & ex hoc manifeſtum eſt, ꝙ ſi iſti duo ſic ſe habeãt, ꝙ magnitudo boni vnius, plus excedat virtutem alterius, q̄ alius ſecundum virtutem, ſi addamus virtutem ampliorem: manifeſtum eſt, ꝙ iſte excedet in virtute: quare manifeſtum eſt, ꝙ omnia bona ad omnia ſunt comparabilia, & ſecundum magis, & ſecundum minus, & ſm æquale: ſi enim tanta magnitudo ſit maior altera: amoto illo in quo excedit, reſiduum erit æquale. Deinde cum dicit.

Cũ verò hoc ſit impoſſibile, patet ꝙ in rebus ciuilibus non ſm oẽm imparitatem de magiſtratibus recte contendunt. Si.n. ſint hi quidẽ tardi, illi aũt veloces: nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere: ſed in gymnicis certaminibus horum excellentia honorem capit.

Deſtruit conſequens, & dicit, ꝙ hoc eſt impoſſibile. ſ. ꝙ omnia bona ſint comparabilia ſm æquale, & magis

A & minus: & ratio huius eſt quia comparabilia oportet eſſe vnius ſpeciei, ſicut dicitur 7. Phyſ. ſed omnia bona non ſunt vnius ſpeciei, nec etiam vnius generis, quare omnia bona adinuicem non ſunt comparabilia: & ſi hoc eſt impoſſibile, manifeſtum eſt ꝙ hypotheſis eſt impoſſibilis, ſ. ꝙ ſm exceſſum cuiuslibet boni, vel qualitatis, diſtribuatur principatus, & adiungit ad declarationem huiuſmodi, dicens, ꝙ ſi iſti ſunt tardi & alij ſunt veloces, iſti veloces non plus debẽt participare principatu, quia ſm aliquod iſtorum non magis attingit ad finem principatus per ſe, quia propter aliquod iſtorum non eſt magis virtuoſus: tamen in agonibus exercitatiuis, huiuſmodi diuerſitas conſideranda eſt: in tali enim exercitio ſm exceſſum velocitatis eſt diſtributio honoris: ita ꝙ ille qui velocior & agilior eſt, plus recipit de honore. In principatu verò politico ſecundum exceſſum iſtorum, non debet fieri diſtributio principatus.

B

LECTIO XI.

Vtrum nobilibus, an opulentis, an virtute præditis, an potentioribus, attribuendi ſint magiſtratus.

VT ex quibus cõſtat ciuitas, in his neceſſe eſt contentiones cadere. Quapropter rationabiliter ſibi arrogant honorem nobiles, & ingenui, & opulẽti. Oportet.n. ingenuos eſſe, & cẽſum habere ad onera perferenda. Non.n. ciuitas eſſe põt ex pauperibus omnibus: quẽadmodum nec ex ſeruis. Atqui ſi hęc requirũtur, patet ꝙ & iuſtitia, & virtus bellica requirĩt. Sine his enim ſtare ciuitas non poteſt. Hoc tñ intereſt, ꝙ ſine primis illis, ciuitas eſſe non poteſt: ſine his autem non bene permanere.

Poſtq̄ Philoſophus reprobauit opinionem antiquo-
C rum volentium, ꝙ ſm exceſſum cuiuslibet boni debeant diſtribui principatus: inquirit ſm intentionem ſuam, ſecundum cuius boni exceſſum debeat fieri: ſunt.n. quædam bona quæ ordinantur ad ciuitatem propter finem ipſius: & de talibus inquirit, vtrum ſm exceſſum alicuius iſtorum quæ ordinantur ad ciuitatem debeat fieri. Rationabile.n. videtur ꝙ ſm exceſſum alicuius illorum, quę ordinantur ad ciuitatem debeat fieri, & diuiditur in duas. In primo oſtendit quæ ſunt illa, ex quibus eſt ciuitas, proponens ꝙ non irrationabiliter dubitabit aliquis de iſtis. In ſecunda inquirit, vtrum ſm exceſſum illorum debeat fieri. ibi. {Cum verò &c.} Prima in duas. Primo proponit ꝙ de bonis illis, quæ ordinantur ad ciuitatem rationabiliter aliquis dubitabit. Secundo concludit intentum ſuum. ibi. {Ad hoc igitur &c.} In prima dicit, ita dictum eſt ꝙ inconueniens eſt vt ſm exceſſum cuiuslibet boni fiat diſtributio principatus: ſed de illis q̄ ordinantur ad ciuitatem non dubitabit aliquis irrationabi-
D liter. ſunt autem iſta quæ ordinantur ad ciuitatem, diuitiæ, nobilitas, & libertas: & propter hoc diuites honorantur in ciuitate, & nobiles, & liberi: liberos enim oportet in ciuitate honorari. Quòd autem iſta requirantur ad ciuitatem hic apparet: nam ciuitas non debet eſſe ex egenis, quia ſi eſſet ex omnibus egenis, nihil poſſet tribuere ad commune quod tamen eſt neceſſarium: aliter nõ poſſent repelli inimici, nec debet eſſe ex ſeruis, quia nõ eſſet ciuitas: ſeruus enim nõ poteſt habere principatum, quia non poteſt prouidere de agibilibus, ergo oportet ciuitatem eſſe ex diuitibus & liberis. ſi autem iſta ſunt neceſſaria ad ciuitatem, multo magis iuſtitia & virtus bellica. nam ſine iſtis non contingit inhabitari bene ciuitatem, ſed differenter ſunt neceſſaria ad ciuitatem iſta: & primo quia prima ſic ſunt neceſſaria, ꝙ ſine ipſis non poteſt eſſe ciuitas: ſed ſine iuſtitia & bellica virtute poteſt quidem eſſe, ſed non bene. Deinde cum dicit.

Ad hoc igitur vt ſit ciuitas, videri poſſunt vel omnia vel quędam iſtorum recte ſibi honores vendicare. Ad vitam tamen optimam diſciplina & virtus iuſtiſſime ſibi vendicare honores vtique viderentur, vt ſupra dictum eſt. E

Concludit intentum ſuum, & dicit, ꝙ manifeſtum eſt ꝙ omnia iſta vel quædam horum conferunt & ordinantur ad ciuitatem: ſed ad bonam vitam diſciplina, & maxime virtus, propter quod manifeſtum eſt, ꝙ rationabiliter dubitabit aliquis: vtrum ſecũdum exceſſum iſtorum vel alicuius eorum debeat fieri diſtributio principatus. Deinde cum dicit.

Cum verò nec omnium parium par habere debeant, qui in vno aliquo ſint pares, nec impar, impares ſm vnum: neceſſarium eſt, oẽs huiuſmodi rerump. tranſgreſſiones eſſe, & labes. F Dictum verò eſt prius quia inter ſe quodãmodo omnes iuſte contendunt: ſimpliciter aũt non oẽs iuſte, opulenti quidem ꝙ plus regionis poſſident. Regio aũt cõe eſt quiddam. Præterea in commercus magis creditur eis, vt plurimum.

Inquirit vtrum ſm exceſſum alicuius iſtorum debeat diſtribui principatus, & diuiditur in duas. In prima ponit rationes ad vtrãque partem. Secundo ſoluit dubitationem. ibi. {Hic itaque &c.} Prima in duas. In prima oſtendit, ꝙ ſm dignitatem alicuius iſtorum debeat diſtribui principatus. Secundo arguit in contrarium. ibi. {Eſt autem dubitatio &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit, quod dictum eſt. Secundo inducit quãdam quæſtionem. ibi. {An ergo &c.} Prima in quatuor. Primo oſtendit, ꝙ ſm exceſſum diuitiarum debeat fieri diſtributio principatus. Secundo ꝙ ſm dignitatem libertatis. ibi. {Ingenui &c.} Tertio ꝙ ſm dignitatem virtutis. ibi. {Similiter &c.} Quarta ꝙ ſm dignitatem multitudinis. ibi. {Atqui &c.} In prima igitur vult ponere rationes, per quas videtur, ꝙ ſm diuitias magis debeat diſtribui: & primo dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ nõ oportet, ꝙ ſi aliqui ſint ſecundum aliquid æquales, ꝙ æqualiter debeant recipere, quia poſſibile eſt, ꝙ ſint æquales in paruo bono, & inæquales in maiori: non autem expedit ꝙ iſti æqualiter recipiant, immo iniuſtum eſt: ſimiliter ſi aliqui ſint ſm aliquid inæquales non oportet, ꝙ inæqualiter recipiant: quia poſſibile eſt ꝙ ſint inæquales in minori bono, & ꝙ ſint æquales in maiori bono: tales autem recipere inæqualiter iniuſtum eſt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ illæ politiæ, in quibus ita fit, ꝙ æquales ſm aliquid æqualiter recipiant: & inæquales ſm aliquid inæqualiter tranſgreſſiones ſunt ſm ꝙ dictum eſt: omnes etiam tales altercantur conſiderantes ſm quid iuſtum & aliquo modo: ſed non ſimpliciter iuſtum, ſicut diuites dicunt ſe plus debere recipere de principatu: H quia ille qui plus habet in regione plus debet participare principatu, quia regio communis eſt. Diuites verò plus participant regione. habent enim magnas poſſeſſiones: pauperes verò aut paruas aut nullas. Iterum illi qui fideliores ſunt ciuitati & magis obſeruant politiam & conuentiones politiæ plus debent participare principatu: ſed diuites ſunt fideliores pauperibus & melius ſeruant politiam & conuentiones: quia pauperes ꝓpter penuriam cogũtur infringere pacta, & ſic infideles ſunt: diuites verò non, quia diuitias habẽt: & iterum propter defectum diuitiarum non tradent regionem in manu alterius: & ideo fideliores ſunt, quàm pauperes in pluribus ad minus vt videtur. Deinde cum dicit.

Ingenui aũt & nobiles quaſi prope inter ſe. Ciues.n. magis generoſi, quàm ingeneroſi. Nobilitas autem apud oẽs in honore habetur. Inſuper conſentaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores: eſt enim generis virtus nobilitas.

Oſtendit ꝙ ſm dignitatem libertatis & ingenuitatis debeat diſtribui, & dicit, ꝙ liberi & ingenui tanquam ſint propinqui adinuicem inuicem altercantur de principatu: liber autem dicitur qui mente poteſt præuidere quæ agenda ſunt, & inclinat ad virtutem: ſimiliter ingenuus, ſed differt, quia ingenuus dicitur qui habet huiuſmodi inclinationem ſm virtutem perfectam à parentibus, & illi ab aliis & illi ab aliis, & ſic ſm quandam antiquitatẽ: liber autem qui habet vndecũque. iſti igitur altercantur dicentes ſe debere participare principatu, alias non, & hoc dupl'r. Primo quia illis magis debetur principatus, qui magis attingunt ad ciuitatem: ſed liberi & ingenui tales ſunt: quia generoſi magis ſunt ciues, quàm alij non generoſi, quia magis videntur virtuoſi: & huiuſmodi ſignum eſt quia apud quoſcũque nobiles ſiue generoſi honorabiliores ſunt, quare liberis & generoſis magis debetur principatus quàm aliis. Secundo quia illis magis debetur principatus, qui meliores ſunt, ſed liberi & generoſi meliores ſunt: generoſi quidem, quia veriſimile eſt, ꝙ qui generati ſunt ex melioribus meliores ſint: generoſi aũt ſunt ex melioribus. eſt.n. generoſitas virtus generis, hæc eſt inclinatio ad virtutem. Sed intelligendum circa hoc quod dicit, ꝙ meliores ex melioribus generant, ꝙ bonus dicitur dupl'r. vno modo ſm actum perfectum, & ſic bonus non generat bonum, quia bonus eſt ſm intellectũ, & ſm electionem & exercitationem: non ergo fit bonus aliquis ſm actum perfectum à parentibus. alio modo dr̃ bonus ſm inclinationem ad virtutem perfectã: & ſic bonus vult bonũ generare, quia virtus in ſemine exiſtens intendit ꝓ ſe generare. Simile ei à quo eſt ipſum ſemen ſm oẽs diſpoſitiones, ad quas poteſt attingere virtus generatiua. Attingit aũt ad oẽs diſpoſitiones materiales quæ inclinant ad diſpõnes voluntatis & intellectus. & ideo intendit generare ſibi ſimile ſm oẽs diſpoſitiones inclinantes ſiue in bonum ſiue in malum, ꝓpter quod inclinatio ad virtutem aliqual'r eſt ex parentibus: bonus igitur iſto mõ generat vt in pluribus bonũ: ſi aũt quãque accidit contrariũ, hoc eſt ꝑ accñs. De hoc aũt quod dicit ꝙ ingenuitas eſt virtus: intelligẽdum, ꝙ virtus dupl'r dicitur. vno modo ſm actum perfectum, & ſic nobilitas nõ eſt virtus, ſed in ordine ad ipſam dicitur. alio mõ dicitur virtus inchoatio quædam & diſpoſitio ſiue inclinatio ad virtutem perfectam. iſto mõ dicitur virtus nobilitas ſi proueniat ex parentibus & illi ex aliis, & ſic ſm quandam antiquitatem: ſi aũt proueniat ex quacũque cauſa facit liberum. Deinde cum dicit. G

Similiter quoque dicimus virtutẽ merito contentionem inducere. Sociabilem.n. virtutem dicimus eſſe iuſtitiam, cui ceteræ omnes virtutes neceſſario conſequuntur.

Oſtendit ꝙ ſm dignitatem virtutis debeat diſtribui principatus; & dicit ꝙ eodem modo rationabil'r altercãtur virtuoſi de principatu dicentes ſe debere principari & nõ alios, quoniam ſm dignitatem illius debet diſtribui principatus, quod eſt magis ſaluatiuum ciuitatis ſed hoc eſt virtus, quod apparet, quia iuſtitia eſt maxime ſaluatiua ciuitatis. Eſt.n. iuſtitia habitus, ꝑ quem ſumus operatiui iuſtorum & volumus operari iuſta: hoc aũt contingit in agere & contra pati æquale. hoc autem maxime ſaluatiuum eſt ciuitatis, vt dicitur 5. Ethic. ipſam.n. cõſequitur omnis alia virtus, quod poteſt dupliciter exponi. vno modo ſic ꝙ oẽs aliæ ſibi conſequuntur pro tanto: quia qui habet vnam virtutem perfecte habet oẽs. iuſtitia eſt virtus perfecta: ergo qui habet iuſtitiã habet oẽs, aliter ſic, quia duplex eſt iuſtitia, vna particularis, ꝑ quã aliquis bene ſe habet in operatione quæ eſt ad alterũ, vel in his quæ ordinant

in

in bonum alterius: alia verò iuſtitia eſt vniuerſalis, ꝑ quã aliquis bene ſe habet in opere, quod eſt ad alterum in ordine ad bonum cõmune. Vnde per iuſtitiam vſem aliquis rectè vtitur omni virtute & actu cuiuſque virtutis in ordine ad bonum cõe, & ſic includit oẽm virtutem: tale verò quod includit omnem virtutem maxime ſaluatiuum eſt ciuitatis: & ſic videtur, ꝙ ſm dignitatem virtutis debeat diſtribui principatus. Deinde cum dicit.

Atqui & plures ad pauciores: nam & potentiores, & ditiores, & meliores ſunt, vt ſuſcepris pluribus ad pauciores.

Arguit ꝙ ſm dignitatem multitudinis debeat diſtribui, & dicit, ꝙ plures ſiue multitudo altercantur cum paucioribus rationabiliter de diſtributione principatus dicentes ſe debere principari, quia ſm dignitatem iſtorũ debet diſtribui principatus, qui meliores & ditiores & valentiores ſunt: nunc aũt multitudo valentior, melior, & ditior eſt ꝙ̃ aliqui particulares quicũque, quia multitudo includit iſtos & alios & pauci non. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſm dignitatem multitudinis debet diſtribui principatus. Deinde cum dicit.

An ergo ſi oẽs iſti forent in vna ciuitate, ceu boni, & diuites, & nobiles, eſſetq; alia multitudo populi. Vtrum in dubium veniret quibus gubernatio reip. foret tribuenda, an non eſſet dubium? In vnaquaq; igitur rep. earum quas diximus, indubitatum eſt iudicium: qui nam debeant gubernare. Principatibus. n. inter ſe differũt, ceu alia ꝑ diuites eſſe: alia ꝑ virtuoſos, & aliarum vnaquæque eodem modo: Sed tñ conſiderandum eſt qñ circa idem tempus iſta exiſtunt, qũo ſit determinãdum. Nempe ſi virtuoſi ſint in ciuitate admodum pauci, qũo eſt agendum? An conſiderare oportet, ſi pauci ad opus gubernandi rempublicam ſufficiant. An tot eſſe oporteat, vt ex his ciuitas conſtet?

Inducit quandam dubõnem, & dicit, ꝙ ſi iſti omnes diuites. ſ. liberi, ingenui, & virtuoſi ſint in ciuitate iterum multitudo ciuilis. Dubitabit aliquis vtrum inter iſtos ſit altercatio de principatu aut non: & ſoluit ꝙ ſit, qm̃ in vnaquaq; politia determinatum eſt quis debet eſſe dominans, ſicut in ſtatu populari populus: in ſtatu paucorũ diuites, in ſtatu optimatum virtuoſi: & ſic de aliis. politiæ. n. differunt ſm diuerſitatem principatuum, & ideo erit altercatio de ꝑncipatu. Dicent. n. diuites ſe debere ꝑncipari: ſiſr virtuoſi, quare altercatio erit qs debet eſſe principans: ſed ſi ſint oẽs in ciuitate & eodem tp̃e, conſiderandum eſt in vſi ſm cuius dignitatẽ magis & ſimplr debet diſtribui principatus: vtrum ſm diuitias vel ingenuitatem, & ſic de aliis. Adhuc etiam magis conſiderandum eſt in ſpeciali ſi in ciuitate ſint valde pauci viri virtuoſi: dato ꝙ ꝑncipatus debeat diſtribui ſm dignitatem virtutis, conſiderandum eſt qũo illi pauci determinari debent. Et ſoluit dicens, ꝙ in determinatione iſta oportet conſiderare ad opus. Manifeſtum eſt. n. ꝙ rõ principatus ex fine ſumiẽ, Finis verò politiæ rectæ eſt feliciter viuere: ideo ex hoc debet ſumi ratio principatus: iõ tot ſunt neceſſarij virtuoſi in ciuitate, quot ſunt neceſſarij ad dirigendum & regulandum ciuitatem vt poſſit feliciter viuere. iterum tot virtuoſi debent principari vt poſſint per prudentiam ſuam conſtituere ciuitatem. Sed quantã oportet eſſe multitudinem oĩum habitantiũ in ciuitate? Dicendum ꝙ tanta debet eſſe quanta poteſt viuere ꝑ ſe ſufficienter: & quanta poteſt repellere inimicos, ſicut inferius oſtendetur in ſeptimo huius. Deinde cum dicit.

A Eſt autem dubitatio quędam in cunctis qui de honoribus reip. contendunt. Nam, qui vel propter diuitias, vel propter genus gubernationem ſibi tribuendam putant, nihil iuſte dicere viderentur. Sequeretur. n. vt ſi quis vnus omnium ditiſſimus foret: is eodem iure gubernare alios oẽs deberet. Eodem modo, qui nobilitate antecelleret, eorum gubernator eſſet, qui cum ipſi ſint ingenui de honore contendunt.

Arguit in contrarium, & diuiditur in tres. In prima arguit ꝙ ſm dignitatem diuitiarum & ingenuitatis non debet fieri diſtributio principatus. Secundo ꝙ nec ſm dignitatem virtutis. ibi. {Hoc idẽ forſan cõtingeret &c.} Tertio ꝙ nec ſm dignitatem multitudinis. ibi. {Ergo ſi & multitudinem &c.} In prima dicit, ꝙ ad omnes altercantes de diſtributione principatus eſt dubitatio alia in contrarium. Primo. n. illi, qui dicunt, ꝙ ſm dignitatem diuitiarum debent principatus diſtribui: ſimiliter & illi, qui dicunt, ꝙ debet fieri ſm generoſitatem, nõ verum dicunt nec iuſtum. ſi enim ſm dignitatem diuitiarum
B diſtribuantur, ſi contingat vnum ditiorem eſſe omnibus aliis: manifeſtum eſt ꝙ ſm hoc iuſtum, ꝙ ipſi dicũt oportebit iſtum principari: hoc autem eſt inconueniens, quia ille propter diuitias cum non habeat virtutẽ iniuriabitur aliis. Erit. n. elatus & ſuperbus. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſm dignitatem diuitiarum non debet diſtribui principatus: ſimiliter accidet illis qui altercantur propter libertatem & ingenuitatẽ, quia ſi ſit vnus generoſior omnibus aliis, ſm iſtud iuſtum oportebit iſtum dominari: hoc autem eſt inconueniens, quia cum non habeat virtutem: ſed ſolum inclinationem ad ipſam poteſt eſſe, ꝙ habeat malitiam: & tunc faciet iniurias aliis, quare manifeſtum eſt, ꝙ ſm dignitatem ingenuitatis non debet
C fieri diſtributio principatus, eodem modo poteſt argui de libertate. Deinde cum dicit.

Hoc idẽ forſan cõtinget in optimatũ gubernatione circa virtutem. Siquis. n. vnus probitate antecellat aliis, q in eadem rep. verſentur, hunc dominari oportebit ſm illam rationem.

Oſtendit ꝙ non debeat fieri diſtributio ſm dignitatẽ virtutis, & dicit, ꝙ iſtud idem accidit circa politiã optimatum in qua diſtribuitur principatus propter dignitatem virtutis, quia ſi contingat vnum eſſe meliorem ſm virtutem omnibus aliis ſtudioſis q ſunt in ciuitate, ipſe principabitur & dominabitur: hoc autem eſt inconueniens, quia ſequitur, ꝙ alij erunt inhonorati; & tunc ſequuntur ſeditiones & turbationes in ciuitate. Quare manifeſtum eſt, ꝙ non debet fieri diſtributio principatus ſm dignitatem virtutis. Deinde cum dicit.

D Ergo ſi & multitudinem dominari oportet ex eo, quia potentior eſt, ꝙ̃ pauci: & ſi vnus vel plures vno: pauciores tamen, q̃ multitudo potentiores ſint aliis: hos oportebit gubernare potius, ꝙ̃ multitudinem.

Arguit contra altercantes de multitudine, ꝙ ſm dignitatem multitudinis non debeat fieri diſtributio principatus: quia ſi propter cauſam iſtam multitudo debet dominari, quia ditior & melior: tunc ſi vnus ſit ditior omnibus aliis vel plures vel pauciores: tunc manifeſtũ eſt, ꝙ iſtum vel iſtos paucos magis expediret dominari ꝙ̃ totam multitudinem: ſed tunc ſequitur ſicut prius, ꝙ oẽs alij erunt inhonorati, & ex hoc ſequuntur ſeditiones & turbationes in ciuitate. Iſta autem corrumpunt eam. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſm dignitatem multitudinis non debet diſtribui principatus. Deinde cum dicit.

Hæc itaq; omnia videntur oſtendere, ꝙ harum determinationum nulla eſt recta, ſm quã cenſet ſibi quiſq; gubernationẽ eſſe tribuendã. Ceteros verò oẽs ſub eorum gubernatione eſſe debere. nam ꝑfecto & ad eos qui per virtutem ſibi arrogant gubernandi auctoritatẽ: & ad eos qui per diuitias reſpõdere poſſet multitudo iuſtum ſermonem. Nihil.n. vetat multitudinem quandoq; meliorem eſſe, q̃ pauci, ac ditiorem, non ſm ſingulos, ſed ſecundum vniuerſos.

Soluit dubitationem, & primo ponit ſolutionem. Secundo inducit quædam ad declarationem eius. ibi. {Ex quo ad quæſtionem illam quam afferunt per hunc modum &c.} In prima philoſophus videtur colligere ſolutionem ſuam ex tactis rationibus ad vtrãq; partem: hæc enim eſt conſuetudo philoſophi, cum arguit ad aliquam dubitationem ad vtrãque partem, ꝙ rõnes vtræque aliquid veri concludunt, & ſic ex omnibus rõnibus colligit ſolutionem. Dicit ergo ꝙ omnia iſta q̃ arguta ſunt faciũt manifeſtum, ꝙ nullum iſtorum per ſe determinate ſit illud ſm cuius dignitatem debet diſtribui principatus nec diuitiæ, nec libertas, nec virtus, & ſic de aliis: quia cõtra illos qui volunt principari propter diuitias & virtutes arguet multitudo volẽs principari, & hoc iuſte & rationabiliter: quia meliorem & ditiorem oportet ꝑncipari in ciuitate: ſed multitudinem contingit eſſe meliorem & ditiorem q̃ paucos: non, ꝙ quilibet de multitudine ſit melior & ditior diuiſim: ſed omnes inſimul cõtingit eſſe meliores & ditiores. poſſibile.n. eſt in multitudine eſſe aliquos viros ſapientes & prudentes, & aliquos valde diuites: ipſos autem & alios populares bene ſuaſibiles á ratione & obedibiles. talem aũt multitudinem melius eſt principari q̃ paucos: quia ad principandum duo requiruntur, ſcire recte regere, & potentia: ſed in multitudine tali iſta duo reperiuntur: quia ſapientes habet & prudẽtes ſcit regere: quia multitudo eſt & habet potentiam coercendi & repellendi inimicos: quare rationabiliter arguit multitudo cõtra illos, ꝙ melius eſt eam principari: aggregat.n. multitudo & diuites & nobiles & virtuoſos & populi potẽtiam: & ideo videtur rationabilius totam multitudinem quæ aggregat omnia iſta debere principari, vbi poſſibile erit inuenire talem multitudinem: ſed non multitudinem vilem & non perſuaſibilem: & ꝓpter hoc in electione principatus oportet ad multa inſpicere non ad vnum: & hoc dixit philoſophus prius.

LECTIO XII.

Poſt longam diſcuſſionem concludit excellentem probitate virum cæteris præferendum cum natura talis ſit cui debeant omnes ſubeſſe.

EX quo ad quæſtionem illam quã afferunt per hunc modum reſponderi põt. Quærunt enim quidam ad quid reſpicere legis conditor debeat in legibus rectiſſimis conſtituendis. Vtrum ad meliorum vel ad plurium vtilitatem, quando cõtingat, quod modo diximus, rectum quidem accipiendum eſt æque.

Poſtq̃ Philoſophus declarauit, ꝙ in diſtributione principatus non eſt inſpiciendum ad vnum ſed multa: inducit quædam ad declarationem dictorum: & diuiditur in duas: in prima præmittit dubitationem quãdam. ſecundo declarat quiddam, cuius contrarium videtur opponi cuidam dictorum. ibi. {Quod ſi vnus ſit vſqueadeo ſuperexcellens virtute &c.} prima in duas: in prima præmittit dubitationem: ſecundo ſoluit eã. ibi. {Aeque verò, rectum ad totius ciuitatis vtilitatem &c.} In prima

E dicit, dictum eſt, ꝙ expedit multitudinem aliquam magis principari q̃ paucos aliquos vel vnum: & ꝙ in diſtributione principatus non debet conſiderari ad vnum ſolum, ſed plura: propter hoc ad dubitationem quam quæſierunt aliqui & dimiſerunt inſolutam, iſto modo poteſt ſolui vel obuiari ad ipſam. Dubitauerunt.n. vtrum legiſlator volens ponere rectas leges debeat eas ponere ad conferens, vel bonum totius multitudinis, vel meliorem aliquorum, vel ſm diuitias, vel ſm virtutem: ſuppoſito, ꝙ ſit multitudo habens ſapientes, & diuites, & alios ſuaſibiles, & obedibiles rationi. Deinde cum dicit.

Æque verò rectum ad totius ciuitatis vtilitatem & ad cõmunem ciuium. Ciuis aũt communiter eſt, qui particeps eſt imperandi & parendi: licet alius ſm vnamquãque ſpeciem rerum publicarum. Secundum autem optimam

F ſpeciem, qui poteſt & eligit parere & imperare ad vitam ſm virtutem degendam.

Soluit iſtam dubitationem, & dicit, ꝙ illud quod rectũ eſt & melius hoc eſt accipiendum: melius autem & magis rectum eſt, ꝙ leges ferantur ad bonum totius ciuitatis, & cõmunitatis, & ciuium. nam leges feruntur de cõferentibus ad finem ciuitatis: finis verò ciuitatis eſt bonũ communiter conferens, ergo leges debent ferri in ordine ad cõmune bonum totius ciuitatis & ciuium. Ciuis aũt dicitur ille qui virtutem habet, per quã recte poteſt ſubiici & principari in diuerſis tẽporibus: ſed alius & alius eſt ſm ſuppoſitum & rationem, & in diuerſis politiis. nã in ſtatu multitudinis populus eligit dominari propter libertatem, in ſtatu paucorum ꝓpter diuitias: ſed in optima politia ille dicitur ciuis qui eligit & poteſt ſubiici, & principari ꝓpter vitam virtuoſam. Deinde cum dicit.

Quod ſi vnus ſit vſqueadeo ſuperexcellens

G virtute, vel plures, q̃ vnus: nec tamen tot numero vt implere ciuitatem poſſint, vt neq; comparanda ſit aliorum omnium virtus, neq; facultas gerendi rempublicam: ad hanc plurium ſi plures ſint, vel vnius tantum: ſi vnus, non amplius hi ponendi ſunt ciuitatis pars.

Declarat quiddam cuius contrarium videtur opponi cuidam dictorum prius: dictum eſt enim, ꝙ magis expedit multitudinem dominari q̃ vnum vel plures: ideo intẽdit inquirere ſi inueniretur vnus vel plures in ciuitate, qui excederent omnes alios in virtute, vtrum expediret iſtum vel iſtos dominari: ſi.n. expediat, non eſt verum qđ determinatum eſt iam. & circa hoc duo facit: primo.n. declarat, ꝙ iſte non ſit ciuis: ſecundo declarat qualiter ſe debeat habere ad ciuitatem & ciuitas ad ipſum. ibi. {In his igitur ſpeciebus gubernandi quæ lapſæ ſunt &c.} Prima

H in duas. In prima proponit concluſionem ſuam. Secundo arguit ad eam. ibi. {Fieret.n. illius iniuria ſi pariter &c.} In prima dicit, ꝙ ſi in aliqua ciuitate vnus inueniatur q excedat omnes alios in virtute vel plures virtuoſi excedentes alios: non tamen tot quot ex ipſis ciuitas poſſit compleri vel fieri, & in tantum iſte vel iſti excedant alios, ꝙ virtus omnium aliorum & potẽtia ipſa ciuilis non poſſit æquari ſm æqualitatem virtuti & potẽtiæ illorum plurium, nec virtuti & potentiæ illius vnius ſi non ſit niſi vnus ſolus: talis iſte non erit pars ciuitatis, nec illi plures ſi ſint plures virtuoſi. Deinde cum dicit.

Fieret enim illis iniuria ſi pariter atq; alij cenſeantur, cum ſint vſqueadeo ſuperiores ſm virtutem ac ciuilem potentiã. Putandum eſt enim talem virum tanq̃ Deum in hominibus eſſe.

Probat

Probat quod dictum eſt, & primo arguit ꝙ iſte vel iſti non ſint pars ciuitatis. ſecundo reſpõdet ad obiectionem quæ poſſet fieri. ibi. {Quare ſm eas quas cõfitemur ſuperexcellentias &c.} Tertio corrigit quoddam dictum. ibi. {Melius tamẽ foret ſic ab initio per legis conditorẽ &c.} Adhuc prima in tres, qa primo probat, ꝙ iſte nõ ſit pars ciuitatis per rationes politicas. Secũdo per facta & dicta aliorum. ibi. {Dicerẽt enim fortaſſe quemadmodum de leone &c.} Tertio per ſimile ibi. {Patet hoc ĩ aliis quoq; artibus & ſcientiis &c.} Adhuc prima in duas ſm ꝙ probat per duas rationes. ſecunda. ibi. {Ex quo manifeſtum eſt poſitionẽ legum neceſſariam eſſe circa æquales &c.} Prima ratio cõſiſtit in hoc, iuſtum ſimpliciter eſt vt qui ſunt æquales in virtute recipiant & attingãt ad principatum æqualiter, qui vero inæquales ſunt inæqualiter recipiãt: ſed iſte vel iſti excedit vel excedũt omnes alios ĩ virtute, ergo plus debet recipere ille vnus vel iſti plures, q̃ omnes alij: ſed omnes alij propter multitudinem credũt ſe plus debere recipere, q̃ ille vel iſti pauci, quare ſi excedentes ſm virtutem & potẽtiam plus recipiant, q̃ omnes alij videbuntur iniurias aliis: & tũc ſequitur diſſenſio & turbatio in ciuitate & corrumpetur proportio ciuitatis: hoc aũt eſt incõueniens, quare nec iſte nec illi, ſi ſint plures excedentes in ciuitate erunt ciues, propter talẽ vnum excedentem oẽs alios in virtute, veriſimile eſt eſſe quaſi Deum. Circa quod intelligẽdum eſt, ꝙ aliquis poteſt attingere ad virtutem perfectam & actũ ipſius dupliciter: vno modo ſm ſtatum cõmunem humanum. alio modo vltra communem modum vel ſtatum humanum, hoc autem fit per virtutem heroicam. Eſt autem virtus heroica ſm quam aliquis per virtutẽ moralem & intellectualem attingit ad operationem cuiuslibet virtutis ſupra cõmunem modum hominum. hoc autem eſt aliquod eſſe diuinum, qđ fit per aliquid diuinum in homine exiſtẽs, quod eſt intellectus. ſic loquitur hic philoſophus, talem enim hominem, & ſic excedentem omnes alios dicit eſſe, ſicut Deum. Deinde cum dicit.

Ex quo manifeſtũ eſt poſitionẽ legum neceſſariã eſſe circa ęquales genere & virtute. Sed in illos tales non eſt lex. Ipſi. n. lex ſunt, etenim ridiculus foret, qui illos legi ſubiicere conaretur.

Ponit ſecundam rationem, quæ eſt hæc, lex quæ datur in ciuitate eſt neceſſaria omnibus æqualibus potentia & genere, & hoc patet, quia lex eſt de conferentibus ad finẽ politiæ. In his autem non omnes ſunt ſufficientes ſe dirigere ex ſe, & ideo indigẽt lege dirigẽte eos in agibilibus: vnde datur lex eis qui ſunt æquales genere & potẽtia iſto modo: quia non ſunt ſufficiẽtes dirigere ſe in actionibus, & iſti dicuntur ciues: ſed talibus, qui ſic excedunt alios in virtute non datur lex. ipſi. n. ſunt ſibi lex, et hoc patet, quia lex eſt ordinatio quædam ſm rationem de conferentibus ad finem politię: iſti enim ordinationem habent in ſeipſis, ideo ſunt ſibi leges. Deridẽdus igitur eſſet ille, qui vellet dare legem iſtis virtuoſis cum in eis non ſit cauſa, propter quam lex fertur. Igitur iſti ſic excellentes, ciues non erunt. Deinde cum dicit.

Dicerent. n. fortaſſe, quemadmodũ de leone ſcribit Antiſthenes, concionãtibus lepuſculis, ac cenſentibus æquum omnes habere debere.

Probat, ꝙ iſte qui ſic excedit omnes alios non ſit ciuis reſpectu aliorũ, & diuiditur in quinq; ſm ꝙ probat per quinq;: ſecunda ibi. {Quapropter &c.} tertia ibi. {Tradũt et &c.} quarta ibi. {Quapropter q vituperãt &c.} quinta ibi. {Hoc idem &c.} In prima dicit, ꝙ de iſto virtuoſo vel de talibus fortaſſis recte poterit dici quod dixit Antiſthenes de leonibus: dixit enim, ꝙ lepuſculis volentibus habere æqualeſ ſiue volentibus eſſe æquales, nõ eſt bonum habere leonem cum dentibus in ſocios, quia leo-

A nes propter potentiam eorum deuorarent eos, ſic in ciuitate non eſt bonũ ciuibus volentibus eſſe ęquales habere iſtũ virtuoſum, vel plures conciues, quia propter potentiam ſuam & virtutẽ opprimerent eos. Deinde cũ dicit.

Quapropter à ciuitatibus, quæ populariter reguntur Oſtraciſmus repertus eſt. Hę ſiquidẽ ciuitates ęqualitatem maxime complectuntur. Itaq; qui ſuperexcellere videtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquam aliam ciuilem potentiam, extra ciuitatem relegatur ad tempus aliquod terminatum.

Declarat ſecũdum, & dicit, ꝙ rectum manifeſtum eſt, ꝙ iſti vel iſte ſic excedẽtes alios nõ debẽt eſſe ciues: propter hoc enim ciuitates populares ſtatuerũt Oſtraciſmũ, id eſt relegationẽ contra tales, huiuſmodi enim ciuitates volũt habere æqualitatẽ: dominatur enim in tali rep. po-
B pulus propter libertatem. omnes autẽ ęqualiter attingũt ad libertatem, & propter hoc illos, qui excedebant communiter ciues vel in diuitiis vel in amicis vel in potentia aliqua ciuili relegabant à ciuitate, & tranſtulerunt aliquos extra ciuitatem aliquibus temporibus determinatis, quare manifeſtũ eſt ſm iſtos, ꝙ nõ expedit ſic excedẽtes ciues eſſe & remanere in ciuitate. Deinde cum dicit.

Tradunt etiam fabulæ ob huiuſmodi cãm Herculem ab Argonautis fuiſſe relictum, non enim vna cũ aliis nauem regere illũ voluiſſe, vt nimium ſuperexcellentem inter nauigantes.

Declarat hoc idem per tertium, & dicit, ꝙ narratur, ꝙ quidã nautæ dicti Argonautæ ab Argo naui, noluerũt recipere Herculem propter conſimilem cauſam. Hercules. n. multum excedebat eos virtute & potentia, timentes ergo, ꝙ quia excedebat eos multum vellet dominari,
C dereliquerunt eum, & noluerunt, ꝙ conduceret cum eis nauem ſuam. Quare videtur, ꝙ iſte excedens alios in virtute, & potentia, nõ debeat remanere in ciuitate ne alios opprimat. Deinde cum dicit.

Quapropter qui vituperant tyrannidem, & conſilium Periandri Thraſybulo datũ, nõ ſimpliciter exiſtimãdi ſunt recte dicere: ferunt. n. Periandrum nihil reſpondiſſe ei, qui conſilij petendi cauſa ad ipſum miſſus fuerat, ſed ſupereminentes ſpicas demetendo, ſegetem adæquaſſe, cuius cauſam cum non intelligeret nuncius, ac factum ab eo narraret, intellexiſſe Thraſybulũ, ꝙ oportebat ſupereminẽtes ciues auferre. Hoc autem nec prodeſt ſolum tyrãnis, nec ſolum faciunt tyrãni: ſed, & in paucorum potẽtia, & in
D populari ſtatu ſilr̃ ſe habet. Oſtraciſmus enim eandem quodammodo vim habet tollẽdo eos, qui ſupereminent, & in exilium pellendo.

Ponit quartum ad declarationem illius eiuſdem, & dicit, ꝙ propter hoc, ꝙ non expedit tales excedentes alios remanere in ciuitate, ſed vel relegare vel interimere omnino, quidam volentes increpare tyrannidem non ſm rationem vituperauerunt conſilium Periandri ad Thraſybulum: miſſo enim nũcio à Thraſybulo ad Periandrum, quid faciendũ ſibi eſſet contra potẽtes & diuites & vniuerſaliter excellentes turbãtes ciuitatis dominium: dicũt enim, ꝙ nolens manifeſtare intentũ ſuum Periander expreſſe, nũcio miſſo ſub parabola dixit ei, quid faciẽdum erat dicẽs, ꝙ auferẽs excedentes ſpicas æquabat ſegetes. cum autem nuncius ignoraret cauſam eius, quod fiebat, & nũciaret, quod ei dictũ erat Thraſybulo, ſtatim intel-

lexit

lexit Thraſybulus, quod oportebat viros excellentes in virtute & potentia politica interficere, & dico ꝙ non rationabiliter increpuerunt conſiliũ huiuſmodi, quia iſtud non ſolum expedit tyrannis, nec ſolum hoc ipſi faciunt, immo conſimiliter fiebat in politia paucorum & populari, in illis enim ordinata fuit relegatio ad prohibendũ ne aliquis fieret ita excellens, & ſi contingeret eſſe aliquem talem, quod relegaretur à ciuitate. ſic igitur manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ tales viri non debent remanere in ciuitate. Deinde cum dicit.

Hoc idem & in ciuitatibus, & in gentibus faciunt, hi qui dominantur, velut Athenienſes circa Samios, & Chios, & Lesbios, ꝗ primum enim imperiũ firmiter habuere, eos in multis peſſundarunt contra fœderis æquitatem. Perſarum autem rex Medos, & Aſſyrios, & alios q magnum aliquid de ſeipſis ſapiebant, ob imperium prius habitum, ſæpe contriuit. Quæſtio autem propoſita circa omnes eſt rerumpublicarũ ſpecies vniuerſaliter. Et quæ ſunt recte, nã illæ quæ tranſgrediũtur ad propria reſpiciẽtes vtilitatem, hoc agũt. Quinimo & illæ, quę ad cõe reſpiciunt bonũ, eodem modo ſe habent. F

Ponit quintum ad declarationẽ illius eiuſdẽ, & dicit ꝙ idem in quibuſdã ciuitatibus fecerunt aliqui habẽtes dominium & potentiã ſuper illas, ſicut Atheniẽſes ſubiugantes ſibi Samios & Chios & Lesbios quibuſdã pactis interuenientibus, cum illi Atheniẽſes excederent & principarentur magis quantum ad aliqua humiliauerũt eos, opprimendo eos prætermiſſis pactis præhabitis, eodem modo fecit rex Perſarũ, cũ ſubiugaſſet ſibi Medos, & Babylonios, prudentiores & magis ſagaces inter ipſos diſperſit ſæpe: videns.n. ꝙ iſti prudentes & ſagaces erant, G qa fuerant in principatu & ciuiliter vixerant, timens, ꝙ ſi ſimul manerẽt, per ſapientiã poſſent inuenire vias, per quas diſcuterẽt ſe á iugo illorum, diſperſit eos, & ſic iſti excellentes pp eorũ ſapiẽtiam tranſlati ſunt ad alias regiones, ſic igitur huiuſmodi problema vniuerſaliter eſt circa omnes politias, ꝙ ſcilicet illi qui excedunt alios in potẽtia & virtute ciues nón ſunt. Iſtud autem in trãſgreſſis politiis obſeruatur. nã principantes in illis intendentes bonum proprium illos, qui excedunt alios in potẽtia vel virtute relegãt á ciuitate & non ſolũ intendentes bonum proprium, ſed cõe hoc faciunt. Deinde cum dicit.

Patet hoc in aliis quoq; artibus & ſcientiis; neq; enim pictor menſuram excedentẽ pedem animal habere pateretur, quãuis pulcherrimus ille pes eſſet, neq; faber proram, aut aliam partẽ nauis, neq; vero magiſter chori, eum qui pul- H chriorem ac meliorem toto choro vocem emittit ſineret in choro eſſe. Itaq; ob hoc quidẽ nil prohibet eos, qui domini ſunt, conuenire cum ciuitatibus ſi proprie dominationis gratia, quę etiam ciuitatibus vtilia ſunt agant.

Declarat idem per ſimile in artibus & dicit, talem qui excedit alios non debere eſſe ciuem nec manere in ciuitate manifeſtũ eſt per ſimile in aliis artibus. videmus enim, ꝙ pictor ſi pingat imaginem non pinget pedem excedentem alias partes ſm proportionem, dato etiam, ꝙ ſit pulchrior aliis, quinimmo ſi pinxerit delet & pinget pedem minorem magis proportionatum, ſimiliter ille qui facit nauem non facit proram partem .ſ. anteriorẽ nauis maiorem aliis præter proportionem, dato, ꝙ illa pars ſit optime facta, & ſi fecerit abiicit & facit minorem, ſimiliter

E magiſter chori, ſi vnus cantat altius omnibus aliis præter proportionem: dato, ꝙ pulchrius & delectabilius cantet non permittet eum cantare cum aliis, quare ſimiliter legiſlator ſi ſit aliquis in ciuitate excellẽtior omnibus aliis in virtute & potẽtia; quãuis ſecundum ſe ſit bonus; quia tamen improportionalis eſt aliis, ipſum debet relegare á ciuitate. Deinde cum dicit.

Quare ſecundum eas quas confitemur ſuper excellẽtias quãdam habet vtilitatem ratio illa, per quam Oſtraciſmus fuit repertus.

Reſpõdet cuidam obiectioni quæ poſſet fieri. Aliquis enim poſſet dicere, ꝙ ſi ille qui excedit alios omnes in ciuitate deberet expelli propter exceſſum, cum monarcha in aliqua monarchia excellat omnes alios, talis deberet expelli & non principari. Soluit dicens, ꝙ quãuis monarcha excellat alios in poteſtate, tamẽ nihil ꝓhibet ipſum concordare cum aliis ſi principetur propter bonum cõ- F mune: tunc.n. concordabit cum aliis, ſi autem monarcha, non principaretur propter bonum cõe, tũc ibi laborandum eſſet ad expulſionem eius. Deinde cum dicit.

Melius tamẽ foret ſic ab initio per leges conditorem prouideri, vt reſpublica nõ indigeret tali medicina. Secundo autem loco, ſi quid tale accidat, conãdum eſt tali aliquo remedio corrigere, quod tamen factum non eſt à ciuitatibus. Non enim reſpexerunt ad commodum publicum, ſed per ſeditionẽ vſæ ſunt ciuili pulſione.

Docet corrigere quoddam dictũ prius, dictum eſt.n. & declaratum, ꝙ excellentes omnes alios debeant á ciuitate relegari, & hoc durum valde, ideo volens hoc corrigere dicit philoſophus, ꝙ ſermo de relegatione facienda eius qui excedit omnes alios in potentia vel virtute aliquod iuſtũ habet, ſed non ſimpliciter iuſtum. ideo me- G lius fuit á principio ſic ordinare politiam, ꝙ nõ eſſet neceſſariũ vti ipſa relegatione, qa relegatio iſta periculoſa eſt. quia non relegãtur niſi potentes, iſti autẽ nocere poſſunt ciuitati, & ideo melius fuiſſet ſic ordinaſſe ciuitatẽ, vt nõ oporteret vti ea, ita, ꝙ á principio fuiſſet ordinatũ, ꝙ non liceret alicui excedere determinatum gradum diuitiarum, nec excedere alios ſm quẽcunq; gradum, nec recipere excedentes ſed æquales, & ſi contingeret aliquẽ excedere corrigeretur & dirigeretur aliqualiter, ſecundo loco. id eſt ſi ſecundario defecerit, corrigeretur tali relegatione: tunc.n. eſſet vtendum relegatione, ſic autem nõ fiebat in quibuſdam ciuitatibus, quia relegãtes huiuſmodi excedentes non reſpiciebant ad bonum commune politiæ, ſed propter commodum proprium & malitioſe & ſeditioſe, & propter malam affectionem, quam habebant ad illos. Deinde cum dicit.

In his igitur ſpeciebus gubernãdi, quæ lapſæ H ſunt, quod ad priuatum commodum pertinet, ac iuſtũ eſt, patet: forſan autem nõ ſimpliciter iuſtum, & hoc eſt manifeſtũ, ſed in optima republica magnam habet dubitationem, nõ per excellentiam aliorum bonorum, ceu virium, et diuitiarum, et amicitiarũ, ſed ſi quis excellat virtute, quid de eo ſit faciendum? non.n. dicendũ eſt, vt talis vir ſit de ciuitate pellendus. Atqui neq; gubernationi aliorũ talis vir erit ſubiiciẽdus, perinde enim eſt, ac ſi qui Iouem gubernare velint, poteſtatem diuidẽtes. Reſtat ergo vt videtur naturã huius talem eſſe, vt oẽs ſpõte ſua illi parere debeant, itaq; huiuſmodi quidẽ homines eſſe reges perpetuos in ciuitatibus.

Declarat

A Declarat qualiter iſte qui excedit omnes alios in ciuitate potentia vel virtute ſe debeat habere in ciuitate & ciuitas ad ipſum, & dicit, ꝙ in politiis non recte ordinatis ſed tranſgreſsis tantum excedit talem ſic excedentem relegare à ciuitate, & iuſtum ſit nõ ſimpliciter, ſed ſm quid eſt iuſtum ſicut in populari ſtatu: in ipſa.n.intenditur æqualitas ciuium, & ideo contra finem illius politiæ eſt talis exceſſus propter quod iuſtum eſt in ea taliter relegari. Iterum in ſtatu paucorum nõ expedit talem eſſe ciuẽ, quia per ſuam potentiam conuerteret politiam illam ad voluntatem ſuam, nec in tyrannide expedit talem eſſe, quia talis nimis tyrannizare vellet, quare manifeſtum eſt, ꝙ in tranſgreſsis iuſtũ eſt talem relegare nõ ſimpliciter iuſtum: ſed ſm quid, quia in iſtis politiis non eſt iuſtũ ſimpliciter: ſed ſm quid, vt dictũ eſt prius. ſed in optima politia magna dubitatio eſt qualiter ſe habendum ſit circa talem: non eſt autem dubitatio de illo qui excedit omnes alios vel in fortitudine corporali, vel in diuitiis, vel in multitudine amicorum, ſed de illo qui excellat oẽs alios B in virtute ſiue in bonis ſm animam, quid oportet facere de iſto. non.n.dicendum eſt, ꝙ debeat expelli à ciuitate, & transferri ad alium locum: hoc enim eſt contra rationem, ex quo eſt optimus, quare nullo modo eſt expellendus. Iterum non eſt aſſumẽdus ad principatum, ſicut alij vt quandoqꝫ principetur quandoqꝫ non. ſimile enim eſſet ac ſi vellemus principari Iouem aliquando et aliquãdo nõ, hoc enim deriſorium eſt: & ideo relinquitur, ꝙ cũ talis ſit optimus, ꝙ dignum & iuſtum eſt, ꝙ omnes ſibi lętanter obediant, & vt ſit rex, vel ſi ſint tales plures, ꝙ ſint reges & principãtes non aliquãdo ſic aliquando nõ ſed ſemper. Sed eſt conſiderandum, ꝙ philoſophus videtur ſibi cõtrariare: dixit enim prius, ꝙ melius eſt multitudinem aliquam principari ꝙ̃ paucos: dixit etiam, ꝙ ſi vnus principaretur, alij eſſent inhonorati, quod eſt inconueniens, in iſta parte dicit, ꝙ iſte qui ſic excedit oẽs alios non eſt ciuis, ſed ille qui non eſt ciuis nõ debet principari: quare iſte nõ debet principari, cuius contrariũ dicit hic. Ad hoc dicẽdũ, ꝙ ſi vnus inueniatur, qui excedat C oẽs alios in virtute, iſte debet principari: & ratio huius eſt, quia illũ oportet magis principari qui accedit magis ad principatum naturalẽ, & ad principatũ vniuerſi, ſed iſte qui ſic excedit omnes alios in virtute eſt huiuſmodi. ergo expedit ipſum ſolum principari, maior propoſitio apparet in animali: pars enim quæ principaẗ cor eſt, cor autem vnum eſt, & principale, à quo deriuatur virtus ad ſingulas partes corporis. Iterũ in vniuerſo eſt vnus princeps. principatus autẽ vniuerſi vnus et optimus eſt, quare ille in ciuitate, qui magis vnus & melior eſt accedit magis ad ſimilitudinẽ principatus vniuerſi & naturalis, ergo ille principatus erit melior, in quo erit vnus princeps, & illũ magis expedit principari, qui vnus exiſtens optimus eſt, talis eſt ille qui excedit omnes alios in virtute. ergo manifeſtum eſt, ꝙ iſtum expedit magis principari ꝙ̃ alium, nec videlicet quod primo obiicitur, ꝙ ſuperius dixit, ꝙ magis expedit multitudinem dominari, D quia illud intelligendũ eſt vbi eſt politia æqualiũ & ſimiliũ, & virtus vnius non excedat virtutẽ omniũ aliorum, quod in propoſito nõ contingit, nec valet quod ſecũdo obiiciebatur, ſi vnus vel plures principarentur, ꝙ oẽs alij eſſent inhonorati, quia in politia recte ordinata quilibet diligit ſtatum & gradum proprium, & gradum alterius: & ideo vult honorem ſibi ſm gradum ſuum, & vult alij honorem ſm gradum illius, nec vult ſibi honorem alterius: & ideo ſi ſit vnus excellens omnes in virtute, omnes volunt ſibi honorem qui debetur ei: & ideo nõ ſunt inhonorati, quia quilibet habet honorẽ qui debetur ei, nec valet quod obiiciebatur tertio de hoc quod dicit, ꝙ iſte non eſt ciuis. verum.n.eſt, quia ſicut ille qui principatur propter excellentiam virtutis non eſt ciuis, ſed ſupra ciuem, eodem enim modo eſt aliquis ciuis, ſicut ſe habet ad legem, ſed cum aſſumitur, ꝙ non debet dominari A niſi ciuis, non habet veritatẽ in politia regali & optima ſimpliciter, qualis eſt illa, in qua dñaẗ ille qui dictus eſt.

LECTIO XIII.

Quinqꝫ regni ſpecies proponit & de qua diſputaturus ſit eligit.

FOrſan vero poſt hæc congruum fuerit cõſiderare de regia gubernatione, diximus.n. hanc eſſe vnam ex rectis ſpeciebus rerũpublicarum. Conſiderandum eſt autem, vtrum conducat ciuitati & regioni, quam recte gubernari oporteat, regem habere, vel non, ſed alia quædam ſpecies gubernãdi magis conducat, vel an quibuſdam conducat, quibuſdam non. Ante omnia vero diſtinguendum eſt, an ſit vnum genus eorum, vel differentias habeant plures.

B Poſtquam diſtinxit philoſophus politias ſm diſtinctiones principatuũ, hic proſequiẗ de vnaquaqꝫ ipſarũ, & habet partes duas. primo enim determinat de vnaquaqꝫ ipſarum. ſecundo oſtendit ex quibus corrumpuntur & ſaluat in principio quinti libri. ibi. {De aliis quidem &c.} prima diuidiẗ in duas. In prima determinat de optima politia. ſ. de regno. In ſecũda determinat de aliis, principio quarti libri. ibi. {In dictis &c.} adhuc prima in duas. In prima præmittit intẽtum ſuum. ſecundo proſequitur. ibi. {Facile eſt &c.} In prima dicit, ꝙ poſt prędictas inquiſitiones de politiis forte bene ſe habet tranſire ad conſiderationem de regno. & ratio huius eſt, quia inter politias rectas regnum eſt optima & rectiſſima politiarum, & ideo regula & menſura aliarum, optimũ.n. perfectiſſimum eſt in vno quoqꝫ genere, & menſura eſt omnium aliorum, propter quod primo dicendum eſt de regno. Eſt autem conſiderandum de regno vtrum ciuitati & regioni, quæ debent inhabitari expediat regi à rege C vel non, ſed magis expediat regi ciuitatem & regionem ab aliqua multitudine, vel aliquibus paucis viris. Primo autem videndum eſt, vtrum ſint monarchiæ regalis plures modi & dñiæ, aut vnus modus ſolũ. Deinde cũ dicit.

Et facile eſt intueri, quod plura genera ſunt, nec eſt omniũ regum modus vnus poteſtatis. In Lacedæmoniorum.n.rep. videtur rex eſſe maxime ſm leges, neqꝫ enim poteſtatem habet omnium, ſed cum egreditur extra regionem, imperium habet eorum quę pertinẽt ad bellũ. Præterea ſacrificia deorumqꝫ ceremonię ei cõmiſſæ ſunt. Hæc igiẗ regia poteſtas eſt, quaſi auctoritatẽ belli perpetuã habere. Vitæ.n.neciſqꝫ alicuius non habet poteſtatem, niſi dũ bellum gerit, vt etiam apud antiquos fuiſſe videtur.

D Proſequitur intentum ſuum, & habet partes duas. primo diſtinguit modos monarchiæ regalis. ſecundo proſequitur de principali modo, ibi. {Caput ne &c.} prima in duas. Primo ponit diuerſos modos huius monarchię. ſecũdo reducit iſtos ad duos modos. ibi. {Fere aũt &c.} prima adhuc in duas. primo ponit quatuor modos. ſecũdo recolligẽdo illos, addit quintũ, qui eſt principalis, ibi. {Regiæ &c.} prima in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor modos. ſecũda, ibi. {Eſt &c.} tertia ibi. {Tertia &c.} quarta ibi. {Quarta ſpecies &c.} adhuc prima in duas, in prima ponit primum modũ: in ſecunda declarat quoddam dictũ per dictũ Homeri. ibi. {Quod oſtendit &c.} In prima dicit ꝙ parũ cõſiderãtibus in politia regali facile põt apparere, ꝙ principatus regalis plura & diuerſa genera cõtinet, & huiuſmodi principatus non eſt vnus modus ſed plures, eſt aũt vnus modus ipſius qui fuit in Laconica regione, in iſto.n.regno rex principabatur ſm legẽ,

& non

& non erat dominus omnium, quia nõ ferebat ſentẽtias, nec puniebat ſm ſuam voluntatem: tamen quãdo exibat regionem ad præliandum, tunc principabatur quãtum ad omnia, quæ pertinebant ad prælium, iterũ dominus erat omnium eorum quæ pertinebãt ad cultum diuinũ. iſtud autẽ regnum erat ſicut quidam ducatus exercitus imperialis, qa iſte rex vniuerſale imperiũ habebat quãtum ad ea quæ ſunt exercitus. Iterum iſtud regnum perpetuum erat, ita, ꝙ reges non quandoqꝫ regnabãt, quandoqꝫ nõ. ſed nõ erat dominus omniũ in ciuitate, quia nõ iudicabat homicidam, nõ.n. erat dominus ad puniendũ homicidium, niſi quando exibat ad prælia, poterat.n. tũc dare leges & punire vniuerſaliter. Deinde cum di.

Quod oſtendit Homerus. Nã Agamemnõ in cõcionibus, maledictis & iurgiis vexabatur, ſed cum à concione digreſſus in prælio erat, occidendi habebat poteſtatem, itaqꝫ inquit. Quẽ ego procul à pugna fugiẽtem conſpexero, nõ ſibi ſat erit fugare canes & aues, nam penes me occidendi poteſtas. Vna ergo ſpecies regia eſt auctoritas belli perpetua. Et qñqꝫ per genus, qñqꝫ per electionẽ huiuſmodi regnũ obtinet.

Declarat quod dictum eſt per dictum Homeri. Dixit enim, ꝙ in iſto regno princeps eſt dominus omnium: & dicit, ꝙ hoc ſignificauit Homerus dicens, ꝙ Agamemnõ cum eſſet in ciuitate & veniret ad congregationem ciuiũ multotiẽs opprimebatur, ꝙ nõ eſſet dominus omnium: cum autem egrederetur ad ꝓlium, dominus erat in omnibus, & interficiendi & dandi legem quãtum ad ea quę erant exercitus. dicebat.n. quem videro fugiẽtem ex prælio, taliter tractabo ipſum, ꝙ nõ poterit fugare canes, nec aues vt vulneret: apud me.n. eſt mors.i. in poteſtate mea eſt interficere. eſt ergo vna ſpecies monarchiæ regalis q̃ ducatus exercitus eſt, qui principatus durat per totam vitam hominis. Iſtorum autem qui principantur in iſto regno, quidam regnant per ſucceſſionem generis, quidã autẽ ex electione, quia ad hoc eliguntur. Deinde cum di.

Eſt & alia inſuper monarchiæ ſpecies, qualia ſunt apud quoſdam barbaros regna.

Ponit ſecundam ſpeciem huius monarchiæ, & diuiditur in duas. In prima ponit ſpeciem illam. In ſecunda declarat qualis eſt. Secunda ibi. {Vim habentia &c.} In prima dicit, ꝙ præter ſpeciem monarchiæ, de qua dictũ eſt, eſt alia ſpecies ſm quam aliqui regnant apud barbaros. Dicuntur autem barbari qui deficiunt á ratione, barbari.n. quaſi extranei dicuntur. Et quia homo vtitur ratione, quicunqꝫ deficiunt à ratione barbari dicũtur, ſicut apparuit in primo. Deinde cum dicit.

Vim habentia proximam tyrannidi, licet ſit legitima, & ſecũdum morem patrię. ob id.n. qa magis aptæ ſunt ad ſeruiendum nationes Barbarorum, quàm Græcorum, & eorum, qui incolũt Aſiam, quàm eorum qui Europam, perferunt ſeruile iugum æquo animo, & ob hoc tyrannica ſunt huiuſmodi regna.

Oſtendit qualis eſt, & primo, ꝙ eſt voluntaria. ſecũdo ꝙ eſt ſecura. ibi. {Sed habẽt &c.} In prima dicit, ꝙ huiuſmodi regna ſm quæ principãtur aliqui barbari, ſunt ſicut tyrannides monarchicæ, & qui principãtur in iſtis principantur ſm legẽ & ſm leges patrias. Dicuntur autem leges patriæ conſuetudines, quæ deſcendunt á parentibus in filios, iſti autem ſm tales leges principantur. Et quia barbari naturaliter ſunt magis ſeruiles q̃ Gręci, & hi qui ſunt circa Aſiam ſunt magis ſeruiles q̃ qui cir-

E ca Europam, quia Europa eſt media inter Affricam & Aſiam, & ſicut media eſt ſm locum, ſic homines medio modo ſe habent in aliis diſpoſitionibus. & ideo iſti barbari ſuſtinent principatum dominatiuum ſine triſtitia, quia inclinationẽ habent ad ſuſtinendum ipſum. Quód autẽ eſt ſm inclinationẽ, naturale eſt, & volũtariũ. Quare manifeſtum eſt, ꝙ tales, voluntarie ſuſtinent talẽ principatum dominatiuum, qui eſt domini ad ſeruum. Quare manifeſtum eſt, ꝙ principantes in tali regno, propter hoc aſſimilantur tyrannidi. Deinde cum dicit.

Sed habent ſecuritatem, quia moribus & legibus conſiſtunt, & ea de cauſa cuſtodiã habẽt regem, non tyrannicam. Reges.n. à ciuibus cuſtodiuntur. Tyranni vero ab externis mercede conductis, & reges ſecũdum leges, & volentibus: Tyranni vero, inuitis dominantur, itaqꝫ F alteri à ciuibus cuſtodiuntur, alteri cõtra ciues cuſtodiam parant. Sunt igitur hæc, de quibus dictum eſt, duæ ſpecies monarchiæ.

Oſtendit, ꝙ eſt ſecura, & dicit, ꝙ huiuſmodi monarchiæ ſpecies ſecura eſt. Et ratio huius eſt, quia principãs in tali regno principaſ & ſm genus & ſm leges patrias, id eſt conſuetudines, quæ deſcendunt á parẽtibus. Et qa ſm genus, dominatur voluntarie, regnante.n. patre aliquo modo aſſueſcunt ſubditi filio, & ideo poſtmodum regnante filio, voluntarie ſibi ſubiiciuntur, quia conſueti ſunt. Iterũ principatur ſm cõſuetudinem, & ſm leges, quæ autem inſunt ſm cõſuetudinem delectabilia ſunt, et ideo minus odiunt eos. Et, ꝙ ſit ſecura ſignum eſt, quia iſti barbari cuſtodiunt regem ſuum, quia diligunt eum, & libenter ſubiiciuntur ei. Tyrannum autem cuſtodiunt alieni, & ciues reges ſuos cuſtodiunt cum armis, quia ſm legem & voluntarie ſubiiciuntur eis: tyranni autem prin G cipantur ſubditis inuoluntariis, & propter hoc tyranni ſuper ciues habent cuſtodiam, diffidunt.n. de ſubditis. Sic igitur apparet, ꝙ hæ ſunt duæ ſpecies monarchiæ regalis. Deinde cum dicit.

Tertia eſt ſpecies, vt antiquitus in Gręcia fuere, quos vocabãt Æſymnetas. Eſt autem hic, vt ſimpliciter dicamus, electiua Tyrãnis, differẽs à Barbarica, nõ eo ꝙ non legitime, ſed eo, quòd non conſuete, poteſtas autem huiuſmodi, aut viuente eo durabat, aut tempore quodam præfinito vel rebus geſtis finiebatur.

Ponit tertiam ſpeciem, & primo ponit eam. ſecundo declarat quoddam dictum per exemplum. ibi. {Qualẽ elegerunt &c.} In prima dicit, ꝙ alia eſt ſpecies monarchiæ regalis, quæ erat apud antiquos Græcos, qui dice H bantur Aeſymnetæ. Eſt autem huiuſmodi monarchia, vt ſimpliciter eſt dicere, tyrannis ſm electionẽ, & dicit, vt ſimpliciter dicamus, quia tyrannis, quæ eligitur, ſimpliciter non eſt tyrannis. Differt autem iſta á barbarica tyrannide, de qua dictum eſt, nõ eo, ꝙ in iſta quæ eſt ſm electionem non principetur princeps ſm legem: in illa autem principetur, ſed in hoc ſolum differunt, ꝙ iſta nõ eſt patria.i. princeps non principatur ſm ſucceſſionem generis, vel non eſt ſic aſſueta, ſicut ſunt ea, quæ ſunt patria, ſed per electionem. In iſto vero principatu quidam principantur per totam vitam ſuam, & eliguntur ad vitam ſuam, alij principantur vſqꝫ ad aliqua tempora determinata, quia ſic eliguntur, alij principantur quantum ad aliquas actiones. Deinde cum dicit.

Qualem elegerunt quandoque Mitylenæi Pittacum aduerſus exules ſuos: qbus præerant

Anti-

Antimenides, & Alcæus poeta, oſtēdit hoc Alcæus in quodam loco ſuorum carminū, increpat.n.ꝙ Pittacum hominem obſcuri generis, & ſine fele, laboranti ciuitati præfecerint tyrannum, huiuſmodi igitur ſpecies, quia tyrannicæ ſunt, dominationem habent, quia vero electiuæ ſunt & volentium, regiæ.

Declarat quod dictum eſt per exemplum. Dictum eſt enim, ꝙ in iſto principatu principatur tyrannus per electionem, qualis fuit ille, quem elegerūt quidam dicti Mitylenei, cum enim quidam eſſent profugi à ciuitate illorum elegerunt quēdam Pittacum nomine contra profugos illos vt fugaret illos, atq; extirparet: tunc autem principabantur iſtis Mitylenæis duo, quorum vnus erat Anthimenides, alius Alcæus poeta. Dixit autē iſte Alcæus hoc in quodam loco ſuorum carminum, dixit inquam, ꝙ iſti elegerunt ſibi Pittacum tyrannum, & increpabat eos, ꝙ malum patriæ præfecerunt. Iterum præfecerunt ciuitati hominem ſine felle. Fel autem dicitur cōmouere ad iram, ira autem valet ad fortitudinem virtutis. vnde dicitur. 3. Eth. Virtutem immitte furori, & virtutem erige furore. Volebat igitur dicere, ꝙ cum deberet eſſe fortis contra inimicos ciuitatis, non mouebatur, erat enim timidus nec potens eos opprimere. Iterum quia elegerāt hominem grauis felicitatis, quia felicitatem ſuam poſuit in voluptatibus & grauabat ſubditos vt poſſet exercere voluptates ſuas. Iterū increpabat eos, quia cum cōueniſſent & fuiſſent congregati, approbauerunt eum eligentes. Iſtæ autem monarchiæ erant regales & tyrannicæ. Tyrannicę quidem, quia principantes in eis principabātur principatu dñatiuo. Et quia principabantur voluntarie & per electionem erant regales. Deinde cum dicit.

Quarta ſpecies regni eſt, quales erant heroicis temporibus ſpontaneæ, & ſecūdum morē, & legē, propter beneficia.n. à primis collata in populos, vel per artes, vel per bellum, vel per cōgregationem in vnū, vel per acquiſitionē regionis, delatum fuit eis regnū de populorū voluntate & ſucceſſorib⁹, id erat ſm patrię morē.

Ponit quartam ſpeciem, & diuiditur in tres. In prima ponit illam ſpeciem. Secundo oſtendit quorum erant domini principantes in iſto regno ibi. {Hi & &c.} Tertio oſtendit quomodo huiuſmodi monarchia augmentata fuit. ibi. {Veteres igitur &c.} In prima dicit, ꝙ quarta ſpecies monarchiæ regalis eſt ſm, ꝙ aliqui principantur aliquibus ſm virtutem heroicam. Et principantes dicebantur Heroes, id eſt attingentes ad virtutem perfectā, & actum eius vltra cōem ſtatum hominum, & fuit iſta tēporibus eiuſmodi Heroum. Iſti autem voluntarie principabantur ſm legem. Primi autem principātes iſto principatu aſſumpti fuerunt ad iſtum principatum propter beneficium quod contulerant multitudini, aut quia inuenerunt artem aliquam vtilē regioni, ſicut Saturnus in Italia primus docuit artem ſeminandi triticum, propter ꝙ reputatus fuit Deus apud ipſos, aut quia primo præliati fuerūt contra inimicos multitudinis, aut quia primo cōgregauerunt homines regionis inducentes eos ad vitam ciuilem, aut quia emerunt regionem, & ideo facti fuerūt reges propter huiuſmodi beneficia, & hoc volentibus ſubditis voluntarie eos aſſueſcentibus principantes ſm ſucceſſionem generis, & erant quaſi principantes patrię, id eſt principantes ſecundum leges deſcendentes à parentibus in ipſos. Deinde cum dicit.

Hi & imperium habebant belli, & rei diuinę cultū exercebant, niſi talia eſſent ſacrificia, quę ſacerdotiū requirerent, & præterea de controuerſiis iudicabant, & hoc faciebāt alij iureiurā do præſtito, alij ſine iureiurando. Erat autem illis iuſiurandum per ſceptri eleuationem.

Oſtendit quorum erant domini, & dicit, ꝙ iſti domini erant omnium, quæ pertinebant ad bellum: iterum omnium poſſeſſionum & ſubſtantiarum, quæ non erant ſacerdotales, ſiue pertinentes ad cultum diuinū, ſicut erant poſſeſſiones ſacerdotum, & cum hoc ferebant ſententias & iudicabant. Iſta autem faciebant, ita, ꝙ quidam eorum non iurabant, ꝙ fideliter huiuſmodi exercerēt, quidam autem iurabant. Iuramentum autem ipſorum erat eleuatio ſceptri. ſ. baculi regalis. Deinde cum dicit.

Veteres igitur illi reges, antiquis tēporibus, ciuitates, & gētes, & nationes externas, continue gubernabant, poſtea vero partem ipſis regibus dimittentibus, partem multitudine detrectāte illud ſolum in quibuſdam ciuitatibus relictū eſt regibus, vt cerimoniarū erga deos haberēt facultatem, ac belli duces in externis eſſent.

Declarat quomodo huiuſmodi monarchia augmentata fuit & dicit, ꝙ in temporibus antiquis primo principatus fuerunt in aliqua ciuitate. & in eis quæ circa ciuitatē, ſicut ſunt caſtra, deinde gētibus, deinde principati fuerunt ciuitatibus circumuicinis, poſt hæc autem regibus permittentibus & indulgentibus, vel multitudine ciuili cogente vel vſurpante, ſubſtantiæ paternæ regum remāſerunt in ciuitatibus principātibus, ipſis regibus habentibus ducatum vel dominium circa exteriora, & in remotis à ciuitate, vbi exempta ciuitate principali & immuni facta à tributo regali, rex quaſi in exterioribus principabatur. Deinde cum dicit.

Regiæ ergo poteſtates tot ſunt, ſpecies, quatuor videlicet, vna qualis erat tēporib⁹ Heroū volentium. ſ. & in quibuſdam determinatis rebus. Dux.n. belli & iudex cōtrouerſiarum erat Rex, & dominus ceremoniarum erga deos. Altera erat barbarica ex progenie. ſ. dominatio, ſecūdum leges tamen. Tertia quam Æſymnetiam vocant, quam eſſe diximus electiuam tyrannidem. Quarta Laconica, ea autem eſt, vt ſimpliciter dicam, imperium belli in quodam genere perpetuum, iſta quidem igitur per hūc modum inter ſe differunt.

Recolligit iſtos modos, & addit quintum, & primo recolligit iſtos quatuor. Secundo addit ēt quintum ibi. {Quinta eſt ſpecies.} In prima dicit, ꝙ monarchiæ regales ſunt quatuor ſpecies numero. Vna ſpecies in qua principabantur aliqui ſm virtutem heroicam ſm aliqua tempora. In iſta vero monarchia principabatur princeps volentibus ſubditis. Erat autem dominus in quibuſdam terminatis non in omnibus. Rex.n. erat dux exercitus & ferebat ſententias, & eorum quæ pertinebant ad cultum diuinum dominus erat, ſicut electionis ſacerdotis, punitionis, & talium, ſed non poſſeſſionum. Secunda ſpecies eſt ſm quā aliqui principabant barbaris, & in iſto principatu principabatur rex ſm ſucceſſionē generis, & ſm legē, & eſt principatus dominatiuus. Tertia ſpecies eſt, quæ dicitur Aeſymnetica, & dicitur iſta monarchia tyrannis ſm electionē. Quarta ſpecies eſt Laconica, in qua princeps dominabatur ſm legē. Huiuſmodi monarchia dicebatur ducatus exercitus ad prælium, vt ſimpliciter eſt dicere quod dicit, quia nō omnium dominus erat, ſed eorum quæ pertinebant ad prælium: iſte autem ducatus

erat

trāt ſm ſucceſſionē generis & perpetuis. Iſte igitur ſpecies iſto modo adinuicem differunt. Deinde cum dicit.

Quinta Regni ſpecies eſt, quando vnus omnium habet poteſtatē quēadmodū vnaquæq; gens, & ciuitas vnaquæq; publice ordinata ad exēplar gubernationis domus. Vt.n.gubernatio patrisfamilias eſt regia quædā poteſtas domi. ita regia poteſtas eſt ciuitatis, et gētis vnius, aut pluriū, quaſi domeſtica quædā gubernatio.

Addit quintam ſpeciem, & dicit, ꝙ quinta ſpecies monarchiæ regalis eſt, in qua dominus eſt omnium principans, ſic nanq; gens & ciuitas ordinata ſunt ſm, ꝙ gubernatio domus ordinatur. In gubernatione enim domus, vnus principatur ad vtilitatem ſubditorum, & dominus eſt omnium qui ſunt in domo, ita etiam eſt in regno vnus principatur ad vtilitatem ſubditorum, & ideo ſicut gubernatio patrisfamilias eſt quędam regia poteſtas, ita regia poteſtas eſt quædam domeſtica gubernatio ciuitatis & gentis ſiue ſit vna ciuitas & vna gens, ſiue plures ciuitates & gentes. Deinde cum dicit.

Fere autē duæ ſunt regni ſpecies, de quibus conſiderationem facere expedit. Vna hæc, de qua diximus. Altera, Laconica. Nam aliarū pleræq; inter has mediæ ſunt, pauciorum enim dominæ ꝗ omnimoda poteſtas regia. Plurium vero ꝗ Laconica. Itaq; conſideratio ferè circa duo verſatur. Vnum, conducat ne ciuitatibus perpetuum belli ducem habere, & hunc vel per genus, vel per electionem. Alterum, conducat ne vnum habere poteſtatem omnium, an non.

Reducit iſtos modos ad pauciores ſcilicet ad duos. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit de quo iſtorum dicendum eſt nunc ibi. {De duce igitur &c.} In prima dicit, ꝙ ferè duæ ſunt conſiderandæ ſpecies monarchiæ regalis, ad quas aliæ aliquo modo reducuntur. Et dicit, ferè quia diſtinguendo eas per proprias rationes plures ſunt, ſed conſiderando eas inquantum reducuntur ad duas, duæ ſunt. Vna eſt Laconica, in qua pricipatur aliquis ſm legem. Alia eſt regnum. Laconica autem differt à regno, quia in laconica rex principatur ſm legem. Iterū nō eſt dominus omnium, ſed in regno principatur ſm virtutē, & eſt dominus omnium. Aliæ autē ſunt medię inter iſtas vel priuationes ipſarum, quia in aliquibus principantes plurium ſunt domini ꝗ in Laconica monarchia. Sed paucioꝛum ꝗ in regno, ſicut in monarchia, in qua principat aliquis ſm virtutem heroicam. Et etiam illa eſt quæ dicitur electa tyrannis. Manifeſtum igitur ex iſtis, ꝙ de duobus reſtat conſiderare. Primum quidem de ducatu exercitus, vtrū magis expediat eſſe ducem exercitus & perpetuum, vel nō, & vtrum magis expediat, ꝙ iſte aſſumatur, vel per generis ſucceſſionem, vel per electionem. De regno etiam reſtat conſiderare vtrum expediat vnum eſſe principem omnium, vel non expediat eſſe vnum, ſed plures magis. Deinde cum dicit.

De duce igitur belli conſiderare ad leges potius pertinet, quàm ad aliquam ſpeciem reipu. Nam in omni rep. id cadere poteſt, quare dimittamus hanc primam partem. De rege autē, quoniam hæc eſt vna gubernandi legitima ſpecies conſiderare oportet, & dubitationes quæ in ea cadunt percurrere.

Oſtendit de quo iſtorum eſt dicendum. Et dicit, ꝙ de ducatu exercitus cōſiderare pertinet ad legiſlatorē ma- E giſ q̄ ad politicum. In omnibus enim politiis ſit ducatus exercitus, & ideo conſiderare de ipſo dimittatur ad pręſens, ſed monarchia regalis ſpecies eſt politiæ, propter hoc de iſta conſiderandum, & tranſcurrendę ſunt dubitationes, quæ poſſunt circa ipſum accidere.

LECTIO XIIII.

Vtrum à legibus an ab optimo rege melius ſit ciuitatem gubernari, & de eius ſucceſſione & cuſtodia.

CAput vero huius quæſtionis eſt. vtrū expediat magis ab optimo homine regi, vel ab optimis legibus gubernari.

Poſtquam philoſophus diſtinxit monarchiam regalē, & poſuit quinq; modos ipſius, proſequitur de primo modo & principaliter dicto ſcilicet de regno. Et primo proſequitur quaſdā dubitationes, ex quibus apparet natura regni. Secundo oſtēdit, ꝙ eadem eſt virtus regis optimi, & optimi viri in fine huius tertij. ibi. {Verum ex eodē} F Prima in duas. Primo inquirit, vtrum magis expediat ciuitatē regi ab optimis legibus, vel ab optimis hominibus. Secundo vtrum ab vno optimo viro, vel pluribus. ibi. {Cum vero tres &c.} Adhuc prima in duas. Primo inquirit, an melius ſit ciuitatem regi ab optimis legibus, an ab optimis viris. Secundo mouet alias dubitationes. ibi. {Sin aūt &c.} Adhuc prima in duas. Primo præmittit dubitationem. Secūdo proſequitur. ibi. {Qui gubernationē &c.} In prima igitur dicit, ꝙ primo inqrendū eſt de regno, vtrum magis expediat ciuitatē regi ab optimo viro, an ab optimis legibus. Deinde cum dicit.

Qui gubernationē hominis pręferunt, aiunt leges ſolum vniuerſaliter prouidere, nō autem ad ſingularia ordinari. Itaq; in quacunq; arte literis præcipere fatuum eſſe. Et in Ægypto poſt tertiā diem, mouere licet medicis, quod ſi prius, G periculo id agunt ſuo. Patet ergo propter eandem cauſam non eſſe per literas & leges, optimam gubernationem.

Proſequitur, & primo arguit, ꝙ melius eſt regnum regi ab optimo viro. Secundo arguit in cōtrariū. ibi. {Atqui &c.} ꝙ melius ſit regnum regi ab optimo viro, ꝗ ab optimis legibus, oſtendit ratione, & exemplo: & dicit, ꝙ quidā opinantur, ꝙ ciuitati expedit magis regi ab optimo viro, quia ab eo melius eſt ciuitatem regi, qui poteſt terminare caſus omnes emergentes, ſed hoc non poteſt lex, quia lex non dicit niſi vniuerſale, nihil autem de particulari. Particularia autem infinita ſunt, & non poſſunt apprehendi. Iterum lex nō ordinat quod dicit ad ea, quę de nouo emergunt, ſed hoc poteſt facere optimus vir per prudentiam ſuam. Habet.n.rectum iudicium de agibilibus, & appetitum rectum per virtutem moralem: & tunc interponit exemplum antequam concludat concluH ſionem, & dicit, ꝙ ſic videmus in artibus aliis, ꝙ non eſt ſemper bonum agere ſm artem ſcriptā, quia aliqua ſunt ſcripta, ſm quę ſi ageretur eſſet nocumentū alicui, ſicut apparet in medicina. Non.n.medicus in omnibus conſiderat ea, quæ ſcripta ſunt in medicina, quia multa ſunt dimiſſa prudentiæ medici. ſicut apud Aegyptios ſcriptū fuit, ꝙ medicis poſt tertium diem liceret mouere, hoc eſt agere per medicinam ad expulſionem morbi, quia ante tertium diem non poterat benè videri natura morbi, & ſi moueret ante tertium diem, in periculo ſuo erat. hoc autem obſeruare in omnibus non erat bonū, in aliquibus enim citius, in aliquibus tardius, hoc expedit ſm diuerſitatē medicinæ & morbi facere. ſimiliter eſt in politia, ꝙ nō expedit ſemper per ſcriptū, vel per legē regi, quia lex quāq; deficit ſ aliquo particulari, & tūc indiget aliquo dirigente. Quare manifeſtū eſt, ꝙ melius eſt regnū regi ab optimo viro, ꝗ ab optimis legibus. Deinde cum dicit.

Atqui

Atqui & illam adeſſe oportet gubernãtibus vniuerſalem rationem. Et melius certe, cui nõ adeſt turbatio aliqua omnino, quàm cui naturaliter ineſt. Hac igitur turbatione lex caret, mens vero humana non caret. A

Arguit, ꝙ melius eſt ciuitatẽ regi ab optimis legibus. Et primo facit hoc. Secundo obiicit in contrarium ibi. {Sed forſan &c.} In prima dicit, ꝙ principantibus oportet ineſſe vniuerſalem rationem. ideo melius eſt ciuitatẽ regi ab eo, qui non habet paſſiones coniunctas q̃ ab eo, qui naturaliter habeat eas, quia paſſiones peruertũt iudicium rationis. Eſt.n. paſſio motus appetitus ſub fantaſia boni vel mali, ſed lex non habet paſſiones cõiunctas: homo autem habet, quare melius eſt ciuitatem regi ab optimis legibus q̃ ab optimo viro. Deinde cum dicit.

Sed forſan dicet aliquis, ꝙ per huiuſmodi rationem probabilius deliberabit circa ſingula. B

Obiicit in contrarium & ponit obiectionem. Secũdo remouet eam. ibi. {Quod igitur &c.} In prima dicit, ꝙ dicet aliquis quaſi in cõtrarium, ꝙ quãuis homo habeat paſſiones ſibi naturaliter coniunctas, tamen bonus homo conſiliabitur de ſingularibus, & ſm deliberationem habitam ipſe recte iudicabit. Quare adhuc melius eſt ciuitatẽ regi ab optimo viro q̃ ab optima lege. Deĩde cũ d.

Quod igitur neceſſe ſit ipſum legis conditorem eſſe, ac leges poni, manifeſtum eſt, ſed non inuiolabiles, quatenus trãſgrediuntur. Nam in cęteris quidem inuiolabiles eſſe oportet. At de quibuſcunq; lex, aut prouidere non poteſt omnino, at non bene prouidere. Vtrum in his vni viro optimo danda ſit poteſtas vel multis.

C Remouet iſtam obiectionem in dicendo, quãdam aliã dubitationẽ, ex cuius diſſolutione apparet ſolutio iſtius obiectionis. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. Secundo infert quædam correlaria. ibi. {Si ergo &c.} Adhuc prima ĩ duas. Primo ponit dubitationẽ. Secundo ſoluit probando alteram partem. ibi. {Etenim nunc &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ principãtem in ciuitate oportet ſcire leges & ponere eas, nõ oportet tamen, ꝙ ſit dominus omnium: ex quo.n. dominatur ſm legem, nõ oportet, ꝙ in omnibus dominetur, ſed oportet, ꝙ dominetur in illis, quæ non poſſunt per legem terminari, vel ſimpliciter, vel non bene: & tunc eſt dubitatio, vtrum in iſto caſu magis oporteat vnum principari in iudicando de particularibus, de quibus non poteſt lex bene determinare, vel multos. Deinde cum dicit.

Etenim nunc plures ſimul cognoſcũt de cauſis, & deliberant, & iudicãt. Sunt autem huiuſmodi iudicia de ſingularibus, & cũ vnuſquiſq; per ſe fortaſſe deficiat. Ciuitas autem ex multitudine conſtet, vt conuiuiũ ad quod plures cõferũt, melius eſt q̃ vno atq; ſimplex mẽſa. Sic iudicia multorũ ſępe meliora ſũt, q̃ vniuſcuiuſq;. D

Soluit probando alteram partem, & diuiditur in tres ſm ꝙ probat, ꝙ melius ſit in iſto caſu iudicare per plures per tres rationes. ſecunda. ibi. {Præterea &c.} tertia ibi. {Quod ſi &c.} In prima dicit, ꝙ quando emergit caſus particularis, qui non poteſt terminari per legem: tũc cõueniunt plures & diſceptãt de illo adinuicẽ, & inquirũt per conſilium de illo, & poſt conſilium iudicant, & talia ſunt omnia iudicia de particularibus, de quibus lex non poteſt terminare. Sic autem poſſunt facere plures & non vnus, quia plures conſiliãtes ſuper aliquo plura poſſunt videre q̃ vnus: ergo manifeſtum eſt, ꝙ vnius cõparatus ad plures deterior eſt in iudicando, & iudicium eius cõparatum ad iudicium plurium deterius eſt. ſicut enim ciuitas ex multis pulchrior eſt q̃ ex paucis: & iudiciũ multorum melius eſt q̃ vnius: ſicut cęna comparata ex multis ferculis, id eſt ſicut cęna, in qua ſunt plura fercula pulchrior eſt q̃ cęna ſimplex, vbi non eſt niſi vnum ferculũ. Manifeſtum igitur propter hoc, ꝙ melius & certius iudicabit multa turba, ſiue plures q̃ vnuſquiſq; de turba, & breuiter ratio philoſophi in hoc cõſiſtit. Per illum debet fieri iudiciũ in caſu non determinato per legẽ, qui certius põt iudicare, ſed in tali caſu melius & certius poſſunt iudicare plures, ergo in tali caſu debet fieri iudiciũ per plures. Minorem huius rationis declarat. Deinde cum di.

Præterea multitudo minus ſubiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna cõgeries, ſic etiam plures, quàm pauci incorruptibiliores B ſunt. At cum vnus iudicat, ſi ira, vel alia huiuſmodi perturbatio vincant, neceſſarium eſt iudicium corrumpi. Sed in multitudine difficile foret omnes iraſci atq; errare. Sic multitudo liberorum hominum, qui nihil agant pręter legem niſi in quibus lex ipſa neceſſario deficiat.

Ponit ſecundam rationem ad idem, & dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ plures magis ſunt indifferentes reſpectu paſſionum turbantium & peruertentium iudicium rectum q̃ vnus ſiue pauci, ſicut aqua maior & amplior magis eſt indifferens vt fluat ad multa loca q̃ parua. Parua enim aqua cito fluit ad vnam partem, & ideo vnus poteſt magis occupari paſſionibus q̃ plures. Cum autem vnus fuerit occupatus ab aliqua alia paſſione corumpitur iudicium. Vbi autem ſunt plures, difficile eſt corrumpi iudicium propter impetus paſſionum, quia ſi aliqui ſunt C paſſionati cum reprimentur paſſiones eorum per rationem aliorum: & ideo difficile erit eos peccare, & maxime ſi ſit multitudo non vilis, ſed ſit eorum, qui liberi ſunt ſm virtutem. tales.n. nihil agent præter legem, niſi vbi lex deficit. Conſiſtit autem ratio philoſophi in hoc, per illũ debet fieri iudicium in tali caſu, qui non terminatur per legem, qui magis indifferens eſt reſpectu paſſionum, ſed plures ſunt magis indifferentes reſpectu paſſionum q̃ vnus. Quare melius debet fieri iudicium per plures q̃ per vnum. Deinde cum dicit.

Quòd ſi hoc non facile in pluribus, ſi plures ſint boni viri & ciues. Vtrum incorruptior erit vnus in gubernando, vel cum erunt plures & boni omnes? An patet ꝙ plures?

Ponit tertiam rationem. Et primo ponit eam. Secũdo obiicit in cõtrariũ. ibi. {Enimuero &c.} In prima dicit, D ꝙ ſi dicatur, ꝙ non eſt facile, ꝙ plures bene iudicent in tali caſu, ſi fuerint quicunq; indifferenter. Si tamẽ fuerint boni viri & ciues, adhuc quærẽdũ eſt ſi ſic dicatur, vtrũ vnus princeps difficilius poſſit peruerti & corrumpi q̃ plures numero boni viri. Et manifeſtum eſt, ꝙ plures boni viri difficilius peruertentur & corrumpentur q̃ vnus bonus: & per illum melius eſt fieri iudiciũ qui difficilius poteſt corrumpi et peruerti, ſed plures difficilius poſſunt corrumpi & peruerti q̃ vnus. quare melius eſt, ꝙ fiat iudicium per plures q̃ per vnum. Deinde cum dicit.

Enimuero plures inter ſe factionibus cõtendunt. Vnus autem non contendit, ſed aduerſus hoc forſan ponendum eſt, ꝙ ſtudioſi veri ſunt omnes vt ille vnus.

Obiicit in contrarium: & dicit, ꝙ aliquis dicet, ꝙ melius eſt, ꝙ fiat iudicium per vnũ q̃ per plures, quia plures facient

faciẽt diſſenſiones adinuicem ſm ſeditiones. Vnus autem ſibi non poteſt diſſentire. Quare melius eſt fieri iudicium per vnum q̃ per plures: & ſoluit hoc dicẽs, ꝙ cõtra hoc dicendum eſt, ꝙ iſti plures ſtudioſi ſunt ſicut ille vnus. Et manifeſtum eſt, ꝙ ſtudioſos non eſt poſſibile adinuicem diſſentire, ſm, ꝙ huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Si ergo plurium gubernatio, bonorum autẽ virorum omnium, optimatium dicitur. vnius aũt regnum, optabilius eſſet ciuitatibus, ab optimis gubernari, q̃ à rege. Et cũ poteſtate & ſine poteſtate modo reperiri queãt plures ſimiliter.

Infert duo correlaria, & habet duas partes, ſm, ꝙ duo infert. ſecunda ibi. {Et ob &c.} In prima concludit preeminentiam ſtatus optimatum ad regnum, & dicit, ꝙ ſi ita ſit, vt declaratum eſt, ꝙ melius ſit plures bonos iudicare q̃ vnum. Et illa politia in qua principantur plures ſapientes, ſit ſtatus optimatũ, illa in qua vnus ſolus ſapiẽs ſit regnum, manifeſtum eſt, ꝙ ſtatus optimatum melior eſt q̃ regnum. Deinde cum dicit.

Et ob hoc forſan rex ab initio repertus eſt, ꝙ difficile erat viros plures excellenti virtute reperiri, præſertim cum tunc ciuitates paruæ forent. Præterea ob beneficia accepta, reges creauere, quod opus eſt bonorum virorum.

Ponit ſecundum correlarium, & eſt de ordine introductionis politiarum, & diuiditur in partes quinque. Primo.n. concludit, qualiter monarchia regalis primo fuit introducta. Secundo qualiter ſtatus optimatũ. ibi. {Sed cum poſtea.} Tertio qualiter paucorũ potẽtia. ibi. {Cũ vero &c.} Quarto qualr tyrãnis. ibi. {Ex his &c.} Quinto qualiter ſtatus popularis. ibi. {Tyrannis &c.} In prima dicit, ꝙ ꝑꝑ hoc ꝙ melius eſt ciuitatẽ regi & iudicia dari per plures q̃ per vnum ciuitates primo regebantur vno rege, quia in principatu facilius fuit inuenire vnum ſapiẽtem q̃ plures: & ideo primo principatus regalis fuit conceſſus vni. Iterum in principio ciuitates paruæ fuerunt, & ideo ſufficiebat vnus ad regendum. Iterum præfecerũt ſibi aliquem in regem propter beneficium eis ab illo collatum, vel quia pugnauit contra inimicos pro illis, vel inuenit artem aliquam eis neceſſariam: hoc autẽ eſt opus boni viri, & ideo talem tanquam bonum & virtuoſum fecerunt ſibi regem. Deinde cum dicit.

Sed cum poſtea cõtingeret vt plures pari virtute reperirentur, nõ amplius tolerarunt regẽ, ſed cõe quiddam quærentes reſp. conſtituere.

Declarat qualiter poſtmodum introductus fuit ſtatus optimatũ. Et dicit, ꝙ poſtmodũ accidit, ꝙ plures exercitabant ſe in operibus virtutum, quia plures facti ſunt virtuoſi: ſimiliter & tunc quærebant principatum plurium ſimilium in virtute, nec ſuſtinuerunt principatum regalem inſtituentes principatum æqualium in virtute: iſte autem eſt ſtatus optimatum, poſt igitur regnum venit ſtatus optimatum. Deinde cum dicit.

Cum vero deteriores facti, lucrum ſibi quærerent ex gubernatione rerump. paucorũ hinc potentiam exortam fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim diuitias.

Declarat qualiter poſt venit ſtatus paucorũ, & dicit, ꝙ poſtmodum contingit, ꝙ iſti principãtes facti ſunt diuites de bonis cõibus, & inclinabãtur ad voluptates deficientes à ratione, & principabantur propter diuitias & ſic conuerſus fuit ſtatus optimatum in ſtatum paucorum. Fecerunt.n. diuitias honorabiles, & debere principari propter ipſas. Deinde cum dicit,

E Ex his vero in tyrannides tranſiere.

Declarat de tyrannide & dicit, quòd poſtmodum contingit, quòd vnus factus fuit ditior alijs, & potentior in amicis, & ſubiugauit alios, & ſic conuertit ſtatum paucorum in tyrannidem, principans propter commodum ſuum. Deinde cum dicit.

Ex tyrannis rurſus ad plebem, ſemper.n. ad pauciores redigẽtes propter quæſtus cupiditatem, multitudinem corroborauerunt, vt tandẽ inſurgens multitudo ad popularem ſtatũ ciuitates redegerit. Factis nempe maioribus ciuitatibus, non facile eſt ad aliam quàm popularẽ gubernandi ſpeciem remanere.

Declarat qualiter introductus fuit ſtatus multorum, & dicit, ꝙ poſt tyrannidem factus fuit ſtatus multorum: F cum enim tyrannus opprimeret diuites propter turpe lucrum, ciues ducentes politiam ad pauciores extorſiones, fugientes turpe lucrum, tyranni induxerunt multitudinẽ fortiorem, & fecerunt eam vt inſurgerent contra tyrannum: & contingit, ꝙ populus inſurrexit & expulſus eſt tyrannus & remanſit poteſtas penes populum, & tũc fuit politia popularis. Et hęc eſt cauſa, quare in pluribus ciuitatibus dominatur populus, quia populus multus eſt, & ideo poteſtatem habet. verumtamen vbi populus dominatur aliquid accipitur ab alijs politijs. Faciunt.n. aliquos capitaneos & vnum ſupra illos. Vlterius dicit, ꝙ quia contingit fieri maiores ciuitates, fortaſſis nõ contingit de facili fieri aliam politiam præter popularẽ. Ex dictis autẽ apparet ſolutio obiectionis prius factæ ad probandum, ꝙ vnus debeat iudicare, quãuis habeat paſſiones ſibi naturaliter coniunctas, quia conſiliabitur de ſingularibus, & ſic recte iudicabit. Eſt.n. dicendum, ꝙ melius poterant conſiliari plures quàm vnus, & ſic melius G iudicare, quare adhuc melius eſt ciuitatem regi per plures quàm per vnum. Deinde cum dicit.

Si autem quis ponat optimum eſſe ciuitatibus à rege gubernari, qũo fiet in filiis: vtrum per genus erit ſucceſſio: At ſi natorum qualeſcunque, pernitioſum eſt, ſed non relinquet regnum huiuſmodi natis rex, eum id in ſua ſit poteſtate, at non facile iam eſt in hoc fidem habere. Arduum.n. ac maioris virtutis eſt, quàm ſm humanam naturam.

Inducit alias dubitationes & diuiditur in duas, ſm ꝙ ponit duas. ſecunda ibi. {Quæſtio eſt &c.} In prima dicit, ꝙ ſi quis dicat, ꝙ optimum eſt ciuitatem regi ab vno, dubitatio erit de illo qualiter ſit aſſumendus: vtrum per electionẽ, vel per generis ſucceſſionem, & ꝙ non debeat aſſumi per generis ſucceſſionem oſtendit, quia dubium H eſt de filiis ſuccedentibus quales futuri ſint, & poteſt contingere, ꝙ malus ſit filius. ſi ergo aſſumatur ille vnus per generis ſucceſſionem, cõtingeret aſſumi malum ad principatũ: hoc autẽ eſt incõueniẽs, ergo non eſt aſſumẽdus per ſucceſſionem. Sed quia forte aliquis diceret, ꝙ pater bonus exiſtens videns malum filium non tradet filio regnum, ſed alij. Ipſe iſtud remouet & dicit, ꝙ iſtud difficile eſt credere patrem. ſ. dimittere filium & tradere alij principatum. Hoc enim eſt ſupra communem facultatem hominum. Oportet enim, ꝙ dimittat principatũ magis dilecto, & magis dilectus ſm naturam eſt propinquior ſm naturam: filius autẽ eſt ſicut alter pater, & ideo ſicut pater plus diligit ſe q̃ quemcunq; alium: ſic poſt ſe naturaliter plus diligit naturalẽ filium q̃ quẽlibet aliũ, quare citius dimittet ſibi regnum q̃ alicui alij. Et eſt intelligendũ, ꝙ per ſe ſemper melius eſt aſſumi regem per electionem q̃ per ſucceſſionẽ, ſed per ſucceſſionẽ melius

per

per accidens primum, patet ſic. Melius eſt aſſumi principantem illo modo, quo per ſe contingit ipſum accipi meliorem, ſed per electionem contingit aſſumi meliorem ꝗ̃ per ſucceſſionem generis, quia melior vt in pluribus inuenitur in tota multitudine ꝗ̃ ſit vnus. Et electio per ſe eſt appetitus rõne determinatus, tñ per accidens eſt melius aſſumere principãtem, per generis ſucceſſionem, qa in electione contingit eſſe diſſenſionem inter eligentes. Iterum qñq; eligentes mali ſunt, & ideo contingit ꝙ eligant malum. Vtrique aũt iſtorum malum eſt in ciuitate. Iterum conſuetudo dñandi multum facit ad hoc, ꝙ aliqs ſubiiciatur alteri: & ideo regnante patre aſſueſcunt filij ſubiici, qa patri ideo inclinãtur ad hoc vt ſubiiciãtur ei. Iterum valde durum & extraneum eſt, ꝙ ille qui eſt hodie æqualis alicui cras dominetẽ & ſit princeps illi: & iõ per accidens melius eſt principantem aſſumi per ſucceſſionem generis ꝗ̃ per electionem. Deinde cum dicit.

A

Quæſtio eſt etiam, vtrum habere debeat ꝗ regnaturus eſt circa ſe potentiam quãdam, qua poſſit compellere non parentes, vel quomodo gubernationem exercebit? Si.n, habeat poteſtatem à legibus conceſſam, & nihil ex voluntate ſua faciat præter leges: tamen neceſſaria erit ſibi potentia, per quam leges tueri queat.

B

Mouet ſecundam dubitationem & diuiditur in duas partes. In prima mouet dubõnem. In ſecunda ſoluit ibi. {Forſan quidem &c.} In prima dicit, ꝙ de potẽna principantis in monarchia regali eſt dubitatio: vtrum oporteat ipſum habere potentiam, per quã poſſit cogere & punire rebelles nolentes obedire ſibi, vel qualr oportet principatum regere & diſpenſare: & ꝙ oporteat ipſum habere potentiam ad puniendum rebelles apparet, quia videmus ꝙ principans ſm legem nihil agens ſm voluntatem vltra legem, oportet ꝙ habeat potentiam, per quã puniat nolentes obedire legi, vel cõmittentes contra legem: quare ſilr oportet principantem ſm ſuam voluntatem qualis eſt in monarchia regali habere potentiam ad puniendum nolentes obedire ſibi. Deinde cum dicit.

Forſan quidem de huiuſmodi rege nõ difficile eſt determinare. Nã oportet ipſum vires habere: ſed tales, vt vnoquoq; ſeparatim, & ſimul pluribus potentior ſit: populo tñ ſit impotentior, vt antiqui ſolebant cuſtodiã ciuitatis tradere, qñ aliquem ꝓficiebant, quem Æſymnetam vocitabant, vel Tyrãnum: & Dionyſio ſic poſtulanti circa ſe habere aliquos cuſtodię cã, conſuluit quidam Syracuſanis tot eſſe dandos.

Soluit iſtam dubõnem, & dicit, ꝙ forte ſoluere dubitationem circa regem nõ eſt difficile. Manifeſtum eſt enim ꝙ oportet ipſum habere potentiam & maiorem potentiam ꝗ̃ ſit potentia vnius, qa ſi non haberet maiorem, nõ poſſet illum vel illos punire, ſi nollent ei obedire. Iterum & maiorem oportet ipſum habere potentiam ꝗ̃ plurium ſimul, aliter non poſſet illos punire: minorem tñ ꝗ̃ ſit potẽtia totius ciuitatis reſpectu multitudinis, qa ſi haberet maiorem potentiã ꝗ̃ ciuitas, opprimeret eã & conuerteret principatum in tyrãnidem, ſicut fecerunt qdam antiqui qñ ꝓfecerunt quendam in regem quẽ dicebant Aeſymnetẽ, dederunt ſibi cuſtodias maioris potẽtiæ ꝗ̃ vnius vel plurium inſimul: minores tñ ꝗ̃ ciuitatis totius. Silr cum quidam alius Dionyſius nomine peteret cuſtodias à Syracuſanis: conſuluit quidam illis, ꝙ darent tot cuſtodias, ꝗ̃ non excederent potentiã ciuitatis vel multitudinis, ne opprimeret eam: maiorem tñ cuſtodiam ꝗ̃ vnius, vel pluriũ inſimul. Sic igit manifeſtũ eſt, ꝙ principãtem ſm legem, oportet habere potẽtiã ad puniendũ rebelles.

D

LECTIO XV.

Obiectiones continet quæ aduerſus regiam poteſtatem adduci poſſunt.

VErum de eo rege, qui cuncta ex volũtate ſua gerit, conſideratio nunc eſt facienda. Nam ille qui ſm leges dicitur rex, non facit vt diximus regiæ gubernationis ſpẽm, quia in cũctis rebuſp. cadere poteſt, vt ſit quidam ducendo exercitui, quotiẽs ciuitas bellum gerit, perpetuo præfectus: puta in populari ſtatu, & optimatium gubernatione, pluresq; auctoritatem vni cõmittunt belli gerendi. Eſt aũt talis quædam deputatio apud Dyrachiũ, & apud Sipõtinos, licet apud Sipontinos paulo cõſtrictior.

Poſtꝗ̃ Philoſophus inquiſiuit, vtrum magis expediat ciuitatem regi optimis legibus, an optimo viro. In parte iſta inquirit, vtrum magis expediat ipſam regi vno viro optimo, an pluribus. Et diuiditur in partes duas. In prima dat intẽtionem ſuam, & cãm intentionis. In ſecunda proſequitur. ibi. {Sed regia &c.} In prima dicit, ꝙ poſt prædicta reſtat dicendum de rege ſimplr, ꝗ in omnibus ſm ſuam voluntatem non ſm legem agit & regit, & non ſm ꝙ mouetur ab alio, & de iſto faciẽda eſt cõſideratio. Et cauſa huius eſt, quia ille qui principatur ſm legem, nõ eſt rex ſimpliciter, nec principatus ſuus eſt ſpecies regni, ſicut dictum fuit ſuperius: & ꝙ non ſit ſpecies regni apparet, quia ille principatus, qui eſt ducatus exercitus, reperitur in omnibus politiis, ſicut in ſtatu multorum & optimatum. In iſtis enim faciũt vnum dominum ad regendum & diſpenſandum, & multi alij vnum faciunt ducem. Non ergo iſte ducatus eſt ſpecies regni. Talis autem fuit principatus, qui fuit circa Dyrachium & Sipõtum: licet apud Sipontinos ſit paulo conſtrictior minore exiſtente ꝗ̃ primo. Deinde cum dicit.

C

Sed regia illa poteſtas pleniſſima, ꝑ quã Rex omnia ex voluntate ſua gubernat, videtur qbuſdam nõ eſſe ſm naturam, vt vnus omnium dñs ſit ciuium, cum ex ſimilibus ciuitas cõſtet.

Proſequitur & diuiditur in partes tres. In prima proponit dubitationem. Secundo arguit ad ipſam. ibi. {Nã ſimilibus &c.} Tertio determinat veritatem. ibi. {Sed hæc forſan &c.} In prima reſumens intentionem ſuam, dicit, ꝙ de regno ſimpliciter, in quo aliquis dominatur omnibus ſm ſuam voluntatem, & non ſm legem eſt nũc dicendum, ꝙ quibuſdam apparet ꝙ non eſt ſm naturã, nec ex inclinatione naturali, nec conſonũ rationi, ꝙ vnus ſit dominus omnium ſm voluntatem, vbi ciuitas conſtet ex ſimilibus ſm virtutem, i. ſecundum diſpoſitionem naturalem. Deinde cum dicit.

D

Nam ſimilibus natura idem ius eſſe neceſſarium eſt, & eandem dignitatem ſm naturam. Quare vt parem habere impares alimoniã, aut veſtem, nocuum eſt corporibus: ita & in honorib⁹ res ſe habet, ſilr ergo & inæquale æqualib.

Arguit ad qõnem & oſtendit, ꝙ non eſt naturale vnũ dominari pluribus ſimilibus illi ſm virtutem & diſpoſitionem naturalem. Et diuiditur in partes quatuor ſm ꝙ adducit quatuor rationes ad probationem huius. Secunda ibi. {Atqui &c.} Tertia ibi. {Inſuper &c.} Quarta ibi. {Forſan verò &c.} Prima in duas. Primo ponit rationem illam. Secundo infert ex dictis, ꝙ melius eſt ciuitatem regi lege ꝗ̃ viro. ibi. {Ex quo &c.} In prima dicit, ꝙ ſimilibus ſm diſpoſitionem naturalem & ſm virtutem idem eſt iuſtum & eadem virtus. Dicimus enim

ꝙ iuſtum eſt æquale, ergo quorum eſt eadem virtus & diſpoſitio naturalis, idem eſt iuſtum & dignitas, quia dignitas attenditur ſm virtutem: & quorum nõ eſt eadem virtus nec dignitas eadem, nec iuſtum idem. Si igitur ponamus, ꝙ aliqui ſint ſimiles in virtute eorum erit eadem dignitas & iuſtum. Quare non expedit aliquem vnum dominari ſm voluntatem iſtis, quia nõ ineſſet eis eadem dignitas. Et ſicut videmus in naturalibus, ꝙ noo expedit inæquales habere per alimentum, aut eandem veſtẽ, quia quod ꝓficuum eſt vni, nociuum eſt alij. Sunt enim aliqui calidi, aliqui frigidi. Et manifeſtum eſt, ꝙ iſti indigent diuerſis alimẽtis, eodem modo eſt circa honores. Si enim inæquales ſm virtutem ęquale recipiant, iniuſtum eſt, & ſi æquales inæquale, ſimiliter iniuſtum eſt. Si autem aliqui ſint ſimiles in virtute & diſpoſitione naturali, & vnus principetur ſm ſuam voluntatem aliis: manifeſtum eſt, ꝙ æquales inæquale recipiunt: hoe ergo eſt inæquale & iniuſium: quare manifeſtum eſt, ꝙ non expedit vnum dominari ſm virtutem æqualibus & diſpoſitione naturali. Deinde cum dicit.

Ex quo non magis præeſſe, quàm ſubeſſe iuſtum eſt, & per viciſſitudinem eodem modo. Et hæc iam lex, nam inſtitutio lex eſt. Melius eſt igitur, vt lex dominetur, quàm aliquis ciuium.

Infert ex dictis, ꝙ melius eſt optimam legem principari q̃ optimum virũ. Et primo facit hoc. Secundo adducit rõnem ad ꝓbationem huius. ibi. {Quæcũq; &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda ex eodem infert, ꝙ melius eſt legem principari q̃ plures optimos. ibi. {Eademq; &c.} In prima dicit, ſicut dictum eſt, iuſtum eſt ęquales ſm virtutem & diſpõnem naturalem habere æquale: ꝓpter quod manifeſtum eſt, ꝙ ſi ſint plures æquales vel ſimiles ſm virtutem & diſpoſitionem naturalem, ꝙ vnus non eſt magis natus principari vel ſubiici q̃ alius: & ideo vnus non debet magis principari q̃ alius: & quia neceſſe eſt aliquem principari, iuſtum eſt ꝙ viciſſim & ſm quendam ordinem principentur omnes & eodem modo. Principari aũt eos ſm ordinem & viciſſim lex quædam eſt. Eſt. n. lex ordo quidam, quare manifeſtum eſt, ꝙ melius eſt & eligibilius legem priocipari q̃ vnum aliquem ciuem. Deinde cũ di.

Eademq; iſta ratione, ſi quos præeſſe oportet: ita ſunt præficiendi, vt cuſtodes legum atq; miniſtri, neceſſe eſt enim eſſe aliquos magiſtratus cum poteſtate, ſed non vnum hunc eſſe debere aiunt, in ciuium paritate.

Ex eodem infert, ꝙ melius eſt legem principari q̃ plures, paucos tamen. Et dicit ꝙ ſm eãdem rationem, ſi melius eſt plures principari q̃ vnum: illos tñ melius eſt principari ſm legem q̃ ſm voluntates proprias: & iuſtum ad ſeruandum legem & miniſtros eſſe legis. ſicut enim dictum eſt prius, ꝙ æqualibus ſecundum virtutem debetur æqualis honor & dignitas: ergo ſi ciuitas ſit ex æqualibus ſecundum virtutem, æqualis honor debetur illis: ergo non expedit aliquos ex illis ſemper principari: ſed neceſſarium eſt eſſe diuerſos principatus, ita vt iſti modo principentur, alij alias ſecundum quendam ordinem. Quare oportet eos principari ſm quendam ordinem, ſed hoc eſt lex quædam: quare manifeſtum eſt, ꝙ melius eſt plures ſecundum legem principari q̃ ſecundum proprias voluntates, ſi plures ſit melius principari q̃ vnum. Deinde cum dicit.

Quæcunque tamen videtur per legem quidem terminari non poſſe, per hominem vero cognoſci poſſe, prudenter cauens lex adiungit,

E Cætera iuſtiſſima intentione iudicari debere ꝑ eos, qui iudiciis præſunt. Ac inſuper emẽdare permittit, quod videantur conantibus, vt melius diſponatur, q̃ ſicut iacet.

Adducit rationem ad probandum, ꝙ melius ſit legem principari vel hominem ſecundum legem q̃ virum bonum ſecundum propriam voluntatem. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda ſoluit rationem adductam prius per ſimile ad probandum, ꝙ melius ſit hominem principari q̃ legem. ibi. {Videtur autem &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit de q̃bus fertur lex, & quæ oportet dimittere principi. Secundo pooit rationem ad probandum, ꝙ melius eſt legem principari q̃ hominem. ibi. {Qui igitur &c.} In prima dicit, ꝙ illa quæcunq; non poſſunt terminari per legem: nec homo ſm ſe poteſt facere nota & manifeſta, niſi per prudentiam multam & longam experientiam: lex verò F de particularibus nihil ordinat ſm ſe, ſed tantum in vniuerſali. Eſt enim enunciatio vniuerſalis, & ideo dictum eſt ipſam deficere in aliquo particulari, & talia dimitti principi, quæ oportet ipſum diſponere & iudicare ſm rectam ſententiam. Iterum ſi aliquid inueniatur ſecũdum rationem melius q̃ lex poſita determinet: iſtud dimittendum eſt principi vt ipſe ordinet pro lege, ita ꝙ duo dimittuntur priocipi, vnum eſt iudicare & diſponere recte particularia per legem, vbi poſſibile eſt hoc fieri per legem. Secundum eſt, ꝙ vbi lex ſcripta deficit in aliquo caſu particulari dirigat: & hoc eſt per virtutem ipſius propriam, vel ſi lex poſita non ſit bene ordinata ſm rationem, dimittitur priocipi, vt illa dimiſſa inueniat meliorem vel per ſe, vel de conſenſu multitudinis, & ordinet per legem. Deinde cum dicit.

Qui igitur legem præeſſe iubent, videntur iubere Deum præeſſe, & leges. Qui autem ho G minem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam ſæuam, libido quippe talis eſt, atq; obliquos agit etiam viros optimos, qui ſunt in poteſtate, ex quo mens abſque appetitu lex eſt.

Adducit rationem ad probãdum, ꝙ melius eſt legem principari q̃ optimum virum ſm ꝓpriam voluntatem. Et eſt intelligendum, ꝙ vnumquodq; maxime dicitur illud, vel ſecundum illud quod eſt principale in eo, ſicut dicitur 10. Ethic. Principale verò in homine eſt intellectus. Et ideo maxime homo dicitur intellectus vel ſm intellectum: & tũc dicitur homo maxime operari, cum operatur ſm intellectum. Contingit autem ꝙ homo aliquando operatur ſm intellectum, ita ꝙ non impeditur á ſenſu omnino, nec ſenſu vtitur, niſi quãtum ſibi neceſſarius eſt: & tunc dicitur homo ſimplr operari, quia operatur ſm id quod ſimplicius eſt in eo, ſed quia indiget ſen H ſu, contingit aliqñ operationi intellectus coniungi appetitum ſenſitiuum: & tunc dicitur homo cõpoſitus, & cũ homo operatur ſm intellectũ, nec impeditur á ſenſu: tũc operatur maxime ſm iotellectum & rõnem, & ſm diuinum aliquid inexiſtens, tum q̃a intellectus diuinum aliquid in eo eſt, tum q̃a operatur ſupra cõem modum hominum. Dicit igitur ꝙ ille q̃ ꝑcipit intellectui priocipari, vel hoĩem ſm intellectum: ita ꝙ non coniungat appetitum ſenſitiuum aliqualr retrahens præcipit velut Deum, hoc eſt hoĩem ſm aliquid diuinum principari & legem: qui aũt vult hoĩem principari cum comitante appetitu ſenſitiuo, apponit beſtiam, i. apponit aliquid, per quod aſſimilatur homo beſtiis. ſ. appetitũ ſenſitiuum. Sed melius eſt principari aliquid diuinum q̃ cõiunctum beſtię, quia ſi principetur homo ſm intellectum cum appetitu ſenſitiuo, cũ in appetitu ſint paſſiuoes ꝑuertẽtes ipſum & per conſequens iudicium rationis, continget tãdem,

ꝙ

ꝙ principans exiſtens in paſſione concupiſcentiæ & furoris, quod bonos viros & virtuoſos interficiet. hoc aũt eſt inconueniens, quare melius eſt hominem per intellectum abſolute principari q̃ per intellectum coniunctum appetitui ſenſitiuo. Cum igitur lex ſit ſine paſſione, & ſit ſm rationem, relinquitur ipſam eſſe intellectum ſine appetitu ſenſitiuo, quare melius eſt legem principari q̃ hominem. Deinde cum dicit.

Videtur autem de artibus falſum eſſe exemplum, ꝙ ſm literas medicari vanum eſſet: meliuſq; fore ſi poſſidẽtibus artem vtamur: nam illi quidem nihil contra rationem ꝓ amicitiam agunt, niſi ꝙ recuſant mercedem accipere cum ſanos fecerint, ac in magiſtratibus multa ꝓ affectionem & gratiam conſueuerunt delinquere: cum ſi de fide medici timeretur, ac ſuſpitio foret, ne ſuſcepto ab inimicis precio necare velit, tunc ex literis curam magis optaremus.

Diſſoluit rationem quæ prius adducebatur ex ſimili in artibus operatiuis ad probandum, ꝙ melius ſit hominem principari q̃ legem: & primo per interemptionem aſſumpti. Secundo interimendo ſimilitudinem. ibi. {Preterea validiores &c.} Prima in duas ſm ꝙ dupliciter ꝓbat ꝙ non eſt verum quod aſſumebatur. Secunda ibi. {Atqui &c.} In prima dicit, ꝙ illud quod aſſumebatur prius ex ſimili in artibus non videtur eſſe verum ſed falſum. Aſſumebatur.n. ꝙ non eſt bonum operari ꝑ artem, immo prauum ſic, nec in politicis eſt bonum principari per legem: iſtud aũt non eſt verum, immo melius eſt, ꝙ habentes artem operentur per eam q̃ alio aliquo modo. Et ratio huius eſt, quia operantes per artem ſm ꝙ huiuſmodi non habent paſſiones, nec affectiones ſibi coniunctas: & ideo propter amicitiam nihil operantur præter rationem, ex quo operantur per artem. Operantes.n. ꝑ artem curant ęgrotos, mercedem recuſantes per gratiam ſolum: ſed qui operantur per prudẽtiam propriam, poſſunt habere paſſiones coniunctas peruertentes appetitum ſenſitiuum: & per conſequens iudiciũ rationis, multa faciunt ſequentes paſſiones, dimittentes rõnem, ſicut principãtes in politicis per paſſiones & affectiones, multa faciunt per gratiam dimittentes rationem rectam. Et propter hoc qñ amici ægroti alicuius ſuſpicantur, ꝙ medici volunt illum interficere propter lucrum, quod recipiunt ab aliquo: tunc nolunt ꝙ operẽtur circa ęgrotum, nec curent eum ſm induſtriam propriam, ſed volunt ꝙ operentur per artem. Quare manifeſtum eſt, ꝙ melius eſt operari per artem q̃ per induſtriam propriam. Non igitur prauum eſt operari per artem, quẽadmodum accipiebatur prius. Deinde cum dicit.

Atqui ægrotantes medici alios ad ſe medicos vocãt, & magiſtri paleſtræ alios magiſtros, quaſi nequeant verum diſcernere, qui de ſe ꝓpriis iudicant, & in affectu cõſtituti ſunt. Quare manifeſtum eſt, quod iuſtum quęrentes medium quærunt: lex enim medium.

Declarat ſecundo aſſumptum eſſe falſum, & dicit, ꝙ melius eſt operari per illud, ꝑ quod certius operari põt & rectius: ſed per artem certius & rectius poteſt operari q̃ per rationem, quia operantem per rationem contingit habere paſſiones peruertentes iudicium: & propter hoc medici ęgrotantes ad ſeipſos vocant ſanandos alios medicos, propter hoc.ſ. ꝙ ſunt in paſſione, quãuis habeant habitum artis, & turbati á paſſione non poſſunt recte iudicare. Similiter illi qui ſunt magiſtri paleſtræ, cum ſe exercent, vocant alios magiſtros vt videant ſi bene operentur tanq̃ non potentes recte iudicare de propriis, qui

A vt in pluribus nõ bene iudicant, nec vere de ſeipſis. Quare manifeſtum eſt, ꝙ per paſſiones turbatur iudicium rationis. Operans autem per artem, paſſiones non habet ſm ꝙ huiuſmodi, quare certius & melius poteſt iudicare q̃ per rationem: & tunc infert quandam concluſionem, quæ ſequitur non ex immediate dictis, ſed ex prius dictis: & ſequitur ſic. Dictum eſt, ꝙ non eſt iuſtum virum principari aliquibus ſimilibus & æqualibus ſm virtutem & naturalem diſpoſitionem: ſed iuſtum eſt eos viciſſim & ſm ordinem principari, & hoc eſt principari ſm legem: ergo iuſtum eſt principari ſm legem & operari: ergo cum lex ſit medium, palam eſt, ꝙ quærẽtes iuſtum quærunt medium. Deinde cum dicit.

Præterea validiores, & de validioribus rebus leges ſunt illæ, quæ ex moribus proueniunt, q̃ quæ ex literis. Quare ſi minus fallitur homo q̃ B hi qui ſm literas, non tamen q̃ hi qui ſecundum conſuetudinem.

Soluit rationem per interemptionem ſimilitudinis, & dicit, ꝙ ratio adhuc in alio deficit: non.n. eſt ſimile in artibus & in politiis, & hoc apparet, quia leges politiarum, quæ confirmatæ ſunt per conſuetudinem, quia homines ſm illam viuere aſſueti ſunt, ſunt ꝑncipaliores: & de principalioribus q̃ leges operatiuarum artium, quia leges politiarum ſunt de agibilibus in ordine ad finẽ politiæ, & de his per quæ perficitur anima: ſed leges artis, ſiue ea quę ſunt ſm artem ſunt de his per quæ corpus perficitur: ſicut medicina. Sicut ergo anima eſt melior, q̃ corpus & principalior: ſic leges quæ ſunt de his, per quę perficitur anima principaliores: & meliores ſunt q̃ illę, quæ ſunt de diſpoſitionibus & de cõferentibus ad corpus. Quare manifeſtum eſt, ꝙ quamuis homo ſm artem iudicet ſecure, & cum certitudine: tamen non certius per leges, quæ ſunt ſm conſuetudinem, non ſm artem, cum iſtæ C ſint principaliores. Deinde cum dicit.

Atqui nec facile eſt vnum diſcernere, opus erit ergo vt plures ſint ſub eo iudicantes. itaq; quid refert, hoc ſtatim ab initio prouidere, vel expectare, vt ipſe vnus aliis iſta committat?

Ponit ſecundam rationem ad principale, ſ. ad probandum ꝙ non eſt naturale vnum dominari pluribus ſimilibus ſm virtutem: & dicit, ꝙ adhuc manifeſtum eſt, ꝙ non expedit vnum principari ſimilibus ſm virtutem, ſed magis plures, quia principantem oportet ad multa inſpicere, ſed vnus non poteſt bene inſpicere. Quare manifeſtum eſt, ꝙ oportet ꝙ ſint alĳ multi principantes ſub ipſo: ergo ſi a principio fuiſſent multi principantes non videretur in aliquo differre, ſed melius fuiſſet ordinatum q̃ ſint multi ſub ipſo ſi ergo vnus non poteſt principari niſi habeat ſub ſe aliquos principantes: vbi autem om- D nes ſunt ſimiles & æquales ſecundum virtutem nullus naturaliter ſub alio eſt: manifeſtum eſt ꝙ non eſt naturale vnum principari ſimilibus & æqualibus ſecundum virtutem. Deinde cum dicit.

Inſuper quod prius dicebatur, ſiquidem vir ſtudioſus, quoniam melior ſit, præeſſe debet, vno autem duo boni meliores ſunt. Hoc enim eſt, quod Homerus ait. Duo ſimul euntes. Et optatio Agamemnonis. Vtinã tales mihi decem conſultores adeſſent.

Ponit tertiam rationem, & primo ponit eam. Secundo regreditur ad ſoluendum rationem prius adductam ad probandum, ꝙ melius ſit bonum virum principari q̃ bonam legem. ibi. {Sunt autem &c.} In prima dicit, ꝙ ex hoc, ꝙ prius dictum eſt, manifeſtum eſt, ꝙ non eſt natu-

rale vnum dominari pluribus ſed plures, quia ſm ꝙ dictum eſt virtuoſis principari debet, quia melior eſt: cum ergo duo ſint meliores vno, in ſimilibus manifeſtum ꝙ melius eſt plures dominari q̃ vnum. & hoc eſt quod dicit Homerus, Duo ſimul euntes. Non plus ponit, ſed ſupplẽdum eſt, ꝙ ſocietas erit melior, quia vnus iuuabit alium. & hoc eſt quod Agamemnon petiit in oratione ſua, ꝙ haberet tales conſultores, ꝙ non eſſet iuſtũ ipſum eis principari, ſed ꝙ illi eſſent cõprincipantes cum illo. Manifeſtum igitur eſt, ꝙ melius eſt plures principari q̃ vnum: non eſt ergo ſm naturam, ꝙ vnus principetur pluribus ſimilibus ſm virtutem. Deinde cum dicit.

Sunt autem etiam nũc magiſtratus cum poteſtate iudicandi de quibuſdam, ceu iudex de quibus lex prouidere non põt: nam de quibus lex determinare põt, nemo dubitaret: ſed cum quædam cõprehendi legibus poſſint, quædam non poſſint: & hæc ſint illa, q̃ dubitationem & q̃õnem faciunt: vtrum melius ſit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari: nam q̃ in conſultationem veniunt de eiſdem ferri legem impoſſibile eſt. Non igitur hoc aiũt, ꝙ neceſſariũ ſit hoiem in hmõi rebus iudicare: ſed ꝙ non vnum ſolum, ſed plures. Iudicat.n. vnuſquiſq; in magiſtratu bene, ſi ſit eruditus primo à lege.

Regreditur ad diſſoluẽdum rationem prius adductam ad probandum, ꝙ melius eſt principari bonum virum q̃ legem, & dicit, ꝙ in actionibus politicis ſunt quædam q̃ oportet dimitti iudicio ꝑncipantis, ſicut ſunt illa de quibus lex non poteſt determinare: in illis aũt de quibus poteſt lex determinare, manifeſtum eſt, ꝙ nullus dubitat: vtrum bene ordinata ſit, nec intromittet ſe aliquis ad iudicandum de ipſis tanq̃ lex non bene ordinauerit, ꝓpter quod in iſtis melius eſt legem principari cum lex ſit ſine paſſionibus, per quas peruertitur appetitus, per conſequens iudicium rõnis q̃ principem. Sed quia lex datur in vl'i, aliqua poſſunt comprehendi per legem: alia verò comprehendi eſt impoſſibile. Ex iſtis oritur dubitatio, vtrum melius eſt principari optimam legem vel optimũ virum. Illa verò de quibus principes conſiliantur non poſſunt eſſe ordinata per legem, qm̃ ſi eſſent non inquirerent de iſtis per conſilium: & ideo in talibus iudicabit princeps: in aliis verò de quibus determinauit lex non iudicabit. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ iſta non contradicunt legem principari in vl'i, & principem in particulari: nõ enim recte poteſt dici ꝙ non ſit expediens hominem bonum iudicare de talibus per legem nõ determinatis. Sed dici poteſt ꝙ nõ expedit vnum ſolum, ſed magis plures: tunc.n. plures iudicabunt optime, maxime ſi ſint inſtructi ſm legem. Deinde cum dicit.

Forſan verò abſurdum videri poſſet, ſi melius cernat duobus oculis, & duabus auribus audiat, & duobus pedibus, duabuſq; manibus agat, q̃ plures pluribus: cum & nunc q̃dẽ reges & tyrãni oculos plures ſibi cõparent, & aures, & manus, & pedes, præficiendo amicos, & curationem rerum eis cõmittendo: q nisi ſint amici, non faciunt ſm illorum intẽtionem. ſi verò ſint amici, & ſtatus illorũ, & perſonarum, amicus aũt par & ſimilis. Quare ſi eos cenſet p̃ficiẽdos, certe pares ac ſimiles gubernationi preeſſe cẽſet oportere. Quæ igit̃ contendentes cõtra regiam gubernationem aiunt, fere iſta ſunt.

E Ponit quartam rationem, & dicit, ꝙ inconueniens eſt dicere, ꝙ vnus duobus oculis & duabus auribus melius percipiat q̃ multi multis auribus & multis oculis. Et inconueniens eſt dicere, ꝙ vnus melius operetur duabus manibus & duobus pedibus q̃ multi multis pedibus & multis manibus. Siſr inconueniens eſt, ꝙ vnus melius iudicet ꝑ ſuam prudentiam q̃ multi: & iõ videmus ꝙ ꝑncipes faciũt ſibi multos oculos, & multas manus & pedes, quia faciunt ſibi multos cõprincipantes: hos.n. vocat pedes & manus & oculos, quia ꝑ hos diſcernit & operatur. Faciunt aũt comprincipes illos, qui ſunt amici ſui & ꝑncipatus, q̃a ſi non eſſent amici vtriuſque, ſed alterius ſicut principatus non curarent de bono principis ſed ꝑncipatus. Iterum ſi non diligerẽt ꝑncipatum, ſed ꝑncipem, non curarent de bono ꝑncipatus. Oportet aũt cõprincipantes curare de bono principis & ꝑncipatus: & iõ faciunt cõprincipantes amicos ſui & principatus, q̃a amici non faciunt niſi ꝙ rectum eſt & honeſtũ: & ſi ſint amici principis & principatus, ꝓcurant bonum vtriuſque, mõ ita eſt ꝙ amicos oportet eſſe ſiſes. Quare ſi iſtos oportet eſſe cõprincipantes illi, manifeſtũ eſt, ꝙ ſiſes & æquales ſm virtutem oportet ſiſr principari. Non igitur nãle eſt vnum ſm ſuam voluntatem ꝑncipari aliquibus ſiſib⁹ & æqualibus ei ſm virtutem. Et adiungit recapitulando dicens, ꝙ iſta ſunt q̃ faciunt dubitare de regno. Et eſt intelligẽdum circa id quod dictum eſt, ꝙ aſſumit ꝑncipes ſibi cõprincipantes amicos ſui & principatus ꝙ rõ principis ſumitur à rõne principatus: & iõ bonum ꝑncipis eſt in ordine ad ꝑncipatus bonum: & iõ qui diligit principem ſm ꝙ princeps eſt diligit principatum: ſed ille q principatur, duobus modis poteſt conſiderari, vel ſm ꝙ princeps, vel ſm ꝙ homo talis: & iõ poteſt aliquis diligere ipſum, vel ſm ꝙ princeps, vel ſm ꝙ talis homo. Si diligat ipſum ſm ꝙ princeps diligit principatum, & ꝓcurando bona vnius, procurat bona alterius. Si diligat ipſum ſm ꝙ talis vel talis, non oportet ꝙ diligat principatum: & tunc procurat ſm ꝙ talis vel talis, non procurando de bono principatus.

LECTIO XVI.

Declarat quibus ciuitatibus regem creare conueniat, & quibus optimatum adminiſtrationem.

SEd hæc forſan in quibuſdam ita ſe habent, in quibuſdam autem non ita. Eſt.n. quoddam natura dominabile, aliud regibile, aliud populare, & iuſtum, & vtile. Tyrãnicum verò non eſt ſm naturam, nec vlla aliarum gubernationum, quæ rectam trãſgrediuntur formam: hæc enim fiunt præter naturam.

Poſtq̃ Philoſophus poſuit rationes ad oſtendendum, ꝙ nõ eſt naturale vnum principari pluribus ſm virtutẽ: in parte iſta determinat veritatem, & diuiditur in duas. H In prima proponit intentionem ſuã cum quadam diſtinctione. In ſecunda manifeſtat eam. ibi. {Sed ex his &c.} In prima dicit, ita dictum eſt, ꝙ nõ expedit vnum dominari multis ſiſibus: ſed forte in aliquibus expedit, in aliquibus aũt non expedit. Vnde eſt intelligẽdum, ꝙ aliq̃d eſt iuſtum & conferens ſm nãm in ordine ad dñatiuam, aliud eſt iuſtum & cõferens in ordine ad politiam: & manifeſtum eſt ꝙ iſta nõ ſunt vnum & idem, & hoc apparet q̃a principatus dñatiuus eſt, in quo aliq̃s principatur alteri q natus eſt ſubiici, ſicut eſt ſeruus, & principatur primo & principaſr ad bonum proprium. Principatus aũt politicus eſt in quo principatur aliq̃s liberis & æqualib⁹ ſm virtutem & ad bonum ſubditorum. Sicut ergo principatus iſti ſunt diuerſi, ſic iuſtum quod eſt in ordine ad vnum, non eſt idẽ ꝙ iuſtũ in ordine ad alium principatũ & ideo manifeſtum eſt, ꝙ nõ ſunt idem iuſtum dominatiuum & iuſtum politicum. In tyrãnide autem & in aliis tranſ-

trãgreſſis non eſt iuſtum ſimplr, quia in illis politiis in quibus eſt finis præter naturam, non eſt iuſtum ſimpl'r: ſed in trãſgreſſis politiis eſt finis præter naturam. ſunt.n. huiuſmodi politiæ præter naturam, ergo in ipſis non eſt iuſtum ſimpliciter vel ſm naturam. Deinde cum dicit.

Sed ex his quæ dicta ſunt, patet: ꝙ in ſilibus & paribus, nec vtile eſt, neqȝ iuſtum, vt vnus ſit dñs omnium, neqȝ ſi non ſint leges: ſed tanq̃ ipſe ſit lex, atqȝ ſi ſint leges, neqȝ bonus, bonorum, neqȝ non bonorum, nõ bonus, neqȝ ſi ſm virtutem ſit melior, niſi per quẽdam modum.

Declarat ſolutionem in ſpeciali, & primo declarat ꝙ in ſimilibus ſm naturam & æqualiter ſe habentibus ad virtutem nõ eſt iuſtum eſſe vnum dñm, niſi aliquo mõ. Secundo declarat qs eſt ille modus. ibi. {Quis aũt.} in prima dicit, quod patet ex dictis ꝙ non eſt ſm naturam, nec expedit, nec iuſtum eſt, vnum ꝑncipari ſimilibus & æqualibus ſm virtutẽ, ſiue non ꝑncipetur ſm legem, ſed ſm voluntatem ſuã, tanq̃ ſit ipſe lex, ſiue non ꝑncipetur ſm ſuam ꝓpriam voluntatẽ, ſed ſm legem, ſiue etiã princeps ſit bonus & ſubditi boni, ſiue ipſe ſit malus, & ipſi mali, ſiue ſit melior & excellentior oĩbus aliis in virtute, niſi aliquo mõ, appatet aũt hoc ex dictis. Sicut.n. dictum eſt, iuſtum eſt quod ſimilibus ſm virtutem ſit eadẽ dignitas: ſi aũt ſimilibus ſm virtutem vnus ꝑociparetur non eſſet eis eadem dignitas. Iterum dictum eſt prius ꝙ plures plura poſſunt videre, & rectius iudicant q̃ vnus ex iſtis: maniſeſtum eſt, ꝙ nõ eſt iuſtum ſimilibus exñibus ſm virtutem vnum ex illis principari. Deinde cũ di.

Quis autem iſte ſit modus dicendum eſt, diximus verò aliqualiter & ante: ſed primo determinãdum eſt quid congruat regi, quid optimatibus, quid reipublicæ.

Declarat quis eſt modus ille quo expedit vnum principari pluribus, & primo præmittit intentum ſuum. Secundo proſequitur. ibi. {Regibus &c.} In prima dicit ꝙ dicendum eſt quis eſt modus ille quo expedit vnum principari pluribus & qualr. Aliqualiter aũt dictum eſt prius quis eſt modus ille, ſ. vbi quæſiuit. Vtrum excedẽs omnes alios in virtute eſſet ciuis. Sed antequã dicamus quis eſt modus ille, dicendum eſt quid ſit regius ſtatus & optimatum & politicus. Et ratio huius eſt, quia iſta ſunt obiecta politiarum, & ex ratione iſtorum aliqualiter apparebit propoſitum. Deinde cum dicit.

Regibus congruit huiuſmodi multitudo, q̃ natura apta ſit ferre genus præſtans virtute ad principatum ciuilem: optimatibus verò congruens eſt multitudo liberorum q̃ nata ſit ad ferendum gubernationem eorum qui ſunt ſm virtutem primarij. Ad ciuilem gubernationẽ autem reip. congruit ea multitudo, in qua populus innaſcitur bellicus, qui gubernari poſſit & gubernare ſm leges & æquitatẽ, impartiens tenuioribus honores & magiſtratus.

Proſequitur & primo declarat quid eſt vnumquodqȝ iſtorum. Secundo declarat modum illum. ibi. {Qñ igitur &c.} In ꝑma dicit ꝙ regius ſtatus eſt cui ſubiicitẽ multitudo q̃ nata eſt ſubiici ſm inclinationem nãlem alicui ſupexcellenti in virtute ad ꝑncipatum politicũ vel regalem. Status verò optimatum eſt cui ſubiicitẽ multitudu q̃ nata eſt ſuſtinere dñium multitudinis ſtudioſorum, q̃. ſ. multitudo ſtudioſorum nata eſt regi principatu optimatum & liberorum ab his q principantur ſm virtutem in ordine ad politicũ principatũ: Politicus aũt eſt multitudo q̃ nata eſt ſubiici & principari qñqȝ ſm legem, ſm quã

A diſtribuitur principatus vel dignitates tenuioribus, aliq textus legunt opulentis, & iõ intelligendum eſt opulẽtis vel egenis vtriſqȝ tñ virtuoſis. Deinde cum dicit.

Qñ igitur aut totum genus, aut inter alios vnum aliquem ita ꝑcellere contingat, vt vnius ipſius virtus maior ſit aliorum oium virtute: tũc iuſtum eſt hoc eſſe regium genus, & oium dominari, & hunc vnum eſſe regem. Vt.n. dictum eſt prius, nõ ſolum id habet iuſtitiam quã præferre ſolent rerũp. inſtitutores, & qui optimatum, & q paucorum potentiam, & q popularem: oẽs.n. ſm excellentiam tribuunt, ſed excellentiam non eandem: ſed ſm prius dictam, neqȝ interficere, neqȝ in exilium agere, neqȝ rele-
B gare hunc poſſe decet, neqȝ dignari, vt ꝑ vices gubernet: non.n. natura fit, vt pars ſuperet totum, habenti verò tantam excellẽtiam hoc accidit. Reſtat ergo vt huic ſuadenti pareatẽ, & poteſtatem eum habere non ꝑ vices, ſed ſimplr.

Declarat quis eſt ille modus, ſm quem expedit vnum principari pluribus & qualiter, & primo facit hoc. Scđo recapitulat. ibi. {De regia &c.} In prima dicit, ꝙ ſi contingat vnum totũ genus vel vnum inter alios ſic differre in genere ab aliis ſm virtutẽ, vt virtus eius excedat virtutem oĩum aliorum, iuſtum eſt hoc genus eſſe regale, vel illum ſi ſit vnus & regnum & dñium eſſe vnum omnium: hoc.n. eſt ſm oam ꝙ ille qui excedit ſm virtutem ſit dñs aliorum. Ergo ſi virtus alicuius excedat virtutẽ aliorũ, naturale eſt ꝙ iſte ſit rex & dñs, nec ſolum ꝑꝑ hoc iuſtũ eſt illum eſſe regem, qa excedit abſolute ſicut eſt prius dictum, ꝙ oẽs illi qui inſtituerunt politias, dixerũt ꝙ iuſtũ
C eſt principari illum q excedit, ſicut & q optimatum & q paucorum potẽtum, & q popularem ſtatum inſtituerunt: oẽs.n. conſiderantes ad exceſſum, dixerunt illum q excedit debere principari, quãuis non eundem exceſſum ponerẽt: ſed quidam ſm virtutem, quidam ſm diuitias, alij ſm libertatem: ſed expedit iſtum principari q excedit alios ſm virtutẽ, nec expedit interimere, vel relegare, vel fugare: hoc.n. eſſet tollere regulam viuẽdi à ciuitate, vel regione. Iterum nõ expedit iſtũ principari ſm partẽ, ſed oĩbus, nec ſm aliquod tempus, ſed ſemꝑ: qa pars nõ eſt nata excedere ſuũ totũ, ſed iſte in virtute excedit oẽs alios: ergo alij ſunt pars reſpectu iſtius, ergo nõ ſunt nati excedere ipſum, ſed ſemꝑ excedens magis ſm virtutẽ debet principari. Quare relinquitur iſtũ debere principari oĩbus & ſemper & dñm eſſe, & oẽs illi tali obedire, quaſi ex inclinatione naturali. Sed eſt intelligẽdum, ꝙ quãuis multi conueniãt in virtute & diſciplina: oportet tñ qñqȝ vnũ principari principatu regali: eſt.n. aliqua multitu-
D do virtuoſorũ, & hæc dignitatem habet: & dr̃ multitudo politica, alia eſt q̃ deficit à rõne multum: & hæc dicitur dñatiua: vtrãqȝ expedit regi principatu regali, primam inquantũ eſt vnus q excedit oẽs alios in virtute: aliam aũt expedit regi vno inquantum eſt aliqs q excedit oẽs alios in virtute: ſed differt, qa in prima principatus politicus multum diſtat à dñatiuo principatu: in ſecũda aũt multum appropinquat, qa multitudo iſta à rõne deficit: prima aũt non. Item differt, qa ſm regnum diuturnius eſt q̃ primũ: qa ad ſcđm minus de virtute ſufficit q̃ ad primum: & iõ facilius põt inueniri vnus qui excedat alios, in primo nõ. In prima.n. multitudine, quia oẽs attingũt ad rõnem, contingit eſſe aliquos q poſſunt inuenire diuerſas vias & modos ad expellendũ principẽ, non ſic eſt in ſecũda, quia in ſcđa deficiunt à rõne: & iõ nõ poſſunt inuenire vias & cautelas contra principantem: & iõ ſecundus principatus plus durat q̃ primus. Deinde cũ d.

De regia igitur gubernatione, & quas drias habeat: & virum vtile ſit ciuitatibus vel non, & qbus & qũo in hunc modũ determinatũ ſit.

Recapitulat, & dicit, ꝙ de monarchia regali quas habet differentias & modos & quæ ſunt: & vtrum non expediat vnum principari, & quibus nõ expediat, & quibus expediat, & qũo dictum eſt. Deinde cum dicit.

Cum verò tres dixerimus eſſe rectas gubernandi ſpẽs: harum verò neceſſarium ſit eam eſſe optimam q̃ ab optimis gubernei: talis aũt eſt in qua cõiungit aut vnũ aliquem oĩum, aut genus totum, aut multitudinem virtute p̃ſtantem gubernare eos, q̧ gubernari valeant, ad eam vitã, quæ ſit maxime expetenda: & in primis libris oſtenſum ſit neceſſarium eſſe, vt ſit eadẽ virtus boni viri, & ciuis optimę ciuitatis: patet ꝙ eodem mõ, & ꝑ eadem fit vir bonus: & ciuitatem ſtatueret quis ab optimis gubernari, vel à rege.

Declarat ꝙ eadem eſt virtus optimi regis & viri ſtudioſi, & adiungit etiam ſtatum optimatum: & ꝑmo hoc declarat. Secundo continuat ſe ad dicenda. ibi. {His determinatis.} prima in duas. Primo oſtendit ꝙ eadem eſt virtus per quã aliquis inſtituit remp. optimatũ & regnũ optimum & viri ſtudioſi. Secundo ex dictis infert vnam eſſe diſciplinam, & ꝑ conſequẽs vnam virtutẽ regis optimi & politici & optimi viri. ibi. {Itaq; eadem &c.} in prima dicit ꝙ cum ſint tres politiæ recte ordinatæ ſm ꝙ dictum eſt prius illa inter alias optima eſt q̃ regitur & diſpẽſatur ab optimo viro vel ab optimis viris· q̃a ad optimum finem ordinaĩ: ſemper. n. quod fit ab optimo agẽte ad optimum finem ordinatur ꝑ ſe. Illa igitur q̃ ab optimo viro vel optimis viris diſpenſatur optima eſt. Talis autem eſt politia illa, in qua ꝑncipatur vnus vel totum vnum genus, vel in qua multitudo excellẽs ſm virtutem principatur, in qua quidam poſſunt ſubiici & ꝑncipari ad electiſſimam & perfectiſſimam vitam, ſ. q̃ eſt ſm virtutem perfectiſſimam: oſtenſum aũt fuit ꝙ aliquo modo eadem eſt virtus optimi viri & optimi ciuis: quare manifeſtum eſt, ꝙ eodem mõ & per eandem virtutem per quã aliquis eſt vir ſtudioſus, inſtituit has politias, ſ. regnum & optimatum ſtatum. Deinde cum dicit.

Itaq; eadẽ fere diſciplina & iidẽ mores faciẽt ſtudioſum virũ, qui faciunt ciuilem & regium.

Ex dictis infert vnam eſſe diſciplinã, & ꝑ conſequens virtutem vnã regis optimi & politici & optimi viri: & dicit ꝙ ſi eadem eſt virtus ꝑ quã inſtituit politia optimi viri, & viri ſtudioſi, manifeſtum eſt ꝙ eadem erit diſciplina & eædem conſuetudines q̃ faciunt virũ ſtudioſum, & q̃ faciunt ciuem politicum & regales viros: ratio aũt huius conſequentię eſt: quia ꝑ illam virtutem ꝑ quã aliqua cã per ſe & primo inſtituit aliquem effectum, per eãdem eſt & determinatur, per idem. n. eſt aliquid & operatur. Sed per virtutẽ boni & ſtudioſi viri inſtituit rex politiã regalem, & inſtitutor ſtatus optimatũ, ſtatum optimatũ vt ꝓbatum eſt prius. Ergo ꝑ eãdem ſunt, hic aũt eſt rex, hic aũt eſt inſtitutor ſtatus optimatũ. Deinde cum di.

His determinatis conãdum iam erit de optima repub. dicere: quemadmodum fiat, & quomodo conſtituatur: nam neceſſe eſt de illa conuenientem conſiderationem facere.

Continuat ſe ad dicenda, & dicit, ꝙ his determinatis conſiderandum eſt qualiter & qũo ſit inſtituẽda optima reſp. & qũo neceſſe eſt eum q̧ debet de ea facere ſpeculationem conuenientem prius in vl̃i de ea conſiderare.

POLITICORVM ARISTOTELIS LIBER QVARTVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Cum Regum, optimatium, & populi rectam adminiſtrationem & earum vitia in tertio propoſuiſſet, in hoc quarto ſingulas in ſua membra digerit, vt optimam omniũ rempub. doceat: tria deinde ciuitatibus omnibus neceſſaria, perpendit, conſilia, magiſtratus, & iudicia.

LECTIO PRIMA.

F Quòd ad virum politicum pertineat ſcire quæ ſit reſp. prorſus optima, quæve ſecunda ab ea, & cum multæ ſint ſpecies rerumpub. omnes omnibus non conuenire: deinde cõmemorat quid dixerit, quidve dicendum ſit, proponit.

IN cunctis artibus & ſciẽtiis quæ nõ circa partem, ſed circa genus aliquod perfecte exiſtunt: vnius eſt conſiderare, quid cuiq; cõueniat generi, ceu exercitatio corporis qualis quali cõueniat, & quæ ſit optima. Optime. n. natura diſpoſito, & optime aſſuẽti, optimam conuenire neceſſarium eſt, & q̃ plurimis vna omnibus. Etenim hoc gymnaſticæ eſt. Præterea verò ſi quis non exactam illam cupiat habitudinem, & ſciẽtiam circa certamina: G nihilo minus magiſtri Gymnaſiorum eſt hanc potentiam præparare. Eodemq; modo in medicina, & in fabricatione nauium, & veſtium, & in omni alio artificio videmus contingere.

POſtquã Philoſophus determinauit de Politia optima, puta de regno, & diſtinxit eius modos, & diſſoluit quaſdã dubitationes ex quibus apparet natura ipſius, ſ. monarchię, i. poteſtatis regalis: proſequitur de aliis politiis. Et diuiditur in duas. In prima oſtendit de quibus & quo ordine, conſiderandum eſt, in hac ſcientia, & quæ ſunt conſiderata, & quæ reſtant conſideranda. Secundo proſequitur de illis. ibi. {Vt igitur &c.} Prima in tres. In prima oſtẽdit quæ ſunt conſideranda in hac ſcientia. Secundo oſtendit quæ ſunt conſiderata & quæ reſtant conſiderãda. ibi. {Cum verò &c.} In tertia oſtendit quo ordine conſideH rãdum eſt. ibi. {Eſt à nobis &c.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit, ꝙ iſtius ſcientię eſt conſiderare de politia optima, quæ, & qualis ſit, & quibus, & qualibus congruit. Secundo oſtendit quæ ſunt illa vniuerſaliter, quæ pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ. ibi. {Itaq; & ea quę &c.} In prima intendit iſtam rõnem, in omnibus artibus factiuis & in omnibus ſcientiis actiuis, q̃ non verſantur circa aliquam naturam particularem: ſed circa aliquod vnum cõmune, & quæ perfecte conſiderant aliquod vnum cõmune: vnius eſt cõſiderare qualis diſpoſitio conuenit vnicuiq; illorum, quę ſunt ſub illo cõmuni, & qualis eſt optima quæ competit illi cõmuni: & primo, ſed politica eſt ſcientia actiua conſideratiua alicuius vnius cõmunis, non particularis, & perfecte conſiderat illud: quare ipſius eſt conſiderare quæ politia eſt optima, & q̃ politia quibus conuenit. Circa iſtam rationem ſic procedit. Suppoſita minore, primo ꝓbat maiorem,

rem, & eam ponit. Secundo concludit cõcluſionem. ibi. {Quare manifeſtum &c.} Circa primum intelligẽdum eſt, ꝙ ſcientiæ oẽs aliquod ſubiectum conſiderant. Sed in quibuſdam contingit eſſe illud vniuocum: in aliis autem non vniuocum, ſed analogum dictum de pluribus p attributionem ad aliquod prius inter illa. Et ſicut eſt in ſpeculatiuis: ſic etiam eſt in actiuis & factiuis, q̃ ſunt quædã ſcientiæ actiuæ & factiuæ conſiderantes aliquod vnum dictum de pluribus per attributionem ad aliquod primum. Et in talibus proponit ꝓpõnem ſuam maiorem. Et dicit ꝙ in omnibus artibus factiuis & ſciẽtiis actiuis, q̃ non conſiderant particulare aliquod: ſed conſiderant aliquod vnum cõe pluribus ſm analogiam perfecte conſiderantibus, illud cõmune vnius eſt conſiderare, quæ & qualis eſt diſpoſitio vniuſcuiuſq; illorum habentium attributionem ad primum, & qualis eſt optima diſpoſitio quæ competit illi primo, ad quod alia habẽt attributionem. Et declarat iſtam propoſitionem, quia ars exercitatiua conſiderat quæ & qualis exercitatio, cui & quali corpori conueniat. Conſiderat etiam quæ eſt exercitatio optima, quæ optime diſpoſito corpori cõuenit. Optima enim exercitatio conuenit ei qui eſt optime diſpoſitus & proportionatus ſm naturam: & illa exercitatio, quæ cõpetit pluribus habentibus attributionẽ ad aliquod vnũ, illa vna omnibus competit ſm attributionem. Iſta. n. eſt conſideratio exercitatiuæ artis. Et ſi aliquis obiiciat ꝙ exercitatiua non debet conſiderare diſpoſitionem illam optimam, quia nullus attingit ad eam. Hoc remouens dicit, ꝙ ſi aliquis non deſideret diſpoſitionem optimã, vel quę ſibi poſſibilis eſt, nec ſcientiam, vel habitum eorum, q̃ circa exercitationem illam ſunt, tñ ars exercitatiua de iſtis debet conſiderare. Iterum ars exercitatiua debet diſponere potentiam exercitati ad hãc, ſimiliter medicina conſiderat ſanitatem, & quæ, & qualis, cui & quali corpori conueniat. Conſiderat etiam diſpoſitiones corporum, puta complexiones, & quæ complexio optima, & quæ ſanitas optime complexionato congruit. Similiter eſt circa artem faciendi veſtes & circa omnes alias artes: & ratio huius eſt, quoniam ſi aliqua ſcientia conſiderat aliquam naturam, conſiderat paſſiones illius: conſiderat etiam omnia, quę attributionem habẽt ad illam naturã. Iterum paſſiones illorum attributorum, ſed paſſio primi in ſcientia eſt diſpoſitio eius optima. Paſſiones eorum q̃ attribuuntur ſunt quales illis congruũt: & ideo eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare, & optimam diſpoſitionem, & quæ quali congruit. Deinde cum dicit.

Quare manifeſtum eſt, ꝙ eiuſdem eſt ſcientiæ videre quæ optima reſp. & qualis maxime ad votum foret, nullo externorum eam impediente, & quæ quibus conueniat. Nam plures optimam aſſequi, forſan impoſſibile eſt.

Concludit concluſionem. Et dicit ꝙ ex iſtis manifeſtum eſt, ꝙ ſcientiæ eiuſdem. ſ. politicæ eſt conſiderare quæ eſt optima politia. Hæc autem eſt quæ maxime deſideratur, & eſt ſm voluntatem, ſi non ſit impedimentum per aliquod extrinſecum. Contingit enim per aliquod impediens ꝙ aliquis non appetit optimam politiam. Iterum politica ſcientia conſiderat quæ politia quibus conuenit. Sunt enim multi qui nõ poſſunt attingere ad optimam quæ illis competat, ſed ad illam quæ illis congruit. Deinde cum dicit.

Itaque & ea quæ ſit ſimpliciter optima, & ea quæ quantum fieri poteſt optima, latere non debet legis conditorem, ac vere ciuilem hominem. Ac præterea tertia quæ ſit ex ſuppoſitione. Nam oportet datã quoq; conſiderare poſſe, quemadmodum ab initio conſtituatur, & con-

A ſtituta conſeruetur ꝗ plurimo tempore. Dico autem, ceu ſi cui ciuitati contigerit neq; optimam gubernationem habere, neq; neceſſaria illi adeſſe, neq; illis ipſis quæ aſſint recte vti, ſed aliis deterioribus. Præter hæc autem omnia eã gubernationem quæ omnibus maxime congruat ciuitatibus noſſe oportet.

Oſtendit quæ pertinent ad conſiderationem vniuerſaliter huius ſcientiæ. Et primo oſtendit de quibus conſiderat per ſe & primo. Secundo oſtendit de quibus ex conſequenti, puta de differentiis legum & politiarũ. ibi. {Quapropter &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda tangit defectus quorũdam circa prædicta. ibi. {Vt tradunt &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt ex dictis ꝙ politicus conſiderat politiam ſimpliciter. Sicut enim dictum eſt conſiderans aliquam na-

B turam, conſiderat quæ eſt optima diſpoſitio eius: & ideo conſiderans politiam conſiderat eam quę eſt optima: ſed politicus de politia conſiderat: quare manifeſtum eſt ꝙ politicus & legiſlator conſiderant de optima politia. Iterum ad ipſum pertinet cõſiderare quæ eſt politia optima ex ſuppoſitione. Si enim in ciuitate aliqua ſint plures virtuoſi excedentes alios in virtute, & populus inclinet. ad virtutem, his ſuppoſitis optima politia reguntur iſti. Iterum ad politicum pertinet conſiderare politiam: quę eſt ex ſuppoſitione, non ex ſuppoſitione ſimpliciter: ſed ex ſuppoſitione alicuius, quod non eſt bonum ſimpſr. Si enim iſta ſit politia, oportet conſiderare in principio qualiter poterit fieri & qualiter poterit cõſeruari in multo tẽpore. Si. n. aliqua ciuitas non regeretur optima politia ſimpliciter, nec etiam ſufficienti in per ſe neceſſariis, nec etiam optima ex ſuppoſitione quæ ei contingere poteſt: ſed quadam alia politia peiori iſta ex ſuppoſitione nõ ſimpliciter, ſed alicuius quod non eſt ſimpſr bonum.

C Item præter omnia iſta conſiderat politicus quæ politia, cui ciuitati congruit. Deinde cum dicit.

Vt tradunt plurimi eorum qui de repu. tractant, & ſi de aliis recte dicunt, de vtilibus certe aberrant: non ſolum enim optimam rẽp. conſiderare oportet: ſed etiam illam, q̃ in vſum cadere poſſit, & quæ ſit facilior, & cõior omnibꝰ. Nunc aũt alij ſupremam quærunt ſolum, multis ſane adminiculis indigentẽ: alij magis cõem aliquam tradentes, tollenteſq; eas quæ in vſu ſunt, Laconicã, vel aliam quandam cõmendãt.

Tangit defectum quorũdam circa prædicta. Et diuiditur in duas, ſm ꝙ dupliciter eos reprobat. Secũda ibi. {At enim &c.} In prima dicit, dictum eſt, ꝙ politicus debet conſiderare politiam optimam ſimpliciter, & ex

D ſuppoſitione quæ pluribus ciuitatibus congruit. Sicut medicus non ſolum conſiderat ſanitatem ſimpliciter, ſed ſanitatem quæ competit iſti: in hoc autem multi loquẽtium de politia defecerunt. Et ſi in aliquibus dicant bene, tñ in politiis quæ non ſunt optimæ: opportune tñ aliquibus ciuitatibus, defecerunt: quia politicus nõ ſolum habet conſiderare politiam ſimpſr optimam: ſed ex ſuppoſitione, & quæ cuiq; congruit & quæ poſſibilis eſt. Similiter debet politicus conſiderare politiam faciliorẽ & cõmuniorem omnibus. Iſti autem ſolum de optima politia determinauerũt, quæ multis indiget, ad quã pauci pertingere poſſunt. Et ideo ſolum de illa quæ vix, aut nunquam eſſe poteſt, conſiderauerunt. Alij conſiderauerunt politiam magis cõem, & nihil de optima dixerunt. Unde reprobabant quaſdam politias, ſicut politias Laconicorũ: & ſiqua alia eſt q̃ approbanda eſt, & quã laudamus, Et iõ manifeſtũ eſt, ꝙ errauerũt. Deinde cũ di.

At.n.oportet talem inſtitutionem reip. inducere vt velint ac poſſint homines ex his quę ſibi aſſunt faciliter eam recipere. Nam eſt non minus difficile corrigere remp.iam inſtitutã, q̃ ab initio inſtituere: quemadmodum & poſt diſcere, q̃ ab initio didiciſſe.

Secundo improbat illos, reprobat autem eos in hoc, ꝙ voluerunt alias politias corrigere, in quo errauerũt. Et dicit, ꝙ volentem corrigere aliquam politiam, oportet talẽ modum & ordinem inuenire ad quem poſſunt ciues ſuaderi & proſequi faciliter. Non.n.minus difficile videtur corrigere politiam aliquam q̃ inſtituere eã à principio, ſicut non videt minus eſſe difficile addiſcere, poſtq̃ aliqs oblitus eſt, & à principio: ſic aũt iſti non fecerunt, oportebat autem. Oportet.n.qui vult corrigere aliquam politiam, prius amouere inordinationes quæ ſunt in illa politia: & deinde inducere nouum ordinem. Sicut ſi aliquis vult calefacere frigidũ: oportet, ꝙ prius natura abiiciat formam frigiditatis, & poſtmodum inducat formam caliditatis, ſic in propoſito. Non ſic autem fecerunt iſti: & ideo errauerunt in corrigendo: Deinde cum dicit.

Quapropter non ſolum his, quæ libris ſcriptæ ſunt reſp. verũetiam illis q̃ reuera exiſtunt, auxiliari poſſe, oportet ciuilem hominem, vt diximus. Hoc autem facere non poteſt, ſi ignoret quot ſint ſpecies earum. Nam nunc quidã putant vnam eſſe popularem, & vnam paucorum potentium, quod non eſt verũ. Itaq; oportet latere differentias omnium, & quot ſint, & quotupliciter componantur.

Declarat, ꝙ oportet politicum conſiderare quæ ſunt differentiæ politiarum. Et primo facit hoc. Secundo dicit, ꝙ ad ipſum pertinet conſiderare differentias legum, ibi. {Leges etiam ſimul &c.} In prima dicit, ꝙ pter ea q̃ dicta ſunt, oportet politicum conſiderare ꝑ quæ, & q̃uo, contingit auxiliari politiis exiſtentibus, cum fuerit error in illis, ſicut prætactum fuit in præcedentibus. Hoc autem non poteſt fieri niſi manifeſtum ſit, quæ ſint differentiæ & ſpecies politiarum, quia non eſt poſſibile aliquem auxiliari per ſe in eo, quod non nouit. Aliqui.n.dicunt popularem eſſe vnam tantum, ſiſr etiam & paucorum: nũc autem iſtud non eſt verum: ſunt.n.plures ſpecies vtriuſq; iſtarum. Oportet igitur politicum, ſi debeat auxiliari politiis exiſtentibus, & dirigere eas, conſiderare differẽtias ipſarum, quot ſunt, & qualiter etiam componantur ex principiis ſuis. Conſequenter cum dicit.

Leges etiã ſimul cum his cõſiderandę erunt quæ ſint optimæ, & q̃ conueniant vnicuiq; gubernationi. Sunt.n.leges omnes ad remp.accommodandæ: non autem reſp.ad legem. Eſt nãque reſpu. inſtitutio ciuitatis circa magiſtratus, honoreſq; publicos: quemadmodum debeant impertiri, & in quo poteſtas auctoritaſq; ſumma debeat conſiſtere, & q ſit finis cuiuſque ſocietatis. Leges autem earum variæ ſunt, per quas modus reip. gubernandæ ſignificatur, ſm quas debeant illi, qui ſunt in poteſtate imperare, & prohibere tranſgreſſores. Ex quo patet, ꝙ neceſſarium eſt differentias, & numerum tenere ſingularum rerũp. etiam ad legum poſitiones. Neque.n.fieri poteſt, vt eędem leges vtiles ſint paucorum potẽtiæ, ac popularibus omni- E bus, ſiquidem plures ſint, & non vna duntaxat popularis poteſtas, neq; vna paucorũ potẽtia.

Declarat, ꝙ oportet ipſum conſiderare de differentiis legum dicens, ꝙ cum conſideratione prædictorum oportet conſiderare de legibus: puta quæ ſint optimæ ſimpliciter, i. quæ ſint optimæ ſm vnamquãque politiam, & quæ, & quales vnicuique illarum conueniunt. Cuius ratio eſt, quoniam leges omnes feruntur, vel ferri debent, ſm ꝙ competit politiæ per ſe, & non econuerſo politias ordinare ſm, ꝙ competit legibus. Politia enim eſt ordo principatuum in ciuitate, ſm quem diſtribuuntur ipſi principatus ſm rationem: & ſm quem attenditur, quem oportet eſſe dominantem in ciuitate, & quis etiam ſit finis cõmunicationis ciuium. Iſta autem determinantur ꝑ leges. Leges enim ſeparatæ, ſeorſum acceptæ ſunt enunciationes de agibilibus ſignificantes prædictum ordinẽ, ſcilicet, ꝙ oportet eſſe differentias: & quis finis ciuitatis, F & qualiter, & quomodo oportet dominari, & qualiter oportet obſeruare tranſgredientes ipſas. Igitur manifeſtum, ꝙ neceſſe eſt politicum conſiderare leges & differentias & numerum ipſarum: & differentias, quæ ſunt ſm differentias & numerum politiarũ, quia non eſt poſſibile eaſdem leges conferre ſtatui populari, & paucorum: leges enim differunt ſm diuerſitatem finium ſtatus popularis, & paucorum nõ eſt idem finis, nec etiam eędem leges competunt omnibus modis ſtatui populari, ſimiſr nec omnibus modis ſtatui paucorũ. Si nos ſupponamus, ꝙ non ſit popularis vna tantum, nec paucorum vna tm̃, ſed multæ. Si enim ſunt multæ, aliqualiter diuerſos fines habent: leges verò diuerſificantur ſm diuerſitatem finium. Conſequenter cum dicit.

Cum verò in præcedentibus dictum ſit à nobis, tres eſſe rerũp. ſpecies, rectas, regnum, optimatum, & eam quæ appellatur reſp. Ac tres eaG rum tranſgreſſiones, & labes, cum regnum in tyrãnidem. optimorum autem gubernatio, in paucorum potentiam: reſp. autem, in popularem ſtatum labatur, & de optimatum gubernatione & regia ſit dictum. Nam de optima rep. conſiderare idem eſt, ac de illis dicere. Vult.n. vtraque illarum per virtutem cęteris opportunius concurrentibus conſiſtere. Et inſuper qd inter ſe differant, regia poteſtas, & optimorum gubernatio, & quando regia gubernatio putanda ſit determinauimus.

Declarat quę de prædictis conſiderata ſunt, & quę reſtant conſideranda. Et diuiditur in duas. Qm̃ primo declarat quæ ſunt conſiderata. Secundo cum dicit. {Reſtat nunc.} Declarat quæ reſtant conſideranda. Primo igiẽ H dicit ꝙ in præcedenti methodo diſtinximus politias in rectas & tranſgreſſas. Rectas quidem vt ſunt regnum, qđ eſt optimum, & optimatum, & ea quæ dicitur cõmuni nomine politia. Tranſgreſſæ autem ſunt tyrannis quæ à regno tranſgreditur: & propter hoc eſt peſſima, & paucorum q̃ tranſgreditur ab optimatu, & popularis q̃ à politia. Adhuc aũt conſideratum eſt in præcedentibus de regno & de ſtatu optimatum. Idem.n.eſt conſiderare de his quæ ſignificant ꝑ iſta nomina, & de optima politia. Vtraque.n.iſtarum duarum intendit principaſr in finem, qui eſt ſm virtutem, & ad ipſam virtutẽ multam & ꝑfectam exñtem. Iterum conſideratũ eſt in quo differunt regnum, & reſp. optimatum: & qñ etiam oportet regnum eſſe, & qbus oportet viuere ſub regno. Deinde cum di.

Reſtat nunc, vt de illa quæ appellatur reſp. dicamus, & de cæteris gubernandi formis, &

de paucorum potentia, ac de populari ſtatu, & de tyrannide.

Declarat quæ reſtāt cōſiderare. Et circa hoc duo facit. Primo tangit hoc quod dictum eſt. Secundo quia fecerat mentionem de tranſgreſſis politiis, declarat quæ illarum eſt magis, & quę minus mala. ibi. {Patet igitur &c.} Circa primum dicit, quód poſt ea, quæ determinata ſunt, relinquitur nobis conſiderandum de ea, quę appellatur cōmuni nomine politia recta exiſtente, & de his quæ tranſgrediuntur á rectis, ſicut de populari, & paucorum, & tyrannide. Conſequenter cum dicit.

Patet igitur harum trāſgreſſionum quæ deterrima ſit, queúe ſecūda. Neceſſe eſt enim primæ & diuiniſſimæ tranſgreſſionem eſſe deterrimam. Regiam quippe gubernationē neceſſe eſt, aut nomen habere ſolum, cū non ſit, aut ꝑꝑ magnam illius, qui regit excellentiam eſſe. Ex quo fit tyrannidem deterrimam exiſtere, ac pluríimum a recta ſpecie gubernandi abeſſe. Secūdo autem loco paucorum potētiam. Nam optimorum gubernatio multū ab hac ſpecie diſtat. Maxime vero mediocrē eſſe popularem ſtatū.

Declarat quæ iſtorum eſt magis & minus mala. Et primo facit hoc. Secūdo tangit defectū cuiuſdam. ibi. {Fuit & prius &c.} Primo igitur dicit ꝙ ex dicēdis poterit eſſe manifeſtum quæ politiarum trāſgreſſarum eſt peſſima, & quæ minus mala poſt illam, & quæ minime. Illa enim quæ traſgreditur ab optima, & diuiniſſima politia, quę eſt maxime ſm rationem rectam neceſſarium eſt eſſe peſſimam, ſicut ex ſe eſt manifeſtum. Regnū autem eſt optima politia & maxime ſm rationem. Regem enim aut ſolum nomen regis oportet habere, & æquiuoce, aut talem eſſe propter excellentiam virtutis & boni vniuerſaliter. Dicitur. n. in 8. Eth. ꝙ non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens & omnibus bonis ſuperexcellens, quare tyrannis erit peſſima omnium, & propter hoc plurimum diſtat ab optima. Deinde autem poſt ipſam mala eſt gubernatio paucorum, tranſgreditur enim ab optimatu quæ optima eſt poſt regnū. Ergo ipſa peſſima eſt poſt tyrānidem. Minus autem mala, & magis commenſurata inter tranſgreſſas eſt popularis, quia tranſgreditur à politia, quæ minus recte eſt inter rectas, ergo iſta eſt minime mala inter tranſgreſſas. Quod. n. à minus bono tranſgreditur neceſſe eſt eſſe minus malum. Deinde cum dicit.

C Fuit & prius quidam qui iſto modo tradidit, non tamen in idem aſpiciēs nobiſcū. Ille enim exiſtimabat ſpecierum omnium, quæ recte ceu paucorum potentiæ ſanè eſſent, & aliarum, deterrimam eſſe popularem. Improbarum vero, optimam. Nos autem eas quæ tranſgrediuntur aberrare omnes dicimus, nec paucorum potentia ꝙ melior ſit altera quàm altera, recte dicitur. Sed ꝙ minus improba. Verum de his nunc diſcutere omittamus.

Tangit defectū Platonis circa prædicta dicens, ꝙ quidā priorum philoſophantium, ſ. Plato de iſtis pronunciauit, non tamen in idem ferens intentionem nobiſcum. Ipſe. n. iudicauit omnes politias bonas eſſe. ſicut regnum & paucorum & alias. Sed popularem dixit eſſe peſſimam, reſpectu rectarum ſimpliciter. Dixit tamen eſſe optimam reſpectu earum, quæ inordinatæ ſunt. Nos autem econtrario dicimus has tres politias totaliter tranſgreſſas eſſe, popularem ſcilicet & paucorum, & tyrannidem, & ꝙ non conuenienter dicitur gubernationē paucorum vnā melio-

A liorem alia: quæ enim rationē boni non habent omnino, non ſunt comparabilia ſm bonitatē, ſed verius poteſt dici vnam eſſe minus prauam alia. Quæ. n. praua ſunt contingunt comparari, vnum aliꝫ ſecūdum prauitatem. Sed quia iudicium de talibus non multum facit ad propoſitum, dimittatur ad præſens. Deinde cum dicit.

Eſt autem nobis primo diſtinguēdum, quot ſint differentiæ rerump. Siquidem plures ſunt ſpecies popularis gubernationis, ac paucorum.

Dat ordinem conſiderandi de iſtis. Et primo quātum ad ea, quæ cōſideranda ſunt in quarto. Deinde cum di.

Deinde quæ communiſſima, & optabiliſſima ſit, poſt optimam remp. Et ſi qua contingit, alia ad optimatum naturā declinans, recte conſtituta, et quamplurimis congruens ciuitatibus quæ nam iſta ſit.

B Quantum ad quædam quæ conſideranda ſunt conſequenter. Dicit igiť primo, ꝙ poſt prædicta primo eſt conſiderandum á nobis quot ſunt differentiæ politiarum dictarum prius, puta popularis & paucorum & optimatū: ſi ita ſit ꝙ ſint plures ſpecies ipſarum. Poſtea conſiderabimus quæ politia ſit communiſſima quantum ad oēs conditiones multitudinis, & quæ maxime eligibilis in ordine ad ſinē poſt optimas politias, quę ſunt regnum & optimatum ſimpliciter. Et iterum ſi contingit eſſe aliquā ſpeciem optimatum præter ſimplicem, quę ſit bene māſiua, & cōueniens multis ciuitatibus, quæ ſit illa. Poſt hæc vero conſiderandū erit quæ vel qualis, quibus vel qualibus ſit magis eligibilis, & magis cōgruens. Poſſibile enim eſt ꝙ quibuſdam magis congruat popularis, ꝙ̄ paucorum. Quibuſdam autē magis iſta ꝙ̄ illa. Deinde cum dicit.

Deinde aliarū quæ à quibus expetenda. Forſan enim quibuſdā neceſſaria eſt popularis gubernatio magis ꝙ̄ paucorum potētia. Quibuſdā vero hęc magis, ꝙ̄ illa. Deinde quemadmodum m diſpoſitum eſſe conueniat illum, qui velit has gubernationes recipere. Dico autem popularem ſm ſingulas ſpecies, ac rurſus paucorum potentiam. Tandem vero omnium iſtarum cū facta fuerit breuiter mentio, conandum erit referre quæ nam labes, & quæ cōſeruationes ſint, & cōiter omniū, & particulariter vnuſquiſq;, et ꝑ quas cauſas illas maxime euenire cōtingat.

Dat ordinem conſiderandi quantum ad conſideranda conſequenter, dicens, ꝙ deinde poſt determinationem dictorum conſiderandum erit, quomodo inſtituendæ ſint á principio huiuſmodi politię, & ex quibus: puta quomodo inſtituendæ ſunt, & ex quibus reſp. popularis & paucorum ſm omnes ſpecies earum, & quomodo optima ſit

D inſtituenda. Deinde autem poſterius ſm intentionem, quāuis prius ſm executionem, puta in quinto lib. ſequēti conſiderandum eſt quæ ſunt principia corruptiua & ſaluatiua huiuſmodi politiarum & in vniuerſali, & ſm vnāquamq; aliarum, & quæ ſunt cauſæ propter quas maxime natæ ſunt corrumpi & ſaluari. Eſt tamē intelligendū ꝙ prius conſiderat de corrumpentibus & ſaluātibus eas, puta in quinto iſtius, poſterius & deinceps de inſtitutione earum, quanuis prius eſſet in intentione de inſtitutione, quàm de ſaluatione & corruptione.

LECTIO II.

Cauſá inueſtigatur vt plures ſint ſpecies rerump. reiiciturq; illa diuiſio quæ per multos & paucos fiebat à quibuſdam.

VT igitur ſint plures rerūp. ſpecies, illa eſt cauſa, ꝙ cuiuſq; ciuitatis partes ſūt plures.

Poſtꝗ

**Poſtquam philoſophus declarauit de quibus conſiderat ſcientia iſta, & quæ ſunt dicta, & quæ dicenda, & ſm quem ordinem. In parte iſta proſequitur, & diuiditur in partes duas, quia primo facit quod dictum eſt. Secundo determinat de quibuſdam partibus principalibus politiæ. ibi. {Rurſus autem.} prima in duas. in prima diſtinguit politias. In ſecunda proſequitur de illis, de quibus nõ eſt dictũ prius. ibi. {Reliquũ eſt.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit eſſe plures politias. In ſecunda diſtinguit ſpecies ipſarum magis in ſpeciali. ibi. {Quod aũt.} prima in duas, ſm, ꝙ primo probat politias eſſe plures, & quot ſunt aliquo modo. Secundo, ꝙ ſunt plures dictis, cũ dicit, {Quamobrem vero.} Adhuc prima in duas. In prima dicit, ꝙ ſunt plures. In ſecunda quot ſunt. ibi. {Maxime vero.} Adhuc prima in duas. Primo pręmittit cãm, propter quam ſunt plures. Secundo manifeſtat. ibi. {Videmus enim.} In prima dicit, ꝙ cauſa quare politiæ ſunt plures eſt, quia cuiuslibet ciuitatis plures ſunt partes differentes ſm rationem, & quamuis diſtinctio formæ non ſit propter diſtinctionem materiæ, tamen ad diſtinctionẽ materiæ ſequitur diſtinctio formæ. Deinde cum dicit.

Videmus enim primo ex domibus conſtare ciuitatẽ, deinde rurſus ex hac multitudine, alios eſſe diuites, alios pauperes, alios medios, diuitumq; & pauperum partem eſſe bellicam, partem imbellem.

Propoſitam cauſam manifeſtat, & primo oſtẽdit quæ ſunt partes ciuitatis. & quam habent habitudinem ad politiam. In ſecunda ex hoc concludit, ꝙ ſunt plures politię ſubinducens cauſam ex dictis propter quam ſunt plures politiæ. ibi. {Patet igitur.} Prima in duas. Primo diſtinguit partes ciuitatis. Secundo oſtendit quam habitudinẽ habent ad politiam. ibi. {Et hę quidem.} Adhuc prima in duas. Primo diſtinguit partes ciuitatis. Secundo ſubdiuidit. ibi. {Et rurſus.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ primo ciuitas cõponatur ex domibus, & ideo quęcũq; ſunt partes domus ſunt partes ciuitatis radicaliter. Item in multitudine ciuitatis quidem ſunt diuites & opulenti, quidam pauperes, paucam aut nullã habẽtes ſubſtantiã, quidam medij. Iterũ, diuitũ & ægenorum quidam habẽt exercitum armorũ, quidã non habent. Deinde cũ di.

Et rurſus ex plebe partem agrorum culturæ eſſe deditam videmus, partem mercaturæ, partem opificiis & ſordidis miniſteriis.

Subdiuidit partes ciuitatis, & primo ſubdiuidit ægenos. Secũdo diuites. ibi. {Nobilitatis.} Tertio ſubdiuidit medios. ibi. {Præterea.} In prima dicit, ꝙ ægenorũ multi ſunt modi, quidam .n. ſunt agricultores qui verſantur circa culturam agrorum, alij ſunt qui vacant circa commutationes venalium rerum, alij ſunt dediti ſordidis miniſteriis qui faciẽdo opera ſua maculãt corpus, ſicut ſunt mercenarij, & iſtorum ſunt multi modi, quidam cotiarij, quidã pelliũ curatores & huiuſmodi. Deinde cum di.

Nobilitatis quoq; differentiæ ſunt ſm opulẽtiam & magnitudinem cenſus. Sunt enim alij æquites, quod munus nemo faciliter ſupportare poteſt, niſi ſit diues. Itaq; antiquis tẽporibus, quæcunq; ciuitates equeſtri potẽtia excellebãt, in his paucorũ potentia gubernabat. Æquitatu autẽ bella contra finitimos exercebant, ceu Eretrienſes, & Chalcidenſes, & Magneſij, qui ſunt ſup Mẽãdro, & aliæ plures Aſiaticarũ ciuitatũ.

Subdiuidit opulentos, & dicit, ꝙ modi opulentorum ſunt ſm diuerſitatẽ diuitiarum & exceſſuum earum: quidam enim ſunt diuites eo quod vacãt circa nutritionem

E equorum & aliorum animalium, tales enim non eſt difficile fieri diuites, illud enim munus non poſſunt ferre niſi diuites: & ideo antiquitus in illis ciuitatibus quarum potentia erat in equis & animalibus, erat politia paucorũ; iſti enim vtebantur equis quos nutriebant contra aduerſarios ſicut contra vicinos, ſicut quidam dicti Eretrienſes & Chalcidenſes & Magneſij, qui ſunt ſuper Menandro, & aliæ plures ciuitates Aſiæ. Deinde cum dicit.

Præterea ſunt alię, q̃ iuxta diuitias nobilium differentię, quoſdam enim genus, quoſdam virtus extollit. Et ſiquid aliud tale ciuitatis partem eſſe dictũ eſt, vbi de optimatibus tractauimus, ibi nanq; diſtinximus quot ex partibus neceſſariis omnis conſtat ciuitas.

Subdiuidit medios, & dicit ꝙ præter differentias iſtorum diuitum ſunt aliæ differentiæ mediorũ, quorũ quiF dam excedunt ſm genus & nobilitatem, alij excedũt ſm virtutem. Similiter ſi aliud aliquid ſit tale quod ſit neceſſarium & vtile ciuitati, & dicitur pars ciuitatis, & hoc dictum fuit, vbi dicebatur de ſtatu optimatum. Ibi enim dictum fuit ex quot partibus neceſſariis eſt quælibet ciuitas, puta in ſecundo huius, vbi poſuit politiam Platonis, quam forte dixit eſſe optimatum. Ibi .n. numerauit partes ciuitatis, vel forte in tractatu ſeparato, vbi de rep. optimatum dixit. Deinde cum dicit.

Et hæ quidem partes quandoq; concurrunt omnes ad remp. gubernãdam, quandoq; pauciores, quandoq; plures.

Declarat quam habitudinem habent iſtę partes ad politiam, & dicit, ꝙ iſtarum partium aliquãdo omnes attingunt ad politiam, ſicut in populari, in qua populus dominatur, omnes attingunt ad eam etiam infimi. Aliquando
G pauci, ſicut in paucorũ ſtatu, in qua diuites principãtur. Aliquando plures, ſicut in ſtatu optimatum, in qua principantur plures virtuoſi. Deinde cum dicit.

Patet igitur, ꝙ neceſſe eſt plures reſp. eſſe inter ſe differentes ſpecie, nam et hę partes earum inter ſe ſpecie differunt, reſp. eſt inſtitutio gubernatorum: hanc verò diſtribuunt omnes, vel ſm potẽtiam eorum qui participes ſunt, vel ſecundum aliquam æquitatẽ cõem. Dico autẽ, veluti tenuiorum, & opulentorum, vel cõem aliquam amborum. Neceſſarium eſt ergo reſpu. tot eſſe, quot ſunt inſtitutiones circa earum ſupereminentias ſecũdum differẽtiam partium.

Concludit cauſam propter quã ſunt plures politiæ, & videtur concludere duas cauſas, & dicit, ꝙ manifeſtũ eſt,
H ꝙ neceſſe eſt eſſe plures politias differẽtes adinuicem ſm ſpeciem, quia diſtinctio politiarum ſm ſpeciem, eſt ſm diſtinctionem partium principalium. Quãuis .n. diuerſitas ſm ſpeciem non ſit propter diuerſitatem partium materialium, tamen ad diuerſitatẽ partium materialium ſequitur diuerſitas formæ. Sed partium ciuitatis quædam differũt ſpecie adinuicem, etiam pertinentium ad ſpeciẽ, plures igitur erunt politiæ. Et eſt intelligendũ ad euidentiam dicti, ꝙ ſicut partiũ animalis quædam ſunt, quæ nõ pertinent ad ſpeciem, ſicut hæc caro, hæc oſſa, quædã q̃ ptinẽt ad ipſam, ſicut caro, & oſſa abſolutę. Et ſicut ſunt quædam, quæ non attingunt ad formam rei, ſicut pili & vngues. Quædam quæ attingunt ſicut cor & hepar. Et ſm diſtinctionem iſtorum ſm ſpeciem diuerſificãtur animalia ſm ſpeciem, nõ autem ſm primarum diſtinctionẽ, quæ nõ attingunt ad formam, nec pertinent ad ſpeciem. Sic ciuitatis ſunt quædam partes, quæ non attingunt ad

ciui-

ciuilitatem, nec pertinent ad formam eius. Aliæ ſunt partes principales ipſius, & ſm diſtinctionē iſtarum diſtinguuntur politiæ, cuiuſmodi ſunt illæ ſm quas diſtinguũtur principatus. Aliam cauſam tangit & dicit, ꝙ politia eſt ordo principatuum, ergo ſm diſtinctionem principatuum, eſt diſtinctio politiarum. Sed diſtinctio principatuum eſt ſm diſtinctionem huiuſmodi partiũ, in quibuſdam enim politiis principatus diſtribuuntur ſm potentiam eorũ qui poſſunt attingere ad principatum, in aliis ſm æqualitatem quandã, ſicut diuites, propter exceſſum diuitiarum, & egeni principantur propter libertatem, in aliis plures propter virtutē, & iſti ſunt medij inter iſtos. Quare manifeſtum eſt, cũ iſtæ partes ſint plures differentes ſpecie, ꝙ erunt plures politiæ differentes ſecundum ſpeciem, & tot erunt politiæ, quot ſunt gradus ſecũdum exceſſum aliquem. Deinde cum dicit.

Maxime vero duæ videntur eſſe, quemadmodum de ventis dici ſolet, alios quidē eſſe Boreales, alios Auſtrales, cæteros autē vētos horũ eſſe exceſſus. Sic etiam reſpu. duas eſſe, popularem, ſcilicet & paucorum potentiam, nam optimates ſpeciem eſſe paucorum potētium poſuere, & eam, quæ vocatur reſpu. dicebant eſſe popularem, quemadmodum de ventis. Zephyrũ quidē Borealē, Eurum autem Auſtralem. Eodemq; modo in harmoniis, vt quidam tradũt: nam & in illis poſuerũt duas ſpecies, vnam doricam, alteram phrygiam, cæteras vero omnes, vel ad doricam vel ad phrygiam referri.

Oſtendit quot ſunt politiæ, & primo facit hoc. Secundo remouet errorem quorundam. ibi. {Neq; vero &c.} Prima in duas. In prima dicit quot ſunt ſm opinionem aliorum. In ſecunda quot ſm opinionem ſuam. ibi. {Maxime quidem &c.} In prima dicit, ꝙ ſm intētionē aliorum duæ vidētur maxime eſſe politiæ, ſicut duo ſunt vēti principales, ſcilicet Auſtralis & Borealis, & ꝙ alij omnes ſunt prætergreſſiones iſtorũ duorum, et ꝙ ab eis deficientes reducuntur ad ipſos. Vna eſt paucorum, alia eſt popularis. Optimatum autem dicunt eſſe ſub paucorum & reduci ad eam, & politiam dicunt eſſe popularē quandam ſicut accidit in vētis, ad illos. n. duos omnes alios reducũt, ſicut Zephirum ad Boream: Eurum autem ad Auſtrum. Eodem modo accidit in proportionibus muſicalibus. Sunt. n. duæ harmoniæ principales quibus omnes aliæ coordinantur, ſcilicet dorica & phrygia. Dorica dicitur harmonia primi toni. Phrygia vero tertij. Ex iſtis alias coordinant, quaſdam reducentes ad doricam, quaſdam ad phrygiam. Similiter in propoſito duas poſuerũt principales, ſ. popularem & paucorum, & iſtis duabus alias coordinauerunt. Deinde cum dicit.

Maxime quidem igitur conſueuerunt de rebuſpu. ſic exiſtimare, ſed certe verius ac melius eſt, vt nos diuiſimus, duarũ, vel vnius recte conſtitutæ, cęteras eſſe tranſgreſſiones, vt rectę harmoniæ, ſic etiam optimæ reipub. ad paucorum quidem potentiam inclinãt, quæ duriores ſunt ac magis violentæ, quæ vero remiſſæ et molles, ad popularem ſtatum.

Declarat quot ſunt ſm ſuam opinionem, & dicit, ꝙ antiqui ſic conſueuerunt diuidere politias, melius tamē eſt, ꝙ diuidamus eas ſm, ꝙ ſuperius dictũ fuit, ſcilicet ꝙ q̃dam, ſunt politiæ rectæ, quædam quæ ſunt tranſgreſſiones: ita, ꝙ vnius politiæ bene ordinatæ vel duarum, aliæ ſunt tranſgreſſiones, puta quædam tranſgreſſiones ſunt

A bene commenſuratæ, ſicut eſt illa, quæ communi nomine nominatur reſpub. Aliæ vero ſicut tranſgreſſiones. Deindę cum dicit.

Neq; vero popularis ita ſimpliciter ponenda eſt, vt quidam ponunt, vbi multitudo dominatur, nam & in paucorum potentiis, & vbiq; maior pars præualet. Etenim ſi eſſent vniuerſi millę trecenti, & horum mille forent opulenti, neq; partē gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis, ac in cæteris paribus, nemo certe diceret hanc eſſe popularē. Eodemq; modo, ſi pauci quidem inopes in ciuitate plus poſſent q̃ multi & opulēti, nec honores illis impartirentur, nemo vtiq; diceret hanc eſſe ſpeciem, quæ appellatur paucorum potentium.

B Remouet errorem quendam circa diſtinctionē ſtatus paucorum & popularium, & primo probat, ꝙ nõ diſtinguuntur ſicut ipſi poſuerunt eas diſtingui proponēdo intentum ſuum. Secundo oſtendit qualiter diſtinguuntur. ibi. {Potius itaque.} In prima dicit, ꝙ nõ oportet, ꝙ determinetur ſtatus popularis, ſicut quidam conſueuerunt ponere & determinare ipſum ſimpliciter: ita, ꝙ ſtatus popularis ſit politia, in qua multitudo principatur, quia cõtingit, ꝙ in ſtatu paucorum multi diuites dominentur & tamē tunc nõ erit ſtatus popularis. Nõ ergo debet ſtatus popularis determinari, per hoc, ꝙ multi principentur: nec paucorum debet determinari, per hoc, ꝙ pauci dominentur; quoniam ſi eſſent in aliqua ciuitate mille trecenti, & mille eſſent diuites & principarentur aliis trecētis pauperibus, & liberis exiſtentibus, & nõ cõcederent eis aliquid de principatu, ſed tantũ ſubiicerentur eis, nullus diceret eos principari principatu populari, & tamen multitudo dominaretur. Nõ ergo per hoc determinatur C popularis ſtatus, quia multi principantur. Similiter ſi illi trecēti pauperes, & pauci reſpectu aliorũ exiſtētes eſſent meliores diuitibus & principarentur, diuites aũt nõ principarentur, ſed ſubiicerētur illis, talem politiam nullus diceret ſtatum paucorũ, & tamē pauci ſunt principãtes. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ ſtatus paucorũ nõ debet determinari, ꝑ hoc, ꝙ pauci dominentur. Deinde cum di.

Potius itaq; dicēdum fuerit, popularem quidem eſſe, cum penes ingenuos homines eſt gubernatio. Paucorum autem potētiam, cũ penes opulētos, ſed cõtingit, vt alteri multi ſint, alteri pauci, pleriq;. n. ingenui ſunt, rari verò diuites.

Declarat quomodo determinandæ ſunt reſp. paucorum & populares, & habet partes duas. In prima proponit, ꝙ per ſe determinantur libertate & diuitiis & per accidēs multitudine & paucitate. In ſecũda probat. ibi. D {Etenim &c.} In prima dicit, ꝙ magis dicendum, ꝙ ſtatus popularis ſit, quando liberi exiſtentes principantur, paucorum quãdo diuites. Sed accidit liberos eſſe plures, diuites vero paucos, & ideo per accidens determinantur paucitate & multitudine. Deinde cum dicit.

Etenim ſi magiſtratus honoreſq; publici ſecundum dignitatē diſtribuerētur, vt in Æthiopia quidam tradunt fieri, vel ſecundum pulchritudinem, paucorũ eſſet gubernatio, cum parua ſit multitudo magnorum & formoſorum.

Probat iſtud, quod dictũ eſt, & primo probat, ꝙ multitudine & paucitate per ſe non diſtinguuntur nec determinantur. Secũdo, ꝙ ſolum determinantur per ſe per diuitias & paupertatem, ſed oportet adiungere multum & paucum, licet per accidens. ibi. {Verumtamē.} In prima dicit

dicit ita, dictum eſt, ꝙ paupertate & diuitiis per ſe determinantur popularis & paucorum, ſed per accidens multitudine & paucitate, quia ſi per ſe diſtribuerentur principatus ſecundũ magnitudinẽ, ſicut dicunt quidã fieri in Aethiopia, vel ſm pulchritudinem ita, ꝙ ille qui eſſet maior & pulchrior principaretur, cum pauci ſint pulchri et magni, eſſet tunc paucorum. hoc autem falſum eſt. Status.n. paucorum tantum eſt cum diuites principantur. Quare manifeſtum eſt, ꝙ per ſe non determinantur paucitate & multitudine. Deinde cum dicit.

Veruntamen his ſolum non ſat eſt reſp. iſtas determinaſſe, ſed cum plures ſint partes & multitudinis, & paucorum potentium, adhuc reſumendum eſt, vt neq; ingenui pauci exiſtentes, pluribus neq; multitudo ingenuis dominetur, vt in Apollonia quæ eſt in Ionio, & in Thera. In vtraq; enim iſtarum vrbium honores, dignitateſq; erant illorum, qui nobilitate præſtabãt, & qui primi in eas Colonias venerãt, qui erant pauci, non autem diuitum, licet multitudine ſuperarẽt, populus, vt in Colophone antiquitus. Ibi enim poſſidebat magna patrimonia multitudo antequã bellum gereret aduerſus Lydos. Sed eſt multitudinis quidem gubernatio, quãdo ingenui homines & inopes multi exiſtẽtes gubernant remp. Paucorum vero potentium quando opulenti & nobiliores pauci exiſtentes, gubernant. Quod igitur plures ſint rerũp. ſpecies, & quibus de cauſis patet.

Declarat, ꝙ paucitate & multitudine diſtinguuntur, ſed per accidẽs, & ꝙ oportet iſta adiũgere, & dicit, ꝙ status paucorum & ſtatus popularis non ſufficienter habẽt terminari his differẽtiis ſolum, ſcilicet paupertate & diuitiis: ſed cum ſint plures partes popularis & paucorum, oportet adiũgere aliqua ad determinationem eorum ſaltem per accidens, quoniam ſi pauci liberi exiſtẽtes principentur pluribus non liberis, non dicemus, ꝙ ſit principatus popularis, ſicut accidit in Apollonia quę eſt in Ionio & in Thera. In iſtis.n. vrbibus principabantur excellentes ſm ingenuitatẽ, & pauci exiſtẽtes erãt ad alios collati, & iã nõ erat ſtatus popularis. Similiter ſi multi ſm diuitias excedentes principarentur, non diceremus popularẽ, ſicut accidit antiquitus in quadã ciuitate quæ dicitur Colophon. In illa.n. ciuitate erãt plures diuites antequã fieret bellum inter ipſos & Lydos & principabantur: attamen non erat popularis, ſed ſic debet determinari popularis, vt dicatur ꝙ ſtatus popularis eſt in qua plures exiſtentes liberi & pauperes principantur: & ſtatus paucorum eſt quando diuites pauci exiſtentes, vel nobiles dominantur. & tunc concludit, ꝙ ſunt plures politiæ dicens, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ politici ſunt plures, & propter quam cauſam ſunt plures.

LECTIO III.

Ex quibus partibus hoc eſt perſonis res publicæ cõſtent, & quę partes neceſſariæ ſint, quæue adiunctæ, quæq; ſibi cohęrere poſſint, & quæ non.

QVamobrem vero plures ſint, quâm illæ quas diximus, & quę nam iſtę ſint, & ꝑꝑ quid, deinceps dicemus, principio inde prius aſſumpto: fatemur.n. non vnam partem, ſed plures omnem habere ciuitatem.

Poſtquam philoſophus declarauit, ꝙ plures ſunt politiæ & propter quam cauſam & quot ſunt aliquo modo, in parte iſta declarat, ꝙ ſunt plures politiæ q̃ quæ dictæ

E ſunt, & oſtendit hoc quaſi ex virtute cuiuſdam medij per quod oſtẽdebat prius, ꝙ ſunt plures, & diuidit̃ in duas. In prima oſtendit, ꝙ ſunt plures q̃ quæ dictæ ſunt. In ſecunda oſtendit quæ ſunt principales inter illas ſm alios. ibi. {Cęteras ergo.} Adhuc prima ĩ duas. In prima pręmittit intentum ſuum proponendo principium ad probandum hoc. In ſecunda proſequitur. ibi. {Vt igitur.} In prima dicit, ſic dictum eſt, ꝙ ſunt plures politiæ, quędã enim ſunt rectæ & iſtę ſunt tres, regnum, optimatum, ſtatus, & reſp. Et ſunt tres nõ recte, tyrãnis, paucorũ, & popularis: modo dicendum eſt, ꝙ ſunt plures politiæ q̃ quę dictæ ſunt, & quæ ſunt illę & propter quam cauſam ſunt plures accipiendo principium ad hoc probandum quod prius aſſumptum fuit ad probandum, quód eſſent plures. ſ. ꝙ omnis ciuitas plures partes habet & non vnam ſolum: ex iſto enim eodem probabitur, quód ſint plures quâm quæ dictæ ſunt. Deinde cum dicit.

Vt igitũ ſi animalis vellemus ſpecies capere, F primo ſegregaremus id quod neceſſariũ ſit animal omne habere, ceu quoddam ſenſus inſtrumentum, & ꝙ cibum conficiat, atq; receptet, puta os, & ventrem: et pręterea illas, quibus mouẽtur partes, ſi itaq; tot ſpecies ſolum, harum vero differentiæ forent. Dico autem ceu oris genera plura, & ventris, et ſenſuum inſtrumentorum: & præterea earum quibus mouentur partium, harum coniugationis numerus neceſſario efficiet plura genera animalium. Non enim fieri poteſt, vt idẽ animal habeat plures differentias oris, ſic etiam neq; aurium. Itaq; quando ſuſceptæ ſint omnes combinationes iſtorum, faciẽt ſpecies animalis, & tot quidem ſpecies, quot G coniugationes ſunt partium neceſſariarum.

Probat accipiendo ſimile in his quę ſunt ſm naturam, quia politia aſſimilatur eis. Eſt enim politia ſm rationẽ. ea autem quæ ſm rationem ſunt poſteriora his quæ ſunt ſm naturã, & ortum habent ex illis, & ideo aſſumit ſimile in his ad probandum intentum ſuum, & habet partes duas. Primo aſſumit ſimile. Secundo adaptat ad propoſitum. ibi. {Eodem modo.} Circa primum intelligẽdum eſt, ꝙ ſicut dictum eſt prius partium materialium, quædam ſunt quæ pertinent ad ſpeciem quædam autem nõ. Partes pertinentes ad ſpeciẽ, quædam autem non. Partes pertinentes ad ipſam ſunt ſine quibus ſpecies non poteſt eſſe, ſicut caro & os pertinent ad ſpeciem hominis, quia ſine his non poteſt eſſe homo. Partes materiales nõ pertinẽtes ad ſpeciem ſunt, ſine quibus ſpecies poteſt reperiri, ſicut iſta oſſa & iſtæ carnes non pertinẽt ad ſpeciem humanam, quia ſine iſtis poteſt eſſe homo. Secũdum igitur diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem di- H ſtinguitur forma, quãuis diſtinctio formæ non ſit propter diſtinctionẽ materiæ. De talibus vero partibus ſm quarum diſtinctionem diſtinguuntur formæ & ſpecies loquitur hic philoſophus & dicit, ꝙ ſi aliquis velit accipere ſpecies animalis, oportet, ꝙ diſtinguãtur partes materialis animalis, ſine quibus non poteſt eſſe forma animalis, non aũt ſine quibus animal poteſt eſſe vt dicat, ꝙ partium animalis materialiũ aliud eſt ſenſitiuũ: animal enim determinatur ſenſu, & ideo oportet eſſe vnam partem ſenſitiuam organicam. Aliud nutritiuum, aliud digeſtiuũ, cum animal nutriatur, oportet, ꝙ recipiat alimentum, & ꝙ digerat. iſta autẽ fiũt per diuerſas partes, quare animalis eſt quædam pars receptiua alimẽti, ſicut os, alia digeſtiua ſicut venter. Tertiam nõ adiungit hic, quæ neceſſaria eſt, per quam ſcilicet emittit impurũ & ſuperfluum, ſed in lib. de Morte & Vita adiungit illam. Iterũ cũ animal moueatur vel de loco ad locũ, ſicut animalia,

quę mouētur motu progreſſionis vel motu dilatationis & conſtrictionis, ſicut quædam imperfecta oportet, ꝙ habeat partes aliquas opportunas ad motū. Si ergo ſint tot partes animalis, & iſtarum partium ſint plura genera differentia ſm ſpeciē, ſicut ſunt plura genera oris & ventris quæ differant ſm ſpeciē. Similiter & plura ſenſitiua differentia ſm ſpeciē, & plures partes opportunæ ad motum. Manifeſtum eſt, ꝙ ſm diſtinctionem iſtarū partiū eſt diſtinctio ſpecierum animalium, quia non eſt poſſibile, ꝙ idem animal ſm ſpeciem habeat plures ventres differentes ſm ſpeciem, & plures aures, & plures differētias oris, quia ſi animal ſit vnius ſpeciei, oportet, ꝙ partes ſint vnius ſpeciei, quia per formā ipſius, partes eius determinantur. Ergo illę q̄ terminantur per formam vnā ſunt vnius ſpeciei. Non ergo poſſibile eſt vnius animalis eſſe plures differētias ſpecificas oris, & ſic de aliis. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ſi accipiantur omnes combinationes quę poſſibiles ſunt iſtarum partium animaliū quæ differunt ſm ſpecies, ꝙ erunt diuerſæ ſpecies animalis, & tot quot ſunt tales combinationes. Deinde cum dicit.

Eodem modo, de rebuſpublicis, ciuitates.n. non ſolum ex vna, ſed ex multis partibus conſtant, vt ſæpius dictum eſt.

Applicat ad propoſitum & intendit iſtam rationem, ſm diſtinctionem partium pertinentium ad ſpeciem diſtinguitur ſpecies, ſed plures ſunt partes pertinētes ad rationem politiæ, & plures q̄ quæ dictæ ſunt. ergo plures erunt politiæ & plures q̄ quæ dictæ ſunt. Circa iſtam rationem duo facit, primo applicādo ſimile ad propoſitū ponit minorē. Secūdo probat eā.ibi.{Vna quędā &c.} In prima dicit, ꝙ ſicut ſm diſtinctionem partium animalis pertinentium ad ſpeciem eſt diſtinctio ſpecierum animalis, & plures ſunt ſpecies animalis cum ſint plures, tales partes, eodem modo ſunt plures politiæ, quia diuerſę ſunt partes ciuitatis differentes ſm ſpeciem: non enim ciuitas ex vna parte cōponitur, ſed ex multis ſicut frequēter dictum eſt ſuperius. Deinde cum dicit.

Vna quidem pars eſt circa alimenta multitudo, quos agricolas dicimus. Altera vero pars circa miniſteria, ceu artifices, ſine quibus ciuitas habitari non poteſt. Harū vero artium aliæ ſunt neceſſarię, alię ad delitias ptinēt, & ad vitę cultū. Tertia pars eſt forēſis multitudo, quæ circa emendū vendendūq; & circa mercaturam, & nūmulariā verſat̄. Quarta pars mercenarij.

Probat', ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Sunt autē tres gradus in ea, infimus, medius, & ſupremus, & ſm hoc diuiditur in tres partes. In prima enumerat partes populi q̄ eſt in gradu infimo. Secundo enumerat partes medias. ibi.{Quinta.} Tertio partes ſupremas.ibi.{Reliqua.} In prima dicit bene dictum eſt, ꝙ ſunt plures partes ciuitatis. Vna.n.eſt multitudo quæ adminiſtratiua eſt alimēti, ſicut ſunt agricolæ, & iſta eſt prima pars & neceſſaria: alimentum enim neceſſarium eſt in ciuitate, & ideo neceſſarij ſunt illi qui adminiſtrant ipſum. Secūda pars ciuitatis quantum ad gradum inferiorem ſunt viles mercenarij, & dicūtur viles mercenarij qui in operibus ſuis maculant corpus, ſicut ſunt fullones, & coriarij, & alij huiuſmodi artifices ſine quibus non poteſt ciuitas inhabitari, & iſtarum artium multa ſunt genera. Quædā enim eſt, quæ eſt ad neceſſitatem ciuitatis, ſicut textiua & coriaria, ſine.n.iſtis non eſt ciuitas. Alia eſt propter delectationem & bene viuere, ſicut muſica: & quædam, quæ ordinātur ad ſuperfluas delectationes, ſicut muſica quędā: & quædam quæ nocuæ ſunt ciuitati, ſicut taxillaria & aleatiua. Tertia pars ciuitatis eſt forēſis, quę eſt circa vēditiones & emptiones & negociationes & nūmularios.

A Quarta pars ciuitatis eſt mercenaria, & dicuntur mercenarij q locant opera ſua. Sic igit̄ ſint quatuor partes ciuitatis quātū ad inferiorē gradū ipſius. Deinde cum di.

Quinta propulſatores belli, quæ quidē pars non minus neceſſaria eſt ciuitati, q̄ aliqua ſuperiorū, ſi velint tueri libertatē. Impoſſibile eſt.n. vt q̄ ciuitas vocari mereatur, ſit natura ſerua. Per ſe.n. ſufficiens ciuitas, ſeruus autem non per ſe ſufficiens eſt.

Enumerat partes medias ciuitatis, & dicūtur medię, quia medio modo ſe habent inter primum principās & populum qui tenet inferiorē gradum, & diuidit̄ in partes quinque. In prima probat, ꝙ propugnatiuū ſit pars ciuitatis. In ſecunda, ꝙ iudicatiuum.ibi.{Atqui &c.} Et in tertia, ꝙ conſiliatiuum.ibi.{Iudiciarię exhibito-
B res &c.} In quarta, ꝙ diuites.{Septima &c.} In quinta, ꝙ directiuum populi.ibi.{Octaua &c.} Prima iſtarū diuidit̄ in duas. In prima probat, ꝙ propugnatiuum ſit pars ciuitatis. Secundo remouet errorē quorūdā.ibi.{Quapropter &c.} In prima dicit, ꝙ quinta pars ciuitatis cōputādo quatuor primas partes, & prima inter medias eſt, ꝙ propugnatiuum eſt pars quæ non eſt minus neceſſaria q̄ aliqua prædictarum ſi non debeat ciuitas eſſe ſerua. manifeſtum.n.eſt, & inconueniens & cōtra rōnē ciuitatis ipſam eſſe naturaliter ſeruam. Et ratio huius eſt, quia ciuitas eſt per ſe ſufficiens, ſed illud quod ſeruum eſt non eſt per ſe ſufficiens, quia omnes operationes eius ad alterum ordinantur. Illud autem cuius operationes ad alterum ſunt, non eſt per ſe ſufficiens. quare manifeſtū eſt, ꝙ ciuitas non debet eſſe ſerua. Sed ſi ciuitas non haberet pugnātes cōtra aduerſarios, ſubiugaretur aliis & eſſet ſerua. Quare manifeſtum eſt, ꝙ neceſſariū eſt in ciuitate eſſe propugnatiuum. Deinde cum di.

C Qupropter in libris de rep. ornate quidem hoc, ſed nō ſufficiēter dictum eſt à Socrate. Inquit enim ex quatuor maxime neceſſariis ciuitatem conſtare, hos autem eſſe textorē, agricolam, coriarium, ædificatorem. Rurſus vero adiungit quaſi illi nō ſufficiant, fabrum ferrariū, & paſtorem, & inſuper negociatorē, & nummularium. & hæc omnia complent primam ciuitatem, quaſi vero ciuitas omnis neceſſariorū gratia ſit cōſtituta, ac nō magis gratia honeſti, & quaſi æque indigeat coriariis & agricolis.

Remouet errorem Platonis, & diuidit̄ in duas. In prima oſtendit, ꝙ inſufficienter dixit de partibus ciuitatis. Secundo tangit quod dixit Plato de propugnatiuo.ibi.{Propulſatores &c.} In prima dicit, ita dictū eſt, ꝙ qua-
D tuor ſunt partes ciuitatis neceſſariæ circa gradū infimū ciuitatis: & eſt alia pars non minus neceſſaria quæ dr̄ propugnatiuum, propter quod manifeſtum eſt, ꝙ quidā ſicut Plato leuiter, hoc eſt ſine inquiſitione & non ſufficienter dixit de partibus ciuitatis. Dixit enim Socrates & vocat Platonem Socratem, quia Plato intitulauit politiam nomine Socratis magiſtri ſui, ꝙ quatuor ſunt partes valde neceſſarię, & ſine quibus nō poteſt eſſe ciuitas. Dixit autem illas partes eſſe, agricolam curantem de alimento: & manifeſtum eſt, ꝙ iſta eſt neceſſaria, quia ſine alimento non poteſt eſſe ciuitas. aliam dixit textorem & coriarium, ſine iſtis enim nō poteſt eſſe ſiſr ciuitas. aliam dixit edificatorem. ciuitas.n. ex domibus eſt, ideo oportet, ꝙ ſint ędificatores in ciuitati. Iſtas quatuor poſuit neceſſarias ciuitati. Iterum poſuit alias quas dixit non neceſſarias ſcilicet fabrum ferrarium, & dicit̄ ferrarius qui operatur ferro. Iterum paſtores qui curam habēt de ani-

malibus. Iterum negociatorem & nũmularium. Et iſtas dixit eſſe complementum primæ ciuitatis. Vocabat autem primam ciuitatem vt eſt ex primis partibus compoſita. Sic autem poſuit ac ſi ciuitas eſſet gratia ipſius viuere abſolute, & non propter bene viuere, ac ſi ciuitas tãtũ primo & per ſe fit ex æqualibus, ſicut ſunt coriarij & agricolæ, non autem eſt ita: non enim ciuitas eſt gratia ipſius viuere abſolute, ſed gratia ipſius bene viuere, & propter hoc multæ aliæ partes ſunt neceſſariæ in ipſa quas ille nõ poſuit. Iterũ ciuitas non tñ indiget æqualibus immo inęqualibus, & ideo dicẽdũ eſt, ꝙ errauit. Deinde cum di.

Propulſatores autem belli non primam facit partem antequam aucta regione, ac vicinis contractis ad bellum deueniatur.

Tãgit quod dixit de propugnatiōne & dicit, ꝙ de propugnantibus ſimiliter nõ bene dixit, ꝙ in principio cum ciuitas ædificaretur, non fuerunt neceſſarij, ſed poſtea cũ ciuitas augmentatur & extenditur ad fines, vel ad terminos alterius ciuitatis, ex quibꝰ ſępe cauſaẽ diſſenſio ad reprimendũ violentiã aduerſariorum. Deinde cum dicit.

Atqui & in quatuor illis, & quotcunq; communicãtibus, neceſſarium eſt eſſe aliquem, qui ius dicat ac decernat. Siquidem ergo animam quis ponat animalis eſſe partẽ magis ꝗ corpus, & ciuitatum magis talia, ponendum eſt eſſe partes, ꝗ ea quæ pertinent ad neceſſarium vſum. Propulſatores belli videlicet ac iuſtitię Iudiciariæ exhibitores.

Oſtendit, ꝙ iudicatiuum ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ iterum inter quatuor partes, vel quotquot ponantur neceſſarium eſt eſſe in ciuitate partem quæ determinet & diffiniat accuſationes & diſceptationes quæ ſunt in ea, & faciat iuſtum, & hoc probat, quia ſicut anima ſe habet ad corpus, ſic iudex ſe habet ad ciuitatem: nam ſicut anima vel intellectus inquirit & conſiliatur & iudicat de inuentis, ſic iudex inquirit & conſiliatur de cõferẽtibus ad finẽ politiæ & iudicat: ſed anima neceſſaria pars eſt animalis & hominis, magis ꝗ corpus. ergo ſimiliter iudex eſt pars neceſſaria in ciuitate & ꝗ propugnatiuum & magis ꝗ illa quæ ordinatur ad vſum corporis. Probat autẽ philoſophus de iſtis, ꝙ ſint partes magis ꝗ de aliis, quia de iſtis minus videbatur, ꝙ eſſent neceſſariæ, & pręcipue minus videretur ſi ciuitas eſſet inſtitura gratia ipſius viuere abſolute. Deinde cum dicit.

At præterea conſultores quod eſt ciuilis prudentiæ opus, & hoc ſiue ſeparatim exiſtat quibuſdam, ſiue eiſdem, nihil refert ad hunc ſermonem: nam & in armis eſſe, & agros colere ſæpe cõtingit eiſdẽ. Quare ſi hæc, & alia ponenda ſunt ciuitatis eſſe partes, manifeſtũ eſt, ꝙ & ꝓpulſatores belli pars neceſſaria ſunt ciuitatis.

Oſtendit, ꝙ conſiliatiuum ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ cõſiliatiuum eſt pars ciuitatis: & ratio huius eſt quia conſiliari eſt opus politici, habet enim politicus conſiliari de conferentibus ad finem ciuitatis. quare manifeſtum eſt, quod politicum pertinet conſiliari. Sed quæ pertinent ad politicum, ſm, ꝙ huiuſmodi ſunt de neceſſitate ciuitatis. quare conſiliatiuum eſt pars ciuitatis. Iſta autem ſcilicet conſiliatiuum & iudicatiuum, vtrum ſeparatim exiſtant, vt alius ſit ille qui iudicat. alius ſit qui conſiliaẽ, alius qui in armis eſt, alius qui colit agros, ſiue non ſeparatim exiſtant: ſed vnus & idem ſit qui iudicat & conſiliatur, nihil differt ad propoſitum, hoc.n. poſſibile eſt: videmus.n. ꝙ idẽ poteſt eſſe miles & agricola, ſimiliter idem poteſt eſſe iudicans & conſilians. Si igiẽ miles & agricola ſint par-

E tes ciuitatis, manifeſtum, ꝙ & iſta & illa quæ ordinãtur ad bella pars erit ipſius. Deinde cum dicit.

Septima pars eſt eorum qui magna patrimonia habentes, reip. onera ſuſtinent, quos opulentos vocamus.

Oſtẽdit, ꝙ diuites ſunt partes ciuitatis, & dicit, ꝙ ſeptima pars ciuitatis cõputando oẽs pręcedẽtes, eſt illa, quę miniſtrat diuitias, quã partem dicimus opulentos. Cum enim ciuitas debeat eſſe ꝑ ſe ſufficiẽs, oportet, ꝙ habeat diuitias, aliter non eſſet. & ideo illi ſunt neceſſarij in ciuitate, qui habent huiuſmodi diuitias. Deinde cum dicit.

Octaua eorum, qui publicam operam exhibent, & qui in magiſtratibus gerendis occupati exiſtunt. ciuitas enim abſq; magiſtratibus eſſe nõ poteſt. Neceſſarium igitur eſt eſſe quoſdam

F qui magiſtratus gerere valeant, & hoc munus ſufferre, vel perpetuo, vel ad tempus.

Oſtendit, ꝙ directiuum populi ſit pars ciuitatis, & dicit, ꝙ octaua pars ciuitatis eſt illa quę magiſtratus gerat, id eſt directiua ſit populi. Iſta autem eſt neceſſaria, quia populus eſt ſine ratione, et ideo indiget aliquo directiuo, ne præter rationem moueatur. Deinde cum dicit.

Reliqua vero ſunt illa, de quibus ſupra determinauimus in conſulẽdo, & ius litigãtibus reddendo verſari. Si igitur hæc ciuitatibus adeſſe oportet, recteq; fieri & iuſte, neceſſarium eſt eſſe aliquos, qui virtutem habeant rerum ciuiliũ.

Oſtendit, ꝙ ſuprema pars ciuitatis eſt neceſſaria, & dicit, ꝙ pars quæ adminiſtratiua eſt ĩ ciuitate circa principatus neceſſaria eſt in ciuitate, quia ciuitas non poteſt

G eſſe ſine principibus, cuius probatio eſt. Quia politia eſt ordo principatuum & maxime primi. ergo manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt aliquos eſſe in ciuitate potentes principari, vel ſemper, vel aliquãdo: ita, ꝙ aliquãdo vnus principetur aliquando alius. Similiter alia de quibus dictum eſt, ſcilicet de cõſiliatione, & de illo qui determinat diſceptationem inter aliquos altercantes de iuſto, oportet eſſe in ciuitate. Si igitur hæc in ciuitate fieri poſſunt bene & iuſte, & iniuſte & male: oportet autẽ hoc fieri bene, hoc autem non poteſt eſſe ſine virtute dirigente. manifeſtum ꝙ neceſſe eſt aliquos viros politicos principari in ciuitate ſm virtutẽ. Sic igitur apparet, ꝙ ſunt plures partes ciuitatis differentes ſm ſpeciem & rationem, quare erũt plures politiæ. Si autem aliquis dicat quod ſuperius dictum eſt, ꝙ ſunt ſex. tres rectæ, & tres tranſgreſſæ, & non plures. Dicendum quot ſuperius dixit, ꝙ ſunt ſex genera politiæ & non plures, quędam tamen ipſarum habẽt ſpecies ſub ſe contentas, & ſic hic loquiẽ. vnde vult ꝓbare ꝙ ſunt plures politiæ ſm ſpecies. Deinde cum dicit.

H Cæteras ergo potentias eiſdem adeſſe poſſe videntur pluribus, ceu eoſdem eſſe, propulſatores belli, & agricolas, & artifices. Et pręterea cõſultores & iudicantes, arrogant quoq; ſibi virtutem cuncti, & multifariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernãdum. Verum pauperes, ac diuites eoſdem eſſe impoſſibile eſt. Quapropter hæ partes præcipue videntur eſſe ciuitatis, inopes ſcilicet & opulenti.

Oſtendit quæ ſunt principales inter iſtas ſm intentionem aliorum. Et diuiditur in duas, ſm, ꝙ per duas rationes oſtendit, ꝙ iidem poſſunt eſſe conſiliantes & iudicãtes, quę ſunt principales. Secũda. ibi. {Et ꝓpterea &c.} In prima dicit ꝙ cũ ſint multę partes ciuitatis, duę tamẽ

videntur

videntur eſſe principales & maxime oppoſitæ ſcilicet diuites & ægeni. Alias enim partes contingit multis eiſdẽ exiſtere ſimul, verbi gratia. Idem poſſunt eſſe propugnãtes & agricolæ & artifices. Iterum idem poſſunt eſſe conſiliantes & iudicantes. Iterum cum his poſſunt eſſe virtuoſi. Sed impoſſibile eſt vnum & eundem ſimul eſſe diuitem & pauperem. Propter quod manifeſtum eſt, ꝙ diuites & ægeni videntur eſſe maxime principales partes ciuitatis, & maxime differentes, propter quod duæ maximæ videntur partes ciuitatis eſſe, in quibus diuites vel pauperes principantur. Deinde cum dicit.

Et præterea ex eo ꝙ vt plurimum, alij pauci ſunt, alij multi maxime omnium cõtrarię inter ſe partes iſtę apparent. Itaq; & reſp. ſecundum earum pręualentiam conſtituerunt, ac duæ videntur ſcilicet popularis, & paucorum potẽtia.

Ponit ſecundam rationem. Et dicit, ꝙ iterum diuites & ægeni videntur duæ partes eſſe ciuitatis maximæ cõtrariæ, q̃a vt in pluribus diuites ſunt pauci & pauperes multi, Quare manifeſtum eſt, ꝙ politiæ quæ determinãtur ſm exceſſus iſtarum partium, erunt duę politię maximæ contrariæ & diuerſæ. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ popularis & paucorum ſunt duæ politiæ diuerſæ & diſtinctæ: quãuis autẽ diues ſm, ꝙ diues: & pauper ſm, ꝙ huiuſmodi: maxime differunt, ne vnus & idem ſimul poſſit eſſe diues & pauper, tamen nõ maxime differunt ſm rationem bonitatis & malitiæ. Et ideo cõſiderando ſm rationem boni & mali, non maxime differunt, ſed ſunt alię quæ plus differunt. Vlterius concludit quod dictum eſt prius, quòd ſunt plures politiæ quàm quæ dictæ ſunt & propter quam cauſam.

LECTIO IIII.

Popularis adminiſtrationis quinq; modi enumerantur & paucorũ ſtatus quatuor, quorum vltimi qui non legibus ſed decretis regunt, perſimiles ſunt tyranno.

QVod igitur ſint plures reſpu. & ob quas cauſas, dictum eſt prius.

Poſtquam philoſophus oſtendit plures eſſe politias in generali, oſtẽdit in ſpeciali eſſe plures diſtinguẽdo quædam genera ipſarum ſicut popularem & paucorũ. Et diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuum. Secũdo proſequitur. ibi. {Quod vero &c.} In prima dicis ꝙ poſtquam dictum eſt, ꝙ ſunt plures ſpecies politiæ in generali, dicẽdum eſt, ꝙ plures ſunt ſpecies popularis & paucorum: & hoc manifeſtum erit ex eodem principio, ex quo probatum fuit in generali, quòd ſunt plures ſpecies politiæ. Deinde cum dicit.

Quod vero & popularis ipſius ſpẽs ſint plures, & paucorum potẽtiam oſtendamus. Patet autẽ hoc ex his quæ dicta ſunt, nam & in plebe & in nobilitate plura ſunt hominũ genera. Plebis quidẽ vna ſpecies, agricolæ. Alia, artifices. Alia, negociatores, qui emẽdis vẽdendisq; rebus intendunt. Alia circa rem maritimã, & horum alij bellatores, alij mercatores, alij nautæ, alij piſcatores: multis enim locis horũ omniũ turba ingens, vt piſcatores Tarenti & Bizãtij. Naualis multitudo Athenis, mercatores ĩ Ægina & Chio, Portitores in Tenedo. Inſuper manuales & paruas facultates habentes, qui ocioſi eſſe nõ poſſunt. Præterea qui nõ ex vtroq; parẽte ciues ſunt orti, liberi tñ homines, & ſi qua huiuſmodi plebeiorum hominũ ſpecies altera,

A Proſequitur & primo oſtendit, ꝙ ſunt plures politiæ populares & plures paucorum. Et primo in generali. Secundo in ſpeciali & diuiſim. ibi. {Popularis igitur.} In prima intendit iſtam rõnẽ. Secundum diſtinctionẽ partium pertinentium ad ſpeciem, diſtinguitur ſpecies. ſed partes materiales populi pertinentes ad rationem ſtatus popularis, & partes diuitum pertinentes ad rationẽ potentiæ paucorum ſunt plures, quare ſunt plures ſpecies popularis & paucorum, huius rationis declarat minorẽ, & primo, ꝙ ſunt plures partes populi. Secundo, ꝙ ſunt plures partes diuitum. ibi. {Nobilitatis &c.} In prima dicit, ꝙ plures ſunt partes populi differentes ſm ſpeciẽ: & diuitũ ſimiliter, vna quidem ſpecies vel pars populi eſt agricultura. alia circa artes ſicut operatores. alia quæ verſatur circa emptionem & venditionem. alia quæ circa mare, & iſta multas habet ſub ſe ſpecies. Quædam .n. eſt quæ ordinatur ad bellicas operationes. Alia quæ ad pecunias acquirendas. Alia eſt nautica ſolum, quæ merces vehit, alia ad piſcandum: in diuerſis autem locis mul-
B ti ſunt operantes ſm ſingula iſtorum, ſicut in Tarento & Bizantio multi ſunt piſcatores, Athenis ſunt multi nautæ, In Aegina vero & Chio ſunt multi negociãtes in mari, et in Tenedo multi ſunt trãſportãtes per mare. Vlterius eſt alia pars populi quæ dicitur manualis quæ laborat manibus. Hoc autem eſt, quia modicam habent ſubſtantiam tales vnde poſſunt viuere, & ideo nõ poſſunt vacare ſpeculationi vel actubus bellicis. Vlterius eſt alia ſpecies populi, ſ. ſi aliquis non natus ſit ex duobus ciuibus liber pars populi eſt. Iterum ſi ſit aliqua alia ſpecies multitudinis, pars populi eſt. Deinde cum dicit.

Nobilitatis vero diuitiæ, genus, virtus, diſciplina, & his ſimilia, quę dicuntur ſecundum eandem differentiam.

Oſtendit, ꝙ ſunt plures partes diuitum. Et dicit, ꝙ inſignium plures ſunt partes. Quidam .n. ſunt diuites, quia diuitias habent, Alij nobiles, Alij virtuoſi & diſciplinati:
C & quicunq; alij ſimiles iſtis, ſecundum eundem modum partes ſunt inſignium. Deinde cum dicit.

Popularis igitur prima ſpecies dicitur maxime ſm æqualitatem. Vult .n. lex huius popularitatis pares eſſe diuites et pauperes, nec alteros plus poſſe, alteros minus, ſed vtroſq; eſſe æquales, ſiquidem maxime libertas eſt in populari ſtatu, vt putãt quidã, & æqualitas certe eſſet maxime pariter omnibus reip. participãtibus. Cũ vero populus ſit multitudo, & id obtineat ꝙ pluribus videatur, neceſſe eſt, vt hęc ſit popularis gubernatio. Vna igitur ſpecies popularis eſt hęc.

Proſequitur modos popularis & paucorum in ſpeciali & diuiſim. Et diuiditur in duas, quoniam in prima par-
D te ponit modos popularis & paucorum. Secundo cũ dicit. {Sunt inſuper &c.} Ponit modos ſtatus optimatum. Adhuc prima diuiditur in duas. Quoniã in prima ponit modos iſtarum politiarum. Secuodo aſſignat rationem iſtorum. ſecunda ibi. {Nec latere &c.} Adhuc prima in duas. In prima enumerat modos popularis. In ſecunda modos paucorum. ibi. {Paucorum vero &c.} Prima in quinq; ſm, ꝙ enumerat quinq; modos popularis, quorũ tamẽ primus & vltimus in vnum incidũt vt videbitur. Secunda ibi. {Alia vero &c.} Tertia ibi. {Alia ſpecies.} Quarta ibi. {Alia ſpẽs.} Quinta ibi. {Alia ſpecies &c.} In prima dicit, ꝙ prima ſpecies popularis quæ maxime dr̃ popularis eſt in qua principantur ſm omnimodam ęqualitatem, & hoc apparet. Quia lex fuit in tali politia, ꝙ de honoribus non plus diſtribueretur diuitibus q̃ ęgenis, vel virtuoſis q̃ non virtuoſis, ſed æqualiter iſtis & illis. Iterum dicebat lex, ꝙ iſti non magis deberent dñari q̃ illi,

q̃ illi, nec econuerſo, ſed iſti & illi indifferenter, quia ſunt ſimiles vel æquales. Et ideo quia æqualitatem habent in libertate, æqualiter debẽt dominari & recipere de honoribus, non plus vnus q̃ alter. Si enim libertas maxime ſit in populari vt dicunt plures, in iſta autem ſunt omnes æquales. Maniſeſtũ eſt, ꝙ maxime erit politia & æqualitas ſm ipſum, ſi omnes communicent in omnibus æqualiter. Et, ꝙ iſta ſpecies ſit popularis, probat ſic. In iſta.n. ſpecie politiæ dominatur populus ſiue multitudo, quia omnes ſunt æquales ſm libertatem, & principatus diſtribuitur ſecundum ipſam. Et iden multitudo tota dominatur, ſed vbi multitudo dominatur, popularis eſt, hæc igitur eſt vna ſpecies popularis. Deinde cum dicit.

Alia vero ſpecies, vt magiſtratus, honoresq; in rep. ſecundum cenſum patrimoniorum, & eum quidem paruum, tribuantur, ita vt qui tãta poſſidet, habilis ſit ad honores reip. ſuſcipiẽdos. Qui vero non poſſidet, ſit inhabilis.

Ponit ſecundam ſpeciem. Et dicit, ꝙ ſecunda ſpecies popularis eſt in qua aſſumitur aliquis ad principatum propter aliquem terminum diuitiarum, paruum quidẽ. Et adiungit paruum ad hoc, vt plures poſſint regere. Si enim non aſſumerentur niſi qui magnum poſſiderent cenſum, eſſet admodum paucorum. & ſic non eſſet popularis. Deinde cum dicit.

Alia ſpecies popularis eſt, vt omnib⁹ omnino ciuib⁹ habilitas ſit, modo nõ ſint aliqua ex cauſa obnoxij, dominetur autem lex.

Ponit tertiam ſpeciem. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies popularis eſt in qua omnes habiles ſunt ad magiſtratus gerendos, dũmodo non ſint obnoxij ex aliqua cauſa: puta qa ex aliquo crimine ciuilitatem amiſerint, vt contingit capite diminutis, aut quia ſerui ſint, vel aliquo alio modo ciuilitate careant. Et in iſto principatu principans principatur ſm legem, cũ enim quilibet aſſumatur. Et quilibet ex ſe non poteſt eſſe ſufficiẽs dirigere, oportet, ꝙ ſit dirigibilis & à lege dirigaẗ. Iterũ nõ eſſe poſſunt vacare, ideo oportet, ꝙ ſm legem principentur. Deinde cũ di.

Alia ſpecies popularis eſt, vt omnes omnino habiles ſint ad magiſtratus gerendos, modo ſint ciues, & dominetur lex.

Ponit quartam ſpeciem. Et dicit, ꝙ quarta ſpecies popularis eſt in qua aliqui aſſumũtur ad principatum, ſiue ſint ſerui, ſiue liberi, dum tamen ſint in ciuilitate. Et quia nõ omnes tales poſſunt vacare ad principatum, oportet, ꝙ principẽtur ſm legem ſicut prius. Deinde cum di.

Alia ſpecies eodem modo, niſi ꝙ non lex dominatur, ſed multitudo. Hoc autem fit quando populi decreta præualent legibus.

H Ponit quintam ſpeciem & videtur eadem eſſe cum prima, niſi ꝙ in iſta repetit magis determinate quod dixit in prima. Et diuidiẗ in duas. In prima ponit ſpeciẽ iſtã. In ſecunda oſtendit, ꝙ non eſt vere politia nec ſtatus popularis. ibi. {Merito &c.} Adhuc prima in duas. In prima ponit ſpeciem iſtam. In ſecũda oſtendit propter quã cauſam accidit. ibi. {Accidit autẽ &c.} In prima dicit, ꝙ quinta ſpecies quæ videtur eſſe eadem cum prima, eſt quando multitudo principatur nõ ſm legem, ſed ſm decretum. Et eſt intelligẽdum, ꝙ decretum intelligitur dupliciter. Vno modo dicitur enunciatio quædam vniuerſalis de particularibus opabilib⁹, ſicut dicit philoſophus ſecundo rethoricæ ſuæ. Alio modo dicitur iudicium aliquod, de aliquo operabili, & ſic ſumitur hic decretum. Et differt à lege, quia lex eſt de vniuerſali & obligat ad futurũ, decretũ vero iſto modo ſumptũ eſt de particulari opabili, & obligat ad præſens tantũ. Deinde cũ di.

E Accidit autẽ iſtud ob præpotẽtes quoſdam qui populum ducunt. Nã in his rebuſp. in quibus dominatur lex, præpotens aliquis nõ fit q populum ducat, ſed optimi ciuium rẽp. gubernant. At vbi leges non dominantur, ibi ductores populi oriuntur. Solus.n. populus regit cõpoſitus vnus ex pluribus. Multitudo enim auctoritatem dominãdi habet non vt ſinguli, ſed vt omnes. Homerus autem cum dicit non eſſe bonum vt plures regant, vtrum de hac dicit, vel de illa cum plures gubernant vt ſinguli, incertum eſt. Talis ergo populus, vtpote abſolutam poteſtatem habens, dominari ſolus quęrit nec vlli legi ſubeſſe. Efficiturq; dñator, itaq; aſ-
F ſentatores eius in precio habentur. Et eſt huiuſmodi populus in gubernatione ſua, tyranno perſimilis. Iidem nempe mores, & vtrobiq; meliores deprimuntur. Et decreta huius populi perinde ſunt vt tyranni præcepta.

Declarat propter quam cauſam iſte modus accidit. Et diuiditur in duas. In prima proponit quod accidit propter ductores populi et ſuaſores. Et aſſignat cauſam quare iſti introducti ſunt. In ſecunda aſſignat cauſam popularis reip. prædictæ ex dictis. ibi. {Hi auctores.} Prima i duas. In prima oſtẽdit quare ductores ſunt introducti. Secũdo comparat eos ad adulatores. ibi. {Et ductores.} Dicit igitur, ꝙ accidit populum dominari non ſm legẽ, ſed ſm ſententiam populi propter præpotentes. Et hoc apparet, quia in his popularibus in quibus principatus eſt ſm legẽ nõ oportet, ꝙ ſit ductor, ſed ſunt viri optimi in præeminentia. Tunc enim populus nõ ducitur ſm ſo-
G lam voluntatem alicuius, ſed ſm legem. Præpotens autẽ dicit populum ſm ſuam voluntatem, non ſm legem. Sed vbi nõ eſt principatus ſm legem, ibi eſt ductor & ſuaſor, qa populus deficit à ratione. Et ideo indiget aliquo ductore, & cum nõ ducatur ſm legem, oportet ꝙ ſm rationem vel voluntatem alicuius. Talis vero eſt præpotens & ſuaſor, & cum totus populus cõpoſitus ex multis dominatur, eſt ſicut monarcha & princeps vnus. Omnes enim principantur non diuiſim ſed coniunctim. De quo dixit Homerus, ꝙ nõ eſt bonus principatus vbi multitudo principatur. Sed incertum eſt, vtrum intellexit Homerus, ꝙ quando tota multitudo dominatur ſicut vnus monarcha coniunctim, nõ ſit per ſe bonus principatus, vel qñ populus dominatur ita, ꝙ vnuſquiſq; dominet. Sed qñ huiuſmodi populus qui eſt ſicut monarcha quidam vult regere ciuitatem monarchice, & quia hoc nõ facit ad vtilitatem omnium, ſed ſui & contra voluntatẽ inſigniũ: oportet, ꝙ dominatiue principetur, id eſt prin-
H cipatu domini ad ſeruum, propter quod accidit, ꝙ adulatores acceptantur & honorantur à talibus, quia acceptantur & honorãtur à tyrãnis: cuius ratio eſt, quia adulator eſt q dicit & operatur ea quæ opinatur placere, in nullo volẽs contriſtari. Vnuſquiſq; autem diligit ſuam excellentiam & vult eſſe certus de ipſa, & ideo libenter audit ipſam & illũ qui teſtatur de ea. Sed adulator dicit excellentiam alterius affirmando vt ſibi placeat, & ideo honoraẗ. Et quia in iſta politia ſunt aliqui qui dicũt excellẽtiam populi, cum dicunt, ꝙ omnia debent referri in populum, & ꝙ vnus nñ debet magis dominari q̃ alius, & ꝙ ſunt oẽs æquales, ideo in tali politia adulatores ſiue ductores honoranẗ vel acceptanẗ. Populus ẽt iſte qui ſic principatur, proportionabiliter ſe habet tyrãnis in monarchiis in quibus vnus principatur. Et ideo eadem conſuetudo & idem mos in vtroque, in vtroq;.n. opprimuntur meliores, eſt enim principatus eorum dominatiuus

respectu

reſpectu meliorum, quia opprimunt ipſos, & non intendunt bonum eorum ꝓ ſe. Iterum in principatu iſtorum ſunt decreta ſicut in tyrannide ſunt præcepta ad opprimendum meliores. Deinde cum dicit.

Et ductores ſuaſoresq; huius populi ſunt velut adulatores illi qui circa tyrãnos verſantur, & vtriſque apud vtroſque potentia par, tam adulatoribus penes tyrannum, q̃ ductoribus ſuaſoribusq; populi, apud ipſum populum.

Comparat ductorem ad adulatorem, dicens, ꝙ ductor & adulator ſunt idem, & proportionantur. Vterque.n. vult dicere vel facere ꝙ placeat alij. Sed differunt, quia ductor dicit ea quæ placent populo. Sed adulator dicit ea quæ placent tyranno, quia tyrannus & populus habent magnam poteſtatem. Manifeſtum eſt ꝙ vterque habet magnam poteſtatẽ. Sed ductor apud populum, adulator apud tyrannum. Deinde cum dicit.

Hi auctores ſunt, vt decreta, & leges infringant, & ad voluntatem populi cuncta referant. Contingit autem illis fieri potentes ex eo, quia populus dominatur omnium. Ipſi autem voluntatem populi maxime ducunt, quoniam fides à populo eis adhibetur.

Declarat propter quid accidit talis politia. Et diuidit in duas. Primo aſſignat cauſam propter quam ſit principatus in iſta politia ſm decretum non ſm legem. Secundo aſſignat cauſam quare totus populus dominatur. ibi. {Præterea.} In prima dicit ꝙ ductores ſunt cauſa quare populus dominatur ſm ſententiam ſuam non ſm leges. Dicunt enim ductores & præpotentes omnia debere referri in populum, & ꝙ vnus non debet magis dominari q̃ alius, & ꝙ omnes ſunt æquales. Hæc autem placent populo, ideo dominantur ſm ſententiam: & quia populus principatur omnibus, contingit ꝙ iſti ſunt magni & magnam potentiam habẽt. Iſti.n. tenent opinionem populi. Sunt.n. tria quę faciunt ad bene perſuadendum ſm Ariſt. 2. Rhetor. ſcilicet prudentia, virtus, & beniuolentia. Et propter iſtud tertium ductores de facili ſuadent populo: ſunt enim eis beniuoli. Deinde cum dicit.

Præterea qui de magiſtratibus quæruntur, ad iudicium populi negocia deferunt. Populus aũt gratanter audit eorum prouocationes, per hunc modum magiſtratus irritantur oẽs.

Declarat quare totus populus principatur. Et dicit, ꝙ iſti ductores accuſantes principatus in quibus vnus vel pauci principantur: dicunt, ꝙ tota multitudo debet dominari & iudicare quæ fiunt per alios magiſtratus. Omnia.n. debent referri ad populũ, & melius eſt totum principari q̃ partem. Populus aũt gratanter recipit hanc allegationem: omnes.n. faciliter exaudiunt proponentes ꝓ eis ad quę inclinantur, ſicut intẽperatus, pro actu intẽperantiæ, propter quod cũ poteſtatem habeant principantur deſtruentes alios principatus. Deinde cum dicit.

Merito autem reprehendere videntur, qui dicunt huiuſmodi popularem non eſſe legitimam reipu. ſpeciem. Vbi enim leges non prę ualent, non eſt reſpub. nam lex dominari omnibus debet. In particularibus autem magiſtratus, & politia prouidere.

Declarat ꝙ huiuſmodi politia in qua principatur populus non ſm legem, ſed ſecundum ſententiam non eſt proprie politia nec ſtatus popularis. Et primo declarat ꝙ non eſt proprie politia. Secundo ꝙ proprie non eſt popularis. ibi. {Itaq; ſi.} In prima dicit ꝙ rationabiliter vi-

A detur dicere ille qui dicit ꝙ huiuſmodi popularis non eſt proprie politia: & ratio huius eſt, quia vbi non principantur leges non eſt politia, quia oportet in politia legem principari in omnibus. Oportet.n. principatum & politiam iudicare de ſingularibus. Iudicant autem ſm leges vbi leges prouident, vbi verò non, tunc magiſtratus ſupplent & decernunt. Et ideo vbi eſt politia leges principantur, ſed in tali populari ſtatu non principantur leges, ſed ſententia populi, ergo talis popularis ſtatus nõ eſt politia proprie. Sed aliquis argueret contra illud ꝙ dicit, ꝙ vbi leges non præualent non eſt reſpub. quia monarchia regalis politia eſt: tamen non eſt principatus ſm legem, ſed ſm voluntatem & rationem principantis. Ad hoc poſſet aliquis dicere breuiter, ꝙ quædam eſt politia monarchicha in qua vnus dominatur. Alia eſt politia poliarchicha in qua plures principantur. In politia poliarchica non corrupta principatus eſt ſm leges, & de tali loquitur hic Ariſt. in alia non. Aliter dicendum eſt & me-

B lius, ꝙ in omni politia recta principans dominatur ſm leges: quia in omni politia principatur aliquis ſm aliquam regulam, quã dicimus legem. Sed in quibuſdam illa regula eſt interior exiſtens in voluntate & ratione, in quibuſdam eſt extra in ſcripto. In monarchia regali, monarcha habet iſtam regulam quæ eſt in voluntate & ratione eius, in politia poliarchica eſt extra in ſcripto: qđ ergo dicebatur ꝙ vbi eſt politia ibi eſt principatus ſm legem, verum eſt, vel intrinſecam, vel ſcriptam. Hic aũt intelligit de ſcripta: & ideo non multum differt à prima, ſed eam declarat. Deinde cum dicit.

Itaque ſi eſt popularis vna ſpecierum reipu. clarum eſt, ꝙ talis gubernatio in qua decretis cuncta efficiuntur, non eſt proprie popularis. Nullum enim decretũ recipit eſſe vniuerſale. De popularis igitur ſpeciebus in hũc modum

C determinatum ſit.

Oſtendit ꝙ non eſt proprie popularis. Et dicit, ꝙ popularis eſt politia quædã. Sed talis popularis in qua ſententiæ principantur non leges, non eſt politia, quia politia eſt ſm leges, quæ ſunt de vniuerſalibus, ſed ſententiæ ſunt de particularibus non vniuerſalibus. Nulla.n. ſententia eſt vl'is ſm quod hic intendimus de ipſa, vt dictum eſt prius. Quare manifeſtum eſt ꝙ talis popularis non eſt ꝓprie popularis. Vlterius concludit ꝙ ſpecies popularis determinantur hoc modo. Deinde cum dicit.

Paucorum verò gubernationis ſpecies vna eſt in qua magnum habentes cenſum ad gubernationem reipu. recipiuntur: atque ita magnũ, vt tenues homines ad eum peruenire non poſſint. Is verò qui tanta poſſidet, habilis ſit ad rempub. gerendam.

D Enumerat modos paucorum. Et diuiditur in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor. Secunda ibi. {Alia ſpecies &c.}. Tertia ibi. {Alia ſpecies.} Quarta ibi. {Quarta ſpecies} In prima dicit ꝙ vna ſpecies paucorum eſt in qua diſtribuuntur principatus ſm quandam honorabilitatem: puta diuitiarum vel generis, ita ꝙ egeni non attingant ad ipſos quamuis ſint plures. In paucorum autem iſta licitum eſt principanti attingere ad eandem rempub. ſcilicet quantum ad conſilium & deliberationes communes & tractatus. Deinde cum dicit.

Alia ſpecies eſt cum à paruo cenſu eſt habilitas, & eligunt ipſi eos quibus deſit. Si igitur ex omnibus hoc faciãt, videtur hoc eſſe potius optimatum. Sin verò ex paruo numero, paucorum potentiæ.

Ponit ſecundam ſpeciem. Et dicit, ꝙ alia eſt ſpecies paucorum in qua diſtribuuntur principatus ſm minores cenſus. Et principantes poſſunt eligere alios conſocios ſuos ſi aliqui deficiant, & ſi eligant illos qui deficiũt ex quibuſcunque, dum tamen virtuoſi ſint, optimatum eſt. Si autem ex aliquibus vt ex diuitibus vel nobilibus, tantum paucorum. Deinde cum dicit.

Alia ſpecies eſt cum filius patri ſuccedit.

Ponit tertiam ſpeciem. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies eſt qñ principatus diſtribuuntur ſm honorabilitatem maiorẽ ad hęc diuitiarum aut generis, & filius in ꝑncipatu ſuccedit patri & fit princeps pro patre. Deinde cum dicit.

Quarta ſpecies cum hoc fit quod modo diximus & lex non dominatur, ſed illi qui regunt. Et hæc eſt ſpẽs in paucorum gubernatione, vt eſt tyrãnus in monarchia, & vt eſt in populari ſtatu vltima illa ſpecies, de qua diximus, & vocant huiuſmodi ſpẽm paucorum potentiam: gubernationis igitur paucorum hæ ſpẽs ſunt.

Ponit quartam ſpeciem. Et dicit, ꝙ quarta ſpecies eſt quando aliqui principantur ꝓpter honorabilitatem maximam, & filius ſuccedit patri. Et in iſto principatu nõ principatur lex, ſed principes ſm volũtatem propriam, & ſic ſe habet iſta inter paucos, ſicut tyrannus inter monarchias: ſicut enim in tyrannide tyrannus principatur primo & per ſe ꝓpter bonum ſuum, & bonos opprimit, ſic in iſto principatu principes principantur propter bonum ſuum. Et ideo ſicut inter monarchias tyrannis eſt peſſima, ſic inter paucorum potentias iſta eſt peſſima. Et ſicut popularis vltima de qua dictum eſt inter omnes ſpecies popularis peſſima eſt: aſſimilatur enim tyrannidi, ſicut dictum eſt prius, ſic inter potentias paucorum iſta eſt peſſima: & talem paucorum potentiam vocant paucorum potentiam, quia potentes valde principant. In fine concludit ꝙ tot ſunt ſpecies popularis & paucorum, vt dictum eſt.

LECTIO V.

Comprobat ſingulos quaſque ſpecies popularis adminiſtrationis, & paucorum, ſuperius enumeratas.

NEc latere nos debet, quod multis locis accidit rempub. quæ ſm leges non ſit popularis, more tamen & geſtione populariter gubernari. Similiter aũt econuerſo, apud alios contingit rempub. ſm leges eſſe popularem: moribus tamen & geſtione ad paucorum gubernationem magis referri.

Poſtq̃ Philoſophus poſuit modos popularis & paucorum, ponit incidens vnum. Et diuiditur in duas. In prima ponit incidens. In ſecunda oſtendit ꝓpter quam cauſam illud contingit. ibi. {Contingit autem &c.} In prima dicit ꝙ iſtud nõ debet nos latere quod accidit in multis locis, ꝙ aliqua politia non ſit ſm leges popularis, ſed propter conſuetudinem & modum ipſam contingit eſſe popularem: ſimiliter econtrario apud alios contingit vt ſit popularis reſpu. ſm leges: ſed per aſſuefactionem contingit ciues viuere ſm rempub. paucorum. Sed illud nõ videtur eſſe verum, quia leges ſunt de conferentibus ad finem reipub. ergo ſi aliqui viuant ſm vnam rempub. & regantur per leges alterius reipub. ſimul & ſemel intendunt diuerſos fines, vel eadem reſpub. tendit in diuerſos fines: ſed hoc eſt impoſſibile, quare non videtur eſſe poſſibile ꝙ aliqui viuant ſm vnam rempub. & leges ſint alterius reipub. Dicendum ꝙ non eſt poſſibile ꝙ aliqui ſimpl'r viuant ſm vnam rempu. & ſimpl'r leges in illa ſint ſm aliam: quia ſimul tenderent in diuerſos fi-

E nes ſimpliciter, quod non eſt poſſibile: ſed poſſibile eſt ꝙ aliqui ſm quid viuant ſm vnam rempub. & ſm quid regantur legibus alterius reipub. vel ſimpliciter quidem viuant ſm vnam rempub. regantur autem in aliquibus legibus alterius, vel econtrario. Et.i.cauſa diſſenſionis in aliquibus ciuitatibus, ꝙ aliqui viuant ſm vnam rempub. & leges ſint ſm aliam, quia ille qui cognoſcit leges & amat eas, odit volentes viuere ſm eas leges, & hoc eſt cauſa diſſenſionis. Deinde cum dicit.

Contingit aũt hoc maxime poſt mutationes rerũp. non.n. ſtatim mutantur, ſed contenti ſunt ab initio homines parua acceſſione potẽtiæ. Itaq; leges quidem manent vt prius erant, præualent tamen qui rempub. mutauerunt.

Oſtendit quando & propter quam cauſam accidit aliquos viuere ſm vnam rempub. & leges ſm aliam. Et dicit
F ꝙ hoc quod dictum eſt maxime contingit poſt tranſmutationes rerumpub. Cum enim vna ciuitas tranſmutatur de rebup. in aliam, non ſtatim tranſmutatur: ſicut enim in medicinalibus ſubitæ tranſmutationes nociuæ ſunt ſic in rebuſpublicis, & ideo cum tranſmutatur de vna repub. in aliam, aliquid retinent de prima. Amant enim ciues ea quæ ſub prima repub. continebantur: & ideo aliquid retinentes de prima tranſmutantur ad aliã quaſi paulatim aliquid accipientes de poſteriori: & ſm aliud dimittentes primam, ita ꝙ accidit ꝙ leges primæ reipub. remaneant ſm aliud & viuant ſm rempub. ad quam tranſmutantur. Deinde cum dicit.

Quod autem tot ſint popularis, & paucorũ gubernationis ſpecies, ex ipſis patet. Neceſſe eſt enim, aut omnes partes populi, quas ſupra enumerauimus reipub. gubernationem habe-
G re, aut quaſdam habere, quaſdam non habere. Cum igitur & agricolæ, & mediocria poſſidẽtes rempub. gubernant, ſm leges eſt gubernatio. Victum enim ex opera ſua quærere habẽt, nec ocioſi eſſe poſſunt. Itaque lege conſtituta ſolummodo neceſſariis concionibus intendũt. Aliis autem recipi ad rempub. licet, cum tanta poſſidebunt quanta determinat lex: omnino enim non licere omnibus, paucorum potentiæ eſt. Ociari autem eum qui non redditus habeat, impoſſibile. Hæc igitur eſt vna ſpecies popularis gubernationis.

Aſſignat rationem modorum popularis & paucorũ. Et primo aſſignat rationem modorum popularis. Secundo paucorum. ibi. {Paucorum autem &c.} Prima in
H quatuor ſm ꝙ aſſignat rationem quatuor modorum popularis. Secunda ibi. {Altera verò ſpecies &c.} Tertia ibi. {Tertia ſpecies &c.} Quarta ibi. {Quarta &c.} In prima dicit, ꝙ ex his quæ dicta ſunt apparet ꝙ ſunt tot modi popularis & paucorum, quia in populari aut principantur omnes, aut plures. Et ſi plures, aut iſti, aut illi: contingit.n. conſiderare agricolas & alios artifices. Et ſi agricolæ & illi qui habent diuitias mediocres ita ꝙ non ſunt excellẽter diuites nec nimis pauperes: ſed mediocriter ſe habent principentur ſm leges, non ſm voluntates eorum, eſt primus modus. Et ratio huius eſt, quia agricolæ habent viuere de agricultura circa quam oportet eos laborare, & ideo non poſſunt vacare congregationibus ciuitatis vnde principantes talibus ſcientes leges nõ faciunt congregationes, niſi pro magnis & valde neceſſariis calibus, & quia multitudo non vult aliter ſubici. Et oportet aliquos quandoque aſſumi ad principatum.

ordinatur

ordinatur ꝙ principentur ſm leges. Alij etiam qui habēt aliquam dignitatem diuitiarum aut generis moderatā, cum ſm legem poſſunt aſſumi ad principatum. Et ideo omnes qui habent poſſeſſiones poſſunt aſſumi vt melius poſſint vacare. Si enim non poſſunt aſſumi omnes qui habēt aliquam dignitatem poſſeſſionis, erit paucorum, in qua non omnes aſſumuntur, ſed excellentes valde. Illi autem qui non habent aliquas diuitias non poſſunt aſſumi, quia tales debent aſſumi ad principatum qui poſſunt vacare, ſed eum qui non habet aliquos prouentus vel aliquas poſſeſſiones impoſſibile eſt poſſe vacare: quare manifeſtum eſt ꝙ in tali principatu non aſſumuntur omnes, ſed qui mediocres habent diuitias. Et tunc concludit ꝙ hæc eſt vna ſpecies popularis, & propter prædictas cauſas. Deinde cum dicit.

Altera verò ſpecies eſt, omnibus licere, qui prohibiti non ſint per genus, potentibus tñ, in ocio eſſe. Quapropter in huiuſmodi quidem populari adminiſtratione leges præualent & gubernant, quia redditus non eſt.

Aſſignat rationem ſecundæ ſpeciei, & dicit, ꝙ alia ſpecies popularis eſt in qua aliqui aſſumuntur ad principatum per electionem aſſequentem, ad quam libet omnes attingere qui non ſunt refutati ſecundum genus: puta viles valde: ſed liberi ſimpliciter ex vtroque ciue libero. Si tantum poſſint non refutari propter penuriam, propter qđ in iſto principatu principantur ſm legem. Et ratio eſt, quia tota multitudo non habet ſufficientes diuitias: & ideo oportet cōmittere principatum alij, & quia ſubījci non vult omnino, ordinat multitudo quòd principentur ſm legem. Deinde cum dicit.

Tertia ſpecies eſt, omnibus omnino licere rempub. gerere qui liberi ſint: non tñ licere ob ſupradictam cauſam. Quare neceſſarium eſt in hac quoque legem dominari.

Aſſignat rationem tertiæ ſpeciei. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies eſt quando quicunq; fuerint, dum tamen liberi fuerint quocunq; modo aſſumantur ad principatum: non tñ principantur propter dignitatem aliquam diuitiarū ſicut in aliis, ſed aſſumuntur propter libertatem. In iſto autem principatu, ille qui dominatur principatur ſm legem. Et ratio huius eſt, quia multitudo non habet diuitias ſufficientes: & ideo oportet ꝙ principatum cōmittat omnibus exceptis his de quibus non vult aut ſubiici omnino voluntati alicuius, & ideo ordinat ꝙ principatus ſit ſm legem. Deinde cum dicit.

Quarta verò ſpecies eſt illa quæ poſteris tēporibus in ciuitatibus eſſe cœpit. Maioribus.n. factis ciuitatibus q̄ ab initio fuerant, & redditibus facultatibusq; abundantibus, participant oēs reip. propter multitudinis præualentiam. Verſanturq; in repu. gubernanda ex eo, quia poſſunt ocioſi eſſe, etiam inopes mercedem capientes. Maximeq; hmōi multitudo ocioſa eſt. Non.n. cura rei familiaris proprie eos impedit, quæ diuites ita occupat, vt ſæpe à concionibus abſint, & à iudiciis. Ex quo fit multitudo pauperum dominetur in repu. non autem leges: ſpecies igitur popularis gubernationis, tot ac tales ſunt, ob neceſſitates ſupradictas.

Aſſignat rōnem quartæ ſpeciei, & dicit, ꝙ quarta ſpecies popularis quæ vltimo ſm tempus facta eſt in ciuitatibus eſt qñ tota multitudo dominatur ſm ſententias nō

A ſm legem. Et ratio huius eſt, quia ciuitates multo maiores ſunt q̄ eſſent à principio, & prouentus & diuitię multo maiores. Et i[deo] quia multitudo magna eſt, multam habet & magnam potentiam. Et ideo omnes de multitudine attingunt ad principatum, quia poſſunt vacare etiam egeni qui non habent ſufficientes diuitias, nec ꝓpter defectum diuitiarum impeditur aliquis à principatu, quia ſi contingat egenum principari, accipit de communi aliquid, maxime etiam iſta multitudo poteſt vacare, quia non impeditur propter curam de propriis: aliquas.n. ſubſtantias habent, ſed diuites impediūtur vt frequenter non vadant ad congregationes ciuitatis, nec participent iudicatiuo: diuites.n. volunt honorari. in congregationibus verò non honorantur, aut non tantum quantum credunt debere honorari: & ideo non curant ire iterum multas habent diuitias, & iō nihil curant habere de cōi. Item virtuoſi nolunt ire, quia non honorant vel non ſm ꝙ deberent: & ideo relinquitur ꝙ ſit multi-
B tudo pauperum & egenorum dominans & principans in tali repub. ſm ſententias non ſm leges: & tunc concludit dicēs, ꝙ ſpecies popularis & tot & tales ſunt & propter prædictas cauſas. Deinde cum dicit.

Paucorum autem gubernationis prima ſpēs eſt, qñ plures habent patrimonia, ſed non admodum ampla: faciunt.n. poteſtatem participandi ei q̄ tanta poſſidet: & ꝓpter multitudinem eorum qui ad remp. recipiunt, neceſſe eſt non hoīem, ſed legem dominari. Quāto.n. magis diſtant à monarchia, neq; tā amplas habent facultates, vt eas negligendo ociari valeāt, neq; ita exiguas, vt à ciuitate victū quærant: neceſſe eſt vt legem velint dominari, non autem ipſos,

C Aſſignat rationem modorum potentiæ paucorum & diuiditur in quatuor ſm ꝙ aſſignat rationem quatuor modorum ipſius. Secunda ibi. {Quod ſi.} Tertia ibi. {Quod ſi eo.} Quarta ibi. {Quod ſi magis.} In prima dicit ꝙ qñ ſunt plures diuites in ciuitate non habentes tñ diuitias excellentes, ſed mediocres, tunc eſt prima ſpecies gubernationis paucorum. Huiuſmodi.n. dant poteſtatem principandi alicui habenti vel poſſidenti ſubſtātias ſiue diuitias: quia.n. plures ſunt qui poteſtatem habent: ideo eligunt alios, quia diuites ſunt eligunt ſibi ſimiles. Vnuſquiſque.n. libentius eligit ſibi ſimilem q̄ diſſimilem. Et qm̄ multi ſunt in iſta ſpecie qui attingunt ad rempub. & poſſunt attingere ad principatum: principes dominantur in ea non ſm ipſorum hominum voluntatem, ſed ſm leges. Quanto.n. magis diſtāt à monarchia, quia.ſ. multi ſunt potentes attingere ad principatum voluntates habentes diuerſas non vnam ſicut monarchia: & quanto mediocriores ſubſtantias habent non tantas vt poſſint multum vacare negligentes propria negocia,
D nec tam paruas vt neceſſarie habent viuere de cōmuni: tantum plus volunt non ſeipſos principari, aut quia non poſſunt omnino vitare, aut quia timent grauari ab aliis, ſed leges magis. Deinde cum dicit.

Quod ſi pauciores ſint, qui poſſident patrimonia ſiquidem prius: plures autem, ſecunda ſpecies fit gubernationis paucorum. Magis.n. potentes plus habendi ſe dignos putant. Quapropter ipſi ſumunt ex aliis, qui ad rempub. ſe conferant. Præterea, quia nondum ita robuſti ſunt, vt abſque lege gubernare poſſint, legem huiuſmodi poſuere.

Aſſignat rationem ſecundæ ſpeciei, & dicit, ꝙ ſi ſint pauciores diuites q̄ prius principes, ſed tñ ditiores q̄

 qui

qui prius, ſecunda ſpecies potentiæ paucorum eſt, quia ditiores ſunt : ideo volunt excedere alios & ſupergredi: & ideo poteſtatem habent eligendi ex multis illos q deficiunt in principatu. Et quia non ſunt adhuc ita potentes ꝙ excedant multitudinem, permittunt ꝙ principentur ſm legem. Deinde cum dicit.

Quod ſi eo deueniant, vt ipſi pauciores numero maiores facultates habeāt. tertia cumulatio fit gubernationis paucorū: ipſi.n.ꝑ ſe magiſtratus, & imperia retinent, ſm legem iubentē, vt parentum defunctorum loco filij ſuccedant.

Aſſignat rōnem tertiæ ſpeciei & dicit, ꝙ ſi adhuc fuerint pauciores diuites q̄ prius, & habentes maiores diuitias tertia ſpecies eſt gubernationis paucorum, & videnť principes per ſe habere quaſi ex hęreditate principatum & quia iſti potentes ſunt valde, ordinant & ſtatuunt ꝙ filij ſuccedant eis in principatu. Deinde cum dicit.

Quod ſi magis etiam ſubnixi ſint opibus, & amicitiis: ꝓpe eſt talis potentia ad monarchiā, & dominantur homines: non autem lex, & eſt hæc quarta ſpecies gubernationis paucorum, correſpondens vltimæ ſpeciei popularis.

Aſſignat rationem quartæ ſpeciei, & dicit, ꝙ qm̄ adhuc ſunt pauciores diuites q̄ prius, & multo ditiores & potentiores in amicis eſt quarta ſpecies potentiæ paucorum & tunc eſt huiuſmodi principatus quaſi monarchicus: quia illi qui principantur, principantur ſm ſuas voluntates non ſm leges, ſicut fit in monarchia regali, & ꝓpter potentiam ipſorum filij ſuccedunt. Et iſta quarta ſpēs potentiæ paucorum proportionatur quartæ ſpeciei popularis: quia ſicut illa peſſima eſt inter populares, ſic iſta peſſima eſt inter potentias paucorum & tyrānidi aſſimilatur: principantes.n.in iſta ꝓpter bonum ꝓprium principaliter dominantur, ſic autem eſt in tyrannide.

LECTIO VI.

De optimatum adminiſtratione, & eius variis ſpeciebus, quæ ex commiſtione virtutis ad diuitias & multitudinem inſurgunt.

SVnt inſuper duo alia genera reip. ꝑter eas in quibus, aut multitudo, aut pauci gubernant : quarum alteram aiunt omnes ſpēm eſſe vnam ex quatuor. Dicunt aūt eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationē, popularē, & optimatē. Eſt & quinta, quā cōi noīe oīum appellant remp. ſed q̄a non ſæpe fit, latet numerare volentes : & ita ſuſcipiunt, quaſi ſint quatuor ſolum, vt Plato in libris de repub. facit.

Poſtq̄ Philoſophus determinauit de ſpeciebus popularis & paucorum, determinat ſpecies optimatum, & diuiditur in duas. In prima dicit ꝙ præter iſtas reſpublicas. ſ. popularem & paucorum, ſunt aliæ duæ reſpub. In ſecunda tangit modos optimatum ſtatus. ibi. {Optimatem igitur &c.} In prima dicit ꝙ præter duas prædictas politias, i. popularem & paucorum, ſunt alię duę, quarum alteram omnes loquentes de rebuſpub. ponunt, & eſt vna ſpecies inter quatuor reſpub. quæ dictæ ſunt prius ab aliis. Poſuerunt.n.antiqui quatuor reſpu. ſ. monarchiam, paucorum, popularem, & quartam optimatem dicunt. Sed tamen his quinta ſubeſt quæ cōmuni nomine nominatur. ſ. reſpublica. Et quia iſta reſpub. communi nomine dicta raro accidit, latet homines volentes diſtinguere ſpecies reipublicæ: & ideo non habet nomen proprium : & ideo vtuntur tantum quatuor, ſicut fecit Plato in ſuis rebuſpub. Nō enim poſuit niſi quatuor ſpe-

E cies, diuidendo monarchiam in regalem rectam & tyrānidem cum republica communi nomine dicta, apparet ꝙ ſunt ſex. Deinde cum dicit.

Optimatem igitur ſe recte habet appellare illam, de qua tractauimus in primis libris. Quę enim ab optimis viris ſimpliciter per virtutem eſt gubernatio reip. & non ad ſuppoſitionem quandam bonorum virorū, eam ſolam iuſtum eſt optimatem appellari : in ſola enim iſta ſimpliciter, idem eſt vir bonus, & ciuis : in aliis aūt boni ſunt ad ſpeciem gubernandi ſuam.

Ponit modos optimatum, & diuiditur in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor modos eius. Secunda ibi. {Sunt tamen quædam &c.} Tertia ibi. {Vbi ergo &c.} Quarta ibi. {Et vbi ad &c.} In prima dicit, ꝙ reſpub. illa de qua dictum eſt prius, cum determinabatur de regno recte dicitꝰ
F optimatum : reſpublica.n.in qua optimi viri ſimpliciter principantur & nō aliquis vir optimus ex ſuppoſitione ſola dicitur optimatum. Item in ſola iſta repub. idem eſt optimus vir & ciuis optimus ſimpliciter : in aliis autem non, ſed optimus ciuis: in aliqua alia repub. eſt optimus vir, in illa non ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Sunt tamen quædam, quæ differentiam habeant à paucorum gubernatione, & appellanē optimates : & ab ea quæ vocatur reſp. vbi non ſolum reſpectu diuitiarum : ſed etiam reſpectu virtutis ad gubernationem reipub. ſumuntur. Hæc reſp. differt ab illis, & naturam optimatis ſapere videtur. nam in his ciuitatibus q̄ non faciunt publice curam virtutis : ſunt tn̄ quidam præſtantiores, qui videntur eſſe boni viri.

G Ponit ſecundum modum, & dicit, ꝙ non ſolum iſta reſpub. eſt ſpēs optimatum: immo ſunt aliquæ reſpub. q̄ differunt à paucorum potentiis, & ab ea quæ reſpub. dicitur, & in aliquo conueniunt cum eis, quarum vna eſt in qua eliguntur principantes habendo reſpectum ad diuitias & ad virtutes, ita ꝙ aliqui diuites & virtuoſi aſſumuntur. Differt autem à paucorum & repu. in hoc, ꝙ eliguntur in ipſa virtuoſi, & quia non ſolum habetur reſpectus ad diuites. Paucorum autem & reſpub. non faciunt cauſam communem, ꝓpter quam. ſ. aſſumantur ad principatum virtutis, i. à virtute, hoc eſt non habent reſpectum ad virtutem in eligendo ſm ꝙ huiuſmodi, quāuis ſint aliqui approbati & qui videntur eſſe excellentes viri, quibus attribuunt principatus, non quidem ſm ꝙ huiuſmodi, ſed ſecundum ꝙ diuites vel apti ad regendum. Deinde cum dicit.

Vbi ergo reſp. reſpicit ad diuitias, & ad virH tutem, & ad populū, vt eſt apud Carthaginenſes, ea naturam optimatum ſapere videtur.

Ponit tertiam ſpēm, & dicit, ꝙ tertia ſpecies eſt in qua eligentes principes reſpiciūt ad diuites virtuoſos & populum, ſicut accidit in Carthagine, vbi reſpiciūt ad iſta tria, & talis reſp. optimatum ſtatus dicitur. Sed mixta ex ſtatu paucorū populari & optimatū. Deinde cū dicit.

Et vbi ad duo illorum ſolum, vt Lacedæmoniorum, ad virtutem & ad populum. Et eſt hęc mixtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur præter illam primam optimam reipub. gubernandi formam, hæ duæ ſpecies ſunt: & tertia quæcunq; illius quæ appellatur reſp. inclinant ad paucorum gubernationem.

Ponit

Ponit quartam ſpeciem, & dicit, ꝙ quarta ſpecies ſtatus optimatum eſt in qua in eligendo principatus habet̃ reſpectus ad duo. ſ. ad virtutem & popularem, vt eſt reſpub. Lacedæmoniorum: & propter hoc mixta eſt ex optimatum & populari primo modo dicta. Et tunc recapitulat iſtos modos, & dicit, ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ præter primam ſpeciem ſtatus optimatum quę eſt optima ſunt iſtę duæ vltimæ, de quibus iam dictum eſt: & tertia quæ fuit ſecunda in ponendo ſpecies, & quęcũq; iſtius ſpeciei quę reſpu. dicitur magis inclinatur ad ſtatum paucorum inquantum fit reſpectus ad diuites & non ad pauperes.

LECTIO VII.

De eo ciuitatis ſtatu qui communi nomine reſpublica dicitur, à cæteris tamen diſcreto in quo & virtus & libertas & diuitiæ ſuum locum habent.

RElíquum eſt, vt de ea quæ reſpublica appellatur, dicamus, & de tyrannide. Ordinauimus autẽ ipſam nos, cum prius non eſſet: B neq; hæc tranſgreſſio, neq; illæ de qbus modo diximus, optimates: quía re uera oẽs aberrant à rectiſſima gubernandi forma, poſtmodum cũ iſtis numerant̃: & ſunt harum tranſgreſſiones & labes, vt in ſuperioribus circa principium diximus. Merito aũt poſtremo loco tyrannidem reſeruauimus: ꝑpterea, ꝙ iſta minime eſt reſp. noſtra verò materia eſt de repub. tractare. Qua igitur de cauſa ſic ordinauimus dictum eſt.

Poſtq̃ Philoſophus diſtinxit reſpub. & modos popularis, paucorum & optimatum in vniuerſali: in particulari proſequitur de ea quæ cõmuni nomine appellata eſt reſpub. & de tyrannide. Et diuiditur in duas. In prima præmittit intentionem ſuam & ordinem procedendi & C cauſam ordinis. In ſecunda ꝓſequitur intentum ſuũ. ibi. {Nunc autem.} In prima dicit, ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de monarchia regali, & de modis eius, & de populari paucorum, & optimatum, & modis earum: relinquitur conſiderandum nobis de illa quæ communi nomine appellatur reſpub. & tyrannis. Cauſa autem quare primo de aliis rebuſpub. prius determinatum eſt q̃ de ea quæ communi nomine nominata eſt: eſt quia reſpub. & quędam ſpecies reipub. optimatum prius aſſignatæ, aliquo modo tranſgreſſiones ſunt primarum rerumpub. aliquo modo non, ſimpliciter quidem non ſunt tranſgreſſiones: ſm quid autem ſunt, quia omnes reſpub. aliæ ab optima & rectiſſima, deficiunt ab ipſa: & ideo reſpub. quæ communi nomine nominata eſt, & ſpecies quædam optimatum tranſgreſſiones ſunt, & continuatur aliis quæ ſunt tranſgreſſiones, ſicut prius dictum eſt. Illud aũt quod eſt tranſgreſſio alicuius cognoſcitur ex illo, quare cognoſcit̃ per alias rectas politias, de quibus dictum eſt. Illud aũt D quod cognoſcitur per aliud ſequitur illud, & poſterius eſt eo quo ad nos. Quare poſt determinationem de aliis politiis rectis debuit determinare de politia cõmuni nomine nominata, cum & ipſa aliquo modo tranſgreſſio ſit, ſ. optimæ & perfectiſſimæ reipu. Vltimo verò de tyrannide, & hoc rationabiliter, quia tyrannis inter omnes politias minime politia eſt: & ideo prius debuit determinari de illis, quæ ſimpliciter vel magis politię ſunt, quia cõſideratio philoſophi in iſto libro eſt determinare de politia, propter quam ergo cauſam prius determinatum eſt de aliis q̃ de politia & vltimo de tyrannide dicetur dictum eſt. Deinde cum dicit.

Nunc autem eſt à nobis de illa quæ cõmuni nomine appellatur reſpub. oſtendendum. nam clarius eius vis apparebit poſt determinatio- A nem eorum quæ ad paucorum gubernationẽ, & ad popularem ſpectabant. Eſt enim reſpu. vt ſimpliciter dicamus, mixtura paucorum gubernationis ac popularis.

Proſequitur intentum ſuum, & diuiditur in duas. In prima determinat de politia. Secundo de tyrãnide. ibi. {Reſtat nunc.} Adhuc prima in duas. In prima oſtendit ꝙ eſt compoſita ex populari & paucorum, & quam habet differentiam ad aliquas ſpecies ſtatus optimatum. In ſecunda oſtendit qualiter inſtituatur. ibi. {Qua igit̃.} Adhuc prima in duas. In prima probat quod eſt compoſita ex populari & paucorum. Secunda quia aliquam habet conuenientiam cum aliquibus ſpeciebus ſtatus optimatum, ponit differentiam inter politiã & ſtatum optimatum quantum ad illas ſpecies. ibi. {Magis videtur.} Adhuc primo proponit intentum ſuum. Secundo probat. ibi. {Conſueuerunt.} In prima dicit quod nunc di- B cendum eſt de politia. Ratio autem & natura eius manifeſta erit viſis rationibus ſtatus popularis, & paucorum quia politia ſimpliciter vt eſt dicere mixta eſt ex paucorum ſtatu & populari: quia in politia actu & ſimpliciter non maneret ratio potentiæ paucorum & popularis, ſed tantum virtute, ſicut miſcibilia manent in eo quod componitur ex eis. Hoc autem habet rationem medij. Ratio autem medij cognoſcitur ex rationibus extremorum. Quare manifeſtum eſt ꝙ politia cognoſcitur per rõnes potentiæ paucorum & popularis. Deinde cum dicit.

Conſueuerunt autem eas, quæ inclinant ad popularem, vocare reſpub. Eas verò quæ ad paucorum gubernationem, vocare optimates: ex eo quía opulentioribus doctrina atq; nobilítas magis adeſſe conſueuerunt. Præterea qui diuitías habent, ea videntur habere propter q̃ C cæteri iniurías faciunt. Vnde & honeſtos, & bonos, & nobiles, íſtos appellant. Cum ergo optimatium gubernatio velit excellentiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum gubernationem eſſe dicant ex bonis & honeſtis magis.

Probat ꝙ ſit mixta ex illis. Probat autem hoc ex communi dicto quorũdam, & dicit, ꝙ quidam antiquorum politiam cum declinat ad popularem dicunt eam rempub. cum autem ad paucorum dicunt eam ſtatum optimatum: & ratio huius eſt, quia paucorum attenditur ſecundum dignitatem diuitiarum: diuitiis aũt aſſequuntur diſciplina & nobilitas: diſciplina quidem, quia organa neceſſaria ad diſciplinam ſunt diuitiæ: ideo pro tanto dicitur diſciplina aſſequi diuitibus, quia habent ea quæ ſunt neceſſaria ad diſciplinam: nobilitas etiã aſſequitur, quia nobilitas eſt virtus, i. inclinatio ad virtutem & diui- D tiæ antiquæ. Ergo manifeſtum eſt ꝙ nobilitas & diſciplina aſſequuntur diuitibus. Adhuc, quia diuites habẽt illa penes ſe, propter quorum defectum aliqui faciunt iniuriam. Aliqui enim propter penuriam quãq; faciunt iniuriam: diuites autem ſubſtantiam habent. Habent igitur penes ſe illa propter quorum defectum aliqui faciunt iniuriam, propter quod dominantes in ſtatu paucorum viros diuites & inſignes vocãt per ſe bonos, quia in politia optimatum principatus & excellentia attribuitur optimis viris & virtuoſis & fauentes ſtatui paucorum dicunt ſtatum paucorum eſſe ex viris ꝑ ſe bonis. Dicunt etiam ꝙ cum politia declinat ad paucorum potentiam eam eſſe optimatum. hoc autem non eſſet niſi aliquid haberet de potentia paucorum. Similiter dicunt alij cum declinat ad popularem, quod eſt politia popularis. Quare manifeſtum eſt ꝙ politia componitur ex ſtatu populari & paucorum. Deinde cum dicit.

Videtur impoſſibile quæ ciuitas non ab improbis, ſed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari. Eodemq; modo quæ leges nõ habeat bonas, gubernari ab optimatibus.

Ponit differentiam inter politiam & alias ſpecies optimatum ſtatus, & diuiditur in duas. In prima præmittit quædã neceſſaria ad hoc declarandum. In ſecunda concludit differentiam. ibi. {Cum verò.} Prima in duas. Primo præmittit illa. Secundo oſtendit, q politia obſeruaẽ in multis ciuitatibus. ibi. {In pleriſque.} Prima in quatuor ſm q pmittit quatuor. Secunda ibi. {Habere aũt.} Tertia ibi. {Videtur aũt.} Quarta ibi. {Quod aũt.} In prima dicit, q non videtur eſſe poſſibile ciuitatem aliquam quę regitur pncipatu optimatum non bene diſpoſitis legibus, ſed male gubernari ſm eas. Silr non eſt poſſibile aliquam bene diſponi & non eſſe bene optimatum: qm̃ ciuitas quæ bene regitur ſm ſtatum optimatum bonum finem habet ſimpliciter, quia finem virtutis, & bene diſponit quæ ad finem, & ad illud gratia cuius eſt: bona autem ordinatio ſm rationem eorum quæ ad finem ad ipſum eſt bona legis ordinatio: ciuitas ergo quę bene regitur ſm optimatum ſtatum bene regitur legibus. Et eadem ratio eſt de conuerſa. Deinde cum dicit.

Habere autem leges bonas nõ id eſt, ſi recte ſint poſitę, nec eis pareatur. Itaq; vna recta legũ inſtitutio putanda eſt, legibus parere. Altera, vt recte ſint leges poſitæ qbus parere oportet. Fieri.n. poteſt vt pareant ciues male poſitis legibus. Id aũt dupliciter accidit, aut.n. optimis quantum datur ipſis, aut ſimpliciter optimis.

Præmittit ſecundum, quia aliquis poſſet dicere q leges bene ſunt diſpoſitæ & regitur ciuitas ſtatu optimatum: ſed tamen nolũt obedire legibus: ideo philoſophus dicit, q iſta non eſt bona diſpoſitio & ordinatio legum, q leges bene ponantur & q non obediatur legibus. Et hoc apparet. Leges.n. ſunt organa quædam ad finem ciuitatis: ſicut igitur eſſet inconueniens, q aliqua organa ſicut fiſtulæ eſſent bene poſita vel facta: & tamen non bene ordinarentur ad finem, ſic inconueniens eſt q leges bene ponantur: & tamen non bene ordinentur ad finem. hoc autem contingit, ſi non obediatur legibus. Ergo manifeſtum eſt, q non eſt bona legis diſpoſitio q lex bene ponatur, & q non obediatur ei. Et ideo duæ videntur eſſe bonę diſpoſitiones legum. Vna q legibus obediatur, alia vt ponantur leges rectæ & iuſtæ, quia ſic legibus bene contingit obedire: & ideo ſic debent poni vt eis obediatur & poſſint manere. Leges autem bene diſponi vt eis obediatur contingit dupliciter, aut quia ſunt optimę ex ſuppoſitione & ſm q contingit in tali ciuilitate, aut quia ſunt optimæ ſimpliciter & ſine ſuppoſitione. Eſt.n. intelligendum q leges rationem ſumunt ex fine: & ideo ſi finis ciuitatis eſt optimus ſimpliciter, ſicut in regno & in ſtatu optimatum leges ſunt optimæ ſimpliciter. ſi aũt finis non eſt bonus ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſicut eſt in potentia paucorum, leges non ſunt optimæ ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, quia optimæ ſunt in illa ciuitate. Deinde cum dicit.

Videtur autem optimatum eſſe maxime honores tribuere ſm virtutem. Finis enim optimatum, virtus: paucorum verò gubernationis, diuitiæ: popularis autem, libertas.

Ponit tertium, & dicit, q in ſtatu optimatum fit diſtributio principatus ſm dignitatem virtutis. Et ratio huius eſt, quia ratio & terminus ſtatus optimatum eſt virtus: & ideo ſm dignitatem virtutis fit diſtributio principatus in ea. In paucorum autem fit diſtributio principatus ſm dignitatem diuitiarum, quia ratio & terminus eius ſunt diuitiæ: ſed ratio & terminus popularis eſt libertas: & ideo ſm dignitatẽ libertatis diſtribuitur principatus in ea. Deinde cum dicit.

Quod autem pluribus videtur cõmune eſt omnium. nam in paucorum, & in multitudinis gubernatione, & in optimorum quod videtur maiori parti eorum qui in repub. verſantur, id obtinet.

Ponit quartum, & dicit, q quicquid videtur pluribus in quacũq; politia vigorem habet & exiſtit apud omnes in illa politia, ſicut in paucorum illud quod videtur pluribus principantibus politia, hoc vigorem habet. Et rõ huius eſt, melius.n. iudicant plures q̃ pauci vel vnus. Item plures ſunt potentiores q̃ pauci vel vnus: & ideo quod videtur pluribus melius, videtur propter potentiam ipſorum, obſeruatur & habet vigorem, propter qđ illud quod videbitur maiori parti eorum, qui participãt politia erit principatus in ea. Deinde cum dicit.

In pleriſq; igitur ciuitatibus hæc ſpecies gubernandi, reſpub. vocatur: ſola enim mixtio coniecturam facit opulentorum, & inopum: diuitiarum, & libertatis: ferè.n. apud plurimos illi qui diuitiis pollent bonorum & honeſtorũ locum obtinere videntur.

Oſtendit q politia obſeruatur in pluribus ciuitatibus, & dicit, q in plurimis ciuitatibus reſpub. communi nomine vocata vocatur & obſeruatur. Et ratio huius eſt, quia plurimæ ciuitates mixtæ ſunt ex pauperibus & diuitibus. Hæc autem commixtio nihil aliud coniecturat niſi libertatem & diuitias ſm quas determinantur gubernatio paucorũ & popularis. Apud autem plurimos diuites exiſtentes boni & honeſti videntur: & ideo principantur in tota regione, & apud aliquos populus propter libertatem. Cum igitur politia ſit mixta ex populari & paucorum, manifeſtum eſt q plures ciuitates ſeruant politiam. Deinde cum dicit.

Cum verò tria ſint quæ circa æqualitatem reipub. contendunt, libertas, diuitiæ, virtus. nã quartum illud quæ appellatur nobilitas, duobus conſequens eſt. Nobilitas.n. eſt antiquæ diuitiæ, & virtus. Manifeſtum eſt q duorum mixtura, diuitum & pauperum eſt reſpub. appellanda. Trium verò, optimatum gubernatio maxime aliarum præter illam veram & primam.

Concludit differentiam inter politiam & optimatum potentiam quantum ad aliquas ſpecies. Et primo facit hoc. Secundo recapitulat. ibi. {Quod igitur.} In prima dicit, q tria ſunt ad quæ principalr attendẽtes in politia altercantur de principatus æqualitate, ſ. libertas, virtus, & diuitiæ. Quidam.n. dicũt q principatus debet diſtribui ſm dignitatem libertatis, vt quia æquales ſunt in libertate, æqualiter participent pncipatu. Alij dicunt q non debet fieri diſtributio pncipatus ſm dignitatẽ libertatis, ſed ſm dignitatem diuitiarum, vt q abundãtes ſunt in diuitiis. Alij dicunt q ſm nullum iſtorum debet fieri diſtributio pncipatus, ſed ſm dignitatem virtutis, vt q æqualiter attingunt ad virtutem ęqualr attingant ad pncipatum: & ſic altercantur aliqui ſm cuius iſtorũ æqualitatem debeat diſtribui æqualiter pncipatus. Quartum autem de quo aliqui altercantur quod vocatur nobilitas, annexum eſt vel aſſequitur duobus. ſ. virtuti & diuitiis. Nobilitas.n. eſt virtus generis, hoc eſt inclinatio ad virtutem deſcendens á parentibus in filios & in parentes ab aliis prioribus: & ſic ſm quandam antiquitatem.

Similiter

Similiter nobilitas eſt diuitiæ antiquæ, nō ꝙ diuitiæ ſint de rōne nobilitatis: poſſibile.n.eſt ꝙ in pauperibus ſit inclinatio ad virtutem orta ex parētibus & ſm quādam antiquitatem: ſed pro tanto dicitur nobilitas diuitiæ antiquæ, quia ſunt neceſſariæ ad virtutem. Cum igitur ita ſit, manifeſtum eſt ꝙ politia mixta ex diuitibus & egenis dicenda eſt politia cōi nomine: ſed illa quæ mixta eſt ex tribus, ſ. diuitibus & egenis & virtuoſis optimatum ſtatus eſt vna de tribus optimatum potentiis aliis á prima, q̃ eſt vera reſp. optimatum non mixta. Deinde cum di.

Quod igitur ſint aliæ reſpub. præter monarchiam & popularem & paucorum potētium, dictum eſt, & quales iſtæ, & in quo differāt inter ſe, & optimatum gubernatio: & aliæ ſpēs, quæ ad optimates declinant: & qūo non longe diſtant inter ſe, manifeſtum eſt.

B Recapitulat & dicit quod dictum eſt iam, ꝙ præter monarchiam regalem & paucorum potentiam & popularem ſunt aliæ ſpecies politiæ, & quales ſunt & quæ, quoniam optimatum & politia. Iterum dictum eſt qualiter ſpecies optimatum adinuicem differunt, & qualiter politia differt ab optimatum ſtatu: & manifeſtum eſt ex dictis, ꝙ non multum diſtant adinuicem politia, & optimatum ſtatus, qui reſpicit diuites & pauperes virtuoſos: quia ſolum in hoc ꝙ reſpicit virtuoſos, alia non: & ita diuites & pauperes ſicut politia, propter quod manifeſtum eſt, ꝙ non multum diſtant.

LECTIO VI.

Quo pacto ſupradicta rei publicæ ſpecies contēperari debeat, ita vt & multitudinis & paucorum ſtatum participet, neutrum tamen exquiſite habeat.

QVomodo autem fiat præter popularem, & paucorum potentiam illa quæ appellatur reſpub. & quo in ordine reponē- C da ſit: deinceps dicemus, & ſimul apparebit quibus diffiniant popularem & paucorum gubernationem. Sumēda eſt enim horum diſtinctio, poſtea ex his ab vtraque tanq̃ regulam ſumentes componere oportet.

Poſtq̃ Philoſophus declarauit ꝙ politia cōmuni nomine nominata eſt compoſita ex populari ſtatu & paucorum & qualiter differat ab optimatum ſtatu quātum ad aliquam ſpeciem, oſtendit qualiter inſtituatur, & habet duas partes. In prima præmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur. ibi. {Sunt aūt &c.} In prima dicit, ꝙ poſtq̃ declaratum eſt ꝙ politia eſt cōpoſita ex populari ſtatu & paucorū conſequenter dicendum eſt qualiter reſpub. cōmuni nomine nominata ſit quædam politia alia á ſtatu populari & paucorum, cum tñ ex illis componatur. Dicendum etiam eſt qualiter inſtituatur. D Viſis autem rationibus, quibus determinantur gubernatio paucorum & popularis ſimul apparebit ratio politiæ. Et ideo ſumenda eſt diſtinctio iſtarum duarum politiarum: deinde qualr ex iſtis duabus accipiēdo ab vtraq; & aliquid dimittendo, fit vnum mixtum, vel totum aliquod continens aliquid vtriuſque. Deinde cum dicit.

Sunt autem diffinitiones tres, compoſitionis ac mixturæ, aut.n. ambo ſumenda, quorum vtræque leges ponunt, ceu circa iudicia. In paucorum enim potentia diuitibus pœnam conſtituunt, niſi in iudicādo adſint. Pauperibus verò, mercedem nullā. In popularibus aūt, pauperibus mercedem, diuitibus autem, pœnam nullā. Cōmune ac medium iſtorum ambo hæc, itaq;

A & ciuile, mixtum eſt enim ex ambobus. Vnus igitur modus hic eſt combinationis.

Proſequitur & diuiditur in duas. In prima oſtendit qualiter ex illis inſtituatur politia. Secundo oſtendit q̃s ſit terminus & ratio bonæ cōmixtionis. ibi. {Modus igitur &c.} Circa primam partem intelligendum eſt ꝙ circa principatum tria eſt conſiderare. Primum eſt pſonas principantes. Secundum eſt actus principantium. Tertium eſt modus inſtitutionis principantium, ſm hoc iſta pars diuiditur in tres partes. In prima declarat terminū & rationem mixtionis politiæ ex ipſis quātum ad actus principantium. Secundo quantum ad perſonas quæ debent aſſumi ad principatum. ibi. {Alius.} Tertio quantum ad inſtitutionem ipſorum. ibi. {Tertius.} In prima dicit, ꝙ termini ſiue rationes compōnis ſiue mixtionis politiæ ex gubernatione paucorum & popularium tres ſunt: & vna ratio eſt quantum ad actum principantium B qui eſt iudicare. Vt autem appareat hæc ratio mixtionis, aut ſumenda ſunt ea quæ vtræque ordinant ſaltem ſm partem, quāuis non ſm totum & ſimpliciter. Verbi gr. de iudicio lex fuit in paucorum ſtatu, ꝙ ſi diuites non venirent ad iudicandum & diſceptandū, ꝙ haberent damnum: puta ꝙ punirentur in aliquo, & ſi pauperes venirent nullam mercedem reportarent: manifeſtum eſt aūt ꝙ iſta lex introducta fuit in fauorem diuitum & in odiū egenorum: quia lex iſta data fuit, vt pauperes excluderentur á principatu: ex quo.n. nullam mercedem reportant ſm legem non veniunt, & ſic excludunt. Data etiam fuit vt diuites participarent principatu: quia ex quo dānum reportarent ſi non venirent cōpelluntur venire. In contrarium aūt in populari ſtatu fuit alia lex, ꝙ egeni venientes ad diſceptandum & iudicandum habeant mercedem, diuites verò nullum dānum. Et manifeſtum eſt, ꝙ iſta lex data fuit in odium diuitum & in fauorem egenorum, quia per iſtam legem videntur excludi diuites, C & ſolum pauperes participare principatu. Illud verò qđ eſt cōmune iſtis duabus legibus eſt medium in quo conſiſtit ratio compōnis politiæ. Si.n. accipiatur ex paucorum potentia diuites reportare damnum, ex populari pauperes reportare mercedem: hoc eſt medium & cōmune illis, & hoc eſt politicum. Quare manifeſtum eſt qūo politia componitur ex iſtis: & tunc concludit ꝙ vnus modus mixtionis politię ex ſtatu populari & paucorum eſt iſte qui dictus eſt. Deinde cum dicit.

Alius autem medium capere eorum quę ab vtriſque iubentur, ceu concionari: hæc quidē à nullo cenſu, vel exiguo penitus: hæ verò à magno cenſu, commune certe neutrum, ſed medium vtriuſque cenſus.

Determinat rationem mixtionis quātum ad perſonas quæ debent aſſumi ad principatum, & dicit, ꝙ alia eſt ra- D tio mixtionis, ſ. quātum ad perſonas quas fauentes paucorum potentię & populari dicunt debere vocari ad cōgregationes ſiue ad principatum, quia fuit lex in populari, ꝙ nullus aſſumeretur ad principatum ſm dignitatem diuitiarum vel honorabilitatem: ſed ſi deberent aſſumi ſm aliquam honorabilitatem ꝙ aſſumerētur ſm paruam in paucorum. Econtrario fuit lex ꝙ aſſumerentur ſm honorabilitatem maximam. Manifeſtum eſt aūt ꝙ neutrum iſtorū eſt cōmune, ſed ſunt diuerſa & ſeparata. Si verò accipiatur medium in hoc conſiſtit ratio politiæ, ꝙ. ſ. accipiatur princeps ſm mediam honorabilitatem. Quare manifeſtum eſt qūo politia miſcenda eſt ex populari ſtatu & paucorum quantum ad perſonas, quę debent aſſumi ad principatum. Deinde cum dicit.

Tertius verò ex duobus iuſſis, hoc quidem ex populari lege: illo aūt ex paucorum guber-

ſtatione. Dico autem tale aliquid, videtur populare quidem magiſtratus ſortiri. Paucorum autem gubernationis, eligere. Et populare non ex cenſu tribuere. Paucorum autem ex cenſu. Optimatum igitur ac ciuile ab vtraq; vtrūque accipere, ex paucorum quidem gubernatione electiuos facere magiſtratus: ex populari autē ſumere non per cenſum.

Declarat rationem mixtionis politiæ quantum ad inſtitutionem perſonarum quæ debent aſſumi ad principatum, & dicit, ꝙ tertia ratio mixtionis eſt quantum ad modum eligendi ſiue inſtituendi perſonas principantes: diuerſus.n.eſt modus eligendi in ſtatu populari & paucorum. In populari enim lex fuit, ꝙ per ſortem acciperentur principantes & non ſm honorabilitatem magnā diuitiarum. In paucorum verò fuit lex, ꝙ acciperentur ſm leges & ſm dignitates diuitiarum. Accipere aūt aliquid ab vtraq; politicum & optimatum ſtatui conuenit. malum enim eſt, ꝙ omnes accipiantur per ſortem, & etiā malum eſt, ꝙ omnes accipiantur ſm honorabilitatem diuitiarum: & ideo vtrūque iſtorum dimittendum eſt. Sed accipiatur ab potentia paucorum, ꝙ accipiendi ſunt per electionem, & ꝙ non ſm aliquam honorabilitatem diuitiarum: ſed per ſortem ex populari ſtatu: & tunc erit politicum: quare manifeſtum eſt quomodo politia componitur ex populari & paucorum quantum ad modum inſtituendi perſonas principantes. Deinde cum dicit.

Modus igitur admiſcendi, talis: bene autem admiſcuiſſe popularem & paucorum gubernationem finis eſt, quando eadem reſpub. dici poteſt popularis, & paucorum gubernatio.

Declarat quis eſt terminus, & ratio bonæ mixtionis, & diuiditur in tres. In prima tāgit quis eſt terminus bonæ mixtionis. Secundo manifeſtat per exemplum. ibi. {Patet.n.} Tertio declarat qd oportet obſeruari in politia bene mixta. ibi. {Oportet enim &c.} In prima dicit, & ꝙ ratio & terminus bonæ mixtionis paucorū ſtatus & popularis, in politia aliqualiter eſt qn̄ contingit dicere, ꝙ reſpub. quæ mixta eſt, ex ſtatu paucorum & populari. Et tunc bene mixta eſt reſpub. ex illis qn̄ in repub. apparent illæ duæ. Hoc.n.contingit, quia mixta eſt ex illis. In mixto enim manent miſcibilia aliqualiter, & in medio extrema. Medium.n.comparatum ad vtrunque extremorum apparet eſſe vtrūque. Tunc igitur bene mixta eſt reſp. ex paucorum & multorum ſtatu, qn̄ in repu. apparet paucorum & multorū reſp. Deinde cum di.

Patet enim hoc accidere dicentibus eas bene eſſe cōmixtas, accidit hoc etiam medio. Conſpicitur nāque in eo vtrunque extremorum, quod contingit Lacedæmoniorum reipub. Sunt.n.permulti qui aggrediūtur dicere eam eſſe popularem, propterea ꝙ populariter complura in illa ſunt conſtituta, ceu præmium circa educationem puerorum. Pari modo diuitum filij educantur & pauperum, & erudiuntur per eum modum, per quem valeant pauperum filij erudiri. Similiterq; in ſequenti ætate, cū viri facti ſunt. In nullo.n.magis conſpicuus diues ꝗ pauper. Cibi quoq; iidem vtriſq; in comeſſationibus. Veſtitu etiam tali diuites vtuntur, qualem & pauperum quiuis habere poteſt. Præterea duorum maximorum magiſtratuū,

E alterum eligit populus, alterum gerit. Senatores.n.per populum eliguntur. Ephori autem, ex popularibus conſtituuntur. Alij verò dicūt eſſe illam paucorum gubernationem, qm̄ multa habeat quæ paucorum potentiam aſſerant, ceu omnes dignitates per electionem cōferri, per ſortem vero, nullam. Et inſuper apud paucos poteſtatem eſſe necandi, & in exilium pellendi, ac cætera huiuſmodi permulta.

Declarat per exemplum. Et dicit, ꝙ in repub. Lacedæmoniorum manifeſtum eſt, ꝙ in repub. apparet popularis & paucorum, quia multi dicunt, ꝙ illa reſpu. eſt popularis, quia habet multa de ſtatu illo. Verbi gr. Primo ſilr ſe habet circa nutritionem ſicut popularis. Pueri enim in Lacedæmonia diuitum & egenorum eodem mō

F & ex eiſdem alimentis nutriuntur: ſimiliter eodem mō erudiuntur, & illo mō quo poſſunt erudiri pauperū filij. Similiter in conſequenti ætate, cum facti ſunt viri eodem modo ſe habent ſicut diuites. In alimentis enim & veſtimentis non eſt diuerſitas inter pauperem & diuitem: talibus enim induuntur diuites quibus pauperes poſſunt indui ſi volunt. Iterum habebant duos magnos principatus populares: populus.n.eligebat principem in vno principatu. Eligebantur.n.ſenes à populo. Ad principatum autem quædam attingebat populus, ſ. ad principatum Ephororum. Et dicitur principatus iſte eorum qui poteſtatem habent conuocandi multitudinem & exequendi per eam quę ad ipſum pertinent: ſic igitur apparet, ꝙ reſpub. Lacedæmoniorum videbatur eſſe quibuſdam popularis, aliis videbatur eſſe paucorum, ſ. ꝙ omnes principantes aſſumuntur per electionem & nullus per ſortem. Item pauci erant principantes quantum ad condemnationem mortis & relegationem: & ſimiliter

G quantum ad alia talia. Sic igitur apparet, ꝙ in repub. cōmuni nomine nominata debent apparere popularis & paucorum ſtatus. Deinde cum dicit.

Oportet.n.in repub.bene temperata vtrūq; videri ineſſe, & neutrum, & conſeruari per ſe ipſam non aliunde, & per ſeipſam non p alios multos extraneos qui velint. Nam & prauæ reipub.hoc poteſt contingere. Sed ne velle qdem gubernationem alterā quoquomodo partium ciuitatis omnino: quemadmodum igitur oporteat rempub.conſtituere, & ſimiliter illas quæ appellantur optimates, dictum eſt.

Oſtendit quid oportet obſeruari in repub. Et dicit, ꝙ in repu. bene mixta ex populari & paucorum ſtatu oportet ꝙ vtrunque extremorum eſſe videatur & neutrum.

H Oportet quidem, ꝙ vtrūque videatur, quia in mixto manent aliquo modo miſcibilia. Quare ſi bene fuerit mixta reſpub. ex illis oportet, ꝙ in repub. aliquo modo appareat paucorum ſtatus & popularis. Item oportet, ꝙ neutrum videatur, ſ. ſm actum, nam in mixto non ſaluantur miſcibilia ſm actus proprios. Et ideo in repub. non debet apparere ſtatus paucorum ſimpliciter & ſm actum ſuum ſimpliciter, nec popularis. Item oportet hic obſeruari, ꝙ reſpub. ſit talis, ꝙ per ſeipſam poſſit ſaluari, non per aliud extrinſecum, ſed per ſe. Non ex eo, ꝙ ſint aliqui plures extrinſeci qui velint ſaluationem eius, quia hoc poteſt ineſſe tyrannidi, vel alicui alij praue vel male ordinatæ. Sed oportet, ꝙ ſaluetur propter hoc, ꝙ nulla pars huius reipub. velit aliam rempubl. ſed tantum iſtam. Et tunc recapitulat, & dicit, ꝙ patet qualiter ſe habet reſpub. ſimiliter qualiter ſe habent ſtatus optimatum mixti, dictum eſt.

Lectio

LECTIO IX.

De tyrannide & eius ſpeciebus tribus, queque tyrannis maxime opponatur regiæ gubernationi.

REſtat nunc, vt de tyrãnide dicamus, non ꝙ multis verbis indigeat, ſed vt habeat in hoc tractatu locum ſuum. Quandoquidem hanc quoq; poſuimus partem eſſe aliquam publicæ gubernationis.

Poſtquam philoſophus determinauit de rep. qualiter mixta eſt ex ſtatu paucorum & multorum, & qualiter habet inſtitui, determinat de tyrannide: Et diuiditur in duas. In prima pręmittit intentum ſuum. In ſecũda proſequitur. ibi. {De regno &c.} In prima dicit, ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de reip. communi nomine nominata. Dicendum eſt de tyrannide nõ ꝙ debeat fieri ſermo prolixus de ea: eſt enim reſpu. peſſima. & ideo breuiter dicẽdum eſt de ipſa vt habeatur pars quædam præſentis tractatus. Intentio enim philoſophi in iſto libro eſt determinare de repu. ſed tyrannis eſt reſpu. quędam, ideo dicendum eſt de ipſa. Deinde cum dicit.

De regno igtur determinauimus in ſuperioribus libris, vbi tractatũ eſt à nobis, nũquid regia gubernatio vtilis foret ciuitatibus, an inutilis? & quã, & vnde cõſtituere oportet, & quõ.

Proſequitur & quia tyrannis eſt tranſgreſſio à regno, recolligit primo quędam determinata de regno. Secũdo proſequitur de ipſa. ibi. {Tyrannidis vero &c.} In prima dicit, ꝙ in præcedentibus dictum eſt de monarchia regali, vbi tum conſideratum eſt de ipſa monarchia, vtrũ ciuitatibus expediat vnum principari aut non expediat. Et dato ꝙ expediatur, conſideratum fuit qualem vnum, quoniam optimum, & vnde aſſumendus eſt, quoniam ex optimis viris & qualiter. Deinde cum dicit.

Tyrannidis vero ſpecies duas ibidem diſtinximus. Propterea ꝙ earũ potẽtia quodammodo alteratur ad regiã gubernationẽ, ex eo quia ambę poteſtates iſtę ſunt ſm leges. Nã & apud quoſdam barbarorũ eligũtur aliqui ad gubernandum ſoli, cum abſoluta omnimodaq; poteſtate. Et apud Græcos olim eodem modo quidam eligebantur, qui ſoli gubernarẽt, quos vocabãt Æſymnetas: habent vero hęc inter ſe differentias quaſdam: erant. n. regię, ex eo quia ſecundum leges, & ex eo quia volentibus imperabãt: tyrannicę autem ex eo quia pro arbitrio dominationem exercebant.

Proſequitur de tyrãnide. Et primo ponit duos modos eius quos poſuit prius capitulo de regno, Secundo ponit modum vnum qui proprie dicitur tyrãnis. ibi. {Tertia ſpecies &c.} In prima dicit, ꝙ duæ ſunt ſpecies tyrannidis, de quibus dictum eſt ſuperius cum de regno determinaretur quæ valde ſunt propinquę monarchiæ regali ꝓpter potentiam quam habent principantes ſm illas ſupra ſubditos & principãtes ſm iſtas ſpecies principãtur ſm leges quod pertinet ad monarchiam regalem. Eſt. n. vna iſtarũ ſpecierũ ſm quam in quibuſdam ciuitatibus barbarorum aſſumitur monarcha qui regit eos ſm leges & conſuetudinem. Eſt autem cõſuetudo eorum ꝙ aſſumant ſibi monarcham vel per electionem vel per ſucceſſionẽ qui regat eos ſm leges. Secunda ſpecies eſt ſm quã aliqui eligunt ſibi principem ad ſugandum inimicos ſm ꝙ apud græcos olim eligebãtur quidam qui vocabãtur Aeſymnetæ. Iſti enim eligebãt quoſdam in principes ad ſugandum aduerſarios. Iſtæ autem duæ ſpecies habebãt

A in ſe quædam oppoſita & differentia, quia videlicet cum regerent huiuſmodi reges ſm leges & volentibus imperarent, erãt eorum monarchiæ regales: cum vero pręter miſſis legibus ſm quas regere debebant plena poteſtate ſm arbitrium ſuum dominaretur tyrannice regnabant, & monarchiæ illæ tyrannides erant. Deinde cũ dicit.

Tertia ſpecies tyrannidis quæ maxime proprie videtur id nomẽ habere, oppoſita eſt regię poteſtati abſolute. Nam neceſſe eſt tyrãnidem illam vnius gubernationẽ eſſe quę nullis ſubiaceat legibus, & dominetur, per vim æqualibus ac melioribus ad propriam vtilitatẽ, nõ ad vtilitatem ſubditorum. Quapropter inuolũtaria eſt, cum nemo liber ſponte ſua ferat huiuſmodi ſeruitutem. Species igitur tyrãnidis tot & tales

B ſunt propter dictas cauſas.

Ponit modum qui proprie dicitur tyrannis. Et dicit, ꝙ tertia ſpecies quæ proprie & maxime videtur eſſe tyrannis videtur eſſe conuertibilis cũ monarchia regali primo & principaliter dicta, nõ ꝙ ſit eadem illi, ſed per oppoſitum, quia ſicut in regno principatur vnus ſm voluntatẽ ſuã & ratione ordinata ad vtilitatẽ ſubditorum ſic in iſta principatur vnus ſm voluntatẽ ſuam. Eſt aũt huiuſmodi tyrannis nullis ſubiacẽs legibus incorrigibilis principatus ſimilium & meliorum propter bonũ ſuũ nõ propter bonum ſubditorum. In iſta aũt diffinitione principatus eſt loco generis incorrigibilis loco differentiæ. Et dicitur incorrigibilis, quia nõ eſt natus corrigi. Illud. n. dicitur corrigibile quod à diſpoſitione praua ad bonã poteſt mutari ſaluata natura eius: nunc autem iſte principatus ita peſſimus eſt, ꝙ à diſpoſitione ſua praua ad bonam non poteſt mutari ſaluata eius natura, immo corrumperetur, per ſimilium & meliorum tangitur ma

C teria principatus. Sunt. n. in iſto principatu æquales & liberi & virtuoſi. Cauſam finalem tangit, cũ dicit, propter bonũ propriũ nõ ſubditorũ. Ex quo ſequitur ꝙ iſte principatus non eſt voluntarius, quia nullus liber volũtarie ſubiicitur tali principatui. Et ratio huius eſt, Quia nullus qui eſt bene diſpoſitus ſm naturam, & inclinatur ad virtutẽ vult ſubiici ei qui principatur non ſm virtutem, ſed propter bonum propriũ, immo magis inclinatur ad principandum ſimpliciter q̃ ſubiiciendum. Nunc autẽ liber bene diſpoſitus eſt ſm naturam & inclinatur ad virtutẽ. Ergo manifeſtũ eſt ꝙ non vult ſubiici ei qui non principatur ſm virtutem, ſed inclinatur magis ad principandũ. Sed tyrannis principatur non ſm virtutẽ, quare manifeſtũ eſt ꝙ principatus iſte inuolũtarius eſt. Dicit autem liberorũ propter principatũ ſeruilẽ. In illo enim principatu ſubditi ſubiiciuntur tyranno volũtarie, quia inclinãtur ad ſubiiciendum tali principatui, ſicut in principatu barbarorum. Vlterius concludit ꝙ hæ & tot ſunt

D ſpecies tyrannidis & propter cauſas dictas.

LECTIO X.

Ciuitatem quę mediocres ciues habet, i. neq; nimium diuites, neq; nimium pauperes, optimam eſſe ſecuriorem, diuturniorem, minimeq; ſeditioſam.

QVę vero ſit optima reſp. & quę vita optima pluribus ciuitatibus & hoibus, neq; per virtutem iudicant, quę ſupra vulgus emergat, neq; per doctrinam, quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neq; per gubernationem quæ ad votum fiat, ſed vitã eam probant quam plurimi conſequi poſſint, & gubernationem eam quam plurimæ ciuitates valeãt recipere, nam quas vocãt optimates, de quibus

modo

modo diximus, partim exterius cadunt pluri-mis ciuitatibus, partim appropinquāt illi quæ reſp. vocatur. Quamobrem de ambabus, tanquam vna ſit, dicēdum eſt. Iudicium autem de omnibus iſtis, ex eiſdem principiis eſt.

Poſtquam philoſophus determinauit de rep. cōi nomine nominata, & de tyrānide, declarata quæ ſit optima reſp. pluribus ciuitatibus & pluribus hominibus ſimpliciter. Et diuiditur in duas. In prima dat intentum ſuum. In ſecūda proſequitur. ibi. {Si recte &c.} In prima dicit, quod poſtquam determinatum eſt de rep. & tyrannide, dicendum eſt quæ eſt optima reſp. & quæ eſt optima vita pluribus ciuitatibus & pluribus hominibus: & nō dicēdum eſt nobis, quę eſt optima vita ſimpliciter ſecundum veritatē in cōparatione ad ſimplices & idiotas, id eſt ſecundum quas ſimpliciter viuunt. Nec dicēdum eſt quæ eſt optima vita in cōparatione ad diſciplinam, qualis eſt ſpeculatiua. Iſtæ enim indigent bona inclinatione naturali & bono ſucceſſu fortunæ. Iſta autem habere difficile eſt. Iterum non dicendum eſt de repu. optima, quæ eſt ſecundum volūtatē & electionem ſimpliciter. Sed dicēdum eſt de vita optima quæ poſſibilis eſt pluribus hominibus & ciuitatib⁹, & de rep. ad quam poſſunt pertingere plurimæ ciuitates. Status autē optimatum de quibus dictum eſt prius, ſcilicet illæ quæ ſunt ſimplices & mixtæ quę magis accedunt ad ipſam nō ſunt poſſibiles multis ciuitatibus, ſed magis cadūt extra optimum pluribus ciuitatibus. Quidam autem magis appropinquant ei quam dicimus rēpu. Et ideo de illis optimatibus & de hac rep. dicendum eſt, ſicut de vna repu. quia ex eiſdem principiis fit iudicium de ipſis. Et iſtæ duæ ſunt optimæ & poſſibiles pluribus ciuitatibus & hominibus de quibus nunc dicendum eſt. Deinde cum dicit.

Si recte dictum fuit in Ethicis vitam beatā eſſe ſecundum virtutem nō impeditam. Virtutem autem ipſam eſſe mediocritatem. Neceſſe eſt medium eſſe vitam optimam eius, quam ſinguli adipiſci valeant mediocritatis.

Proſequitur. Et primo oſtendit quę ſit optima vita & reſpub. poſſibilis pluribus ciuitatibus. Secundo qualiter aliæ reſpu. ſe habent ad vitam. ibi. {De aliis autem &c.} Prima in tres. In prima oſtendit quæ ſit optima vita hominis. Secunda, quod iſta eadem eſt ratio & terminus reip. poſſibilis pluribus ciuitatibus. ibi. {Et has &c.} In tertia quæ ſit optima reſp. poſſibilis pluribus ciuitatibus. ibi. {In cunctis &c.} In prima dicit, quod ſicut dictū eſt in lib. Ethi. Optima vita hominis eſt operatio ſecundum virtutem non impedita. Non enim cōſiſtit in actu primo, quia exiſtens in actu primo in potentia eſt ad ſecundum actum. ergo non eſt perfectus ſimpliciter. Sed felix perfectus eſt ſimpliciter nec in habitu, quia in potētia eſt ad actum ſecundū, quare conſiſtit in operatione vltima, quia illa nō eſt amplius in potentia ad aliam, ſed virtus eſt medietas quædam. Eſt enim habitus electiuus in mediocritate exiſtēs determinata rōne, & vt ſapiens determinabit. Quare optima vita hominis eſt vita media, & loquimur de tali medietate quę poſſibilis eſt hominib⁹. Deinde cū di.

Et has oēs diffinitiones neceſſe eſt eſſe circa ciuitatis virtutem, vitium, & rempublicam. Eſt enim reſpublica vita quædam ciuitatis.

Declarat, quod idem eſt terminus, & eadem ratio ciuitatis & reip. & virtutis vel malitiæ. Et dicit, quod eadē eſt ratio ciuitatis bonæ & reip. bonæ, & ciuitatis malæ & reipu. malæ. Et ratio eſt, quia reſpu. comparatur ad ciuitatem ſicut vita. Eſt enim reſp. ordo ciuitatis. Ordo autem vita eſt quædam eius, cuius eſt. Ideo reſpub. vita ciuitatis. Et ſicut ceſſante vita ceſſat illud cuius eſt, ſic ceſſante repu,

E ceſſat ciuitas. Sicut ergo eadem eſt ratio vitæ, & illius cuius eſt, & perfectionis & illa cuius eſt, ſic eadem eſt ratio reip. bonæ & ciuitatis bonæ. De mala rep. & ciuitate mala non probat, quia apparet ex eo, quod dictum eſt de bona rep. Deinde cum dicit.

In cūctis autem ciuitatibus partes ſunt tres Nā alij diuitiis excellūt. Alij paupertate nimia, deprimunt. Alij ſunt inter hos medij. Cū igitur conſeſſi ſimus, mediocritatem & medium eſſe optimum, palam quod bonorum fortunæ mediocris poſſeſſio eſt optima omniū exiſtimanda.

Probat quæ ſit optima reſpu. pluribus ciuitatibus. Et primo probat quæ ſit optima ciuitas. Secundo concludit quę ſit optima reſp. ibi. {Patet igitur &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtendit, quod ciuitas eſt optima quę eſt ex mediis. Secūdo, quod talis ciuitas bene ſaluatur. ibi. {Cōſeruatur &c.} Adhuc prima in duas. Primo oſtēdit qui ſint optimi ciues, quoniam medij. Secundo quæ optima ciuitas. ibi. {Vult quidem &c.} Ad hæc primo concludit ex præcedentibus, quod medij ſunt optimi ciues. Secundo probat per rationes. ibi. {Hæc.n. &c.} In prima dicit dictū eſt, quod eadem eſt ratio bonæ reip. & bonæ ciuitatis.

F Sunt autem ciuitatis tres partes. Quidam enim ſunt opulenti valde. Quidem egeni valde. Alij ſunt medij qui nec nimis diuites nec nimis pauperes ſunt, ſed medio modo ſe habent. Cum igitur omnes concedant, quod medium eſt optimum, quoniam vita ſecundum virtutem eſt optima, virtus etiam eſt in medio, manifeſtum eſt, quod medij in ciuitate ſunt optimi, et poſſeſſio ipſorum media exiſtens optima eſt inter omnes. Deinde cum dicit.

Hæc enim facilis eſt ad obedientiam mādatorum. At.n. ſi modum excedāt in alterutram partem, ceu ſi forma, ſi viribus, ſi nobilitate

G generis, ſi diuitiis, vel his contrariis, ceu ſi paupertate nimia, ſi imbecillitate egregia, ſi ignominia multa, difficile eſt vt rōni obediāt. Fiūt.n. iſtorum alij ſuperbi & delinquentes aperte in rebus magnis, alij occulte praui, & in reb⁹ exiguis fraudatores. Iniuriæ vero inferuntur quandoque per contumeliam, quandoq; per dolum.

Probat hoc per rationes. Et diuiditur in quatuor ſecundum, quod probat per quatuor rationes. Secūda ibi. {Inſuper &c.} Tertia ibi. {Præterea qui bonis &c.} Quarta ibi. {Quæ autem &c.} In prima intendit iſtam rationem. Illi ſunt optimi ciues qui facillime obediunt rationi, ſed medij in ciuitate facillime obediunt rationi, non autem extremi. ergo medij ſunt optimi ciues. Huius rationis minorem ponit in litera & declarat eam. Ponit autem minorem dicens, quod media pars ciuitatis facillima eſt ad obediendum

H rationi, non extremus, & ille qui excellit alios in pulchritudine, vel in fortitudine, vel in nobilitate, vel in diuitiis, nō de facili obedit rationi. Iterum ille qui nimis egenus eſt, aut ſuperdebilis vel multum vilis non de facili obedit rationi. Et ratio huius eſt, quia ille qui excedit vel in pulchritudine, vel fortitudine, vel nobilitate, vel diuitiis alios cōtemnit, & fit iniurioſus, & inclinatur etiam propter exceſſum alicuius iſtorum ad inordinatas delectationes & ſunt neque magis, quia iſta eos faciūt declinare ab eo quod eſt ſecundum rationem rectam. Egeni autem valde debiles vel viles deficiūt a rōne & fiūt auari & in paruis nequā valde. Circa quod intelligendum eſt quod aſtutia eſt inclinatio ad inueniendū diuerſos modos & vias ad finem non rectum. Actus autem qui procedit ex hoc dicitur dolus vel fraus ad nocendū aliis. Et ſecundum quod eſt ad nocēdū aliis in rebus fraus dicitur, ſecundum, quod in perſona vel fama dolus. Iſti autem ſuperegeni diuerſos modos & diuerſas

vias

vias inueniunt, quibus poſſint habere diuitias vel potentiam vel aliud tale præter rationem. Propter quod manifeſtum eſt, ꝙ ſunt aſtuti & nequam in paruis valde. Sed iniuriarum quædam fiunt propter aſtutiam vel propter contemptum vel contumeliam, quędam aūt propter iniuriam. Quare manifeſtum eſt, ꝙ extremi de difficili obediunt rationi. Deinde cum dicit.

Inſuper hi minime circa gubernationē reipublicæ afficiuntur, minimeq; cōſulunt. Hæc autem vtraque damnoſa ſunt ciuitatibus.

Ponit ſecundam rationem & eſt. Illi ſunt optimi in ciuitate qui amant principes & magiſtratus curant ac bene conſulunt bono reipublicę, ſed medij amāt principes, non autem extremi. Illi enim qui ſunt excellenter diuites non amant ipſos, nec conſequenter bene conſulunt, hæc aūt reipublicę dāno ſunt. Iſti pauperes ēt principes non amant, qa opprimi reputant ſe ab eis. Quare manifeſtū eſt, ꝙ extremi non ſunt optimi ciues. Deinde cum di.

Præterea qui bonis fortunis ſuperabundāt, ceu opibus, diuitiis, amicis, & aliis huiuſmodi, nec imperium cuiuſquam pati volunt, neque ſciunt, & hoc ſtatim domi eorum natis exiſtit. Propter delitias enim ne in ſcholis quidē præceptoribus obedire conſueuerunt.

Ponit tertiam rationem. Et dicit, ꝙ adhuc manifeſtū eſt, ꝙ extremi in ciuitate nō ſunt optimi ciues ſed medij, quia illi qui excedunt alios in bonis fortitudine ſicut in diuitiis, potētiis, vel amicis, & in cōſimilibus nec ſubiici volunt aliis, nec ſciunt. Et hoc ineſt ſtatim eis á pueritia. Nā á pueritia in delitiis nutriti ſunt. Et ideo doctoribus non ſunt aſſueti ſubiici, propter hoc nō ſubiici eis volūt, quia non poſſunt inclinari ad oppoſitū eius ad quod inclinātur ex aſſuetudine, ſed ſtatim ex natiuitate inclinantur ad oppoſitum eius quod eſt ſubiici. Et ideo etiā addiſcere nolunt. Illi etiam qui excellenter egeni ſunt intantū ſunt humiles, ꝙ neſciunt principari, ſed ſubiici etiam ſeruili principatu. nam ſubiiciuntur principatu deſpotico qui eſt dominari ad ſeruum. Si igiť ciuitas ſit ex iſtis, erit ex ſeruis & dominis, ſed iſta cōuenientia ſunt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues, relinquitur igitur, ꝙ medij. Deinde cum dicit.

Qui autem eorum ſunt in indigentia nimiá cōſtituti, deiecto nimiū animo vileſq; exiſtūt. Ex quo fit vt alij magiſtratum gerere neſciāt, ſed ad parendū ſeruiliter ſint apti. Alij vero ſibi imperari nullo modo patiātur, ſed ipſi aliis tanquam domini volūt imperare. Efficitur ergo ſeruorū & dominorum ciuitas. Non autē liberorum, Et aliorum inuidentium, aliorum ſpernentium, quod plurimum abeſt ab amicitia & ciuili ſocietate. Nā ſocietas amicabile quiddam eſt, cum inimicis.n. ne viam quidem communicare volunt homines.

Ponit quartam rationem. Et dicit, ꝙ illi qui inuident aliis et contemnunt alios nec magiſtratus gerere ſciūt nō ſunt optimi ciues. Sed egeni valde inuident aliis nec magiſtratus gerere ſciunt. Diuites etiam valde cōtemnunt eos qui ſunt etiam contra rationem reip. medij non, quare extremi non ſunt optimi ciues ſed medij. Huiuſmodi rationis ponit minorem primo dicens, ꝙ illi qui ſunt de numero egenorum inuidētes ſunt. Illi autem qui ſunt de numero excedentiū in bonis fortunæ contēnentes ſunt alios, & hoc apparet. Diuites enim & potentes videntes ſe habere ea quæ non habent alij, illos deſpiciunt & con-

A temnunt. Egeni & deficientes videntes, ꝙ non habēt ea quæ alij habent inuident illis, ſed medij non. Quia enim ad ſufficientiam habent non inuident, nō cōtemnunt autem, quia non ſunt valde excedētes. Inuidere vero & contemnere ſunt cōtra rationem reip. quod declarat. Quia amicitia neceſſaria eſt in ciuitate. Nā cōmunicatio amicitia quædam eſt, quia inimici cum inimicis participare nolunt in nummis etiam in via. Sed inuidia & contemptus ſunt contra rationem amicitiæ, quare ſunt contra rationem reip. Manifeſtum igitur, ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues ſed medij inter extremos. Deinde cum dicit.

Vult quidem ciuitas ex paribus ac ſimilibus eſſe, quantum fieri poteſt. Hoc autem maxime exiſtit mediis. Itaq; neceſſario fit vt huiuſmodi ciuitas optime gubernetur, ex quibus diximus natura conſtare ciuitatem.

B Poſtquam philoſophus determinauit qui ſunt optimi ciues, quoniā medij, declarat q̄ eſt optima ciuitas: quoniā illa quę eſt ex mediis. Et dicit, ꝙ ciuitas debet & vult eſſe ex æqualibus maxime. Sed tales ſunt medij, ſicut probatum eſt, ergo ciuitas optima eſt quæ eſt ex mediis. Et propter hoc manifeſtū eſt, ꝙ talis ciuitas optime gubernatur. Illa enim neceſſarium eſt optime gubernari quæ eſt cōſtituta ex his, ex quibus ciuitas optima naturaliť cōſtituiť, talis aūt eſt q̄ dicta eſt, ergo &c. Deinde cū dicit.

Conſeruantur quoq; in ciuitatibus iſti maxime cęterorum ciuium. Neq; enim aliena concupiſcunt, vt faciunt pauperes, neq; eorū bona cupiunť ab aliis, vt accidit diuitibus. Et qa ne inſidiātur aliis, nec alij ipſis, ſine periculo degunt.

Declarat, ꝙ talis ciuitas bene ſaluatur & ſine periculo viuunt tales. Et primo oſtendit, ꝙ bene ſaluatur. Secun-
C do, ꝙ viuūt ſine periculo. ibi. {Quapropter bene &c.} In prima dicit, ꝙ iſti medij ex quibus cōponitur ciuitas optima maxime ſaluātur in ciuitate, & hoc apparet, qa ipſi non concupiſcunt aliena ſicut pauperes. Habēt enim ad ſufficientiam, & ideo non deſiderant aliena, propter quod non inſidiantur diuitibus. Pauperes vero quia deficientes ſunt deſiderāt aliena, & ideo inſidiātur diuitibus. Medij vero non, quia non habent ſuperabundantiam diuitiarum, ideo medij nec inſidiantur aliis, nec alii ipſis: tales aūt maxime conſeruanť, quare manifeſtū eſt ꝙ ciuitas q̄ eſt ex mediis maxime cōſeruatur. Deinde cum di.

Quapropter bene optauit Phocylides, multa mediocribus optima, mediocris eſſe volens in ciuitate.

Oſtendit, ꝙ viuūt ſine periculo, & dicit ꝙ medij, quia nullus inſidiatur ipſis nec ipſi aliis inſidiātur ſine periculo viuunt. Et propter hoc Phocylides rationabiliter deſi-
D derauit medius eſſe in ciuitate, videns, quód medij ſunt in ciuitate optimi: vnde dixit medius in ciuitate volo eſſe. Deinde cum dicit.

Patet igitur, ꝙ ciuilis ſocietas optima eſt, quę ꝑ mediocres fit, eaſq; ciuitates recipere, vt optime gubernētur, in quibus mediocres plurimi ſunt, ac plus poſſunt, maxime quidē ambabus, vel ſaltem altera parte. Hæc enim addita pręualere facit, & prohibet contrarios exceſſus fieri.

Oſtendit ꝙ reſpu. quæ eſt ex mediis eſt optima. Et diuiditur in duas. In prima infert ex dictis, ꝙ reſp. media eſt optima. Secūdo probat hoc per ſigna & effectus. ibi. {Quod autē &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda infert correlariū. ibi. {Quapropter.} In prima dicit, ꝙ qa ciuitas optima eſt quę eſt ex mediis, manifeſtum ꝙ reſp. optima eſt ex mediis, & illæ

illæ ciuitates quæ multos habent medios habent remp. optimam. Et ratio huius eſt, Quia pars media ciuitatis valētior & melior eſt ꝗ̃ aliæ duæ partes diuiſim, quia ſi vna pars præter ratione velit opprimere aliā partē, ſicut ſi diuites paupes velint opprimere, pars media adiūgit ſe pauperibus, & cum illis reprimit maliciam diuitum. Si autē pauperes velint inſurgere contra diuites præter rationē, medij iungunt diuitibus ſe, & reprimunt pauperes. Et ideo medij prohibent fieri exceſſus in ciuitate. Talis autem reſpublica optima eſt. Deinde cum dicit.

E

Quapropter valde optādum eſt, vt hi qui in rep. verſantur, facultates habeant mediocres ac ſufficiētes. Nam vbi alij nimis multa poſſidēt, alij nihil, vel plebs infima inſurgit, vel paucorum potentia illa extrema, vel tyrānis, propter vtrūq; exceſſum. Ex populari enim ſtatu nimiū ſuperbo, & ex paucorum potentia, ad tyrānidē deuenitur. Ex mediocribus autem ac prope paribus, multo minus. Cuius rei cauſam poſtea vbi de mutationibus tractabitur dicemus.

F

Infert vnum correlarium. Et dicit, ꝙ manifeſtum eſt, ex dictis, ꝙ ex quo ciuitas eſt optima, quæ eſt ex mediis, ꝙ maximū bonum eſt, quæ in ciuitate gubernātes habeāt ſubſtātiā mediā & poſſeſſiones medias. Quia vbi ſunt qui valde excedunt in diuitiis, aut indigentes valde, erit ibi aut ſtatus popularis, aut paucorum intemperatus, in quo pauci diuites valde dominātur ſm voluntatem ſuā, aut erit tyrānis propter ambos exceſſus, ſcilicet diuitiarum & egeſtatis: ex populari enim ſtatu nimis ſuperbo inſurgit tyrānis. Similiter ex paucorum potētia, ex mediis autem non. Multo autem minus etiam oritur tyrannis ex his qui ſunt propinqui mediis ꝗ̃ ex ſtatu populari. Cauſa autē iſtorū apparebit inferius cum determinabitur de tranſmutatione reip. Deinde cum dicit.

G

Quod autem media, ſit optima, manifeſtum eſt: ſola enim ſeditionibus caret, vbi enim permultum eſt mediocre, minimum ſeditiones & diſcordiæ ciuium, innaſcūtur magnæq; ciuitates, ob hanc ipſam cauſam, minus ſeditionibus ſubiacēt, quia magna in his eſt mediocrium hominum multitudo. Paruas autē ciuitates facile eſt in duas partes diuidi omnes, ita vt nihil mediū relinquatur. Et fere cūcti vel inopes ſunt, vel opulenti. Populares quoq; gubernationes tutiores ſunt, & diuturniores, ꝗ̃ paucorum potentiū propter medios. Plures enim ſunt & magis honoris participāt i populari gubernatione, ꝗ̃ paucorū. Nā qñ ſine his multitudo inops plus poteſt, male res ſe habent, ac cito pereunt.

H

Probat per ſigna, ꝙ reſpu. quæ ex mediis optima eſt. Et diuiditur in partes tres ſm, ꝙ declarat per tria. Secūda ibi. {Signum vero &c.} Tertia ibi. {Patet autē &c.} In prima intendit iſtam rationē, illa reſp. eſt optima quę eſt ſine ſeditione magis & turbatione, ſed talis eſt illa quę eſt ex mediis: ergo reſp. quæ eſt ex mediis optima eſt. Huius rationis ponit cōcluſionem & minorem cum ſua probatione. Dicit igitur, ꝙ reſpublica quæ eſt ex mediis ſit optima, manifeſtum eſt. Iſta enim ſola & ſine ſeditione & turbatione eſt. Hoc autem probat dupliciter. Primo quia vbi ſunt plures medij non ſunt ſeditiones nec turbationes. Et ꝓpter hoc magnæ ciuitatis ſunt magis ſine ſeditionibus ꝗ̃ paruæ. Quia in magnis ciuitatibus ſunt multi medij. Sed in paruis ciuitatibus ſtatim omnes ſunt diuiſi in diuites & pauperes, & ideo in illis ſępe ſiūt perturbationes & ſeditiones. Quare manifeſtum eſt, ꝙ illa reſpublica quæ eſt ex mediis magis eſt ſine ſeditione & turbatione. Hoc idem probat ſecundo ex alio, quia ſtatus populares ſunt durabiliores ꝗ̃ paucorum, quia plures habent medios & magis attingūt medij ad principatum ꝗ̃ in paucorum potentia. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ illa reſpublica quæ eſt ex mediis eſt magis ſine ſeditione & turbatione. Si autem accidat, ꝙ inter egenos & diuites non fuerint plures medij, aut non ſufficiētes, ſi multitudo inualuerit, multos exceſſus facient: & ideo male ſe habent, & cito peribit reſp. Deinde cum dicit.

Signum vero huius putādum eſt, ꝙ qui optime leges condiderunt, ex mediocribus ciuibus fuere. Nam & Solō huiuſmodi fuit, vt apparet ex eius carminibus. Et Lycurgus, nō enim erat rex, & Charondas, & plurimi aliorum.

Ponit ſecundum ſignum. Et dicit, ꝙ reſpu. quæ eſt ex mediis ſit optima: ſignum eſt, ꝙ optimi legislatores fuerunt de mediis ſicut Solon. Iſte enim Solon non fuit de diuitibus excellenter, nec de pauperibus. Et hoc ſignificauit in quadam poeſi ſua, quam non ponit philoſophus & ſimiliter Lycurgus non fuit de magnis, non enim fuit rex Similiter Charōdas nec de diuitibus, nec de pauperibus excellenter fuit, ſed de mediis, ſimiliter plures alij. Iſti vero fuerunt optimi legislatores, et fuerunt de mediis, quare manifeſtum eſt, ꝗ̃ medio modo ſe habēre diſponit ad optimam rempub. quod igitur optima reſpu. ſit ex mediis, ſignum eſt, quòd optimi legislatores fuerūt de mediis. Deinde cum dicit.

Patet autem ex his, & quia plurimæ reſpublicæ, aut populares ſunt, aut paucorum gubernationes, Quòd. n. in his frequenter pauci ſunt medij, ſemper qui præualent, ſiue hi ſint, qui facultates habent, ſiue populares, qui medium tranſcendunt, per ſeipſos gubernationē agūt. Itaq; aut multitudo populi inſurgit, aut paucorum potentia.

Ponit tertium ſignum, & ponit primo ſignum. Secundo rationem aſſignat cuiuſdam quod in ſigno eſt dictū. ibi. {Præterea ex eo.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt ex his quæ dicentur iam, ꝙ optima reſp. eſt ex mediis, quia ꝓpter hoc ſunt plures reſp. aut populares, aut paucorum, quia frequenter in ciuitatibus medium paucum eſt: ſtatim enim ſunt omnes vel diuites vel egeni, & quicunq; excellunt alios, conuertunt remp. ſm voluntatem ſuam ad vtilitatē ſuam: ita ꝙ ſi diuites ſuperauerint pauperes, conuertunt remp. ad voluntatem ſuam & regunt eam, & tunc fit paucorum potentia. Si autem pauperes excellerint, regunt remp. ſm voluntatem ſuam, & fit ſtatus popularis. Quarę manifeſtū eſt, ꝙ aut erit popularis aut paucorū. Cū ergo iſtæ accidant, quę non ſunt rectæ propter defectum mediorum, ſignum eſt ꝙ reſp. quæ eſt ex mediis ſit optima. Deinde cum dicit.

Præterea ex eo quia ſeditiones fiunt, & pugnæ inter multitudinem & opulētos, quibuſcunq; vincere contingit, hi neq; cōmunem amplius habent rempublicam, neq; æqualem, ſed quaſi victoriæ præmium reportant, rempublicam obtinere, & alteri popularem ſtatum, alteri paucorum potentiam faciunt.

Aſſignat cauſam quare ſunt plures populares & paucorum, & diuiditur in duas, ſm ꝙ probat hoc per duas rationes. ſecūda ibi. {Præterea qui &c.} In prima dicit, ꝙ ſeditiones & pugnæ q̃ fiunt in ciuitate inter diuites & pauperes

pauperes adinuicem ſunt cauſa, quare ſunt tot populares & paucorũ. Illi enim qui obtinent cõtra aduerſarios non inſtituunt rempublicam communem nec ęqualem, ſed inſtituunt rempublicam ad vtilitatem ſuam & honorem & præmium victoriæ ſuæ inſtituunt rempublicam, in qua excedunt aduerſarios: ita ꝙ ſi pauperes obtineant faciunt popularem ſtatum, ſi diuites, paucorum potentiam. Deinde cum dicit.

Præterea qui principatum græcię habuerũt, hi ad propriam reſpiciẽtes rempublicã, aut popularem ſtatum in ciuitatibus cõſtituerunt, aut paucorum gubernationem, nõ ad ciuitatum illarum commoda reſpiciẽtes, ſed ad ſua. Atque ita per iſtas cauſas effectum eſt, vt vel nunquã mediorũ illa gubernatio extiterit, vel admodũ raro. Vnus.n.vir conſenſit ſolus ex his qui antiquitus in principatu fuere, hunc gubernandi modum cõſtituere. Iamq; in ciuitatibus, cõſuetudo obtinuit, nõ velle ęquale, ſed aut imperare quęrere, aut victos obedire. Quę igitur optima ſit reſpublica, & quam ob cauſam ex his patet.

Ponit ſecundam rationem, & dicit, ꝙ aliqui præeminentes in græcia in potentia amicorũ vel in diuitiis vel in nobilitate vel in aliquo alio nutriti in aliqua repu. cũ vellent inſtituere remp. aliquam non inſtituerũt quamcunque, ſed conſiderantes ad rempublicam in qua nutriti ſunt inſtituerunt illam. Et quia iſti nutriti erant in populari vel in paucorum inſtituerunt hanc vel illam non conſiderantes bonum cõe, ſed bonum proprium, & iſtæ vtiliores erãt eis, ideo iſtas inſtituerũt. Et propterea nũquã aut raro, & apud paucos inuenit reſpublica media: vnus autem optimus fuit vir, qui cum eſſet in principatu, ſuaſit ciuibus rempublicam hanc mediam, ſed illi noluerunt acceptare ipſam, ſimiliter nec iſti qui modo ſunt in ciuitatibus volunt eam recipere, quia conſuetudinẽ non habent, per quam inclinentur ad volendum æqualitatem: ſed vel quærunt principari, aut magis volunt ſuſtinere remp. quam habent nõ recte ordinatã, ſicut paucorum potentiam, in qua dominatur, aut aliquam aliã. Et tunc concludit dicens, quòd quæ ſit optima reſpub. & propter quam cauſam manifeſtum eſt ex determinatis. Deinde cum dicit.

De aliis autem, cum plures populares, & plures paucorũ gubernationes eſſe dixerimus, quę prima ponenda ſit, & quæ ſecũda, & quæ deinceps, quia potior ſit, aut deterior, determinata optima, nõ erit difficile intueri. Neceſſe eſt.n. meliorem eſſe, quæ proxime huic accedit: deteriorem vero, quæ plurimũ diſtat à medio, niſi ad ſuppoſitionem quis iudicet. Dico autem ad ſuppoſitionem, quia multotiẽs alia reipublicæ formà eligibiliori exiſtente, nihil vetat, aliam quibuſdam magis vtilem eſſe.

Declarat qualiter aliæ reſp. ſe habent ad iſtam, & dicit, ꝙ rerũp. aliarum à media poſuimus plures ſpecies, ſicut popularis & paucorũ. Vnaquęq; enim iſtarum plures ſpecies habet ſicut apparuit prius, quæ autem iſtarũ ſit melior, & quæ peior viſa ratione mediæ reip. non eſt difficile videre. Cũ enim reſp. quæ eſt ex mediis ſit optima, illa quæ eſt propinquior huic melior eſt, & quæ remotior peior. Nam vniuerſaliter hoc verũ eſt ꝙ in vnoquoq; genere illud quod eſt propinquius primo, perfectius eſt & melius in illo genere, quare illa reſp. quę propinquior eſt reip. optimæ in pluribus melior eſt, ſicut,

A prima ſpecies popularis melior eſt q̃ ſecunda, & ſecũda q̃ tertia, & tertia q̃ quarta: quarta vero peſſima eſt inter illas, ſimiliter de paucorum potentia prima melior q̃ ſecunda, ſecũda q̃ tertia, & ſic deinceps. Et dato, ꝙ illa quę eſt propinquior optimæ eſt melior ſimpliciter loquẽdo ſine ſuppoſitione, quia ſi loquamur de meliori, & optima ex ſuppoſitione nihil prohibet aliquam, quæ non eſt melior ſimpliciter eſſe meliorẽ aliquibus, ſicut ſi in ciuitate aliqua ciues ſint æquales in libertate, melius eſt eis regi populari q̃ repu. media. Sic igitur apparet qualiter aliæ ſe habent ad iſtam.

LECTIO XI.

De conſeruatione optimæ reipublicę deq; cautione labatur aut ad multitudinis gubernationem, aut ad paucorum potentiam.

QVæ autem reſp. quibus, & qualis, qualibus conferat, conſequens eſt tractare.

B Poſtquam philoſophus declarauit, quæ & qualis reſp. eſt optima pluribus ciuitatibus, declarat quæ & qualis, quibus & qualibus expediat, & diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuũ. In ſecũda proſequitur. ibi. {Sed capiendũ.} In prima dicit, ꝙ poſt illa quę determinata ſunt dicendum eſt pertranſeundo, quæ reſpu. quibus & qualis qualibus expediat. Deinde cum dicit.

Sed capiẽdum prius eſt vniuerſaliter de cunctis. Oportet enim partem illam ciuitatis, quæ rempublicam ſtare vult, potentiorem eſſe, q̃ illa pars, quæ nõ vult rẽpublicã manere. Eſt autem omnis ciuitas ex quali, & quãto. Dico autem quale, ceu libertatem, diuitias, diſciplinã, nobilitatem. Quãtum vero, ceu multitudinem populi præualentẽq;. Fieri autẽ poteſt, vt quale
C exiſtat vni ciuitatis parti, alteri vero quãtũ, ceu maiorem eſſe numerum ignobilium, q̃ nobilium, & pauperum, q̃ diuitũ: neq; tamen tãtum ſuperare quãtitate, quãtum ſuperari qualitate, propter hoc adinuicem conferenda ſunt.

Proſequitur, & diuidit in duas. Primo præmittit quędam vniuerſalia quæ valent ad ſequẽtia in iſto capitulo. In ſecunda oſtendit quod propoſitum fuit. ibi. {Vbi ergo.} In prima dicit, ꝙ antequam determinetur de rep. quæ cui & qualis quali cõpetat accipiẽdum eſt primo, quod vniuerſaliter verum eſt in omnibus rebuſp. ſcilicet ꝙ illa pars reip. melior eſt, & valentior quæ vult ſaluationem reip. q̃ illa quæ non vult. Et ratio huius eſt, quia bonum rei attendit in ordine ad finem. ſed partes reipu. ordinantur in finem reip. finis autẽ reip. eſt ſalus & permanentia eius, ergo bonum partium reipublicæ intendi
D tur in ordine ad finem iſtum. Sed vnumquodq; vult bonum proprium, & quãto magis vult, tãto melius eſt: ergo illa pars reipublicæ melior eſt, quæ intendit iſtum finem q̃ illa quę non intendit. Secundum eſt quod proponit, ꝙ omnis ciuitas componitur ex quali & quanto, & exponit quid vocat quale & quãtum. Quale quidem vocat dignitatem, ad quam conſiderat volẽs inſtituere rempublicam, vel volens diſtribuere principatum, ſicut ſunt diuitiæ, diſciplina, ingenuitas. Quantum vocat multitudinem, modo ita eſt quandoq; quod alteri parti ciuitatis ineſt quale, ita ꝙ excedit aliam in qualitate. Alteri parti ineſt quantum, ita ꝙ excedit aliam in multitudine, ſicut verbi gratia. Plures ſunt in ciuitate ignobiles q̃ nobiles, pauperes q̃ diuites, tamẽ pars illa quæ abundat in quanto, tamen non abundat in illo quantum deficit in quali. Iſta autem conſideranda ſunt in determinando, quę vel qualis, cui vel quali conueniat comparando iſta adinuicem

cem, puta defectum ſecundum vnum ad ſuperabundantiam reſpectu alterius. Deiode cum dicit.

Vbi ergo ſuperat pauperũ multitudo, eã, quam diximus, proportionem hic popularis gubernatio exoritur, ac ſpecies ſingulæ popularis ſtatus ſm multitudinis exuperãtiam, ceu ſi agricolarũ multitudo plus poſſit. prima ſpecies. Si multitudo tenuiorũ ac mercenariorũ, vltima ſpẽs, & ſic de aliis, quæ ſunt harũ mediæ.

Oſtẽdit ꝙ qualis quibus & qualibus cõueniat, & primo quibus & qualibus popularis ſtatus. Secũdo quibus & qualibus paucorũ potẽtia. ibi. {Vbi aũt ea pars &c.} Tertio quibus & qualibus reſpublica. ibi. {Debet autem qui &c.} In prim a dicit, ꝙ quãlibet ciuitatem vbi abũdat multitudo egenorum ſm dictam proportionem ſcilicet quod non excedat, puta in virtute quantum deficit in multitudine diuitũ vel ægenorum oportet regi ſtatu populari, vt ſi agricolæ excedunt, tunc eſt popularis ſtatus agricolarum. Et ſm, ꝙ diuerſus eſt populus, ſm hoc oportet ipſum regi diuerſis ſpeciebus popularis ſtatus, vt ſi multitudo agricolarũ excedat, oportet regi prima ſpecie popularis ſtatus. Si autem multitudo tenuiorum & mercenariorum, tunc oportet eam regi vltima ſpecie popularis ſtatus. Iſti. n. minus ſunt perſuaſibiles ratione & magis inclinantur ad auaritiam: & ideo expedit eis magis regi illa ſpecie popularis ſtatus, per quã poſſunt ſatisfacere magis auaritiæ ſuæ. Hæc autẽ eſt vltima ſpecies, in qua principatur populus non ſm legem, ſed ſm ſuam ſententiam & voluntatem: vbi autem multitudo eſt intermedia competit regi eam aliqua ſpecie intermedia, vt ſi excedat multitudo liberorum, ſecunda ſpecies debet eſſe. ſi multitudo aliorum quorumcunque, tertia ſpecies. Deinde cum dicit.

Vbi autẽ ea pars in qua ſunt opulẽti & nobiles magis ſuperat qualitate, ꝗ deficiat quãtitate, hic paucorum potentia gubernatioq; exoritur. Ac eodem modo ſingulæ ſpecies huius, ſecundũ exuperantiam iſtiuſmodi hominum.

Oſtendit quibus competit paucorum ſtatus, & dicit, ꝙ vbi multitudo diuitum, quæ plus abundat, in quali ſcilicet in diuitiis & nobilitate ꝗ deficiat in quanto, id eſt in multitudine, ibi oportet eſſe paucorum ſtatus. Et ſm diuerſitatem huiuſmodi multitudinis oportet diuerſificare ſpecies paucorum ſtatus, ita ꝙ vbi eſt multitudo diuitum habentium poſſeſſiones mediocres oportet regi prima ſpecie popularis ſtatus, in qua dominãtur plures diuites oon nimis excedentes in diuitiis, ſed habẽtes poſſeſſiones mediocres. Vbi autẽ eſt minor multitudo, ſed habẽs plures diuitias, oportet regi ſecunda ſpecie paucorũ ſtatus. Vbi autem ſunt adhuc pauciores diuites ditiores ꝗ primi, expedit illos regi tertia ſpecie. Vbi autem pauciores ſunt & magis diuites oportet regi illam ciuitatẽ quarta ſpecie: ita, ꝙ ſicut ſe habẽt ſpecies ſtatus popularis quantum ad multitudinem, ſic ſpecies paucorum potentiæ quantum ad diuitias, ita ꝙ ſicut vbi ſunt pauciores egeni, ſicut vbi ſunt plures agricolæ oportet eſſe primam ſpeciem ſtatus popularis. vbi adhuc plures ſecũdam. vbi adhuc plures ꝗ prius tertiã. vbi tota multitudo quartam & peſſimam, ſic ex parte potentiæ paucorũ vbi ſunt plures diuites habẽtes mediocres diuitias, prima ſpẽs, vbi pauciores ditiores, ibi ſecunda. Sed vbi adhuc pauciores et ditiores, tertia: ſed vbi ſunt pauciores ꝗ pri⁹ & valde diuites, q̃rta ſpẽs et peſſima. Deĩde cũ di.

Debet autem qui legem ponit in republica, ſemp ad medios reſpicere, ſiue enim ad paucorum gubernationẽ dirigantur leges, de mediis

E eſt coniectãdum, ſiue ad popularem ſtatũ, hos reſpicere debet: vbi enim mediocrium ſuperat multitudo, vel vtrunq; extremum, vel alterum tantum, hic reſpublica recipit ſtabilitatem.

Oſtendit quibus competit reſpublica, & diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecũda regreditur ad declarandum qualiter miſcetur ex populari ſtatu & paucorum. ibi. {Sunt autẽ &c.} Prima in duas. In prima oſtendit quibus competit reſpublica. Secũdo remouet errorem quorundam. ibi. {Aberrant autẽ &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. Secũdo remouet obiectionem quæ poſſet fieri. ibi. {Non. n. eſt metus ne quandoq; &c.} In prima dicit, ꝙ legiſlator ſi bene debeat ordinare rempublicã debet aſſumere ad rempublicam medios. Et hoc quaſcũq; leges ponat, ſiue conuenientes potentiæ paucorũ, ſiue populari ſtatui ſemper oportet coaſſumere medios, q̃a ſic debet ferre leges

F & ordinare rempublicam, vt per leges poſſit reſpublica ſaluari. Vbi vero multitudo huiuſmodi mediorum abũdat ſm quale, aut ſm quantitatem vel in vno io comparatione ad aliud, conuenit eſſe rempublicam, quæ bene nata eſt regi rectis legibus: ex talibus. n. dicta eſt eſſe ipſa, igitur expedit coaſſumere medios. Deinde cum dicit.

Non enim eſt metus, ne quãdoq; diuites cũ pauperibus conſpirent, contra mediocres, nunquam enim alteri ſeruire alteris vellẽt. Quod ſi cõmuniorem aliquã quærunt, nullam aliam ꝗ iſtam reperirent. Nam per vices gubernare nõ paterentur, propter diffidẽtiam, quæ inter eos exiſtit. In cunctis vero locis arbiter eſt fideliſſimus, arbiter autem medius, quãtoq; melior eſt gubernatio temperata, tanto durabilior.

G Remouet obiectionem quæ poſſet fieri. Aliquis enim diceret ꝙ legiſlator nõ debet aſſumere medios, quia pauperes & diuites non cõſentirent, & ſic erit turbatio in ciuitatibus. Remouet hoc & dicit, ꝙ non eſt timẽdũ quin diuites conſentiant pauperibus. Et ratio huius eſt, quia nunquam volunt eſſe ſerui dominorum nec diuites nec pauperes, & ideo quærunt communem rempu. magis. Hoc autem eſt reſp. & non alia. Si autem quęrunt remp. commuoem non inuenirent aliam magis communem, quia pauperes nolunt, ꝙ diuites dominent ne opprimãtur ab illis, nec diuites volũt ꝙ pauperes timeant opprimi ab eis, & ideo querunt fideliorem principantem. Sed vbiq; fideliſſimus eſt & communis magis medius & arbiter. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ reſpublica quãto magis mixta eſt accedens ad æqualitatem & indifferentiam, tanto magis manſiua eſt. Deinde cum dicit.

Aberrãt etiam pleriq; illorũ, qui optimates reipublicæ gubernationes efficere volunt, nõ

H ſolũ in tribuẽdo nimium diuitibus, verũ etiam in excludendo plebem. Neceſſe eſt enim procedente tpe, ex falſis bonis, verũ malũ euenire. Diuitum enim cupiditates plus habẽdi, magis deſtruunt rempublicam, ꝗ multitudinis.

Remouet errorem quorundam. Aliqui enim fuerunt qui voluerũt facere reſpublicas optimatum qui plus attribuebant diuitibus ꝗ deberẽt, & ꝗ pauperibus. Philoſophus dicit, ꝙ iſti peccauerunt nõ ſolum in hoc ꝙ plus attribuebant diuitibus ꝗ deberẽt, ſed in hoc ꝙ pauperes non audiebantur, in his in quibus debebãt audiri ſm rectam rationem, & minus attribuebant eis ꝗ oporteret, quoniam aliquando ex vnius malo venit magnum malum: & ideo quãuis hoc ſit modicũ malum, ſcilicet plus attribuere diuitibus ꝗ pauperibus, tamẽ ex hoc ſequit̃

excellus

exceſſus diuitum. Sed exceſſus diuitum magis corrũpit ciuitates q̃ exceſſus pauperum. & ratio huius eſt, quia exceſſus qui plus facit diſtare bonũ cõe à cõitate magis corrumpit ciuitatem, q̃ qui minus. Sed exceſſus diuitũ magis facit diſtare à cõitate, quia bonũ cõe trahit ad paucos, quia pauperes ſunt plures q̃ diuites: quare manifeſtum eſt ꝙ exceſſus diuitum magis corrũpit ciuitatem q̃ exceſſus pauperum, quare hoc eſt malũ & peccatum in republica plus dare diuitibus. Deinde cum dicit.

Sunt autẽ illa circa quæ ſimulant ac fallaciter prętexũt ad populum, quinq; numero, cõcio, magiſtratus, iudicia, armatura, exercitatio.

Poſtquam declarauit quę & qualis reſpublica, quibus & qualibus conueniat regreditur ad declarãdum qualiter reſpublica miſceatur ex paucorum et populari ſtatu, & diuiditur in duas. In prima oſtendit ex quibus eſt maxime. In ſecunda recapitulat. ibi. {Quam igitur ob cauſam &c.} Prima in tres. Primo oſtẽdit qualiter miſceat̃. Secundo oſtendit ex quibus eſt, quia ex habentibus arma. ibi. {Oportet quidem &c.} In tertia aſsignat rationẽ propter quam antiqui vocauerunt rempublicam popularẽ ſtatũ. ibi. {Sed auctis &c.} Adhuc ꝓma in duas. quia .n. reſp. miſcetur ex paucorũ & populari ſtatu, primo tangit leges popularis & paucorum. Secundo infert ex dictis quomodo miſcetur ex illis. ibi. {Itaq; manifeſtum &c.} Adhuc prima in duas. In prima tangit leges paucorum ſtatus. Secundo popularis. ibi. {Populari ſtatu &c.} In prima tangit leges paucorũ ſtatus, per quas intendunt ſophiſtice excludere multitudinẽ à republica. & primo tangit eas de quibus ferũtur leges.} Secũdo tãgit leges ipſas. ibi. {Circa cõcionem.} In prima dicit, ꝙ illa de quibus dominantes paucorum ſtatui ferunt leges fallaciter & doloſe proponentes populo quinq; ſunt numero, ſcilicet concio, magiſtratus, iudicium, armatura, exercitatio. Deinde cum dicit.

Circa concionẽ quidem, licere omnibus adeſſe, ſed pœna appoſita diuitibus, ſi nõ adſint, vel ſolis, vel maior, q̃ multitudini.

Tangit leges circa iſta, & primo tãgit legem circa concionem. Secundo circa magiſtratũ. ibi. {Circa magiſtratus.} Tertio circa iudiciũ. ibi. {Circa iudicia.} Quarto circa arma & exercitia. ibi. {Eodẽ mõ.} In prima dicit, ꝙ circa concionem ordinauerunt fauẽtes paucorum ſtatui, ꝙ oẽs venire liceret ad concionem. ſed vlterius ordinauerunt, ꝙ diuites ſi non venirent haberent damnũ. Pauperes verò non. Vel, ꝙ diuites multo maius dãnum reportarent q̃ pauperes. & manifeſtum eſt, ꝙ per iſtam legẽ pauperes excludebãtur, quia diuites ex hoc, ꝙ damnum magnum reportabant compellebãtur venire, pauperes q̃a nullũ damnũ reportabant non curabãt venire, & ita nõ participabãt ciuitate libẽter. Deinde cũ dicit.

Circa magiſtratus autem, non licere his qui cenſum habẽt magnum renunciare magiſtratui, pauperibus autem licere.

Tangit legem circa magiſtratum, ordinauerunt ꝙ omnes poſſent attingere magiſtratũ, ſed vlterius ſtatuerũt, ꝙ pauperibus liceret renunciare magiſtratui, diuitibus vero non. & manifeſtum eſt ꝙ per iſtam legem excludebantur pauperes, quia pauperes cum ſint occupati circa alia, facile eſt, quod cum liceat eis renuntiare dimittant magiſtratum: diuites vero ſemper remanebunt, cum eis non liceat renunciare. Deinde cum dicit.

Circa iudicia vero, pœnã eſſe diuitibus, niſi iudicẽt, pauperibus aũt, impunitatem, aut illis, magnam, his paruã pœnam, vt eſt in Charõdæ legibus. Quibuſdã vero locis, omnibus licet deſcriptis in concionibus iudiciisq; adeſſe. Quod ſi deſcripti ſint, & non exerceant, in pœnas incidunt permagnas, vt metu pœnæ vitent deſcriptionem, & per non deſcriptionem, neq; iudicia, neq; conciones exerceant.

Tangit legem circa iudicium, & dicit, ꝙ circa iudiciũ ordinauerũt ſuppoſito ꝙ omnes poſſint attingere ad iudicia. Vlterius ordinauerunt diuitibus damnum ſi non iudicarent & diſcuterent. Pauperibus vero dederunt licentiam de non diſcutiendo, vel ſi ordinauerunt damnũ vtriſque, tamen diuitibus magnum damnum, pauperibus modicum, ſicut ordinatum fuit in legibus Charondæ. In aliquibus vero paucorum gubernationibus licebat quidem omnibus diſcutere in iudicio & intereſſe cõgregationi, præſcriptis tamen prius. Si vero contingeret ꝙ ſcripti non intereſſent vel non diſcuterent imponebantur magna damna, ita vt propter fugam damni non appeterent ſcribi, & ſic ſi non ſcriberentur nec intereſſent iudicio. Deinde cum dicit.

Eodem modo circa arma & circa gymnaſia legibus ſtatuunt. Pauperibus enim licet nõ habere arma. Diuitibus autẽ pœna conſtituta eſt niſi habeant. Et ſi in gymnaſio ſe nõ exerceant pauperes, nulla pœna eſt. Diuitibus autẽ eſt pęna, vt alij metu pœnę ſe exercere compellãtur, alij quia nullam formident pœnã, non faciãt. Hæc igit̃ paucorũ potẽtiæ ſunt machinamẽta.

Tangit legem circa arma & exercitia ſimul, & dicit, ꝙ eodem modo tulerunt legem de poſſeſsione armorum, et circa exercitia ipſorum, & ordinauerunt, ꝙ liceret ægenis non habere arma. Diuitibus ſi non haberent ordinauerunt magnum damnũ, ſimiliter circa exercitiũ ordinauerunt ꝙ pauperes ſi ſe non exercitarent in armis nullum damnum haberent. Sed diuitibus ordinauerũt magnum damnũ, ſic autem ordinauerũt vt diuites propter damnum haberent arma, & vſum armorum, & ſic haberent ſoli poteſtatem & tenerent principatum: pauperes vero quia nõ timerent damnum non haberent arma & vſum armorum, & per conſequens nõ participarẽt principatu. Et tunc cõcludit ꝙ hæc ſunt ſophiſmata de legiſlatione, per quæ volunt fauentes paucorum potentiæ excludere multitudinem à ciuilitate. Deinde cum di.

In populari autem ſtatu, contra hęc, alia excogitant: pauperibus enim ſalaria ſtatuũt concionantibus atq; iudicantibus. Diuitibus autem nullam pœnam imponunt.

Oſtendit qualiter fauentes populo ſapienter aduerſantur iſtis, et dicit, ꝙ fauẽtes populo in politia ſua ſapiẽter aduerſantur iſtis: contra enim omnia iſta ordinauerunt ꝙ pauperes qui conuenirent ad congregationem & diſcuterent haberent mercedem: diuites vero ſi nõ venirẽt nullum damnum reportarent. Et per iſtam legem monſtratur ꝙ excludebantur diuites. Pauperes .n. ſcientes ꝙ haberent mercedem libenter veniebant. Diuites autem ſcientes ꝙ nullo haberent damnum ſi non irẽt non curabant ire, maxime quia non honorabant̃, & ſic tota poteſtas dimittebat̃ penes multitudinem. Deinde cũ dicit.

Itaq; manifeſtum eſt, ſi quis velit iuſte hæc tẽperare, quod oportet vtrinq; aſſumere, & his quidem ſalaria conſtituere, his autem pœnam. Sic enim omnes comunicarent, nam illo quidem modo reſpublica fit alterorum ſolum.

Concludit qualiter reſp. ſit miſcenda ex paucorum & populari ſtatu, & dicit, ꝙ manifeſtũ eſt ex dictis qualiter reſp.

reſp. miſcenda eſt ex illis: mixtum.n. debet aliqualiter habere miſcibilia, & aliqualiter nõ: & ideo ſi recte fiat mixtio ex iſtis oportet accipere ea quæ pertinent vtriſq; ſm partem, & ordinari pauperibus mercedem ſi veniant: diuitibus vero damnum ſi non veniant, & iſto modo omnes communicabunt ciuilitate, ſed prædictis modis altera ſolum vt reſp. tantum ſit paucorum vel populo fauentium. Deinde cum dicit.

Oportet quidem rempublicam eſſe ex his ſolum qui arma poſſident, cenſus autẽ magnitudo diffiniri ſimpliciter non poteſt, ſed conſiderata qualitate, adiũgatur largiſſimus, vt qui participant reipublicæ ſint plures, ꝗ hi, qui non participant hoc inſtituere.

Oſtendit ex quibus eſt reſpu. & primo oſtendit, ꝙ eſt ex vtentibus armis maxime. Secũdo, ꝙ eſt ex illis qui vſi fuerũt armis. ibi. {Apud quoſdam.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. Secundo aſſignat cauſam cuiuſdã dicti. ibi. {Volunt enim.} In prima dicit, ꝙ reſp. debet eſſe ex habẽtibus arma & vtẽtibus iã in actu ipſis. Et ratio huius eſt, quia reſp. debet eſſe ex mediis, & ideo debet eſſe ex illis, in quibus ſunt plures medij, tales ſunt vtentes armis. Quanta autem debet eſſe multitudo ciuitatis & cenſus non eſt determinatum nunc: oportet.n. cenſum in ciuitate determinare ſm regionem, & ſm potentiam aduerſariorum. Oportet enim tantam eſſe multitudinem quãtam regio poſſit nutrire, & tantam, ꝙ poſſit repellere aduerſarios. Sed aduertendum, ꝙ qualitas & bona diſpoſitio ſm diſciplinam vel mores multũ addit ad bonitatẽ reipublicæ: & ideo faciẽdum eſt, ꝙ participantes politia ſint plures ſaltem ſm qualitatẽ quamuis deficiant quantitate. Deinde cum dicit.

Volunt enim pauperes, & honorum expertes, quietem agere, ſi neq; cõtumelia eos quis afficiat, neq; bona illis auferat, ſed hoc non facile. Non enim ſemper contingit, vt qui rempublicam gubernãt, ſint mites, & humani. Et cõſueuerunt quotiens bellum eſt, grauiter ferre, niſi ſuſcipiant alimẽta: nam ſunt egeni, & ſiquis alimenta porrigat cupiunt bellum.

Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti ſcilicet, ꝙ oportet eſſe plures participantes reipublicæ ꝗ non participantes, & dicit, ꝙ pauperes in ciuitate exiſtentes abſq; principatu volunt viuere quiete & ſine turbatione, dato ꝙ nullus moleſtet eos, & dato ꝙ nihil auferat ab eis de bonis ſuis: ſed iſtud non eſt facile, qa frequenter contingit, ꝙ principantes non ſint mites & humani: & ideo difficile eſt, ꝙ non ſuſcipiant pauperes moleſtiam. Iterum illi qui vtuntur armis quando bellum debet fieri volunt recipere alimentum à pauperibus ſi ſint aliqui pauperes, & ſi non recipiant mouent bellum contra illos, & ſi accipiãt pauperes volunt inſurgere. Vt igitur non poſſint inſurgere contra principantes, expedit eſſe plures habentes arma ꝗ non habentes. Deinde cum dicit.

Apud quos gubernatio reip. exiſtit non in his qui ad armaturã ſunt habiles, ſed in his qui exercebãt arma. In Malieſibus quidem gubernatio reip. erat in iſtis, & magiſtratũ creabant ex his q militabãt. Primaq; reſp. apud Græcos conſtituta eſt ex his, qui bellum gerebant, poſtquam deſierũt regna ab initio quidem ex equitibus, nam robur belli tunc in equitibus habebatur. Peditatus.n. niſi ordo ac diſciplina adE ſit, inutilis eſt. Huiuſmodi autem diſciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat, ex quo fiebat vt i equitatu robur belli haberet.

Oſtendit ꝙ reſp. non tantum eſt ex illis qui poſſidẽt, ſed ex illis qui poſſederunt arma & habuerũt vſum eorum, & dicit, ꝙ apud aliquos eſt reſp. non ſolum ex illis qui vadũt ad arma, & vtũtur eis iam actu, ſed ex eis qui ferunt & vſi ſunt. Et rationabiliter hoc eſt, quia illi ſunt magis exercitati in actibus virtutum & in armis. Rationabile autem eſt, ꝙ reſpub. ſit ex illis, quod declarat per quandam remp. dicens, ꝙ apud Malienſes erat reſpub. ex his qui fuerant in armis & vſi fuerant. Veruntamen principantem eligebant ex militibus ſiue ex illis qui iã vtebantur armis. Primæ etiam reſpub. fuerunt magis ex præliantibus & vtentibus armis præter principatus regales. Principem autem eligebant de equeſtribus, & reſpu. quæ fuit à principio fuit ex equeſtribus, quia roF bur belli tunc in equeſtribus habebatur. Peditatus autẽ eſt omnino inutilis, niſi adſit ordo & diſciplina, ſed qualis ſit huiuſmodi ordo & diſciplina non fuit cognitum antiquis, et propterea totum robur & excellentia exercitus habebatur ex equeſtribus. Deinde cum dicit.

Sed auctis ciuitatibus, quæ in armis potẽtiã habebãt, plures ad communionẽ reip. recepti ſunt, ex quo factum eſt, vt quas nunc reſp. vocamus, tunc popularis ſtatus diceretur.

Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti. Aliqui enim iſtã rẽp. vocauerunt popularem. Alij paucorum, ideo cauſam huius aſſignat, & primo quare dixerũt eãdem popularem ſtatum. Secũdo quare paucorũ. ibi. {Fuerat enim &c.} In prima dicit, ꝙ creſcentibus ciuitatibus contingit, ꝙ erat magna multitudo habentium arma qui dominabãtur. Vbi autem multitudo dominatur, ſtatus popularis G eſt, propter quod quidam dixerunt illam quam vocamus remp. popularem. Deinde cum dicit.

Fuerat.n. antiqua ciuitatũ gubernatio rationabiliter paucorũ, et regia, propter paucitatẽ.n. hominum, non erat magnus numerus mediocrium. Itaq; pauci cũ eſſent, multitudine & inſtitutione, magis ferebant ab aliis gubernari.

Oſtendit quare vocauerunt eam paucorum ſtatum, & dicit, ꝙ antiquæ reſp. rationabiliter erant ſtatus paucorum, & regalis: antiquitus enim pauci erãt homines inhabitãtes ciuitates, & ideo pauci erãt medij, & quia pauci erant ſecundum multitudinem paucorum ſtatus erãt, ſed quia bene erant ordinati, bene ſuſtinebant principatum & ſufficiebantur. Deinde cum dicit.

Quam igitur ob cauſam plures ſint rerũp. H formæ, & quamobrem præter eas quæ dicũtur aliæ ſint: neq; enim popularis gubernationis vna eſt ſpecies, neq; aliarum ſimiliter, ac præterea quæ differentiæ ſint inter eas, & quare accidat: & inſuper quæ ſit optima reſpub. (vt plurimum dici poteſt) & aliarum qualis, et qualibus congruat dictum eſt.

Recapitulat dicta à principio quarti, & dicit, quod dictum eſt in precedẽtibus, propter quã cauſam ſunt plures reſpub. & propter quam cauſam ſunt aliæ reſp. præter ſex reſpub. acceptas ſecundum genus, vt ſunt plures populares & paucorum ſtatus & optimatum & nõ vna numero ſolum. Iterum dictum eſt qualiter differunt adinuicem, & quæ ſit optima reſpu. & propter quam cauſam accidit, & quibus expediat.

Lectio

LECTIO XII.

De quibus conſultationes in ciuitatibus fieri ſoleant, deq; ipſarum varietate pro cuiuſq; ciuitatis adminiſtratione.

RVrſus autem & cõmuniter & ſeparatim de vnaquaq; dicemus eorum, quæ poſt hoc ſequuntur, cõuenienti ſumpto principio. Sunt ergo tres partes omnium rerumpub. in ſingulis quarum ſtudioſus legis poſitor conſiderare debet vtilitatem, quibus bene ſe habentibus neceſſe eſt rempub. bene ſe habere, & gubernandi formas inter ſe differre, in eo ꝙ ſingulę iſtarum differunt. Harum trium partium vna eſt q̃ verſatur in publicis conſiliis, Altera in magiſtratibus, hoc eſt, quos eſſe oportet, & quã poteſtatem habere, & quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudiciis conſiſtit.

Poſtq̃ Philoſophus determinauit, quæ reſpu. eſt optima, & quæ, & qualis, quibus & qualibus conueniat: determinat de quibuſdam partibus reipub. ſ. de conſiliatiuo, & dominatiuo, & iudicatiuo. Et primo dat intentionem ſuam. Secundo proſequitur. ibi. {Et pars &c.} In prima dicit ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de vnaquaq; re pub. & in cõmuni & diuiſim. Conſequenter dicendum eſt de quibuſdam ex quibus pendet conſideratio determinatorum: & dicit rurſus, quia in tertio fecit mentionem de ipſis, & accipiendum eſt principium conueniens illis, ſ. ꝙ ſunt tres partes rerumpub. de quibus ſtudioſus legislator debet conſiderare & conferre ſm rationem de illis. Illis. n. bene ſe habentibus neceſſarium eſt rempub. bene eſſe ordinatam, & male ſe habentibus male, & ſm differentiam iſtorum adinuicem neceſſe eſt reſpub. differre, quia per iſta diſtribuitur reſpub. quæ eſt ordo principantium. Iſtarum autem vna pars eſt quæ conſiliatur de cõmunibus ciuitatis. Alia eſt quæ verſatur circa principatus, & hoc eſt quos oportet eſſe principes, & quorũ debent eſſe domini, & qualiter aſſumantur vtrum per ſortem vel per electionem. Tertia pars eſt quæ verſatur circa iudicia. Deinde cum dicit.

Ea pars quæ conſulit, auctoritatem habet de bello & pace, de ſocietate ineunda vel diſſoluenda, de legibus ferendis vel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, & rationibus repoſcendis.

Proſequitur, & primo de cõſiliatiuo. Secundo de ꝑncipatu. ibi. {De cõſultando &c.} Tertio de iudicatiuo. ibi. {Reliquum ex &c.} Prima in duas. Primo tãgit de quibus cõſiliantur in cõmuni. Secundo proſequitur de ipſo conſiliatiuo. ibi. {Neceſſe eſt enim &c.} In prima dicit ꝙ dominans in ciuitate conſiliatur de bello: vtrum bellandum ſit vel non, & de pace vtrum pax debeat fieri cũ aduerſariis vel non. Conſiliatur etiam de propugnatione & de diſſolutione, vtrum ſimul vel ſeparatim debeat pugnare. Iterum conſiliatur de legibus qualiter ſint ferendæ. Conſiliatur etiam de morte alicuius, vtrum expediat aliquem qui fuit contra ciuitatem interfici vel relegari. Iterum de populatione qualiter debeat ſi indigeat ciuitas populari, & ex quibus. Iterum qualiter principantes debent eligi & corrigi. Deinde cum dicit.

Neceſſe eſt enim vel omnibus ciuibus hæc oĩa decernenda tribuere, vel quibuſdã, ceu vni cuidam magiſtratui, aut pluribus, vel aliis alia, vel quædam illorum oĩbus, quædam quibuſdã.

Proſequitur de ipſo conſiliatiuo declarando eius conſiliatiuum cui competat reſpub. Et primo ponit diuiſionem vnam. Secundo oſtendit quibus rebuſpub. competant mẽbra ipſius. ibi. {Omnes igitur &c.} In prima dicit ꝙ neceſſarium eſt aut omnia iudicia dare omnibus ciuibus, ita ꝙ oẽs ciues de omnibus iudicent, aut quibuſdam omnia, ſicut principanti vni aut pluribus ſi ſint plures principantes, aut alia aliis: ita ꝙ quidam iudicent de quibuſdam, alij de aliis, aut de quibuſdam omnes, aut quidam de quibuſdam. Deinde cum dicit.

Omnes igitur & de omnibus, populare eſt: talem enim æqualitatem affectat populus.

Oſtendit primo quibus competant mẽbra. Secundo determinat quædã conuenientia quibuſdam rebuſp. ibi. {Confert autem &c.} Prima adhuc diuiditur in duas. In prima oſtendit quibus rebuſpub. competant mẽbra prædicta. Et diuiditur in tres. Primo enim oſtendit quis modus competit populari ſtatui. Secundo cum dicit. {Quoſdam verò &c.} Quis paucorum ſtatui. Tertio q̃s optimatum cum dicit. {Sed quando &c.} Adhuc prima in duas. In prima tangit quis modus competat populari ſtatui. In ſecunda cum dicit. {Sunt autem &c.} Subdiuidit ipſum declarando quis quibus modis eius conueniunt. In prima dicit ꝙ ad popularem ſtatum pertinet, ꝙ omnes iudicent & deliberent de omnibus. Et ratio huius eſt, quia fauens populo intendit æqualitatem: hoc autem videtur eſſe æqualitas, ꝙ omnes attingant ad iudicium de omnibus, quare iſte modus pertinet ad popularem. Deinde cum dicit.

Sunt autem plures modi. Vnus ſi ſingulariter & non ſimul omnes, vt eſt in repu. Thedei Mileſij. Et in aliis rebuſpub. deliberant magiſtratus ſimul collecti. Ad magiſtratum verò vadunt omnes ſingulatim ex tribubus, & partibus etiam minutis, donec trãſeat per omnes. Congregatur autem populus ſolũmodo pro legibus ferendis, & pro his quæ pertinent ad reipub. ſtatum, & pro his audiendis, quæ à magiſtratibus annunciantur.

Subdit modum iſtum, & diuiditur in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor modos declarãs, quibus modis populari ſtatui cõpetũt illi modi. ſecũda ibi. {Alius modus &c.} Tertia ibi. {Alius modus eſt vt.} Quarta ibi. {Quartus modus &c.} In prima dicit ꝙ eius, quod eſt omnes iudicare de omnibus plures ſunt modi. Vnus eſt ꝙ omnes attingant ad iudicia omnia: ſed ꝙ non omnes ſimul conueniant, ſed ſm partem, ſicut accidit in repub. Mileſij & in aliis. De quibuſdam enim rebuſpub. conſiliantur principantes. Conueniunt autem omnes ſm partem, vt ſecundum tribus & partes minimas: ita ꝙ modo vadit vna pars, cras alia: ita ꝙ non ſit aliqua pars quæ non attingat ad ciuilitatem. Iſte autem modus competit primo modo populari ſtatui ſecundum quem principantur agricolæ habentes diuitias mediocres & ſecundum leges non ſm voluntatem. Tales. n. non ſemper poſſunt venire, quia habent viuere de agricultura circa quã oportet eos laborare. Et ideo neceſſarium eſt eos venire ſm partem: aliquando tñ oportet omnes venire ſimul vt qñ debet ferri lex aliqua. ſimiliter qñ debet tractari de his quę pertinent ad rempublicam, etiam qñ debent audire reſponſiones à principibus. Deinde cum dicit.

Alius modus eſt, omnes ſimul conuenire, aut ſolũmodo ad magiſtratus creandos, aut ad ferendas leges, & pro bello vel pace, & ad rationes repoſcendas. In cæteris verò eos qui magiſtratum gerunt decernere ad ſingula deputatos, vel per electionem, vel per ſortem.

Ponit ſecundum modum. Et dicit, q. ſecundus modus
eſt, q omnes conueniant ſimul, & hoc in magnis ſolum,
ſicut in electione principis vel principantium, & qñ de-
bet lex aliqua dari: ſimiliter quando debet tractari de
bello vel de pace, ſimiliter qñ debent fieri correctiones
principantium. Alia verò dimittuntur principantibus
qui aſſumendi ſunt vel per electionem, vel per ſortem.
Et competit ſecundo modo populari ſtatui, in quo mul-
titudo non habet ſufficientes diuitias, iō oportet princi-
patum committere aliquibus. Deinde cum dicit.

Alius modus eſt, vt ad magiſtratus creãdos,
& ad rationes repoſcendas, conueniant om-
nes ciues, & ad deliberationem belli ſuſcipien-
di, vel ſocietatis ineundæ. Cętera verò magi-
ſtratus exequantur per electionem creati quod
fieri poteſt: talia verò ſunt, quot exercere ne-
ceſſarium eſt eos, qui ſciunt.

Ponit tertium modum, & dicit, q tertius modus eſt
qñ omnes conueniunt in magnis, ſicut in correctionibus
principum, & tamẽ debet tractari de bello, & de pugna-
tione. Alia autem dimittuntur principibus qui eligũtur
à quibuſcũque qui ſciunt principari. Et differt iſte mo-
dus à primo, quia in primo non eliguntur principantes
ex quibuſcũque, ſed in iſto eliguntur. Iſte autem modus
competit tertio modo populari ſtatui, in quo aſſumũtur
principes ex quibuſcunque. Deinde cum dicit.

Quartus modus eſt, vt omnes de omnibus
conuenientes deliberent. Magiſtratus verò de
nullo ſtatuant: ſed tantum primo loco ſenten-
tiam dicant: quemadmodum fit in extrema il-
la gubernatione populari, quam in paucorum
gubernatione, ſpeciei illi violentæ, & in guber
natione vnius tyranni correſpõdere diximus.
Hi ergo modi populares omnes.

Ponit quartum modum, & dicit, q quartus modus
eſt qñ omnes de omnibus conſiliantur & iudicant, ita q
nihil omnino dimittitur principantibus, ſed ſolum refer
re: ſic autẽ eſt in vltimo modo popularis ſtatus, in qua
multitudo principatur. Et iō iſte modus quartus cõpe-
tit quarto modo populari ſtatus, qui, vt dictum eſt ſupe-
rius, proportionabilis eſt quarto mō paucorum ſtatui, q
quidem eſt potentatus ꝓportionabilis monarchiæ tyrã-
nicæ. Sicut.n. iſta monarchia tyrãnica peſſima eſt & etiã
hæc paucorum potentia peſſima inter alias ſpecies eius:
ita iſte quartus modus popularis ſtatus peſſimus eſt in-
ter omnes modos popularis ſtatus. Et vlterius concludit
q omnes iſti modi ſunt de ſtatu populari, quia conue-
niunt popularis ſtatus modis. Deinde cum dicit.

Quoſdam verò de omnibus paucorum po-
tentiæ: habet aũt & hoc differentias plures.

Oſtendit quis modus eſt paucorum potentiæ. & diui-
ditur in duas. In prima ponit modum mixtum. Secundo
ponit modos pure paucorum dominantium. ibi. {Qñ
verò &c.} In prima dicit q. qñ aliqui cõſiliantur de om-
nibus, eſt modus paucorum. Et iſte modus diuiditur in
plures: qñ.n. de omnibus conſiliantur aliqui diuites non
habentes diuitias excellentes ſed mediocres, & ſunt plu-
res ſm multitudinem plures habentes hmōi diuitias, &
principantur ſm legem, ita q legem non poſſunt muta-
re, nec facere quæ prohibet: ſed exequi ea quæ præcipit,
& poſſunt attingere ad principatum: tunc eſt vnus mo-
dus paucorum dominantium, ſed ciuilis eſt propter mo
deratas habere diuitias. Tales.n. medij ſunt in ciuitate:
reſpub. autem ex mediis eſt, quare iſte modus mixtus eſt
ex paucorum ſtatu & repub. Deinde cum dicit.

E Quando.n. à mediocri cenſu fiet aſſumptio
& multi aſſumentur propter eam cenſus me-
diocritatem: & quæ lex vetat, nõ moueant, ſed
ſequantur: & liceat acquirenti cenſum habere,
paucorum eſt huiuſmodi gubernatio: ſed ta-
men ciuilis, propter eius mediocritatem.

Tangit alios modos paucorum ſtatus pure. Et dicit,
q. quandoq non omnes diuites cõſiliantur de omnibus:
ſed quidam electi ditiores prioribus & principantur ſm
legem paucorum potentiæ eſt, & quando adhuc ditiores
principantur omnibus, & conſiliantur & pauciores, &
habent poteſtatem eligendi illos, qui deficiunt in prin-
cipatu, & filij eorum ſuccedunt in principatu: ſed ad-
huc principantur ſecundum legem, vel quando princi-
pantur pauciores q̃ prius & ditiores, & principantur
non ſecundum legem, ſed ſm ſuas ſententias: ita q. do-
F mini ſunt legis, quia poſſunt ferre legem vel mutare:
tunc eſt paucorum potentia ſecundum diuerſos modos
eius. Deinde cum dicit.

Quando verò non oẽs participes ſunt, ſed
qui eliguntur, & ſm leges gubernãt, vt prius,
paucorum potentiæ eſt. Quando autem ipſi ſe
eligunt qui deliberandi auctoritatem habent,
& quando filius patri ſuccedit, ac domini ſunt
legum, neceſſe eſt huiuſmodi gubernationem
eſſe paucorum potentium. Sed qñ aliquorum
aliqui, ceu cum de bello & pace, & repetendis
rationibus, vniuerſi: de aliis autem magiſtra-
tus electi, vel ſorte aſſumpti, optimatum, i. vel
eius quæ appellatur reſpublica.

Oſtendit quis eſt modus optimatum. & circa hoc duo
G facit. Primo enim tangit quis modus eſt optimatum pu-
re. Secundo cum dicit, quod ſi de quibuſdam electi &c.
Oſtendit quis eſt mixtus ex paucorum & optimatum
ſtatu. In prima dicit, q quando omnes conſiliantur de
quibuſdam magnis, ſicut de pace: vtrum debeat fieri
cum aduerſariis, & de bello, & de correctione, & alia
permittuntur principantibus, qui ſunt accipiendi, vel
per ſortem, vel per electionem, modus eſt optimatum
vel ciuilis: quia enim magna ſunt & periculoſa magnam
inimicitiam habent. Maiorem verò inimicitiam habet
aliquis ad paucos, vel ad aliquos q̃ ad totam multitu-
dinem, quia diuiditur in plures, propter hoc minor eſt
ad ſingulos. Et ideo in talibus omnes debent iudicare.
In aliis iudicare poſſunt principes, in quibus non ſunt
magna pericula. Deinde cum dicit.

Quod ſi de quibuſdam electi, de quibuſdam
H verò ſortiti, & ſortiti vel ſimpliciter, vel ex pre-
latis, vel communiter electi, ac ſortiti, partim
optimatum eſt, partim reipub. ipſius. Diſtin-
guitur ergo ea pars, quæ in conſulendo, deli-
berandóue conſiſtit, in hunc modum pro na-
tura reipub. Et adminiſtratur vnaquæque reſ-
pub. ſm huiuſmodi terminationem.

Oſtendit quis modus mixtus eſt ex præcedenti & ci-
uili intendens dicere, q ſi de quibuſdam omnes conſi-
lientur, ſicut de magnis. De aliis autem principantes
qui aſſumuntur per electionem, aut ſi contingat, q de
quibuſdam eligantur aliqui principantes per ſortem, &
hoc vel communiter ex quibuſcunque, ſ. indifferenter,
vel aſſumantur ex aliquibus, prius inquiſito & facto iu-
dicio vel ſcrutinio de illis ex quibus aſſumendi ſunt per
ſortem, vel ſi aſſumantur de omnibus per electionem.

hoc

hoc pertingit ad optimatum vel rempub. quod.n. per electionem, & ex quibuſdam, optimatum eſt: quod autem per ſortem magis ciuile eſt. Vlterius concludit quaſi recapitulando, & conſiliatiuum de eis, quæ ordinantur ad reſpub. habet diuidi, ſicut dictum eſt, & qualibet reſpub. diſponitur & regitur cōſiliatiuo ſecundum modum dictum. Deinde cum dicit.

Confert autem & gubernationi illi, q̃ nunc maxime videtur eſſe popularis. Dico autem ei in qua populus dñs eſt etiam legum in deliberando, ac melius diſponendo, hoc idem facere in concionibus, quod fit circa iudicia in paucorum potentia. Imponunt.n. pœnam illis quos iudicare volunt, vt iudicēt. Populares verò mercedem ſtatuunt pauperibus, confert & hoc idē circa conciones agere. Melius.n. deliberabunt, ſi omnes conſilio interſint: populus quidem cum nobilioribus, iſti autem cum populo.

Determinat quædam expedientia rebuſpub. quibuſdam, ſ. populari & paucorum ſtatui. Et primo tangit expediētia popularis ſtatus. Secundo paucorum. ibi. {Paucorum verò &c.} Prima in tres ſm ꝙ ponit tria expedientia. ſecunda ibi. {Confert etiam per electionem aſſumi &c.} tertia ibi. {Confert etiam ſi plurium &c.} In prima dicit ꝙ populari quæ maxime apparet eſſe popularis, ſicut eſt quarta ſpecies, in qua populus totus dominatur non ſm legem ſed ſm ſententiam, expedit & melius eſt facere illud quod obſeruatur in iudiciis, & in paucorum ſtatu. ſ. ꝙ de diuitibus ſi non conueniant ad iudicium & congregationem ordinetur damnum magnum, pauperibus ſi venerint ad congregationem merces. Et ratio huius eſt, quia ſi venerint & diuites & pauperes, melius deliberabunt, & ſanius omnis populus. ſ. diuitibus & econuerſo. Quod enim non videbunt diuites, videbunt pauperes, & econuerſo. Et tunc quoniam communiter deliberabunt, communiter exequentur, ꝓpter quod expedit huic ſpeciei populari ordinare diuitibus damnum ſi non venerint ad congregationem, pauperibus mercedem ſi venerint. Deinde cum dicit.

Confert etiam per electionem aſſumi eos qui deliberaturi ſunt, vel per ſortem æqualiter ex partibus ciuitatis.

Ponit ſecundum expediens, quod competit aliis ab vltimo modo populari. Et dicit, ꝙ expedit populari ſtatui, ꝙ ad conſiderandum vel iudicandum eligantur aliqui de omnibus, vt tot de diuitibus, tot de pauperibus, tot de iſta turba, tot de alia, vel tot de iſto vico, tot de alio ita ꝙ ſemper conſeruetur æqualitas, vt quot aſſumentur de quibuſdam, tot aſſumantur de aliis ſm æqualem proportionem. Et ratio eſt, quia melius exequuntur deliberationes & magis concordes erunt. Deinde cum dicit.

Confert etiam ſi plurimum excedat multitudo plebis eos, qui ſunt in gubernāda repub. peritiores, vel non omnibus mercedem tribuere: ſed quantis reſpondet numero nobilitatis, vel ſortiri plures.

Ponit tertium expediens, & videtur eſſe cautela contra aliquid, ꝙ poſſet dici contra primum expediens. Dicebatur enim ꝙ merces erat danda pauperibus, ſi venirent ad congregationem. Poteſt aūt dici ꝙ non eſt hoc expediens, quia tunc multi venient: & tunc cum ſint plures q̃ diuites deliberabunt ſm ꝙ placebit eis, & nollent illud obſeruari, & ſic erit diſſenſio. Contra hoc ponit expediens, & dicit, ꝙ ſi pauperes ſm multitudinem excedant viros ciuiles, ſicut medios & inſignes, aut quoſcūque

A alios, tunc non eſt danda merces omnibus niſi ſm ꝓportionem ad multitudinem diuitum, aut multos oportet priuare congregatione. Deinde cum dicit.

In paucorum verò gubernationibus, aut eligere quoſdam ex multitudine, aut tale aliquid conſtituere, quale eſt in quibuſdam ciuitatib⁹, quos appellant præconſultores, ac legum cuſtodes: ac de his ſolūmodo rebus ad conſilium referre, de quibus iſti ante deliberauerunt: per hunc.n. modum populus interueniet in deliberando, nec tollere quicq̃ de republica valebit.

Tangit cautelas conuenientes paucis. Et diuiditur in tres ſm ꝙ tangit tria. ſecunda ibi. {Inſuper aut illa &c.} tertia ibi. {Et oppoſitum eius facere &c.} In prima dicit, ꝙ ad hoc ꝙ bene conſilientur fauentes paucis, & conſilium eorum B ſit firmum: oportet ꝙ vocēt aliquos fauentes populo ſiue aliquos de populo ſicut illos qui præeminent aliqualiter populo, ſicut eſt in quibuſdam rebuſpu. vbi vocantur præmiſſi vel ſeruatores legis, & tractare cū iſtis de illis, de quibus fauentes paucis conſiliati fuerūt. Et ratio huius eſt, quia populus iſto modo participabit conſiliatiuo, & quod deliberatum fuerit iſto modo, multitudo non poterit diſſoluere, ſed potius exequentur vna cum paucorum potentia. Deinde cum dicit.

Inſuper, aut illa decernere poterit populus, aut nihil contrarium illis, quæ præponentur, vel conſultandi quidem omnes participes facere. Deliberandi verò magiſtratibus poteſtatem relinquere.

Ponit ſecundam cautelam, & dicit, ꝙ ad hoc ꝙ conſilium paucorum ſit firmū, oportet paucos inquirere ſententiam populi vel opinionem quæ eſt: & tunc ſenten- C tiare ſm ſententiam eius, ita ꝙ populus tandem ſententiam dicat, quam pauci, aut ſi non, nihil ſententient contrarium populo, vel ꝙ principes conſilientur de his quę ad rempub. ordinantur: & tunc quod inuentum eſt per conſilium tradat omnibus conſiliariis populi, ſic enim ſententia paucorum firmior erit. Deinde cum dicit.

Et oppoſitum eius facere quod fit in populari ſtatu. Populi enim decretum in condemnando ratum non ſit: ſed ad magiſtratus rurſus referatur, quod contra fit in popularibus. Magiſtratus enim abſoluendi domini ſunt omnino: condemnandi verò non ſunt, ſed ad populum habetur recurſus.

Ponit tertiam cautelam, & dicit, ꝙ ad hoc ꝙ cōſilium paucorum firmum ſit oportet eos facere oppoſitū eius, D qd fit in repub. ſ. cum pauci per ſententiam debeant abſoluere aliquem, ꝙ conuocent multitudinem & faciant eam dñam in dando ſententiam propter beniuolentiam habendam. Cum aūt condemnabunt aliquem ad mortē vel relegabunt non dent poteſtatē multitudini, ſed poteſtas ſolum dimittitur principibus. Et rō huius eſt, quia condēnatio alicuius ad mortem vel relegatio fit, quia cōmiſit contra principantes paucos: populus aūt contrarius eſt eis. Si igitur darent poteſtatem populo in condēnatione vel relegatione, contingeret ꝙ populus abſolueret, aut non tm̄ permitteret quantum deberet, quod eſt inconueniens: & iō non debent dare poteſtatem populo ſupra mortem alicuius: ſed in repub. fit econtrario quia abſoluentes ſunt pauci. ſ. principantes: condēnantes verò ſunt non principantes, ſed plures ſicut populus: & tūc concludit intentum ſuum, ꝙ de principante conſiliatiuo in repub. determinatum ſit hoc modo.

LECTIO XIII.

De magiſtratuum numero auctoritate, & diuturnitate conſideratio habetur, & quando vni an pluribus demandandi ſint.

DE conſultãdo igitur & deliberãdo eiuſq; poteſtate, in hũc modum determinatum ſit, conſequens his eſt circa magiſtratus diſtinguere. Habet.n.& hæc pars differentias multas, quotq; magiſtratus eſſe, & quarum rerum auctoritatem habere oporteat, & pro quo tempore ſingulos: nam alij ſemeſtres, alij breuiores, alij annuos, alij diuturniores ſtatuunt magiſtratus. Et vtrum magiſtratus oporteat eſſe perpetuos, an ad longum tẽpus, aut neutrum, ſed multotiens eoſdem, aut non eundem bis, ſed tantum ſemel. Et præterea circa conſtituẽdum magiſtratus ex quibus oportet creari, & à quibus, & quomodo. De his enim omnibus oportet poſſe diſtinguere, quot modis valeant fieri, ac deinde accommodare quibus conferant gubernationibus reipublicæ.

Poſtq; Philoſophus determinauit de conſiliatiuo, & modis eius, & qui quibus rebuſpub. expediunt, determinat de principatu. Et diuiditur in duas. In prima præmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur.ibi. {Eſt autem ne hoc.} In prima dicit q poſtq; determinatum eſt de cõſiliatiuo, dicendum eſt de principatu. Diuiſio.n. principatus conueniẽs eſt dictis de conſiliatiuo: ſunt aũt multæ partes & differentiæ principatus ſm q ſunt principatus, & quorum debent eſſe dñi principantes. Item de tempore per quãtum tempus debent eſſe domini ſm vnumquẽque principatum: ſunt.n.quidam principatus durantes per ſex menſes, quidam qui durant per annum, alij qui durant plus. Quidam aũt ſunt perpetui, quidam ſunt non perpetui, ſed multum durant: etiam quidã ſunt qui non ſunt perpetui, nec multum durant, ſed contingit eundem frequenter principari, aliquotiens etiam contingit principari non eundem bis, ſed ſolum ſemel. Iterum dicendum eſt de inſtitutione principatuum, ex quibus & qui debent inſtituere & qualiter. De omnibus enim iſtis oportet dilıgẽter videre quibus modis poſſunt fieri, & poſtmodũ videre qui modi & quales, quibus & qualibus rebuſpub. conueniant. Deinde cum dicit.

Eſt autem ne hoc quidem facile determinare quales magiſtratus ſint nuncupãdi. Indiget enim ciuilis ſocietas multis præſidẽtibus, quapropter non omnes qui, vel eliguntur, vel aſſumuntur ſorte, ſunt magiſtratus exiſtimandi, vt puta ſacerdotes: hoc.n.aliud quiddam ponendum eſt à ciuilibus magiſtratibus. Præterea, q pompas ducunt, & precones, & legati qui eliguntur. Huiuſmodi enim curæ ciuiles, aut omnium ciuium ſunt ad vnam actionẽ: puta dux eorum qui militant, aut ſm partem vt mulierum, puerorumq; curatores: Aliæ diſpenſatiuæ, ſæpe enim eliguntur quidã ad diſtribuendum annonam: Aliæ miniſtratiuæ, ad quas ſi opulenti eligantur, ſubſtituunt ſeruos.

Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima determinat de diuiſione principatuum, & de modo inſtitutionis ipſorum. Secundo recolligit determinata remittens nos de conſideratione aliquorum ad ſequentia, ſ. ad ſextum

E librum .ibi. {Quod igitur ſunt &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatuum in ordine ad reſpub. Secundo determinat de modo inſtitutionis ipſarum.ibi. {De conſtituendis &c.} Prima in duas. In prima determinat diſtinctionẽ principatus in generali. Secundo tangit diſtinctionem principatus in ordine ad reſpub.ibi. {Verum iſta &c.} Prima in duas. Primo tãgit modos principatus minus principales. Secundo tangit modos ꝑncipaliter dictos.ibi. {Maxime verò &c.} In prima dicit, q non eſt facile determinare qui debent eſſe principatus: & quot, quoniam reſpub. conueniens multis indiget principatibus, & præcipientibus: & quia plures oportet eſſe, manifeſtum eſt q non omnes ſunt aſſumẽdi vel per electionem, vel per ſortem, ſicut ſacerdotes. Et dicuntur ſacerdotes qui curam habent de cultu diuino. Tales autem non debent aſſumi per ſortem, ſed ꝑ electionem: principatus autem iſte eſt alter à ciuilibus principatibus. Sunt etiam alij principatus qui diſtribuũt

F bona cõmunia, quibus debent diſtribui: ſunt etiam pręcones qui nunciant dicta cõmunia, quæ debent nũciari. Eliguntur etiam alij qui dicuntur legati, qui mittuntur ad extrinſecas ciuitates & principatus. Sunt etiam alij principes ciuiles, qui curam habent de omnibus ciuitatibus quantum ad aliquam operationem, ſicut eſt dux exercitus bellantium. Iſte.n. habet dirigere ciues in exercitu. Alij ſunt principes qui non habent curam de omnibus quantum ad aliquam operationem, ſed curam habent de aliqua parte ciuitatis, ſicut ſunt mulierum puerorũq; curatores. Alij ſunt principatus œconomici quos frequenter eligunt, ſ. menſuratores frumenti, & miniſteriales qui habent miniſteria diuerſa in ciuitate. Cum autem in talibus aliqui abundant, ordinant ſeruos ad huiuſmodi officia. Deinde cum dicit.

Maxime verò, vt ſimpl'r dicamus, illi ſunt magiſtratus appellandi, quibus datum eſt delibe-

G rare de qbuſdam, & ſtatuere, & iubere, & maxime hoc extremũ. Nam iubere imperioſius eſt.

Tangit modos principatus principaliter dictos, & eſt intelligendum, q vnũquodque naturalium aliqua operatione determinatur in quam cum poteſt, dicitur illud. Cum autem non poteſt, non dicitur, niſi ęquiuoce, quare principatus eſt aliqua operatio in quam cum poterit maxime dicetur principatus: cum autem non poterit, non dicetur niſi æquiuoce operationes autem principatus ſunt conſiliari de aliquibus, iudicare & præcipere: maxime autem operatio principatus eſt præcipere: præcipere enim maxime pertinet ad principatum. dicit igitur maxime & ſimpliciter, vt eſt dicere, illi debent dici principatus, quibus competunt iſti actus conſiliari, iudicare, & præcipere. Et ille principatus maxime dicitur principatus, cui competit præcipere, quia iſte eſt actus præcipuus ipſius principatus. Deinde cum dicit.

H Verum iſta quantum ad vſum nihil differunt, vt ita dixerim. Nondum.n. determinata eſt hmõi de nomine controuerſia. Habet aũt quandam aliam intellectiuam conſiderationẽ. Sed quales magiſtratus, & quot neceſſarij ſunt ciuitati, & quales neceſſarij quidem: inutiles verò ad bonam reipub. gubernationem, magis vtique quiſpiã dubitabit. Et ad omnem rempub. & præſertim ad paruas ciuitates.

Tangit diſtinctionem principatus in ordine ad rẽpub. & primo tangit quæ circa principatus faciunt difficultatem, & quæ non. Secundo proſequitur de illis quæ faciunt difficultatem.ibi. {Nam in magnis &c.} In prima dicit q vtrum principatus dicatur ſm vnum modum, vel

vel plures, & ſm diuerſas rationes, non multum facit ad propoſitum, quia iudicium non fit de altercatione quæ fit de nominibus, ſed pertinet ad aliud negocium, ſ. ad metaphyſicum: conſideratio. n. de diſtinctione vocabulorum eſt negocium intellectuale, ſed qui principatus, & quales ſunt neceſſarij: & quare, & quot in ciuitate ſi debeat eſſe ciuitas, & qui, & quales non ſunt neceſſarij: tñ expediunt ad bonam rempub. hoc magis facit ad propoſitum, & magis dubitabit aliquis de iſtis & circa omnem rempub. & paruas ciuitates. Deinde cum dicit.

Nam in magnis quidẽ licet & debẽt ſinguli magiſtratus ad ſingula opera deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerendos, & alios eum intermiſſione magna tẽporis, alios ſemel dũtaxat gerũt. Meliuſq; ſingula curantur, q̃ ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.

Proſequitur de illis quę faciunt difficultatem, & diuiditur in duas. In prima oſtendit in quibus ciuitatibus expedit vnum principatum in plures diuidi, & in quibus non. Secundo mouet circa hoc dubitationes. ibi. {Debet etiam.} Prima in duas. In prima oſtendit, ꝙ in magnis ciuitatibus non expedit vnum principatum in plures diuidi. In ſecunda, ꝙ in paruis non expedit. ibi. {Sed in paruis.} In prima dicit, ꝙ in magnis ciuitatibus congruit & expediens eſt vnum principatum ordinari ad vnum opus & non ad plures, ſed contingit eſſe multos principantes in talibus ciuitatibus: & rõ huius eſt dupl. x. Prima eſt, quia in magnis ciuitatibus multi ſunt ciues digni principari, & expediẽs eſt, ꝙ quidam multo tempore dimittantur in principatu, alios ſemel expedit principari: hoc autem non contingeret ſi vnus teneret multos principatus, quare in magnis ciuitatibus non expedit vnum plures principatus tenere. Alia ratio eſt, quia vnum opus melius perficitur ab vno adhibente curam circa illud, q̃ ſi circa multa intendens diſtraheretur, quare melius eſt vnum principatum committere vni q̃ plures. Deinde cum dicit.

Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre. Nam cum ſit paucitas hominum, non facile eſt multos in magiſtratibus eſſe: Qui nam poſtea forent ſucceſſores horum?

Oſtendit ꝙ in paruis ciuitatibus expedit vnum plures principatus tenere, & diuiditur in tres. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda rñdet obiectioni, q̃ poſſet fieri. ibi. {Indigent qñque} In tertia oſtendit ex quo poteſt dignoſci quos principatus congruat coniungere in vnum & quos non. ibi. {Si ergo dicere.} In prima dicit ꝙ in paruis ciuitatibus oportet vnum plures principatus tenere: & ratio huius eſt, quia in paruis ciuitatibus ſunt pauci ciues: & ideo propter paucitatem ipſorũ non poſſunt eſſe plures ꝑncipantes, quare oportet vnũ principatus plures tenere, & contingit in talibus ciuitatibꝰ, ꝙ ſucceſſiue iterum principantur. Deinde cum dicit.

Indigent quandoque magiſtratibus eiſdem & legibus paruæ magnæq; ciuitates, niſi ꝙ hæ quidem ſæpe indigent eiſdem. His verò multo tempore intermiſſo id accidit. Quapropter nihil prohibet multa ſimul his demandare: nõ enim ſe impediunt. Et propter hominum paucitatem neceſſarij ſunt magiſtratus quidã quaſi luminaria obeliſcis impoſita.

Reſpondet obiectioni quæ poſſet fieri: aliquis enim poſſet dicere, ſi in magnis ciuitatibus oportet vnum principantem vnum principatum tenere: in paruis vnum A plures, non erit idem principatus ſm rationem in magnis ciuitatibus & paruis: iterum poſſet dici, ꝙ non expedit in paruis ciuitatibus vnum principatus plures tenere, quia regimen vnius impediret curam alterius: minus enim poteſt eſſe intentus circa plures q̃ circa vnum, iſta duo remouet, & dicit, ꝙ paruæ ciuitates aliquando indigent eiſdem principantibus ſm ſpeciem, quibus indigent magnę: ſed in hoc eſt differentia, ꝙ in magnis ciuitatibus frequenter ſunt idem principatus & principantes propter multos eſſe ciues in ciuitate: in paruis aũt non niſi in multo tempore. In paruis enim propter paucos eſſe ciues non poſſunt multi eſſe principantes: & ꝓpter hoc oportet vnum multo tempore principari & tenere principatus multos: non. n. omnes principatus impediunt ſeinuicem: ita ꝙ ꝓpter curam vnius impediatur cura alterius, ſicut plura luminaria vni obeliſco impoſita non ſe impediunt: non ſecus ergo plures principatus vni

B iniuncti non ſe impediunt. tales aũt ſunt principatus ꝓpinqui exiſtentes natura, qui vel ordinantur ad vnum finem vel ad propinquos ſicut eſt principatus qui habet curã honeſtatis puerorum & mulierũ. Deinde cum di.

Si ergo dicere poſſumus quot neceſſarij ſunt omni ciuitati, & quot non neceſſarij quidem, ſed opportuni: facile quis ſciens iſta, coniungat quot coniungere congruat in ciuium magiſtratu.

Declarat ex quo poteſt dignoſci quos principatus cõgruit demandare in vnum, & quos non, dicens, ꝙ ſi ſciamus quos principatus neceſſarium eſt eſſe in ciuitate, & quos non eſt neceſſarium: & tamen expedit eſſe, de facili ſciemus quos principatus, & quales expedit congregare in vnum principatum, & quos, & quales non. Deinde cum dicit.

C Debet etiam hoc non latuiſſe quales conueniat ſm locum magiſtratus plurium curam habere, & qualium vbique vnum magiſtratum poteſtatem habere, ceu honeſtatis. Vtrum in foro ꝑfectũ annonæ, & alium alibi, aut vbiq; eundem: Et vtrum ſm negocia partiendum eſt an ſm perſonas. Dico autem ceu vtrum curam honeſtatis: alium puerorum & alium mulierum, & in rebuſpu. vtrum differant ſm vnãquãque & magiſtratuum genus, vel nihil, ceu in populari ſtatu & paucorum gubernatione & optimatum & monarchia: vtrum iidẽ ſunt magiſtratus poteſtatem habentes: ſed non ex æqualibus aut ſimilibus, ſed alij in aliis, veluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis.

D In paucorum autem potentia ex opulentis. In populari ſtatu, ex ingenuis.

Inquirit quos principatus oportet vniri in vnum, & quos oportet diuidi in plures per comparationem ad loca, & homines, & reſpu. & primo mouet dubõnes circa hoc. Secundo ſoluit eas. ibi. {Vel exiſtant quidam.} In prima dicit ꝙ non debet ciuem latere qui principes poſſunt habere curam de diuerſis ſm diuerſitatem locorum, & quorum & qualium oportet vbiq; eſſe vnum principem. verbi gr. Contingit aliquam curam habere honeſtatis in foro, & in alia parte ciuitatis & extra: modo eſt dubitatio vtrum curans honeſtatem in foro ſit ꝑfectus fori, & alius ſit ꝑnceps honeſtatis in alia parte ciuitatis, ita ꝙ ſm diuerſitatem locorum diuerſificentur principes. Quãuis principatus honeſtatis ſit vnius rationis, aut ſit vnus princeps honeſtatis & in foro & in omni alio loco.

Secunda quæſtio eſt, vtrum principatus debeant diſtingui ſm rem vel ſm hominem, i. ſm illud ad quod per ſe inſpicitur in dirigendo, vel ſm multitudinem hominum qui debent dirigi per illum. verbi gr. vtrum ſit idem principatus ornatus puerorum & mulierum, aut non. Tertia quæſtio eſt, vtrum principatus diſtinguantur ſm diſtinctionem rerumpub. ſicut verbi gr. vtrum in ſtatu populari paucorum & optimatum & monarchia regali ſint idem principatus vel alij genere vel ſpecie nõ exiſtentes ex æqualibus, nec ex ſimilibus, vel ſint diuerſi in diuerſis rebuſpub. vt in ſtatu optimatũ virtuoſi, in ſtatu populari liberi, in ſtatu paucorũ diuites. Deinde cum di.

Vel exiſtant quidam ſm iſtas differentias magiſtratuum, & alicubi conferat eoſdem eſſe, alicubi diuerſos: alicubi enim cõgruit magnos eſſe, alicubi paruos eoſdem magiſtratus.

Soluit dubitationes iſtas, & primo ſoluit eas. Secundo addit ad ſolutionem quiddam. ibi. {Verũtamen} Circa primum intelligendum eſt ꝙ principatus diſtinguit, ſicut alia naturalia, ſ. & ſm formam & ſm materiam. Forma verò principatus virtus aliqua vel potentia eſt: eſt enim principatus poteſtas quædam vel virtus: virtus autem attenditur in ordine ad finem: ergo ſm diſtinctionem finis diſtinguuntur principatus: finis autem principatus duplex eſt, quidam. ſ. eſt remotus, quidam verò propinquus, remotus ſicut finis reipub. ad quem ordinantur vltimo omnes principatus, & maxime & immediate principalis, principatus propinquus eſt ſicut finis ducatus exercitus victoria, iudicij iudicare de ſubortis. Diſtinguitur igitur principatus primo ſm diſtinctionem finis remoti: cum igitur fines rerumpubl. ſint diuerſi, principatus diuerſarum rerumpub. erunt diuerſi. & ſicut reſpub. omnes attributionem habent ad vnam primam, ſic principatus rerumpub. poſteriorum ad principatum in repub. prima & ſimpliciter dicta attributionem habent: & per hoc ſoluitur tertia quæſtio cũ quærebatur, vtrum principatus diſtingueretur ſm diſtinctionem rerumpub. Apparet enim ꝙ ſic ſm diſtinctionem finis vltimi. Finis autem propinquus ciuitatis diuerſus eſt in qualibet repub. ſicut ducatus exercitus victoria, iudicij iudicare. Secundum verò diſtinctionem huius finis diſtinguitur principatus, & hoc dupliciter: vno modo ſm diſtinctionem ipſius finis ſm ſe, & ſic diuerſi ſunt principatus ducatus exercitus & iudicij: alio modo diſtinguitur principatus per hoc ꝙ homines diuerſimode ſe habent ad finem illum, ita ꝙ finis poteſt eſſe vnus ſm rem: ſed quia homines aliter ſe habent ad illum finem principatus diſtinguitur, ſicut eſt principatus ornatus mulierum puerorum & virorum. Quamuis enim finis iſtorum ſit vnus, tamen quia aliter ſe habet puer ad iſtum finem ꝙ̃ mulier & ꝙ̃ vir adultus: ideo alius eſt principatus ornatus mulierum, alius puerorum, & adultorum: & per hoc ſoluitur ſecunda quæſtio cum quærebatur: vtrum diſtinctio principatus eſſet ſm homines, vel rem, quia & eſt ſm rem vt quando diſtinguitur ſm diſtinctionem finis propinqui ſm ſe, & ſm homines quando homines diuerſimode ſe habent ad finem principatus. Secundo verò diſtinguitur principatus ſm materiam, vt ſm diuerſitatem locorum & hominum: poſſunt enim loca eſſe ita diſtantia ꝙ vnus homo non poſſet regere: & tunc vnus principatus diuiditur in plures. Iterum ſi ſit magna multitudo ciuium, quæ non poſſit dirigi per vnum, oportet principatum vnum ſecundum ſpeciem diſtingui in plures: ſi autem loca ſint propinqua, & pauci ſint homines, tunc plures principatus vniuntur in vnum. Similiter cõtingit aliquando diuerſos principatus ſm rem, maxime eos quorum eſt vnus finis ſecundum rem: diuerſus tamen ſm diuerſum modum ſe habendi ad ipſum propter paucitatem hominum & propinquitatem locorum coniungi, ſicut contingit eundem habere curam boni ornatus virorum & puerorũ & mulierum: aliquando contingit contrarium propter cauſas contrarias, & per hoc ſoluitur prima quæſtio cum quærebatur: vtrum principatus diſtingueretur ſm diuerſitatem locorum, quoniam aliquando ſic, aliquando non: & hæc omnia innuit philoſophus breuiter dicens, ꝙ ſm diuerſitatem iſtorum, ſ. locorum hominum & rei & rerumpub. eſt diuerſitas principatuum. Contingit. n. aliquando ꝙ diuerſi principatus congregantur in vnum, aliquando vnus diuiditur in plures, quia contingit in aliquibus ciuitatibus multos eſſe ciues & loca diſtantia, ita ꝙ vnus non poſſet regere, & vnus principatus diuiditur in plures, ſicut principatus boni ornatus: & ꝓpter multitudinem ciuium & diſtantiam locorum diſtinguitur in plures: in aliquibus verò contingit paucos eſſe ciues & loca non eſſe diſtantia ſed propinqua, & tunc plures principatus vniuntur in vnum, quia idem ſufficiens eſt regere diuerſos principatus. Deinde cum dicit.

Verũtamen ſunt aliqui proprij, ceu eorum qui ante deliberant. Hæc enim poteſtas non eſt popularis, conſilium verò populare: oportet enim eſſe aliquid tale, cui cura ſit populum conſilio præuenire, ne ocioſus ſit. Hi autem ſi pauci ſunt, numero paucorum potentia eſt. Eſt autem neceſſe vt illi ſint pauci, qui ante deliberant, itaq; paucorum potentia eſt. Sed vbi ſunt ambo hi magiſtratus, illi qui ante deliberant conſiliarios conſtituunt. Conſiliarius. n. popularis. Qui verò ante venit in conſulendo & deliberando, paucorum potentiæ.

Adiungit prædictis quædam, & primo adiungit ꝙ ſunt quidam principatus ſingulares quibuſdam rebuſp. Secundo adiungit de principatu puerorum. ibi. {Qui autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima facit q̃d dictum eſt. In ſecunda oſtendit ꝙ conſilium in populari ſtatu quoddam eſt. ibi. {Diſſoluitur &c.} In prima dicit ꝙ non ſolum diſtinguitur vel vnitur principatus ſm loca, vt vnus diuidatur in duo, & duo in vnum congregentur: ſed quidam ſunt principatus ſingulares, qui reperiuntur in quibuſdam rebuſpublicis, & non in aliis, ſicut principatus præconſulentium eſt in paucorum ſtatu nõ in populari, ſed conſilium inuenitur in populari ſtatu, quia oportet in populari ſtatu eſſe aliquos qui conſilientur de eis quæ ſunt populi. Populus enim deficit à ratione vt in pluribus: vniuerſaliter enim in ciuitate oportet eſſe aliquid conſiliatiuum quod dirigat & curet vt populus non vacet & inſoleſcat, & ſi ſint multi populare eſt: ſi autem pauci eſt paucorum potentia: non ſunt autem in populari ſtatu, ſed in paucorum præconſules, quia præconſules ſunt pauci & diuites: & ideo in paucorũ ſtatu ſunt: vbi autem ſunt ambo principatus, ſ. præconſulum & conſiliantium conſules ſunt ſupra conſiliarios. conſiliarius autem eſt, vt dictum eſt, ſtatus popularis, ſed præconſul eſt paucorum. Deinde cum dicit.

Diſſoluitur etiam poteſtas conſilij in huiuſmodi gubernationibus, in q̃bus populus ipſe conueniens de omnibus cõſtituit. Hoc autem accidere conſueuit, cum eſt vtilitas quædam, aut merces conſtituta, his qui in concionem conueniunt: ocioſi enim conueniunt perſæpe, & de cunctis ipſi ſtatuunt.

Declarat ꝙ in quadam potentia populari nõ eſt conſilium, & dicit, ꝙ principatus cõſiliatiuus in quibuſdam ĩ popularibus ſtatibus amouetur ſeu deſtruitur, ſicut in illis

illis in quibus totus populus, cum conuenit, tractat de omnibus. hoc autem fit quando conuenit totus populus & omnes tractant de omnibus, maxime quando ordinatur damnum vocatis ſi non veniunt, & merces ſi veniunt: cum enim ſic vocantur conueniunt, & de omnibus iudicant. Deinde cum dicit.

Qui aũt puerorum curam habent, & q mulierum: & ſiquis alter eſt, q poteſtatem habet, & curam hmõi, optimatum.i.& nõ populare. Fieri.n.non poteſt, vt prohibere pauperũ mulieres alterius ſit, q̃ paucorum potentiæ, cũ mulieres ipſorũ in delitiis viuant. Sed de his quidem catenus dixiſſe nunc ſatis ſit.

Adiungit de principatu puerorum & mulierum quod eſt optimatum potentiæ vel ciuilis, & dicit, q̀ p̀ncipatus puerorum & mulierũ: & ſi ſit alius talis p̀ncipatus optimatum potentiæ eſt nõ popularis, quia popularis ſtatus non ꝓhibet mulieres pauperum exire ad negotiationes: ſed precipit: optimatum aũt ſtatus ꝓhibet, nec talis p̀ncipatus eſt paucorum, quia mulieres paucorũ delitioſe viuunt, & ideo nolunt ſequi rõnis motum: & conſequẽter recapitulat dicẽs q̀ de his intantum determinatũ ſit.

LECTIO XIIII.

Tria eſſe in magiſtratibus creandis animaduertenda, qui conſtituantur a quibus eligantur, & quo modo creentur, ſorte an electione, ab omnibus aut à paucis.

DE conſtituendis autem magiſtratibus conandum eſt iam tranſigere.

Poſtq̃ Philoſophus de diſtinctione principatuum determinauit: declarat de modo inſtitutionis ipſorum, & diuiditur in duas. In prima præmittit intentionem ſuã. In ſecunda proſequitur.ibi. {Conſiſtunt autem.} In prima dicit q̀ poſtq̃ determinatum eſt de diſtinctione principatuum conandum eſt pertranſire de modo inſtitutionis ipſorum, & hoc à principio. Deinde cum dicit.

Conſiſtunt autem differentiæ in tribus diffinitionibus, quibus compoſitis, neceſſe eſt omnes modos eſſe comprehenſos. Vnum ex tribus eſt, qui ſint illi qui magiſtratus conſtituãt. Alterum, ex quibus conſtituantur. Tertium, per quem modum.

Proſequitur & primo declarat qualiter conuenit principatus inſtitui, ponendo quaſdam diuiſiones. Secundo oſtendit qui modi cui reipub. conueniunt.ibi. {Horum autem duo.} Prima in duas. In prima ponit diſtinctionem vnam. Secundo ſubdiuidit mẽbra.ibi. {Cuiuſcũq; vero.} In prima dicit q̀ tria ſunt differentia ſm rõnem, quibus diuiſis & combinatis poſſint omnes modi inſtitutionis principatuum accipi. Iſtorum autem trium vnũ eſt qui ſunt inſtituentes principatum. Secundum eſt ex quibus inſtituitur princeps. Tertium eſt modus ſm quẽ inſtituitur. Deinde cum dicit.

Cuiuſcũque vero iſtorum ſunt differentiæ tres. Aut enim ciues omnes conſtituunt, aut quidam. Et vel ex omnibus, vel ex quibuſdam determinatis, ceu per cẽſum, vel per genus, vel per virtutem, vel per aliud quiddam tale, qualẽ apud Megarenſes, ex his qui vna cum populo ad bella coniuncti redierunt: & hoc aut per electionem, aut per ſortem.

Subdiuidit quodlibet iſtorum, & primo facit hoc. Secundo tangit diuerſas combinationes diuidentium, vt habeatur numerus modorum.ibi. {Rurſus aũt.} In prima

A dicit, q̀ iſtorum ſunt tres differentiæ, vel tres diuiſiones: ita q̀ vniuſcuiuſq; ſit vna: aut.n.inſtituentes ſunt omnes ciues, aut quidam, & hæc eſt prima differentia. Secunda eſt q̀ aut inſtituunt ex omnibus aut ex aliquibus determinatis ſm aliquam dignitatem vel ſm genus, vel ſm virtutem, vel ſm aliquem alium modum, ſicut accidit in ciuitate Megaræ in qua inſtituuntur principantes ex condecentibus ad populum, hoc eſt ex illis qui condeſcendebant populo in ciuitate, & ex illis qui ſimul pugnabant cum populo contra impugnantes & grauantes eos. Tertia differentia eſt q̀ inſtituentes aut inſtituunt ſorte aut electione. Deinde cum dicit.

Rurſus autem hæc ſimul cõduplicata. Dico autem hæc, ceu quoſdam aliqui, quoſdam oẽs: Et quidam ex omnibus, & quidam ex quibuſdam: Et quidã electione, quidam ſorte. Vniuſcuiuſque iſtorum differentiæ modi erunt qua-
B tuor. Aut.n.omnes ex omnibus per electionẽ, aut omnes ex omnibus per ſortem: Et vel ex cunctis, vel quaſi diuiſim per tribus, & conuentus & ſocietates, quouſq; tranſeat p vniuerſos ciues aut ſemper ex omnibus, & partim ſic, partim illo modo. Rurſus verò ſi pauci ſunt illi qui conſtituunt magiſtratus, aut ex oĩbus per electionem, aut ex omnibus per ſortem, aut ex quibuſdam per electionem, aut ex quibuſdam per ſortem, vel partim iſto modo, partim illo. Dico autem, quædam ex omnibus per electionem, quædam per ſortem, atq; ita xij. modi efficiuntur, ſeorſum duobus conduplicatis.

Ponit combinationes diuerſas vt habeatur numerus
C modorum, & dicit iterum, q̀ iſta tria combinari poſſunt adinuicem: vnde p alia diuidendum, & exponit quę ſunt illa tria dicens. Dico autem, i. expono, quia aut oẽs inſtituunt, aut quidem, & aut ex omnibus, aut ex aliquibus, aut ex electione, aut ex ſorte: & quodlibet iſtorum quatuor habet drĩas quibus diuidit, quia ſi omnes inſtituũt, aut ex omnibus, aut ex quibuſdam, ſi ex omnibus, aut ſorte, & ſic eſt vnum mẽbrum, aut electione: & ſic ſecundum, aut diuiſim: & ſic tertium, aut coniunctim: & ſic quartum. Dico aũt diuiſim, ſicut ſi ſm tribus inſtituant & populos diuerſos & ſocietates, ita q̀ modo inſtituant ex vna tribu, deinde ex alia: & ſic diſcurrendo per oẽs partes ciuitatis. Coniunctim verò ita q̀ ſemper ex omnibus ſimul ſumptis inſtituatur, aut alios quidem ſic, alios aũt alio modo: puta quoſdam ex omnibus coniunctis: quibſdam aũt ex oĩbus diuiſis, & ſic ſunt ſex mẽbra: ſi aũt quidam ſunt inſtituentes habemus alia ſex mẽbra, quia aut inſtituunt ex omnibus, aut quibuſdam: & ſi ex
D omnibus, aut ſorte, aut electione: & ſic duo mẽbra habemus, ſi ex quibuſdam, aut ex quibuſdã, vel ſorte, aut electione: & ſunt alia duo, aut quoſdam inſtituunt ex oĩbus ſorte: quoſdam aũt alios electione, & ſic habemus alia duo mẽbra, & ſic in vniuerſo habemus duodecim membra, ducendo mẽbra primæ diuiſionis in mẽbra aliarum duarum, ꝑmittendo duas cõbinationes, hoc eſt nõ ducẽdo mẽbra tertiæ in mẽbra ſecundæ. Deinde cum dicit.

Horum autem duæ conſtitutiones ſunt populares, hoc eſt omnes ex omnibus electione, vel ſorte, vel partim ſorte, partim electione.

Oſtendit qui modi cui reipub. cõueniunt, & diuiditur in partes quinque. In prima oſtendit qui modi cõueniũt populari ſtatui. In ſecunda q reip.ibi. {Ae.n.non &c.} Tertio q paucorum ſtatui.ibi. {Quoſdã verò ex oĩbus.}

Quarto qui optimatum potentiæ.ibi.{Sed quoſdam ex omnibus.} Quinto adhuc quis paucorum potentię.ibi.{Quoſdam verò ex quibuſdam.} In prima dicit q. iſtarum cõbinationum quæ dictæ ſunt duæ pertinent ad popularem ſtatum, ſ.omnes principatus inſtituere ex omnibus ſorte, vel etiam electione, vel etiam ſi aſſumuntur oẽs ex oĩbus coniunctim vel diuiſim, vel per ſortem, vel p electionem. hoc.n.maximè pertinet vbi multitudo dominatur: hoc aũt eſt popularis ſtatus. Deinde cum di.

Atenim non oẽs ſimul, ſed ex omnibus conſtituere, vel ex quibuſdam ſorte, vel electione, vel vtroq; modo: Aut partim ex omnibus, partim ex quibuſdam vtroq; modo. Dico autem vtroque modo, partim ſorte, partim electione, illius ſpeciei eſt, quæ appellatur reſpublica.

Oſtendit qui modi ſunt reipublicę, & dicit, q non oẽs inſtituere ex omnibus ſimul vel quibuſdam: ſed omnes ſimul & diuiſim per tribus, & officia ex omnibus & diuiſim, & hoc vel per ſortem vel per electionẽ, aut ſm iſtos modos aliquos ex omnibus vel quibuſdam, vt aliquos p ſortem ex omnibus, alios per electionem ciuile eſt, quia reſpub. eſt mixta ex paucorum & populari ſtatu: inſtituere autem ex quibuſdam paucorum eſt: inſtituere verò ex omnibus populare eſt: & ideo inſtituere ex omnibus vel quibuſdam ciuile eſt, & exponit quod dixerat. {Vtroq; modo.} dicens: dico autem & expono vtroque modo, i. quoſdam accipi ex omnibus diuiſim, vel quibuſdam p ſortem vel per electionem. Deinde cum dicit.

Quoſdam verò ex omnibus conſtituere, partim electione, partim ſorte, paucorum potentiæ eſt, multoq; magis ſi ex ambobus.

Oſtendit qui modi ſunt paucorum potentiæ, & dicit, q quoſdam inſtituere ex omnibus vel per ſortem, vel p electionem, vel inſtituere aliquos ex omnibus ſm vtrũq; modum, vt ſ. aliqui inſtituantur per electionem, aliqui per ſortem paucorum potentia eſt magis. nam paucorum potentia eſt aliquos paucos principari, & hoc eſt iſto modo. Deinde cum dicit.

Sed quoſdam ex omnibus, quoſdam ex quibuſdam, ciuile optimatum eſt, vel quoſdam electione, quoſdam ſorte.

Oſtendit qui modi ſunt ciuiles optimatum, i. reipublicæ mixtæ cum optimatum ſtatu, & dicit, q aliquos inſtituere ex omnibus, aliquos ex quibuſdam: ſed iſtos eligere per electionem, illos per ſortem eſt reipublicæ mixtæ cum ſtatu optimatum. Deinde cum dicit.

Quoſdam verò ex quibuſdam, paucorum potentiæ, etiam ſi per ſortem fiat, vel non fiat. Et quoſdam ex quibuſdã vtroq; modo: quoſdam autem ex omnibus, & ex quibuſdam oẽs per electionem optimatum.

Oſtendit adhuc qui modus eſt paucorum potentiæ, & dicit, q inſtituere quoſdam ex quibuſdam paucorum potentiæ eſt, quia paucorum potentia eſt paucos principari & eligere quoſdam ex quibuſdam per ſortem, facta electione nõ eo modo quo fit in aliis, quia hic ad paucos diuites reſpicitur: & inſtitui quoſdam ex quibuſdam ſm ambos modos eligendi, vt q̃dam inſtituuntur ſorte, quidam electione ex paucorũ potentia: ſed inſtituere quoſdam ex omnibus ſimul non eſt paucorum potentia; ſed inſtituere ex quibuſdam, ſicut virtuoſis per electionem optimatum eſt. Deinde cum dicit.

Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt, & diſtinguuntur ita ſm rerumpub. formas. Qui autem quibus conducant: & quo conſtitutiones eorum faciendæ ſint, vna cum poteſtatibus magiſtratuum, & qui ſint, manifeſtum erit. Dico autem poteſtatem magiſtratus, ceu circa redditus auctoritatem habere, & circa cuſtodiam. Alia enim poteſtatis ſpecies, quemadmodum circa bellum, & circa contractus forenſes.

E

Recolligit determinata remittens de conſideratione aliorum propoſitorum prius ad ſequentia, & dicit, q modi eorum qui circa principatus, i. modi aſſumendi principatus tot ſunt quot dicti ſunt, & ſic diuiduntur principatus ſm diſtinctionem rerumpub. quæ aũt quibus principantibus expediant & qualr oporteat eos inſtitui poſteriùs ſimul erit manifeſtum: cum erit manifeſtum de potentiis ipſorum, & exponit qd vocat potentiam principatus, dicens, q potentia principatus dicit, vt quę eſt domina prouẽtuum & regionis. Iſtę.n. duæ potentiæ ſpecie differunt, ſicut potentia ducatus exercitus, & potẽtia quæ eſt domina contractuum, qui circa forum ſunt.

F

LECTIO XV.

Quot iudiciorum ſpecies ſint, & quomodo purgandi, & à quibus.

Reliquum ex tribus eſt, de iudiciis dicere. Capiendi verò ſunt iſtorum modi p eandem viam. Eſt.n. differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quõ. Dico autem ex quibus vtrum ex omnibus, vel ex quibuſdam. De quibus quot ſpecies iudiciorum. Quomodo vtrum per ſortem, vel per electionem. Primo igitur diſtinguamus, quot ſint iudiciorum ſpecies.

G

Poſtq̃ Philoſophus determinauit de conſiliatiuo & principatu determinat de iudicatiuo: & diuidit in duas. In prima præmittit intentum ſuum. In ſecunda proſequitur.ibi.{Sunt autem.} In prima dicit q. poſtq̃ determinatum eſt de conſiliatiuo & principatu. dicendum eſt de tertio prius propoſitorum. ſ. de iudicatiuo. & iudicio, & accipiendi ſunt modi iudicij & iudicatiui ſm q prius accepti ſunt modi aliorum. ſ. principatus & conſiliatiui. Circa iudicium autem tria ſunt conſideranda, in quibus conſiſtit diuerſitas iudicij, ſ. ex quibus ſumendi ſunt. ſecundum eſt à quibus. tertium eſt qualiter aſſumendi ſunt, & exponit ex quibus ſunt aſſumẽdi. vtrum ex omnibus aut quibuſdam de quibus quot. ſ. ſunt ſpecies iudicii. qualiter autem, vtrum inſtitui debeant electione vel ſorte: & primo videndum eſt quot ſunt ſpecies iudiciorum. Deinde cum dicit.

Sunt aũt octo. Vnum, rationes repoſcere. Alterum, ſi publice qs cui iniuriatus ſit. Aliud, quot ad ſtatum ciuitatis pertinent. Quartum, & magiſtratibus & priuatis hoĩbus, quæcunq; circa pœnas verſant. Quintum de priuatis contractibus, & habentibus magnitudinẽ. Ac præterea de homicidiis, & de peregrinis: Homicidij rurſus ſpẽs, ſiue in ipſis iudiciis, ſiue in aliis, ex prouidentia fecerit, vel inuitus: & quotcũq; cõfitemur quidem facta, ſed de iure controuerſiam facimus: Et quot pro homicidio exulantibus, circa reditum ſtatuunt, vt Athenis dicit, & in Pheatti iudicium. Contingũt aũt talia & in omni tempore pauca, & in magnis ciuitatibus. De peregrinis autem vna pars eſt, ſi peregrinus

H

grinis contra peregrinũ agat. Altera ſi peregrinus contra ciuem. Est inſuper vltra hęc omnia de paruis rebus cognitio, quæ drachmas quinq;, at nõ excedit aut parũ. Oportet.n. de his ius dici, nec incidit in iudiciorum multitudinem.

Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit ſpecies iudiciorũ. In ſecũda oſtendit quibus modis inſtituũtur. ibi. {Neceſſe eſt.} Prima in duas. In prima facit qđ dictum eſt. In ſecunda excludit quædam à cõſideratione ſua ibi. {Sed omittamus.} In prima dicit, q̃ ſpecies iudiciorum in vniuerſali octo ſunt. Vna eſt correctiua ſm quam tranſgredientes legem puniuntur. Alia eſt punitiua eius qui peccat contra aliquid communium, puta contra aliquam perſonam publicam. Alia eſt ſm quam puniuntur qui deliquerunt contra totam rempub. Quarta eſt, quæ eſt cõmunis & principibus & idiotis & quibuſcunque, quæ eſt damnorum & iniuriarum illatorum iudicatiua, de quibus eſt altercatio. Quinta ſpecies eſt de contractibus paruis & magnis. Alia vero eſt præter hãc iudicatiua homicidiorum, de peregrinis, id eſt de eis quę ad peregrinos pertinent. Illa vero ſpecies quę eſt iudicatiua homicidiorum, ſiue ſint iidem iudices iudicantes & exequentes, ſiue ſint alij, vel ſic, ſiue ſint iidẽ iudices ſm vnam rempublicam, ſiue ſint diuerſi ſm aliam & aliam rempublicam, ſpecies aliquas habet. Vna eſt quæ eſt iudicatiua homicidij facti ex præmeditatione & deliberatione q̃ voluntarie ponendo inſidias. Secunda eſt iudicatiua homicidij perpetrati & confeſſi: allegatur tamen, q̃ iuſte factũ eſt, & ſuper hoc eſt altercatio, vtrum iuſte vel iniuſte factum eſt. Quarta ſpecies eſt quæ eſt iudicatiua eorũ, quæ feruntur .i. ponuntur in deſcenſu homicidij .i. in reatu, hoc eſt quæ eſt iudicatiua eorum quibus imponuntur homicidia ab aliquibus, ſed hoc ipſis fugiẽtibus, hoc eſt negantibus: talibus.n. ſolet aliquãdo indici duellũ vel purgatio per iudicium ignis vel aquæ, vt q̃ accuſatus accipiat ignitum ferrum manu nuda, & ſi vratur iudicetur reus, ſi non abſoluatur, vel q̃ ligatis manibus & pedibus ponatur in aqua magna: & ſiquidẽ euadat, abſoluatur: ſi nõ, reputetur reus fuiſſe, ſicut dicitur Athenis, q̃ iudex compulit deſcendere in puteo quendam ad purgandum ſorte ſe ſuper homicidio. Iſte autẽ eſt irrationabile, quia hoc eſt committere ſe fortunæ & iudicio diuino: & ideo raro fit, niſi hominibus magis vtentibus ratione, minus autem in magnis ciuitatibus vbi plures ſunt ſapientes. Septima ſpecies iudicij eſt, quæ eſt iudicatiua de diſceptatione peregrinorum, & iſta eſt duplex. Quædam quæ eſt iudicatiua controuerſiæ quæ eſt inter peregrinos adinuicem. Alia eſt iudicatiua de diſceptatione q̃ eſt inter peregrinos extraneos & ciues. Adhuc præter iſtas ſpecies iudicij eſt vna alia quæ eſt octaua, & eſt illa quæ eſt iudicatiua de paruis cõmutationibus, quæ ſunt circa minima, & quaſi punctualia, vt de his, q̃ ſunt quinq; drachmarũ, & de his quæ parum plus valent: De oĩbus enim talibus oportet fieri iudicium, nec debent reduci in multitudinem iudicum propter paruitatem earum, ſed in aliquem vnum determinatum. Deinde cum dicit.

Sed omittamus de his, & de homicidiis, & de peregrinis. Dicamus autem de ciuilibus in quibus, ſi non recte iudicetur, ſeditiones gignuntur, ac rerump. motus.

Excludit quædam à conſideratione ſua, & dicit q̃ de iſtis & de ſpeciebus iudicatiuis homicidiorum, & de illis qui iudicant de diſceptatione peregrinorum dimittatur ad præſens, ſed de ſpeciebus iudicij pertinentibus ad rẽp. dicendum eſt, quia ſi iſta non bene fiũt accidũt ſeditiones & transmutationes rerump. de talibus autem per quę poſſunt cõtingere ſeditiones & transmutationes rerũp. pertinet ad ciuem determinare. Deinde cum dicit.

A Neceſſe eſt enim, vel omnes de omnibus ſic prædictis iudicare, electione, vel ſorte, vel omnes de omnibus, partim ſorte, partim electione, vel de quibuſdam eorũ aliquos partim ſorte, partim electione aſſumptos. Hi ergo modi ſunt quatuor, totidem alteri qui ſm partẽ. Rurſus.n. ex quibus, & qui iudicãt de omnibus per electionem, aut ex quibus de omnibus per ſortẽ, vel partim ſorte, partim electione, vel quædam iudicia ex eiſdem ex ſortitis & electis. Iſti ergo, vt dictum eſt, ſunt modi in p̃dictis. Inſuper eadem conduplicata, vt quædam ex omnibus, quædam ex quibuſdam, quædã ex vtriſq;, ceu ſi eiuſdem iudicij eſſent alij ex omnibus,
B alij ex quibuſdam, & vel per ſortem, vel per electionem, vel ex ambobus. Quot igitur modi iudiciorum eſſe poſſint dictum eſt.

Tangit modos inſtituẽdi iudicij & diuiditur in duas. In prima tangit modos inſtituendi iudicium. In ſecunda oſtendit qui modi qui reip. conueniunt. ibi. {Horum autem.} In prima dicit, quod neceſſe eſt omnes iudicare aut quoſdam, ſi omnes, aut de omnibus, aut de quibuſdã ſi de omnibus, aut de omnibus per electionẽ, aut de omnibus per ſortem, aut de omnibus hæc quidẽ ſorte: alia vero electione, ſi omnes iudicent de quibuſdam, aut iudicabunt de quibuſdam ſorte, aut electione, de quibuſdã hæc quidem per ſortẽ, alia per electionẽ, & ſic ſunt quatuor modi ſi omnes iudicent, ſic erunt quatuor modi ſi ſubdiuidendo aliud mẽbrum. Adhuc ſi quidam iudicant, aut iudicant de omnibus, aut de quibuſdam, ſi iudicant de omnibus, aut iudicant ſorte de omnibus, aut per electionem, aut de omnibus hæc iudicant ſorte, alia autem
C electione. Si autem iudicẽt de quibuſdam, aut ſorte iudicant de quibuſdam, aut electione, aut de quibuſdã quidã ſorte, quidam electione, & ſic ſunt alij quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum, ſcilicet vt quidam iudicant, & hoc breuiter innuit, cum dicit, vel quædam iudicia, ſ. omnibus vel quibuſdã ex ſortitis & electis. Vlterius concludit, q̃ iſti modi conſimiles ſunt modis dictis prius de inſtitutione principatus. Iterum ſi iſta fuerint combinata erunt alij modi. Vt ſi iudicamus q̃ iudicantes ſunt aut ex omnibus, aut ex quibuſdam. & hoc ſecũdum alterum modum eligendi, ſcilicet ſorte & electione, vt ſi dicamus, q̃ iudicia aut ſunt ex omnibus, aut quibuſdã, & ſi ex omnibus, aut ſorte, aut electione, aut ex omnibus. hi quidem electione, alij vero ſorte, & ſi ex quibuſdam aut ſorte, aut electione, aut ex quibuſdam quidem ſorte: ex quibuſdam vero electione, & tunc concludit, q̃ tot cõtingit eſſe modos iudiciorum. Deinde cum dicit.

D Horum autẽ prima popularia ſunt quæcũq; ex omnibus, vel de omnibus. Secũda vero paucorũ potentiæ quæcũq; ex quibuſdam de omnibus. Tertia optimatum, & ciuilia, quæcũq; partim ex omnibus, partim ex quibuſdam.

Oſtendit qui modi reip. conueniunt, & dicit, q̃ primi quatuor. ſ. omnes de omnibus conueniunt ſtatui populari. Secundi quatuor paucorum potentiæ ſunt, ſ. quæcũq; ex quibuſdam de omnibus. Tertij quatuor optimatibus conueniunt & rebuſp. ſ. q̃ iudicia partim ſunt ex omnibus, partim ex quibuſdam.

POLITICORVM ARISTOTELIS

LIBER QVINTVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Quid eſt quod omnes ciuitatum adminiſtrationes immutet, quodq; remedium ſingulis adhibendum vt in eodem permaneant.

LECTIO PRIMA.

Seditiones ob inæqualitatem excitari, æqualitatem autem eſſe duplicem.

DE aliis quidē omnibus de quibus dicere propoſuimus, ferè dictum eſt. F Ex quibus autem mutantur reſpub. & quot ea ſint, et qualia, & quænā ſint ſingularū rerſp. corruptiones, & labes, & ex equalibus in quales maxime mutantur. Præterea quæ remedia generaliter, & ſpecialiter cuiuſque, & per quæ maxime conſeruari poſſit vnaquæq; reſp. conſiderandum deinceps erit.

POſtquam Philoſophus determinauit de repu. oſtendendo quid eſt & de differentiis eius & in vniuerſali & in particulari. In iſto quinto libro determinat de principiis ſaluantibus & corrumpentibus rempub. & diuiditur in partes duas. In prima dat intentionem ſuam continuando dicta dicendis. In ſecūda proſequitur cū dicit. {Oportet autē &c.} G In prima dicit, ꝙ poſt illa quæ determinata ſunt prius conſequenter dicēdum eſt ex quibus corrūpuntur reſp. & ex quot, & ex qualibus, & quæ ſint corruptiones & correctiones cuiuſq; reip. & ex qualibus & quibus rebuſp. ad quales fit tranſmutatio, aliquando.n. vna reſp. tranſmutatur in aliam, & ideo videndum eſt à quali ad qualem contingit fieri tranſmutationem. Item dicēdum eſt de ſaluatione cuiuſque reſp. qualiter ſcilicet ſaluatur vnaquęque, & in vniuerſali & in particulari. Item dicendum eſt per quę maxime habet ſaluari quælibet, de omnibus enim aliis quę propoſuimus dicere in principio ferè dictum eſt, & dicit fere, quia ſuperius fecit mentionem de inſtitutione principatus, ſed nō determinauit de ipſa ad plenum, ſed determinabit in ſequenti libro, ſcilicet in ſexto. Deinde cum dicit.

Oportet autem prius illud principium aſſumere ꝙ plures ſunt formæ reip. Et in his conſitentur quidem omnes iuſtitiam, & conuenientem æquitatem. H Sed aberrāt ab ea, vt eſt ante dictum. Nam populus cōſtat ex his, qui cum ſint ſm quid pares, putant ſe ſimpliciter pares. Paucorum vero potētia, ex his qui cum pręſtent aliqua re, ſe in cunctis pręſtare arbitrātur. Opibus enim ſuperantes, ſimpliciter exiſtimant ſe ſuperare. Deinde vero illi quaſi pares exiſtentes, in cūctis dignū putāt ſe parem portionē habere. Hi autē quaſi ſuperiores ſint, maiora ſibi competere arbitrantur. Maius.n. inæquale. Habēt vero oēs aliquid iuſtū, ſed ſimpliciter aberrant.

Proſequitur & diuidit in duas. In prima proſequitur de ſaluatione & corruptione rerumpu. ſm intentionem ſuam. In ſecūda circa hoc reprobat opinionem Platonis in fine huius quinti cū dicit. {In rep. &c.} Prima i duas. In prima determinat cauſas corruptionis & ſaluationis rerump. proprie dictarum. ſ. in quibus plures principantur. In ſecunda determinat cauſas corruptionis & ſaluationis monarchiarū, ſicut tyrannicę & regalis. ibi. {Reſtat nunc &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas corruptionis rerump. in quibus principātur plures, Secundo determinat de cauſis ſaluationis. ibi. {De conſeruatione &c.} Prima in duas, Primo dat radicale principium corruptionis rerump, Secundo determinat cauſas et principia corruptionis proxima magis. ibi. {Quoniam autem &c.} Prima in duas. In prima declarat quæ eſt radix corruptionis rerump. & quomodo trāſmutantur. In ſecūda reſumit cauſam illam vt cadat. ibi. {Vbiq; enim &c.} Prima in duas. In prima oſtendit quod eſt radicale principium corruptionis. In ſecunda oſtēdit quot modis tranſmutātur. ibi. {Quapropter &c.} Adhuc prima in duas. In prima præmittit quiddam. Secundo ex illo concludit cauſam primam corruptionis rerump. ibi. {Et ob eam cauſam &c.} In prima dicit, ꝙ ad vidēdum cauſam corruptionis rerūp. oportet primo accipere pro principio, ꝙ rerump. quædam ſunt rectæ, quædam autē non, & ꝙ omnes intendūt aliquod iuſtum & æquale ſm proportionem. Et ratio huius eſt, quia omnes intendunt ſaluationem. Reſp. autem ſaluari non poteſt ſine coniunctione, nec coniunctio fieri poteſt niſi reddatur æquale, hoc autem iuſtum eſt. ergo omnes intendunt iuſtum & æquale. Peccant tamen multi in determinando illud iuſtum. Quidam enim male determinant ipſum. populus enim putat, ꝙ ſi ſint aliq æquales in quocunque, ꝙ ſint æquales ſimpliciter, & ꝙ æqualiter debent recipere, & quia omnes ciues ſunt liberi & æquales ſimpliciter dicit eos eſſe. Paucorum vero potentia putat, ꝙ ſi ſint inæquales in aliquo, ꝙ ſint inæquales ſimpliciter, & inæqualiter debeāt recipere illos, ſcilicet qui ſunt inęquales in diuitus, putāt inæquales eſſe ſimpliciter & inęqualiter debere recipere de bonis cōibus, ſed non oportet, ꝙ inæquales in diuitiis ſint inęquales ſimpliciter, nec æquales in libertate ſint æquales ſimpliciter, quia diuitiæ & libertas nō ſunt bona hominis ſm ꝙ homo. Manifeſtū igitur eſt, ꝙ oēs intendunt æquale, & dicit ꝙ alterius accipiunt, ꝙ ſi ſint æquales aliqui, ꝙ debēt recipere æqualiter de cōibus bonis, & cum omnes ſint liberi ęqualiter ſm populares ſtatus, debent oēs ręcipere de bonis cōibus æqualiter, quaſi paralogizātes æquales æqualiter debent recipere de bonis cōibus, ſed liberi ſunt æquales. ergo æqualiter debēt recipere. Sed manifeſtū eſt, ꝙ hic eſt defectus ſm quid & ſimpliciter. Non.n. ſequitur, ſunt æquales in aliquo. ſ. libertate. ergo ſunt ſimpliciter æquales. Paucorū vero potentia dicit, ꝙ cū ipſi ſint aliis inæquales, quia excellentes eos debent recipere plus & pręponendi ſunt in plus accipiendo. Quod.n. plus eſt, inæquale eſt. Sic igitur manifeſtum eſt, ꝙ omnes iſtæ reſp. aliquid iuſtū intendunt, ſed vitiatæ ſunt ſimpliciter, Deinde cū dicit.

Et ob eam cauſam qn̄ nō pro opinione ſua vtriq; reportent de rep. ſeditiones concitent.

Concludit ex dictis primam radicem & primū principiū corruptionis rep. & ſeditionis. Et primo facit hoc. Secundo adiungit aliud principiū. ibi. {Sunt autē &c.} Prima io duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecūda oſtēdit qui ſunt in ciuitate, qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem, & tamen nō faciunt. ibi. {Omniū vero &c.} In prima dicit, ꝙ cū vnuſquiſq; ſm vnam dignitatē debeat recipere de bonis communibus quando non recipiunt ſecundum ꝙ exiſtimant ſe dignos, faciunt ſeditionem in ciuitate, & mutant remp. ex hoc.n. quod nō recipiunt ſm exiſtimationem quam habent de ſe, videtur eis ꝙ fiat eis iniuſtum, & ꝙ contemnantur. Iſta autem cauſa ſunt diſſenſionis. Deinde cum dicit.

Omnium

Omnium vero iuſtiſſime hoc facerẽt qui virtute pręcellunt, qui tñ minime omniũ id faciũt. Nã hi ſimplr̃ rationabile eſt, vt ſoli præferant.

Oſtendit qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionem in ciuitate, & tamen non mouent. Et dicit, ꝙ inter omnes iuſtiſſime poſſunt mouere ſeditionem in ciuitate, quãuis non faciunt virtuoſi excellentes alios ſm virtutem. Et ratio huius eſt, quia illi qui ſunt ſimpliciter æquales ſi non recipiãt ſm illam inęqualitatem, iniuſtum fit ſimpliciter eis, ſed virtuoſi ſunt ſimpliciter inęquales reſpectu aliorũ ipſos excedentes ſm virtutẽ. ergo ſi non recipiant ſm illam inæqualitatem iniuſtum fit eis. Et cum excedant in eo quod eſt bonum ſimpliciter iuſtiſſime poſſunt mouere diſſenſionẽ, ſed non faciunt propter duas cauſas. Prima eſt, quia frequenter contingit propter diſſenſionẽ detrimentũ boni cõis. Sapiẽs autẽ vt plurimum plus diligit bonum cõe ꝙ̃ propriũ, & ideo nõ facit diſſenſionem. Secũda ratio eſt, quia ad hoc, ꝙ aliquis debeat mouere ſeditionẽ in ciuitate, oportet ꝙ habeat iuſtam cauſam & potentiam, ſed virtuoſi vt frequenter nõ habent potentiam, nec putant ſe habere iuſtam cauſam, ideo nõ mouent. Sed ſi iſta concurrerent, ꝙ haberet cãm iuſtã & potentiam, & non eſſet detrimentum boni communis, mouerent ſeditionem rationabiliter, & peccarent ſi non mouerent. Deinde cum dicit.

Sunt autem quidam, qui præſtantes genere, plus habere ſe dignos putant. Videntur nobiles eſſe illi, quorum maiores virtute & diuitiis præditi fuere. Hinc principia et fontes, vt ita dixerim, ſeditionum oriuntur.

Adiungit aliud principium corruptionis reipub. & dicit, ꝙ ſunt alij qui excellẽtes alios in nobilitate credũt excedere illos ſimpliciter, & ideo reputant ſe dignos maioribus. Tales autem videtur eſſe illi, qui habent diuitias & virtutem á progenitoribus, & ideo ſi non recipiant de bonis communibus ſm exiſtimationem, quam habẽt de ſeipſis mouent diſſenſionem: & tunc contingit, ꝙ principia & fontes ſeditionũ, per quæ mouentur ciuitates ſunt iſta, ſed iſtud principium reducitur ad primũ. Eſt enim radix ſeditionis excellentia in nobilitate per hoc, ꝙ tales nõ recipiũt ſm exiſtimationem ſuam. Deinde cũ dicit.

Quapropter & mutationes merito fiũt, quãdoq; ex præſenti ſtatu ad alium, ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem ex paucis, vel ad remp. & optimatem ex illis, vel ad illas, ex iſtis.

Declarat quot modis fit tranſmutatio reip. & diuidit in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor modos. Secunda ibi. {Quandoq; &c.} Tertia ibi. {Inſuper &c.} Quarta ibi. {Vel in parte &c.} In prima dicit, ꝙ propter hoc quod contingit fieri ſeditionem in rep. contingit remp. mutari. Primo quidem quando fit tranſmutatio á rep. vna ad aliam diuerſam, vt quando ex rep. inſtituta fit trãſmutatio ad alıã, vt ex populari gubernatione adminiſtratio paucorum conſtituatur, aut econuerſo. vel ex illis ad rẽpu. & optimatum ſtatũ, vel econtra. Deinde cum dicit.

Quandoq; pręſentem gubernandi formam nõ quęrũt mutare, ſed in ea pmanẽtes pro ſe illã ſuſcipiãt, vt paucorũ potẽtiã, vel monarchiã.

Ponit ſecundum modum & dicit, ꝙ aliquando tranſmutatur reſpub. in aliam remp. ſed manet eadem, & dicunt eãdem habere inſtitutionem & ordinationem reipub. ſed principantes mutant & volunt eãdem rempu. regere & obſeruare per ſeipſos, vel per amicos ſuos, ſicut in paucorum potentia & monarchia regali manente eadem rep. volũt eam ſeruari & regi per alios, & ideo mu-

A tant eos. Similiter eſt in monarchia ipſa remanẽte aliam conſtituunt quandoque. Deinde cum dicit.

Inſuper circa magis & minus, ceu vel paucorum potentiam exiſtẽtem, magis extẽdere, vel coercere, vel popularem ſtatum ampliare, vel reſtringere. Eodemq; modo de aliis ſpeciebus ampliandis, vel reſtringendis.

Ponit tertium modum, & dicit, ꝙ iterum fit trãſmutatio reip. non ꝙ reſp. tranſmutetur in aliam nec etiã ꝙ̃tũ ad principatus per ſe, ſed fit quia eadẽ reſp. mutatur in eandem magis intenſam vel remiſſam, ſicut paucorum ſtatus tranſmutatur in paucorum ſtatum, magis intenſum vel remiſſum vel popularis ſtatus in popularẽ ſtatum magis vel minus intenſum. Similiter eſt in aliis rebuſp. vt fiat tranſmutatio reip. eiuſdem in eandem ſm intenſionem & remiſſionem. Deinde cum dicit.

B Vel in aliqua parte reip. mouenda, ceu magiſtratum quẽdam de nouo inducere, vel remouere, vt apud Lacedæmonios ferunt Lyſandrũ tentaſſe regiam poteſtatem tollere: Et Pauſaniã regẽ Ephoros. Et Epidamni mutata eſt reſpu. in parte, cum per tribuũ præfectos ſenatores creauerũt. Apud Elienſes vero neceſſarium eſt illorum etiam qui verſantur in rep. dignitates inuadere. qñ creatur magiſtratus aliquis. Paucorum autem potentiæ erat in hac rep. ꝙ vnus ſolus ad magiſtratum ſumebatur.

Ponit quartum modum, & dicit, ꝙ quarto fit trãſmutatio in reſpu. ſm partem, vt quando vnus principatus deſtruitur & alius inſtituitur, ſicut dicitur factum fuiſſe in Lacedæmonia, ꝙ Liſander conatus fuit diſſoluere re-

C gnũ. Et ſimiliter alius nomine Pauſanias, qui rex fuit conatus fuit deſtruere principatum Ephororũ, ſm quem alius habet poteſtatem conuocandi multitudinem: Con ſimiliter fuit in ciuitate, quæ dicitur Epidamnum, fuit trãſmutata reſp. ſm partem. In illa.n. ciuitate erat alius principatus. illi vero amnuerunt eum, & fecerunt principatum ſenatorum. Videntes enim, ꝙ multi erant amatores illius principatus, mutauerunt ipſum in ſenatores. Propter quod ſtatuerunt etiam apud Elienſes, ꝙ principatus omnes eligerẽtur in communi. Vnde neceſſe erat omnes principatus, qui poteſtatem habebant & dignitatem in rep. concurrere quando magiſtratus creabatur, & ibi eligere vt minor fraus fieret. Ille autẽ principatus, qui fuit amotus paucorũ potẽtię erat, & erat vnus princeps in illa rep. non plures. Deinde cum dicit

Vbique.n. propter inęqualitatem oritur ſeditio, diſparibus tamen non exiſtit proportio.
D Perpetua.n. poteſtas regia iniqua foret, ſi eſſet in paribus, omnino.n. quærentes ęquum, in ſeditiones incidunt.

Reſumit cauſam ſeditionis vt addat, & primo tangit cauſam ſeditionis. Secundo exponit quoddam dictum. ibi. {At enim duplex &c.} In prima dicit, ꝙ vbiq; fit ſeditio propter inæqualitatem, & nõ ſolum in æqualibus ſm aliquid eſt æquale proportione, puta diues & paup inæquales ſunt ſm ſubſtantiam, tamen cõtingit eis fieri æquale ſm proportionem: ſimiliter magis & minus virtuoſos, ſed etiam eis qui ſunt inæquales contingit fieri inæquale ſm proportionem: puta ſi quis ſit dignior aliis ſm virtutem, dignũ eſt eũ regem eſſe, ſed nõ perpetuum, quia forte nõ tãtũ excedit dignitas eius in virtute dignitatum aliorũ quãtum honor perpetuo regnandi excedit honorem aliorum, & ideo eis inæqualis cõtingit fieri inæquale ſm proportionem. Vniuerſaliter igit̃ exiſtimantes

tes ſe debere æquale & non habentes, ſeditiones mouent in reſp. Et eſt intelligendum, ꝙ immediatum principiũ ipſorum agibilium eſt electio. Electio autem eſt habitus præconſiliatus. Ad conſilium autẽ requiritur intellectus practicus, quare intellectus practicus eſt principium agibilium. Principium autem intellectus practici eſt voluntas recti finis, & ideo adhuc principium agibilium eſt appetitus recti finis. Voluntas vero recti finis præſupponit intellectum ſpeculatiuum, & ideo intellectus ſpeculatiuus cauſa eſt et principium agibilium. Et quantũ ad hoc dixit prius, ꝙ exiſtimare principium eſt ſeditionis: principium vero intellectus eſt intelligibile, & hoc eſt inæqualitas. Secundum hoc dicit hic, ꝙ inęqualitas eſt cauſa ſeditionis. Deinde cum dicit.

At.n. duplex eſt ęquum, vnum numero. Alterum dignitate. Numero quidem, ceu multitudine, ac magnitudine, idem & æquum. Dignitate autem dico id, quod eſt ſm rationẽ, ceu tria excedunt duo, ſm æqualem numerum, & hoc in vno. Dico autẽ quatuor excedere duo, & hoc in vno: æqua.n. pars duo ex quatuor, & vnum ex duobus, ambo.n. medietates.

Exponie quod dixit.ſ. æquale, & primo facit hoc. Secundo aſſignat diuerſitatem inter quædam dicta. ibi. {Fatentes autem &c.} Circa primum intelligẽdum eſt, ꝙ proportio eſt habitudo duarũ quãtitatum adinuicẽ. Proportionalitas vero eſt habitudo proportionum, quę conſiſtit in quatuor terminis, vel ſm rem, vel ſm rationẽ, huiuſmodi autẽ proportionis æqualitas, vel ſimilitudo attenditur vel ſm æqualitatem quantitatis, vel ſm æqualitatẽ dignitatis, vel ſimilitudinis. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ æquale dupliciter dicitur. Vno modo æquale dicitur numero. Alio modo ſm dignitatem, & exponit ꝙ æquale numero. Alio modo ſm dignitatem, & exponit ꝙ æquale numero dicitur æquale ſm magnitudinẽ, vel ſm multitudinẽ. Secũdũ dignitatẽ æquale dicitur æquale ſm proportionẽ ſimilitudinis. Et declarat per exẽpla æquale ſm quãtitatem, vt ſicut ſe habent duo ad vnum, ſic tria ad duo. Exceſſus.n. vtrobiꝗ æqualis eſt. Equalitas vero ſm dignitatem, vt ſi dicamus ſicut quatuor ad duo, ſic duo ad vnum, ſicut.n. duo ſunt medietas de quatuor, ſic vnum eſt medietas duorum. Deinde cum di.

Fatentes autem ſimpliciter eſſe iuſtum id, qđ eſt ſm dignitatem contendũt, vt prius dictum eſt. Alij quia ſi in aliquo ſint pares, ſe penitus pares exiſtimant. Alij quia ſi in aliquo præſtãt, in cunctis ſe ſuperare arbitrantur.

Ponit diuerſitatem inter quędam dicta. Dixit.n. ꝙ omnes volunt æquale ſm dignitatẽ popularis ſtatus & paucorũ, dicit ꝙ differenter. & primo facit hoc. Secundo infert correlarium, ibi. {Quamobrem.} In prima dicit, ꝙ omnes confitentur, ꝙ iuſtum eſt ſm dignitatem, ſed differunt quia popularis ſtatus fautores dicunt, ꝙ ſi ſint aliqui æquales ſm aliquid: puta ſm libertatẽ, ꝙ ſimpliciter ſunt æquales, & ꝙ æqualiter debent recipere, paucorũ ſtatus fautores. Etiã dicunt, ꝙ ſi aliqui ſunt inæquales ſm aliqd, puta ſm diuitias ꝙ ſunt ſimplr inęquales & digniores, & ſm hoc inęqualiter recipere. Deinde cũ di.

Quamobrem duæ præcipue fiunt gubernãdi formæ. Populus.ſ. & paucorum potentia. Nobilitatem.n. ac virtutem in verbis quidem omnes ferè vſurpant. At.n. qui re vera nobiles ac boni ſint, nuſquam centum reperiuntur. Diuites autem multis in locis.

Inſert correlariũ, & primo facit hoc. Secũdo probat ꝙ ſtatus popularis & paucorum ſunt male ordinati, ibi.

E {Simpliciter vero.} In prima dicit, ꝙ ꝓpter hoc, ꝙ fautores ſtatus popularis volunt æquale: fautores vero paucorum inæquale, vnde ſtatus popularis & paucorũ ſunt duæ reſp. maxime diſtinctæ. Nobilitas enim.i. inclinatio ad virtutem, & virtus in paucis reperiũtur, ſed paupertas in pluribus. Nobiles.n. virtuoſi vix alicubi centum inueniuntur. Pauperes autem in pluribus locis, & ideo reſp. vt frequenter, vel ſunt paucorum, vt ſunt populares. Deinde cum dicit.

Simpliciter vero omnino ſm alterutra ſtatuere æqualitatem, improbum eſt. Patet autem ex eo quod contingit, nulla.n. huiuſmodi rerũpublicarum recipit ſtabilitatem. Cauſa vero huius, quia impoſſibile eſt ex primo errore ĩ principio commiſſo, non euenire ad extremum aliquid mali. Quare opus eſt partim arithmetica F æquitate vti, partim ea quæ eſt ſm dignitatem.

Oſtendit ꝙ ambæ ſunt male ordinatæ, & primo facit hoc. Secundo oſtẽdit, ꝙ ſtatus popularis ſit ſecurior. ibi. {Veruntamen.} In prima dicit, ꝙ vtraꝗ reſp. male ordinata eſt.ſ. ſtatus popularis in qua attenditur æqualitas ſm libertatem, & ſtatus paucorum, in quo eſt æqualitas ſm diuitias, ex eo quod accidit, ꝙ nulla iſtarum mãſiua eſt. Et ratio huius eſt. Impoſſibile eſt.n. ex eo, ꝙ in principio corruptum & inordinatum eſt in fine non accidere malum. Iſtæ autem inordinatæ ſunt. Quamuis igitur in principio videatur modica inordinatio, tamen in fine magna & malum apparet. Tale autẽ non poteſt eſſe manſiuũ, & ideo vtraꝗ reſp. nõ poteſt eſſe manſiua, & quia vtraꝗ vitiata & inordinata eſt, ad hoc ꝙ ſint magis mãſiuę, oportet ꝙ vtraꝗ quandoꝗ vtat æqualitate ſm proportionem arithmeticam, in qua attẽditur ęqualitas exceſſus, vt ſicut tria ad duo, ita duo ad vnum, & quandoꝗ G æqualitate ſm proportionem geometricam, in qua attẽditur æqualitas, vt ſicut ſe habent quatuor ad duo, ſic duo ad vnum. Deinde cum dicit.

Verũtamẽ tutior eſt, ac minus ſeditioni ſubiacet popularis gubernatio ꝗ paucorũ, nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur ſeditiones. Vna inter ſeipſos, alia ad populũ. In gubernationibus autẽ populi, vna tãtũ ſeditio fit ad paucorũ potẽtiam. Ipſis vero inter ſe quod quidẽ dignũ dictu ſit, nõ accidit ſeditio populi.

Oſtẽdit ꝙ ſtatus popularis ſit magis ſecurus & minus ſeditioſus, & diuidiẽ in duas, ſm, ꝙ oſtẽdit hoc per duas rationes. ſecũda ibi. {Inſuper &c.} In prima dicit, ꝙ ꝗuis ſtatus paucorum & multorum ſint male ordinati, tamen ſtatus popularis eſt ſecurior & minus ſeditioſus ꝗ paucorum. Et ratio huius eſt, quia illa reſp. magis eſt ſe-H cura, in qua fiunt pauciores ſeditiones, ſed in ſtatu populari ſunt pauciores ꝗ in ſtatu paucorum, quia in ſtatu paucorum ſunt duæ ſeditiones. Vna diuitum inter ſe. alia pauperum ad diuites. In ſtatu populari vero vna ſeditio eſt,ſ. diuitum ad pauperes. Pauperum autem inter ſe non eſt ſeditio, quæ ſit digna reputatione, quia inter ſe magis cõueniunt ꝗ cum diuitibus. Deinde cum dicit.

Inſuper mediocrium hominũ gubernatio propinquior eſt populari gubernationi, ꝗ illi quæ paucorum, quæ quidem eſt magis tuta, ꝗ aliqua huiuſmodi rerumpublicarum.

Ponit ſecundam rationem, & dicit, ꝙ iterum manifeſtum eſt, ꝙ ſtatus popularis eſt ſecurior, quia reſpu. quæ eſt ex medijs propinquior eſt populari ſtatu, ꝗ paucorũ ſtatu, in quo pauci dominãtur, Sed reſpublica media ſe-

curiſſima

curiſſima inter tales reſpublicas quæ declinant ab optima, ſed illa quę propinquior eſt, ſecuriſſime ſecurior eſt quàm paucorum potentia.

LECTIO II.

Quid homines ſeditioſos efficiat, qua de cauſa ſeditiones excitentur.

CVm vero conſideremus quibus de cauſis ſeditiones, mutationesq́ꝫ rerumpublicarū euenerint, capienda ſunt primo vniuerſaliter principia & cauſę earum. Sunt autem ferè tria, de quibus ipſis primo ſuccincte determinandum eſt. Videre.n. oportet quemadmodū diſpoſiti ad ſeditiones deueniunt, & quarum rerum gratia, & tertio quę ſint initia ciuilium turbationum, ac ſeditionum inter ciues.

Poſtquam philoſophus poſuit primam radicem & primum principium corruptionis rerump. & modos quibus tranſmutantur, determinat cauſas vniuerſaliter huius corruptionis & trāſmutationis, & diuiditur in duas. In prima determinat cauſas corruptionis rerūp. in vniuerſali non deſcendendo ad aliquam rempu. In ſecunda determinat cauſas corruptionis ſm vnamquamq; rēpu. ibi. {Sed oportet.} Prima diuiditur in tres. In prima determinat cauſas tranſmutationis rerūp. Secundo declarat terminū huius tranſmutationis declarādo quæ reſp. in quam trāſmutatur. ibi. {Sunt etiam.} In tertia declarat qualiter maxime fiat huiuſmodi tranſmutatio. ibi. {Mouēt quoq.} Primo in duas. In prima præmittit intētum ſuum. In ſecūda proſequitur. ibi. {Quod quidē.} In prima dicit, quoniā intentio noſtra eſt conſiderare ex quibus fiunt ſeditiones & tranſmutationes rerump. accipienda ſunt primo in vniuerſali principia & cauſæ trāſmutationis & corruptionis rerump. Sunt autē tres cauſæ & tria principia fere, vt eſt dicere tranſmutationis ipſarum, de quibus conſiderare oportet ſuccincte. Primo ergo oportet conſiderare qualiter homines ſe habentes mouēt ſeditiones & tranſmutant reſp. Secundo propter quem finē hoc faciant. Tertio quæ ſint principia per quę diſponuntur ad mouendum diſſenſiones & ſeditiones in rep. Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur diſponantur ad res nouas appetēdas illa eſt potiſſima cauſa de qua iā diximus, quia alīj pares eſſe volūt his qui plus poſſunt, & niſi hoc fit, nō acquieſcunt. Alīj vero ſe p̄ſtare dignos putantes, indigne ferūt niſi plus habeant. Hæc autem quādoq; iuſte capiūtur, quandoq; iniuſte. Inferiores quidem vt pares ſint res nouas exoptāt, & pares qui ſunt, vt pręſtent. Quemadmodum igitur diſpoſiti ſint, D qui res nouas quærunt dictum eſt.

Proſequitur & diuiditur in tres. In prima oſtēdit qualiter ſe habentes mouēt ſeditiones & turbationes. Secundo propter quem finē hoc faciūt. ibi. {Res autem.} Tertio quę ſunt cauſę & principia, & quot & per quę diſponuntur ad faciendum ſeditiones. ibi. {Cauſæ vero &c.} In prima dicit ꝙ cauſa eius quod eſt homines aliqualiter ſe habere ad faciēdum ſeditionem & turbationem eſt illa, de qua dictū eſt prius, ꝙ aliqui homines ex hoc, qđ appetūt æquale, ſi nō credant ſe habere æquale ſed minus, cum tamē ſint æquales vel exiſtiment ſe æquales eſſe illis, qui plus receperūt, mouent ſeditionē. Alīj aūt volunt habere inæquale & plus exiſtimantes ſe inæquales alīs eſſe & excedere alios. Si autem exiſtiment ſe habere non plus, ſed æquale vel minus mouēt ſeditionē. Qualiter igitur ſe habentes mouent ſeditiones exiſtimantes

A minus habere ꝗ̄ credant ſe debere habere. Sed contingit iſta ſcilicet plus & ęquale appetere iuſte & iniuſte. Si.n. dignus eſt habere æquale habens in ſe bonum virtutis & ſimpliciter æquale alīs, iuſte poteſt appetere. Si autē non eſt dignus iniuſte appetit, ſimiliter poteſt aliquis appetere plus & inæquale, iuſte & iniuſte. Iuſte ſiquidem excellat alios in his, quæ ſunt bona ſimpliciter. Si autem nō excellat iniuſte appetit, quia illi qui minus recipiunt vt ſint alīs ęquales in recipiendo ſeditiones faciunt, & illi qui ſunt æquales in accipiendo vt plus accipiāt diſſenſiones faciūt. Hoc autem eſt iniuſtum, & tunc concludit dicens, ꝙ qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones dictum eſt. Et eſt intelligendū, ꝙ illa æqualitas attenditur ſm dignitatē eius quod eſt bonū hominis ſm, ꝙ homo. Bonū aūt hominis duplex eſt. Quoddam.n. eſt bonū hominis intrinſecum, & iſtud diuiditur, quia quoddam bonum ſm partē inferiorem, ſicut ſanitas, robur. Aliud ſm partem ſuperiorē, ſicut ſciētia, virtus, & huiuſmodi, & iſta B ſunt bona ſimpliciter. Alia ſunt bona hominis exteriora ſicut diuitiæ & honor, iſta vero ſunt bona ſm quid, & ideo dignitas hominis ſimpliciter non debet attendi ſm dignitatem iſtorum bonorum, ſed ſm dignitatem bonorū ſimpliciter: & ideo quia in paucorū ſtatu attenditur æqualitas ſm iſta bona ſm quid, non conſideratur iuſtū ſimpliciter, ſed ſm quid: & ideo propter iſta nō mouetur iuſte ſeditio, ſi non recipiat plus qui excedit in iſtis. Sed ille qui non recipit æquale ſm dignitatem boni ſimpliciter ſi ſit bonus iuſte, poteſt mouere. In populari vero ſtatu cōſideratur libertas, vt. ſ. nō ſeruiat aliquis alīj ſm corpus vel in reb⁹. Iſta autem nō eſt bonum ſimpliciter, ſed ſm quid: & ideo quia in iſta repu. attenditur æqualitas ſm libertatem iſtam per quam non conſideratur iniuſtum ſimpliciter, ſed ſm quid. Qualiter igitur ſe habentes homines, id eſt qualiter diſpoſiti mouent ſeditiones dictum eſt. Deinde cum dicit.

C Res autem pro quibus contendunt, ſunt lucrum & honor, atq; his contraria. Dedecus.n. & damnum vel ipſorum, vel amicorum fugiētes ſeditiones agunt.

Declarat propter quem finem faciūt diſſenſionem. Et eſt intelligendum, ꝙ quidam eſt finis ſm veritatem, ſicut eſt bonum animæ. Alius finis eſt ſm apparentiam, ſicut eſt bonum corporis. Decet igitur hominem in operatione ſua intendere finem ſimpliciter vel ſm apparentiam, Et bonum corporis eſt lucrum, bonum autem animæ eſt, honor. Dicit igitur ꝙ illa pro quibus, hoc eſt propter quæ faciunt diſſenſionem ſunt duo. ſ. lucrum, vt ſub lucro omnia bona ſm quid ſiue corporis contineantur. Aliud eſt honor, vt ſub honore omnia bona ſimpliciter, quæ ſunt bona animæ comprehendantur. Faciunt ſimiliter ſeditionem propter contraria iſtorum, vt propter damnum & inhonorationē. Propter dānum, quia eiuſ-D dem rationis eſt appetere lucrum & fugere damnum. Propter inhonorationem, quia eiuſdem rationis eſt appetere honorem et fugere ſuum oppoſitum. Sed quia amicus eſt velut alter, ideo adiungit quòd faciunt ſeditionem propter honorem proprium, & damnum propriū vel amicorum ſuorum. Deinde cum dicit.

Cauſæ vero ac principia motus vnde ipſi ita diſponūtur, & pro his de quibus diximus, ſunt vt ſeptem, ſunt etiam plura, quorum duo ſunt eadem cum illis, quæ dicta ſunt, non tamē eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem irritātur inuicem, non vt acquirant ſibiipſis, ſed quia vidēt alios partim iniuſte, partim iuſte plus haberē. Inſuper propter cōtumeliam, propter metū, propter præponētiā, pro-

pter

ꝑter contemptũ, propter incrementũ exceſſuũ, & alio modo propter verecũdiã, propter negligentiã, propter puſillitatẽ, propter imparitatẽ.

Declarat, quæ ſunt principia, per quæ diſponũtur ad faciẽdum diſſenſionem & ſeditionẽ, & diuidit in duas. Primo declarat cauſas per quas diſponũtur ad ſeditionẽ. In ſecũda declarat qualiter inchoatæ exinde de facili inualeſcunt. ibi. {Oriuntur &c.} Prima in duas. Primo enumerat cauſas illas. Secundo proſequitur. ibi. {Ex quibus contumeliã &c.} In prima dicit, ꝙ principia & cauſæ transmutationũ rerumpu. per quas diſponuntur ad faciendũ ſeditionẽ, & de dictis, i. propter dicta. ſ. lucrum & honorem ſunt ſeptem numero vno modo. Alio modo plures. Si. n. enumerentur cauſæ, quæ diſponũtur ad occultam diſſenſionẽ, cuius eſt ſeditio. eſt enim ſeditio occulta diſſenſio, ſic ſunt ſeptem numero. Si autem iſtæ enumerentur & illæ quæ diſponunt ad manifeſtã diſſenſionem, ſic ſunt plures. Prima vero principia diſpoſitiua ad ſeditionem ſunt duo prædicta, honor, & lucrum, ſed non ſicut dictum eſt prius. Honor enim & lucrũ poſſunt conſiderari dupliciter, Vno modo ſm, ꝙ intenduntur ab aliquo, & ſic habẽt rationem finis, & ſic dicebat prius, ꝙ ea propter quæ finaliter faciunt ſeditionem ſunt honor & lucrum & oppoſita iſtorum. Alio modo poſſunt conſiderari ſm ꝙ aliquis videt iſta in alio, & tunc quia videt lucrũ & honorẽ, & vnũ habere iuſte, alium non, triſtatur, nõ quia velint habere, ſed quia iniuſte de eis habet aliqs pluſq̃ deberet. Sunt igitur duo principia per quæ mouent ſeditionem. ſ. honor & lucrum. Sunt alia etiam. ſ. iniuria, timor, exceſſus, cõtemptus, excellẽtia præter proportionem, propter iſta diſponuntur ad manifeſtam diſſenſionem ſcilicet verecundiam, paruipenſionem, puſillitatem, impuritatem, vel negligentiam. Propter. n. iſta mouent ſeditiones. Deinde cum dicit.

Ex quibus cõtumelia & lucrum quã habeãt vim, & quot cauſę, fere eſt manifeſtũ. Superbia enim & auaritia eorũ, qui gubernãt, homines prouocant contra & cõtra ſtatum eiusreipub. quæ iſta fieri patiatur. Auaritia vero quãdoq; ex priuatis rebus fit, quandoq; ex publicis.

Proſequitur de iſtis declarãs qualiter iſta diſponũt ad ſeditionẽ, & primo proſequitur de illis quæ diſponunt indifferenter ad occultam & manifeſtam diſſenſionẽ. Secũdo de illis quæ diſponũt ad manifeſtã principaliter. ibi. {Mutãtur etiã &c.} Prima in duas. Primo declarat qualiter iniuria & lucrum diſponũt ad ſeditionem. Secundo declarat de aliis. ibi. {De honore etiã &c.} In prima dicit quam potentiã habeãt, & qualiter ſunt cauſa ſeditionis honor & lucrum fere manifeſtũ eſt. Cõtingit. n. principãtes iniuriari ciuibus & excellere eoſdem honoribus vel lucro, propter quod ciues mouent ſeditionem & cõtra principem, & contra remp. Contra principem, quia iniuriã fecit & excellit iniuſte. Contra rempub. quia per remp. poteſtatem habet, & ꝙ ſic dominatiua moueant ſeditionem, manifeſtum eſt, quia cũ princeps accipit bona ſubditorum voluntatem habet ad accipiendum. Alij habent contrarias voluntates. ergo diſſident voluntates, ſed diſſenſio voluntatum radix eſt ſeditionis propter iniuriã, igitur & lucra mouẽt ſeditiones. Et dicit vlterius, ꝙ principes poſſunt plus accipere q̃ oportet, vel de bonis cõibus, vel de bonis ſubditorum, & vtroq; modo faciũt iniuriã ſubditis. Et eſt intelligendum, ꝙ lucrum & iniuria quandoq; idem ſunt ſubiecto & differũt ratione, nã illud idẽ quod eſt lucrũ reſpectu vnius q plus accepit iniuria eſt reſpectu alterius. ſ. à quo accepit. Deĩde cũ di.

De honore etiam clarũ eſt, & quid valeat, & quomodo cauſa ſit cõtendendi, Ipſi enim inho-

E norati, & alios honoratos cernentes, ſeditionẽ aggrediuntur. Hæc autẽ iniuſte quidem fiunt, cum præter dignitatẽ honorantur quidam, vel inhonorantur. Iuſte vero cum ſm dignitatem.

Declarat de aliis & diuidit in quinque. Primo declarat de honore qualiter diſponit ad ſeditionem. Secundo de exceſſu. ibi. {Propter ꝑpotentiam etiam &c.} Tertio de timore. ibi. {Propter metũ enim ad ſeditionẽ &c.} Quarto de contemptu. ibi. {Propter contemptum. n. ad ſeditiones &c.} Quinto de excreſcentia præter proportionem. ibi. {Fiũt etiam propter incremẽtum mutationes &c.} In prima dicit, ꝙ manifeſtum eſt quam potẽtiã habeat, & qualiter eſt cauſa ſeditionis honor. Cum enim aliqui non honorantur videntes alios honoratos faciũt ſeditiones, tunc enim diſſident voluntates, Hoc autẽ eſt radix ſeditionis. Poteſt autem honorari aliquis & iuſte et iniuſte, & apperere honorem ſimiliter iuſte & iniuſte. Si
F enim aliqui honorentur præter dignitatem vel inhonorentur, iniuſtum eſt, & ſi appetat honorem pręter dignitatem, iniuſte appetit: ſi autem hoc fiat ſecundum dignitatem, iuſtum eſt. Deinde cum dicit.

Propter præpotentiam autem, quando quis maior ſit & potẽtior, vel vnus vel plures, q̃ ſm dignitatem reip. Conſueuit. n. ex talibus fieri vnius dominatio, vel gubernatio violẽta. Quapropter quibuſdã in locis, oſtraciſmo vtuntur, ceu Argis & Athenis. Atqui melius erat ab initio prouidere, ne in huiuſmodi potentiam augeri homines permitterentur, q̃ poſt contra auctos, remedium quærere.

Declarat qualiter propter exceſſum faciũt ſeditionẽ,
G & dicit, ꝙ aliquando propter exceſſum faciũt ſeditionẽ, quando. n. aliquis maior eſt in potentia, ſiue vnus, ſiue plures potentiam habeãt in ciuitate, vel in repub. faciũt ſeditionem. Ex talibus. n. contingit quandoq; fieri monarchiam, quod patet, quia vnuſquiſq; inclinatur ad ſui excellẽtiam. Cum ergo eſt aliquis talis, qui excellit alios in potentia, vel in amicis, vel diuitiis conatur remp. mutare in monarchiam aut ſi nõ fiat monarchia fit quãdoq; potentatus, in quo dominant diuites valde & potentes nõ ſm legem, ſed ſm ſuas voluntates. Et propter hoc in quibuſdam ciuitatibus relegabant tales excellẽtes, ſicut fiebat in Argis & Athenis, & tamen melius fuiſſet à principio ordinaſſe, ꝙ nullus eſſet in ciuitate qui tantum excederet, & vſq; ad quem terminũ poſſet excedere q̃ poſtquam dimiſerũt relegare, ſicut in medicinalibus, melius eſt à principio præuidere, ne morbus aliquis excreſcat, q̃ poſtquam exceſſerit vel excreuerit ipſum expellere & curare. Deinde cum dicit.

H Propter mœtum enim ad ſeditionem deueniunt, qui pœnas formidant, ob maleficia commiſſa, & hi contra quos paratur violẽtia, pręuenire volentes prius q̃ malum patiãtur, vt apud Rhodum nobilitas contra plebem inſurrexit, mœtu iudiciorum, quæ ſibi parabantur.

Declarat qualiter propter timorem fit ſeditio in ciuitate, & dicit, ꝙ propter timorem faciũt ſeditiones: quãdo enim aliqui fecerunt iniurias timẽtes, ꝙ puniãtur & vindicta fiat de eis mouet ſeditionem, vt per ſeditionem motam poſſint euadere vt non puniantur. Similiter ſi aliqui ſint paſſuri iniuſta, vel timeant ſe paſſuros propter aliq̃ cauſam antequam patiantur volentes præuenire, mouẽt ſeditionem & turbant remp. antequam ſuſtineant iniurias, ſicut cõtigit fieri in Rhodo inſula. Diuites enim cõ-

uenerunt

uenerit contra populũ timentes ſententias, quæ debebãt dari cõtra eos, & turbauerũt reſp. Deinde cum di.

Propter cõtemptum vero ad ſeditiones deueniunt, ceu in paucorum potentia, quãdo plures ſunt illi, qui à republica excluduntur. Potentiores enim ſe putant, & in populari ſtatu opulenti cõtemnentes inordinationem & incuriã eorum, qui remp. gubernant, ceu apud Thebanos poſt pugnam in Oenophytis commiſſam mala gubernatione popularis ſtatus interiit. Et in Megarenſibus cum per inordinationem & negligentiam ſuperati ſunt. Et Syracuſis, ante Gelonis tyrannidem, & Rhodi populus, antequam contra inſurgeretur.

Declarat qualiter propter contemptum diſponuntur ad ſeditionem, & dicit ꝙ propter contemptum faciũt ſeditionem & inſurgunt. Manifeſtum eſt enim, ꝙ quilibet vult aliquid reputari, & ideo ſi contemnatur mouet ſeditionem, ſicut fit in paucorum & populari potentia, quia in paucorum in qua plures ſunt, qui nõ participant principatu illi, qui ſunt diuites & tenent principatum cõtemnunt alios, qui non principãtur, & ideo incitant alios ad diſſenſiones, propter quod faciunt ſeditiones cõtra diuites & permutant rempu. Similiter eſt in populari ſtatu, illi qui ſunt ditiores cõtemnunt minores qui ſunt vel videntur eſſe ſine ratione & ordine, ſicut indignos principatu, propter quod ipſi incitãtur ad diſſentiẽdum, ſicut accidit in Thebis poſt pręliũ quod habuerunt in Oenophytis cũ dominaretᷓ populus exceſſit & male gubernabat, fecerũt diuites ſeditionẽ & mutauerũt popularẽ illum ſtatum. Similiter in ciuitate Megarenſiũ cũ exiſſent ad prælium contigit, ꝙ populus principabatur & inordinate, & ideo fecerunt diuites ſeditionem. Similiter accidit in Syracuſis antequam tyrannizaret Gelo. & in Rhodo inſula populus dominabatur antequam inſurgerent diuites, & quia diuites contemnebant eos, inſurrexerunt & fecerunt ſeditionem & mutauerunt rempublicam. Deinde cum dicit.

Fiunt etiam propter incremẽtum mutationes rerumpublicarum. Vt.n. corpus ex partibus ſuis cõſtat, & oportet eas ſimul pro modo quanq; ſuo creſcere, vt cõuenietia permaneat, ac niſi hoc fiat, corrũpitur ceu quãdo pes quatuor cubitorum ſit, cæterum vero corpus duarũ palmarũ lõgitudinẽ habeat: interdũ vero & in alterius animalis figuram tranſiret, ſi non ſolum quantitate, verum etiam qualitate immoderatum fieret incremẽtũ, ita & ciuitas ex partibus conſtat, quarũ interdum aliqua pars paulatim ſubcreſcit, ceu egenorũ hominũ multitudo in popularibus gubernationibꝰ, & rebuſp.

Declarat qualiter propter excreſcentiam præter proportionem faciũt ſeditionẽ, & diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictũ eſt. In ſecũda declarat, ꝙ hæc excreſcentia fit à fortuna quandoq. ibi. {Contingit vero quãdoq; id pręter fortunam velut apud Tarẽtũ &c.} In prima dicit, ꝙ propter excreſcẽtiam, quę pręter proportionem fit fiunt quandoq; ſeditiones & corruptiones rerum pub. vt ſi diuites ſuperexcreſcant, vel virtuoſi, vel pauperes contingit fieri tranſmutationem ipſarũ. Et hoc apparet quia ſicut corpus componitur ex partibus pluribus, ſic ciuitas compoſita eſt ex partibus. Nunc ita eſt, ꝙ oportet corpus animalis cõpoſitũ augeri ſm proportionem, vt maneat recta proportio membrorũ & com-

A menſuratio. Si autem nõ augeantur partes proportionaliter, corrumpitur animal. Si enim pes tantum augeatur ꝙ ſit quatuor cubitorum & reſiduum ſit duorũ palmorum, corrũpitur proportio debita. Si autem animal creſcat improportionabiliter & ſm quantitatem, & ſm virtutem vel qualitatem, trãſmutabitur in formã alterius animalia. Similiter accidit in ciuitate, cõponitur enim ex partibus, & ideo ſi debeat ſaluari oportet eam componi ex partibus commenſuratis adinuicem. Aliquando autem excedit multitudo ſicut in populari ſtatu & in rep. & tũc componitur paucorum ſtatus, & fit popularia vel reſp. Aliquando eſt excreſcentia nõ ſm quantitatem, ſed ſm qualitatem, ſicut quando ſunt aliqui diuites valde excellentes in potentia, & tunc corrumpitur popularis ſtatus, & fit paucorum Deinde cum dicit.

Contingit vero quãdoq; id per fortunã, velut apud Tarẽtum cum ſuperari pręlio ab Iapi B genſibus, nobilitatis magnã partẽ amiſiſſent. Fuit autẽ id prælium paulopoſt id tẽpus, quo Medi Græciam inuaſerũt, ad popularem ſtatũ ex rep. eſt facta mutatio. Et Argiui poſt cædẽ ſuorum in Eudoma à Cleomone Sparciata factam, coacti ſunt inquilinos quoſdã ad rẽp. recipere. Et Athenis cum terra male pugnaretur aduerſus Lacedæmonios nobilitas attenuata eſt, cum ex deſcripto ſubmittere ſe ad bellũ cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationibus, rarius tamẽ: pluribus.n. diuitibus exiſtentibus, vel diuitiis in pluribus auctis, mutatio fit in paucorum potentiam.

Declarat ꝙ hæc excreſcentia fit aliquando à fortuna, & dicit, ꝙ huiuſmodi excreſcentia accidit quãdoq; à for C tuna, ſicut accidit in Tarento. Cum enim illi exiſſent ad prælium & multi nobiles & diuites fuiſſent interfecti à Iapigẽſibus, facta eſt ex populari ſtatu paucorum potentia, & ſic à fortuna & præter intentionem excreuit populus & mutauit rempu. Idem etiam accidit Argiuis, cum enim fuiſſent interfecti ill, qui erant in ciuitate Eudoma à Cleomone ſparciata, compulſi ſunt propter paucitatẽ inhabitantium in ciuitatem recipere aliquos inquilinos ad remp. ſuam, qui poſtmodum excreuerũt & facta fuit reſp. popularis. Similiter accidit Athenis, cũ diuites fuiſſent infortunati & occubuiſſent multi in prælio, pauci fuerunt diuites, quia mortui fuerunt. Similiter accidit in popularibus, ſed minus ꝗ; in gubernatione paucorum. Cum.n. ſint plures egeni, contingit ꝙ plures ditẽtur, & tunc augmentatis diuitiis tranſmutant popularem ſtatũ in paucorũ gubernationẽ & potẽtatus, in quibus plures diuites principantur non ſm legem. Deinde cum dicit.

D Mutantur etiã reſp. abſq; ſeditione propter verecundiam, vt in Herça. Cum.n. per electionem ſumere magiſtratus ſolerẽt, poſtea ſortiti ſunt, ex eo ꝙ electiones eorum in homines turpes, pudendoſq; cadebant.

Declarat quæ ſunt cauſæ tranſmutationis reipub. ſine ſeditione occulta. Et diuiditur in partes quatuor. In prima declarat qualiter propter verecundiam fit ſeditio & tranſmutatio reip. Secundo qualiter propter paruipenſionẽ. ibi. {Et propter negligẽtiam.} Tertio qualiter ꝓpter cõtemptum eius quod eſt paruum. ibi. {Inſuꝑ propter &c.} Quarto qualiter propter diſſenſionẽ. ibi. {Seditiones quoq; &c.} In prima dicit, ꝙ reſpu. aliquando tranſmutantur ſine ſeditione, hoc eſt ſine occulta diſſenſione, & hoc propter verecũdiam, ſicut accidit in Herea ciuitate. Contigit enim in illa ciuitate, ꝙ aliqui qui cõmiſerant

miſerant aliqua turpia vnde paſſi fuerant verecundiam eligebantur ad principatum ab aliquibus. Alij vero nolentes ſuſtinere, ꝙ iſti infames principarentur ſeditionem fecerunt, & inſtituerunt ꝙ principatus qui prius fiebant per ſortem, fierent per electionem: & ſic propter verecundiam, quam aliqui paſſi fuerant, fuit facta ſeditio & tranſmutatio reipublicæ. Deinde cum dicit.

Et propter negligentiam, quando ſinunt ad ſummas poteſtates eos aſſumi, q nō ſunt amici ſtatus eorum. Per quem quidem modum apud Horeum euerſa eſt paucorum gubernatio per Heraclodorum, qui magiſtratū nactus, gubernationem ciuitatis ex paucorum potētia ad popularem ſtatum traduxit.

Oſtendit quomodo propter paruipenſionem fit ſeditiō & tranſmutatio reipu. Et dicit ꝙ propter paruipenſionem quandoq; fit mutatio reipublicæ & ſeditio, vt quando aſſumitur aliquis ad principatum principalē, qui non diligit ipſum, ſed paruipendit. Tunc enim accidit, ꝙ iſte qui paruipēdit principatum mutat remp. ſicut in Horeo ciuitate cōtigit, ꝙ elegerunt Heraclodorum in principē. Iſte autem non diligebat rempub. eorum: & ideo mutauit ſtatum paucorum, qui erat in illa ciuitate, & inſtituit rempu. & popularem ſtatum. Deinde cum dicit.

Inſuper propter puſillitatem. Dico autē puſillitatem quando latet paulatim ſubcreſcēs reipub. mutatio quæ ad magnitudinē latēter euadit, negligatur: quemadmodum apud Ambraciotas à paruo cenſu prius erāt magiſtratus: tandem vero à nullo fuerunt, quaſi nihil aut prope, foret inter parum & nihil.

Declarat qualiter propter cōtemptum eia quod eſt penes puſillitatem mutatur reſpub. Et exponit quid vocant puſillitatem, & dicit, ꝙ penes puſillitatem eſt quando aliqua parua tranſgreſſio negligitur, ſimiliter & alia. Contingit enim ex omnibus iſtis fieri magnam tranſgreſſionem, quæ à principio non erat manifeſta, & propter talē magnam trāſgreſſionem, quæ ex multis paruis neglectis cauſata eſt contingit mutari rempub. ſicut dicit accidiſſe apud Ambraciotas. Apud eos enim vna honorabilitas parum reputabatur, & multæ paruæ negligebātur quaſi parum vel nihil differrent, aut eſſent propinquæ: & ideo accidit tandem in illa ciuitate, ꝙ nulli principabantur, ſm honorabilitatem aliquam, & tunc paucorū ſtatus in quo principātur inſignes & honorabiles mutatus eſt in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

Seditiones quoq; concitat peregrinitas, donec in eandē ſimul conſpirationem deuenerit. Vt enim nō ex quauis multitudine cōſtituitur ciuitas, ita etiam neq; in quouis tempore.

Declarat qualiter propter diſſimilitudinē mutatē reſp. Et diuidit in tres. In prima oſtēdit qualiter propter diſſimilitudinem diſponuntur ad ſeditionē. Secūdo accidētaliter declarat qui mouēt ſeditiones in populari ſtatu et paucorum maxime ex dicta cauſa. ibi. {Seditionē &c.} Tertio ponit cauſam accidentalem magis ſeditionis. ibi. {Incidunt etiā &c.} Prima in duas. In prima ponit qualiter diſponuntur ad ſeditionem per ſimilitudinē. Secundo manifeſtat per exempla. ibi. {Quapropter &c.} In prima dicit, ꝙ alia cauſa ſeditionis eſt diſſimilitudo, cū enim inhabitauerint ciuitatem illi qui non habent eoſdem mores, nec conſuetudines mouent ſeditiones, niſi multo tēpore conſpirauerint, vel vixerint ſimul. Primū apparet, quia illi qui habent diuerſos mores inclinantur ad diuerſos fines. Ex hoc autem ſequitur diuiſio voluntatis: hoc autē eſt cauſa diſſenſionis, quare manifeſtum eſt, ꝙ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis. Secūdo apparet, quia ſi illi qui habent diuerſos mores ſimul vixerint, contingit ꝙ vnus trahit alium & in fine habent eoſdem mores, & inclinantur ad eundem finem & tunc cōmutant rēp. Eſt igitur manifeſtum, ꝙ donec ſimul vixerint multo tēpore mouebunt ſeditiones illi, qui habēt diuerſos mores. Sicut enim ciuitas nō fit ex quibuſcūque, ſed ex ſimilib9, ita nō fit in quocūq; tēpore, ſed quā vixerint ciues ſimul, & iam inclinātur ad eoſdem mores. Deinde cum dicit.

Quapropter quicunq; adhuc inquilinos ſuſceperunt, vel aduenas, omnes ferè ſeditionibus iactati ſunt, ceu apud Sibarim vna cum Troezeniis incoluerunt Achæi. Poſtea maiorem in numerū creſcētes Achæi Troezenios pepulerūt, vnde pollutio illa exorta eſt Sybaritis. Et in Thuriis idem fecerunt Sybaritę contra eos qui illos receperant. nam plus habere volētes quaſi de ſuis agris pulſi ſunt. Et apud Byzantiū peregrini in oppreſſionem ciuiū cōiurati, cognita re, prælio & armis expulſi ſunt. Et Antiſſęi exules ex Chio ſuſceptos, tandem armis deicere coacti ſunt. Zanclei vero qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Apolloniatæ qui ſunt in Ponto, incolis receptis, ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani poſt tyrannos expulſos, cum hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prælitū inciderūt. Et Amphipolitæ receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tandem ab illis ſunt ferè omnes.

Manifeſtat quod dictum eſt per ſeptē exempla, & dicit, ꝙ quia diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis, accidit ꝙ illæ ciuitates, quæ extraneos indifferenter receperūt: plures paſſæ ſunt ſeditiones & diuiſiones, ſicut accidit in quadā ciuitate quam vocāt Sibarim. In illa. n. ciuitate habitabāt Troezenij, iſti vero receperūt Acheos: cū aūt eſſent augmētati eiecerūt Troezenios, & ex hoc tūc fuit odium inter Sibaritas qui eiecti fuerant, & Thurios, qui eos receperant. cum enim plus exigerent, eo ꝙ regio eſſet ſua, eiecti fuerūt ab Sibaritis. Ponit ſecūdū exemplū, & dicit, ꝙ ſimiliter accidit Bizantiis. Cum enim iſti recepiſſent extraneos, iſti inſidiati ſunt Bizantiis, & depredauerūt eos, q Bizantiis, re cognita eos prælio & armis expulerūt. Ponit tertium exēplum, & dicit, ꝙ ſimiliter accidit in alia ciuitate, ꝙ Anetiſſi profugos & extraneos ex Chio receperunt in ſua ciuitate. & tandē facta fuit ſeditio inter ipſos, & eiecti ſunt extranei. Tūc ponit quartum exemplum, & dicit, ꝙ Zanclei receperunt Samios in ſua ciuitate, & poſtmodū facta ſeditione inter ipſos, ipſi expulſi fuerūt à ciuitate. Tunc ponit quintū exēplū & dicit Apolloniatę ciuitatem imhabitantes iuxta Pontum, cū recepiſſent extraneos paſſi ſunt ſeditionē. Tunc ponit ſextum exemplum & dicit, ꝙ Syracuſani cum expulissent tyrannos à ciuitate, receperūt extraneos, & eos qui portant merces & fecerūt eos ciues, ſeditio facta fuit eis & venerunt ad pugnam. Tunc ponit vltimum exemplum & dicit, ꝙ Amphipolitæ cū recepiſſent Calcidenſium colonos, ſeditione facta inter eos plurimi Amphipolitarum mortui ſunt, & expulſi ab aliis. Ex omnibus iſtis nō plus vult habere niſi ꝙ diſſimilitudo cauſa eſt ſeditionis & deſtructionis reipublicæ. Deinde cum dicit.

Seditionem autem cōcitant in paucorū quidem potentia, multitudo indigne ferens, quòd cum ipſi ſint pares non pariter honorantur. In

populari

populari verò ſtatu, nobilitas ꝙ par fiat cæteris, cum ipſi ſint præſtantiores.

Declarat qui mouent ſeditiones in populari ſtatu & paucorum ex dicta cauſa. Et dicit, ꝙ in paucorum potētia facit ſeditiones populus. Populus.n. credit ſe debere recipere æquale, quia omnes ſunt æquales in libertate. Diuites autem totum habent vel plus, & ideo populus exiſtimans ſe iniuſta ſuſtinere mouet ſeditiones. In ſtatu autem populari ſeditiones mouent diuites, quia in ſtatu populari recipiūt æquale. Exiſtimant autem plus ſe debere recipere, cum ſint excellentiores, & ideo mouent ſeditiones contra populum. Deinde cum dicit.

Incidūt etiam qn̄q; in ſeditionem ciuitates, propter ſitum, qn̄ talis eſt locus vt non ad vnā eandēque gubernationem ſit aptus, vt Clazomenijs accidit, qui in Chytro habitant contra eos, qui habitant in inſula, & Colophonijs erga Notios. Athenis quoq; non eodem modo, ſed multo magis populares ſunt, qui in Pirhęo habitant, q̄ qui in vrbe. Vt.n. in prælijs tranſitus foſſarum, etiam ſi ad modum paruæ ſint, interrūpunt ordines militum: ita & in ciuitate diſſidentia omnis videtur diſiunctionē facere. Maxime forſan diſſidēt virtus & vitium. Deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis q̄ alia. Quarum vna eſt illa de qua diximus.

Tangit cauſam ſeditionis accidentalem magis, & dicit, ꝙ in aliquibus ciuitatibus fiunt ſeditiones propter diſpoſitionem loci. Contingit.n. ꝙ regio non eſt bene diſpoſita, ad hoc ꝙ ciuitas ſit vna ſed magis alia & alia. Vnitas autem ordinis in finem facit ciuitatem vnam, & ideo illud quod diſponit ad hoc requiritur ad vnitatem ciuitatis. Facit aūt ad hoc bona diſpoſitio loci. Si igitur locus non eſt bene diſpoſitus, ad hoc ꝙ ſit ciuitas vna fit ſeditio, ſicut accidit Clazomęnijs. Illi.n. q inhabitabant in Chytro, q̄ eſt vna pars ciuitatis, erant contra illos, qui habitabant in inſula, ſ. in alia parte ciuitatis, & volebant facere diuerſas reſpub. & ciuitatem principalem in ſua parte. Similiter Colophonij & Notij ad inuicē paſſi ſunt ſeditiones propter malam diſpoſitionem loci. Similiter Athenis non ſunt bene diſpoſiti ad vnam rempub. quia illi qui ſunt in ſuburbio, videlicet in Pirheo extra muros ciuitatis populares ſunt magis q̄ illi, q habitant in vrbe, quæ eſt locus magis munitus vbi ſunt fortalitia. Sic igit̄ manifeſtum eſt, ꝙ diuerſitas facit ad diuiſionem & ſeditionem in ciuitate. Sicut enim in bello paruus foſſarum tranſitus, & quæcunq; modica apertura diſtrahit exercitum, vel aciem, & ordinem eius interrūpit: ita omnis diuerſitas & diſſimilitudo in ciuitate facit ſeditiones. Sed conſiderandum eſt, ꝙ diſſimilitudo q̄ maxime cauſat ſeditionem eſt diſſimilitudo virtutis & malitiæ, quia inclinant ſtatim in diuerſos fines. Poſt hæc aūt diuitiæ & paupertas, & ſic vlterius alia diſſimilitudo ſm̄ alia aliqua, q̄ poteſt attēdi inter multa. Sed hæc eſt differentia, ꝙ quędam magis, quædam minus faciunt ſeditiones. Sub iſto vero membro continetur cauſa, quæ iam dicta eſt.

LECTIO III.

Enumeratio cauſarum ſeditionem in vrbibus excitantium.

ORiuntur autem ſeditiones non pro paruis rebus, ſed ex paruis ad magna perueniunt. Maxime verò etiam paruæ corroborantur, quando in principalibus fiunt, vt contingit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcētes qui in maA gistratu conſtituti, ſimultatem inter ſe habuerunt ex amatoria cauſa. Altero.n. abſente, alter puerum quem amabat ſibi conciliauit. At ille reuerſus cum id grauiter ferret, vxorem illius habere ſtuduit, ex hoc omnes qui verſabantur in repub. diuerſo fauore ſe diuiſerunt.

Poſtq̄ Philoſophus declarauit qualiter ſe habentes faciunt ſeditiones, & quæ ſunt diſponentia, declarat qualiter ſeditiones inchoatæ à paruis inualeſcunt multum. Et diuiditur in duas ſm̄ ꝙ tangit duas cauſas huius. Secunda ibi. {Omnino.n. &c.} Prima in duas. In prima tangit cauſam illam. In ſecunda dat remedium contra illam. ibi. {Quāobrem &c.} In prima dicit, ꝙ ſeditiones non fiunt de paruis, ſed de magnis: fiunt aūt ex paruis, quia incipiunt ex paruis. Paruę aūt ſeditiones & diſſenſiones inualeſcunt citius qn̄ fiunt inter dominos habētes B poteſtatem in ciuitate, ſicut accidit antiquitus in ciuitatę Syracuſanorum. Contigit.n. ꝙ reſpub. illorum fuit mutata, ꝓpter diſſenſionem duorum iuuenum qui ṗncipantes diſſiderunt ꝓpter amoris cauſam. Accidit.n. cū vnus eſſet extra ciuitatem, ꝙ alter puerum, quem amabat ſibi conciliauit. Cum aūt alter veniſſet indignatus eſt, & ſtuduit habere vxorem alterius. Cum aūt ille iſtud ferret, mota eſt diſſenſio inter illos, & coaſſociantes ſibi ciues, diuiſerunt oēs in duas partes. Sic igitur manifeſtum eſt, ꝙ parua diſſenſio, multum inualeſcit, quando fit inter diuites habentes poteſtatem in ciuitate. Deinde cum di.

Quamòbrem ab iſtis principiis cauendum eſt diligenter, ac diſſoluendæ ſtatim ſunt eorū diſcordiæ, q multum in repub. poſſunt, in principio enim peccatur. Principium autem dicit̄ eſſe dimidium totius, itaq; paruū in principio C erratum correſpondens eſt ad alias partes.

Tangit remedium contra hoc. Et dicit, ꝙ propter hoc ꝙ parua diſſenſio inter dn̄os multum inualeſcit, oportet ꝙ ſubditi talia timeant multum: & ꝙ diſſenſiones inter diuites diſſoluant & trahant ad concordiam, quia diſſenſio q̄ accidit inter maiores & principantes eſt peccatum in principio. Principium aūt eſt dimidium totius, quia principium continet ſe & ṗncipatum virtute, & iō reſiſtendum eſt peccato in ṗncipio. Nam peccatum in ṗncipio ꝓportionalr̄ ſe habet ad ea peccata, quæ fiunt in partibus principalibus animalium. Videmus aūt ꝙ modica facta diuerſitate in parte principali in animali, ſ. in corde, magna fit diuerſitas in alijs partibus. Similiter modica exiſtēte diuerſitate in ſemine, fit magna diuerſitas in eo, ꝙ fit ex ſemine, quia ex modica differētia calidi & frigidi cauſatur dr̄ia maris & fœminæ. Silr̄ facta modica tranſpoſitione in gubernaculo nauis, tota nauis trāſmutatur, quare ſic erit in rep. ꝙ paruum peccatū in ṗncipio D & parua diſſenſio multum inualeſcit. Deinde cum di.

Omnino enim excellentium virorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem.

Tangit ſecundam cauſam, & declarat, ꝙ diſſenſiones inſignium multum inualeſcunt. Et primo proponit. Secūdo manifeſtat per exēpla. ibi. {Vt cōtigit apud &c.} In prima dicit, ꝙ non ſolum diſſenſiones principantium multum & cito inualeſcunt, immo vlr̄ diſſenſiones diuitum: ex quo enim diuites ſunt potentiam habent. Et manifeſtum eſt, ꝙ indignātur ſi non fiat eis ſm̄ ꝙ exiſtimāt ſe excellere alios, & faciunt diſſenſiones & totam ciuitatem ponunt in diſſenſione. Deinde cum dicit.

Vt contigit apud Heſtięam poſt popularē ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patrimonij contēdentibus, vnus eorum q erat

pauperior, quaſi non exhibente altero fratre E bona omnia, neq; theſaurum quem pater inuenerat proferente, quærebatur, ac populum in ſuos fauores pertraxerat. Alter verò qui diuitiis pollebat, locupletes ſibi aſciuerat.

Declarat per exēpla, & diuidit in quinque ſm q declarat p quinque exēpla. Secunda ibi. {Et in Delphis &c.} Tertia ibi. {Mirhilene quoq; &c.} Quarta ibi. {Apud phocēſes &c.} Quinta ibi. {Mutata eſt &c.} In prima dicit, ita dictū eſt q diſſenſiones diuitū multum inualeſcunt, ſicut accidit in Heſtiga ciuitate. Cōtingit.n. q duo fratres diſſiderēt de paterna hr̄ditate, cum vnus nō hr̄et de diuitiis & de theſauro, quē acquiſiuit pr̄, coaſſumpſit ſibi populares, alius diuites. Et fuit diuiſa ciuitas in duas partes, & facta fuit magna diſſenſio. Deinde cum dicit.

Et in Delphis ex fauore partium contentione exorta principium fuit ſeditionum omniū, F que poſtea fuerunt in ea ciuitate ſecutę. Hic n. cum ſibi triſte augurium incidiſſet, vt venit ad ſponſam ſuſcipere illam noluit. Parentes verò puellæ quaſi ſpreti atq; contempti, ſacrorum quiddam, eo ſacrificante iniecerunt, atq; vt ſacrilegum accuſantes, capite damnari fecerunt.

Ponit ſecundum exēplum, & dicit, ſimiliter accidit in Delphis, q quidā habuit quādam puellam in cura ſua, q̄ cura fuit pncipium omnium diſſenſionū, quæ poſtmodum contigerunt. Vnus.n. deſponſauit illā, poſtmodum conſuluit quēdam ſacerdotem augurem: vtrum expediret ei accipere eā in vxorem, q conſuluit q nō acciperet; tunc iſte timens pp dictum auguris, ſ. infortunium aliqd cum veniret ad ſponſam non accepit, ſed receſſit. Amici verò videntes hoc, ſicut illi, qbus facta fuerat iniuria: eo ſacrificante, ſacrum aliqd clam iniecerūt. Deinde accuſa- G uerunt eum q male ſacra tractaſſet, vnde tanq̄ ſacrilegum capite damnari fecerunt. Deinde cum dicit.

Mitylene quoq; ſeditio ex hęreditate exorta magnorum malorum fuit origo. Indeq; bellū Athenienſibus contra Mityleneos ſuſceptum, in quo vrbs eorum, à Phacere duce, capta fuit. Timophane.n. quodam opulento homine vita functo, cum duæ filiæ ſuperſtites fuiſſent, Doxandrus quidam dari illas filiis ſuis in matrimonium concupiuit, quod cum aſſequi non potuiſſet, alios ſibi prælatos dolens, res nouas moliri aggreſſus, Athenienſibus quibus erat publice hoſpes, bellum ſuſcipere perſuaſit.

Ponit tertium exēplum, & dicit, q circa Mitylenam ciuitatem facta fuit diſſenſio inter aliquos pp diuiſionem H hæreditatum q̄ fuit principium multorum malorum, q̄ poſtmodum contigerunt. Et fuit pncipium belli, qd fuit inter ipſos & Athenienſes, in quo p̄lio quidam dux noīe Pachetes accepit ciuitatem ipſorum Atheñ. Accidit.n. q Timophanes opulentus vita functus, reliquit duas filias ſuperſtites. Quidam aūt Doxandrus eas dari cōcupiuit filiis ſuis in vxores, qd cum aſſequi non potuiſſet: pſuaſit Athenieſibus, apud quos hoſpes publice erat, vt bellum ſuſciperent cōtra Mitylenas. Deinde cum dicit.

Et apud Phocenſes ſeditio exorta eſt ex hæreditate inter Mnaſeam Mneſonis patrem, & Euthycratē Onomarchi, hęc ſeditio Phocēſib9 initium fuit eius belli, qd ſacrum appellauerūt.

Ponit quartum exemplum, & dicit, q apud Phocenſes quidam fuerunt exhæredati. ex quo facta fuit ſeditio E inter Mnaſeam patrem Mneſonis, & Euthycratem patrem Onomarchi. Hæc autem diſſenſio fuit principium belli Phocenſibus, illius inquam belli, quod ſacrum appellauerunt. Deinde cum dicit.

Mutatus eſt etiam Epidamni ciuitatis ſtatus ex nuptiis. Deſpōderat.n. qs filiam. Cum verò pr̄ ſponſi magiſtratum gerēs, illi mulctam irrogaſſet, quaſi deſpectus, oēs qui pn̄ti ciuitatis ſtatui infenſi erant, per factionem ad ſe recepit.

Ponit quintum exēplum, & dicit, q in Epidamno ciuitate tranſmutata fuit reſpub. propter diſſenſionem, quæ fuit facta propter nuptias quaſdam. Cum.n. quidam deſponſaſſet quādam, quidam fecerunt ſibi iniuriam, & facta fuit diſſenſio. Poſtmodum contigit, q pater deſponſati factus fuit vnus de principibus: & tūc accepit alios, qui erant extra rempub. & infenſi ſtatui coniungēs eos F ſibi, tranſmutauit rempub. Deinde cum dicit.

Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari ſtatu, & in ea quæ appellatur reſpub. ex eo q aliquod collegium, vel aliqua pars ciuitatis famam ſit, vel augmentum maiorem, in modum conſecuta.

Cum declarauit q reſp. tranſmutenſ, declarat in quid tranſmutantur, & primo proponit. Scdo manifeſtat. ibi. {Vt apud &c.} In prima dicit, q reſp. tranſmutantur in paucorum ſtatū & popularē: ex eo qd aliquod collegiū, vel aliqua pars ciuitatis famā vel augmentum maiorem in modum conſecuta eſt. Ob hanc.n. cām contingit q ſi regebat q intendaſ magis & fortior fiat eius ſtatus: & ſic mutatur à debiliori ad fortiorē. Si verò non regebat, contingit q iuſta fama & potentia regere incipiat, & ab vna repub. ad aliam fit tranſmutatio. Deinde cum dicit.

G Vt apud Athenienſes Ariopagi conſilium p tēpora belli Perſarum, famam conſecutū, ſeueriorem reip. gubernandi formam vr̄ feciſſe.

Manifeſtat per exēpla, & ponit ſex, in quibus declaraſ qualiter reſp. mutata eſt in remp. aliam, vel in eādem magis vel minus intenſam, & dicit, q bene dictum eſt q fit mutatio reip. in remp. ſicut accidit Athenis. Cum.n. conſilium Athenienſium quod erat in Ariopago, q̄ eſt pars excellentior ciuitatis illius tempore belli Perſarum famā conſecutum fuiſſet, formam reip. auxit, & fuit facta reſpub. eorum fortior. Deinde cum dicit.

Et rurſus naualis turba q cauſa victoriæ Salaminenſi bello fuiſſe videbatur: & ob eam victoriam principatum maris acquiſiſſe ciuitati, popularem ſtatum magis aſſeruit.

Ponit ſecundum exēplum, dicēs, q multitudo naualis H Athenis cum fuiſſet cā cuiuſdam victorię circa Salaminā fortiter pugnādo, & fuiſſent cā ſaluationis pncipatus & ob eam victoriam acquiſiuiſſet potentiam maris ciuitati ppter ſtatum populi magis fortem. Deinde cum dicit.

Et apud Argiuos nobilitas q in prælio contra Lacedæmonios apud Mantineam vrbem commiſſo, magnam famam conſecuta erat popularem ſtatum delere tentauit.

Ponit tertium exēplum, in quo declaratur q reſpub. mutatur in rempub. & dicit, q in Argo contigit q inſignes & potentes cum eligerentur ad prælium contra Lacedæmonios commiſſo prælio apud Mantineam vrbem magnam famam conſecuti ſunt: & ob hanc cauſam conati fuerunt deſtruere popularem ſtatum & conuertere in paucorum potentiam, & ſic reſpublica mutabatur in aliam rempublicam. Deinde cum dicit.

Et

Et apud Syracuſanos multitudo vrbana, qđ cā victoriæ belli aduerſus Athenien. videbatur fuiſſe, rempub. mutauit ad popularem ſtatum.

Ponit quartum exēplum, in quo idem probat, & dicit ꝙ in ciuitate Syracuſanorum cū factum fuiſſet ꝑlium inter eos & Atheñ. & obtinuiſſent, cuius victoriæ cā populus fuit rēp. mutauit in ſtatum popularē. Deinde cum d.

Et apud Chalcidenſes qđ ſimul cum nobilitate ad opprimendū Phoxū tyrannū plebs inſurrexiſſet, ſtatim reip. gubernationē ſuſcepit.

Ponit quintum exemplum, & dicit, ꝙ in Calcide ciuitate populus vna cum diuitibus quendam tyrannum interfeciſſet, ſtatim adhæſit reipub. dimittens priorem rempub. Deinde cum dicit.

Et apud Ambraciam eodem mō, populus vna cum aggreſſoribus Periandro tyrāno expulſo in ſeipſum gubernationem conuertit.

Ponit ſextum exēplum, & dicit, ꝙ in Ambracia cum populus eieciſſet Periandrum qui tyrānizabat apud eos ſimul cum aliis diuitibus qui contrarij erant ipſi in populo, inſtituit rempub. ſibi conuenientem, ſ. ſtatum popularem dimittens priorem. Deinde cum dicit.

Et omnino hoc latere nō oportet, ꝙ qui potentiæ cauſa fuerunt, ſiue priuati homines, ſiue collegia publica, ſiue tribus, ſiue & pars aliqua ciuitatis, ſiue quæcunq; multitudo, ſeditionem cōmouent. Aut. n. qui honori illorum inuidēt, ſeditionem faciunt: Aut ipſi propter præualētiam par habere cum cæteris non acquieſcunt.

Concludit vnam regulam vlēm, dicens, ꝙ vlr hoc debet eſſe manifeſtum, & non debet latere ꝙ quicunq; ꝑpter potentiam aliquid ꝑclarum fecerunt, ſiue ſint idiotæ ſiue principes, ſiue ſint tribus aliquæ, ſiue tota vna pars, ſiue qualiſcūque multitudo moueret ſeditionem. Aut. n. qui inuident eis qui honorantur in ciuitate mouent & faciunt ſeditionem. Aut illi qui excellunt & magnum aliquid fecerunt propter potentiam nolūt manere cum æqualibus & eis conformari. Ex hoc. n. ꝙ magnū fecerunt inclinantur ad magna, quibus reputant ſe dignos. Iō nolunt remanere cum æqualibus, vnde ſi potentiam habeant ſeditionem faciunt. Deinde cum dicit.

Mouetur quoq; reſpu. qñ partes illæ ciuitatis q̄ contrariæ videnī eſſe, pariſicanī, ceu diuites & plebs. Medium aūt parum, aut nihil oīno ſit. Si. n. queuis pars, ita robuſta fiat, vt ad illam q̄ prædominabatur ꝓxime accedat, non tollerat poſthac diſcrimina ſubire. Quapropter & q̄ virtute ꝓcellunt, nullā (vt ita dixerim) faciūt ſeditionē: pauci verò ſunt, alij verò permulti. Vlr ergo in cunctis rebuſp. initia cauſæq; ſeditionum ac mutationum in hunc modum fiūt.

Declarat qñ maxime mouentur reſpub. & dicit, ꝙ tūc maxime tranſmutantur reſpub. qñ duæ partes quæ videntur eſſe contrariæ, ſicut diuites & populus æquantur in potentia vel fere. Medij autem nulli ſunt aut valde pauci: quia tunc quælibet pars reputat ſe fortiorem alia, & nititur repellere aliam. Et ſi contingit vnam partem ſuperare aliam, inſtituit rempub. quæ ſibi videtur. Si autem vna pars quæcūque ſit illa excedat aliam in multo manifeſte, illa pars q̄ exceditur nolens pertre ſubiicitur parti q̄ valentior eſt. Nec mouet ſeditionem contra illam. Et ꝓpter hoc manifeſtum eſt ꝙ illi qui excedunt alios in virtute, non mouent ſeditionem quia pauci ſunt reſpectu

A multitudinis. Et tunc concludit, ꝙ vlr principia & cauſæ ſeditionum & tranſmutationum rerumpub. ſm hunc modum fiunt. Deinde cum dicit.

Mutatur autem reſpub. qñq; per vim, qñq; per dolum. Per vim autem, aut ſtatim, aut poſtea cōpellendo. Nam & fraus duplex eſt. Nonnunq̄. n. decepti ab initio ſua demum ſponte recipiunt alium gubernandi modum. Deinde poſtea violenter conſeruant, vt accidit, cū quadringenti illi Athenien. rempub. ſuſceperunt. Affirmantes. n. ꝙ Perſarum Rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios ſubminiſtraret, ac in eo mētiti, nihilominus poſtea vi retinere gubernationem conati ſunt. Interdum aūt ab initio perſuadentes, ac poſtea rurſum perſuaſis

B ſponte ac volentibus retinēt gubernationem. Simpliciter ergo circa omnes reſpu. ex his quæ dicta ſunt contingit mutationes fieri.

Declarat qño & qualiter diſſidentes mouent reſpub. & dicit, ꝙ qñq; mouent reſp. & tranſmutant per violentiam. Qñq; per fallaciam & aſtutiam. Per violentiam dupliciter. Vno modo in principio, ſ. inferendo violentiam, ꝙ rempub. quā inſtituunt teneant. Alio modo cogendo poſterius non in principio: qñque. n. in principio ſuadēt per aſtutias talem vel talem rempu. & decipientes ciues tranſmutant remp. illis nolentibus. Et item in fine ſi nolunt reſilire, faciunt eis violentiam & cogunt eos tenere remp. iam inſtitutam, ſicut accidit in quadringentis qui deceperunt populum dicentes ei, ꝙ rex daret pecuniam ad ꝓliandum contra Lacedæm. & populus hoc audito noluit, & inſtituit remp. quā iſti inſtituerunt. Poſtmodum videns ꝙ mentiti fuerunt, volens cōtradicere, illi conati

C fuerunt tenere eādem & obſeruare, facientes violentiam populo. Aliquando aūt contingit ꝙ in principio ſuadēt & recipiunt rempub. & poſtmodum ꝙ eam obſeruant & ſuadent illis perſuaſis principantur illis volentibus. Et tūc recapitulat ꝙ ſimpliciter, hoc eſt vniuerſaliter ſm dicta contingit fieri mutationes omnium rerumpub.

LECTIO IIII.

Quomodo ſtatus popularis labatur ad tyrannidem, & cur minus nunquam prius.

SEd oportet in vnaquaq; ſpecie rerumpub. hoc idem conſiderare.

Poſtq; Philoſophus declarauit cauſas & principia ſeditionis & tranſmutationis rerūp. in vli in quibus plures principanī: in parte iſta incipit determinare in ſpāli cauſas & ꝑncipia ſeditionis & tranſmutationis ipſarum. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat cauſas ſeditionis & trāſmutationis ſtatus popularis. Scđo paucorū. ibi. {Paucorū āt &c.} Tertiu ſtatus optimatū. ibi. {In optimatibꝰ aūt &c.} Prima in duas. In prima ꝓponit intentū ſuū. In ij. ꝓſequit. ibi. {Popularis ergo &c.}

D In ꝑma dicit ꝙ poſtq; determinatū eſt de cauſis & ꝑncipiis ſeditionis & trāſmutationis rerūp. in vli: conſiderandum eſt in ſpāli q̄ ſunt accidentia ſm q̄ fit tranſmutatio & ſeditio ſm vnāquāque ſpēm reip. pertinentes & conſiderantes ſm vnāquāque in ſpāli. Deinde cum dicit.

Popularis ergo ſtatus maxime recipit mutationes propter eorum hominum perfidiam, q ſunt quaſi Duces in populo. Hi enim priuatim egregium quēque calūniando, conſpirare eos ſimul compellunt. Cogit. n. in vnum communis mœtus etiam eos qui prius erant inimiciſſimi: publice verò multitudinem irritant.

Proſequitur & diuiditur in duas. In prima tangit cau‐ſam propter quã popularis ſtatus trãſmutatur abſolute. In ſecunda tangit cauſam vel modũ trãſmutationis. ibi. {Mutantur etiam.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit in quam rempu. antiquitus magis fiebat tranſmutatio. ibi. {Vetuſtis quidem.} Prima in tres. In prima ponit cauſam tranſmutationis popularis ſtatus. In ſecunda manifeſtat per exẽpla. ibi. {Et hoc fere.} In tertia reddit cauſam cuiuſdã dicti. ibi. {Et apud.} In prima dicit ꝙ populares ſtatus maxime tranſmutantur, & patiuntur ſeditiones ꝓp malitiam eorum q̃ duces ſunt in populo. Iſti.n. propter malitiam vel impudentiam coadiuuãt diuites, hoc aũt poteſt fieri dupliciter. Vno mõ calumniando eos. Eſt aũt calumnia falſi criminis impoſitio. Et qñq; dicitur alienæ rei vſurpatio propter falſi criminis impoſitionem. Qñ igitur iſti duces imponũt falſa crimina diuitibus, diuites coadunanť inter ſe, & quãuis diuites eſſent ſeparati & fortaſſis inimici: propter tñ calumniam coadunantur, quia timor cõmunis congregat & adunat eos, qui valde ſunt ſeparati. Et rõ huius eſt, quia timor eſt triſtitia vel turbatio propter fantaſiam futuri mali: & iõ ille qui timet inquirit vias, per quas poſsit vitare malum opinatum futurũ: ſi ergo eſtimet ꝙ hoc faciet ſi coniungat ſe cum inimico, coniungit ſe cum illo. Eſt tñ intelligendum ꝙ ſi motus timoris minor fuerit q̃ motus inimicitiæ, non coniungeť cum inimico: ſi autem maior coniungetur cum eo ad repellendum: ſemper.n. ſequitur motum maiorem. Quare manifeſtum eſt ꝙ diuites coniungunt ſeinuicem & adunati, & coniuncti, inſurgunt contra multitudinem & opprimunt eam & trãſmutant remp. Alio mõ coadiuuant, duces populi diuites procurando ꝙ multitudo grauetur à diuitibus, vt multitudo grauata ab ipſis inducta ducibus inſurgat contra diuites: & tunc diuites timentes opprimi à multitudine coadunantur & inſurgunt contra multitudinem & trãſmutant remp. Deinde cum dicit.

Et hoc ferè vbiq; in hunc modum fieri videmus. Nam & apud Choum popularis ſtatus interiit ob prauitatem eorum qui populũ ducebant. Nobilitas enim conſpiratione facta, regimen ciuitatis arripuit.

Manifeſtat per exẽpla, & diuiditur in quinque ſm ꝙ manifeſtat ꝑ quinque exẽpla. Secũda ibi. {Et apud Rhodũ &c.} Tertia ibi. {Apud Heracleã &c.} Quarta ibi. {Nec multo diſſimilr.} Quĩta ibi. {Cõtigit hoc idẽ &c.} In prima dicit, ꝙ ſi aliqs conſideret videbit in multis ꝙ popularis ſtatus tranſmutatur ꝓpter malitiam ducum populi: nã in ciuitate q̃ dicitur Chous popularis ſtatus fuit trãſmutatus ꝓpter malitiam ipſorum: diuites.n. coadunati fuerunt & inſurrexerunt contra multitudinem, & tranſmutauerunt rempub. Deinde cum dicit.

Et apud Rhodum: impoſitis.n. pecuniis, q̃ conductis militibus ſoluerentur: potentes quidam in populo pro ſe eas retinebant, eratq; id impedimento quo minus ea redderenť præfectis triremium. Præfecti autem claſſis cum pecunias non haberent, ac nihilominus nauigare ex lege cogerenť, veriti pœnam iudicij cõſpirationem inierũt ad popularẽ ſtatum euertendũ.

Ponit ſecundum exẽplum, & dicit, ꝙ in Rhodo inſula duces populi qui ordinati erant ad tractãdum de ſtipendiis exoluendis, quibus debebantur, prohibuerunt ne redderentur huiuſmodi ſtipendia militibus claſſis cum eis deberentur: ipſi autem cõiuncti inſimul propter metum iudicij & iniurias prædictas, compulſi ſunt diſſoluere popularem ſtatum eorum. Deinde cum dicit.

E Apud Heracleam quoq; populus oppreſſus eſt ea de cauſa: potentes.n. quidam in populo illatis iniuriis, nobilitatem expulerũt: illi verò poſtmodum cõſpirantes, & in vnũ conuenientes in vrbem reuerſi populum oppreſſerunt.

Ponit tertium exẽplum, & dicit, ꝙ in ciuitate quæ dicitur Heraclea ſtatus popularis fuit corruptus poſt receſſum ipſorum diuitum ꝓp ipſos duces populi, q̃a diuites ꝓp iniurias illatas receſſerunt à ciuitate: deinde coadunauerunt ſe, & coadunati ſuperuenientes deſtruxerunt ſtatũ popularem & inſtituerunt aliã remp. Deinde cum di.

Nec multo diſſimiliter apud Megarẽſes popularis ſtatus interiit: ductores.n. populi quo pecunias ꝑ bonorum publicationem haberẽt, multos è nobilitate pepulerãt, vt tandem facta F ſit permagna exulum multitudo. Exules ergo in vnũ conuenientes, prælio ſuperarũt, oppreſſoq; populo, paucorum potentiã conſtituerũt.

Ponit quartum exẽplum, & dicit, ꝙ in ciuitate Megareorũ popularis ſtatus fuit corruptus ꝓp malitiam ducũ populi, quia duces volẽtes habere pecunias à diuitibus ꝑ bonorum publicationẽ eiecerũt multos diuites: & hoc donec fuerũt multi exules facti. Diuites aũt poſtmodum coadunati fuerunt, & venientes contra ciuitatem impugnauerunt eam & deuicerunt: & tunc corrũpentes popularem, inſtituerũt paucorum ſtatũ. Deinde cum di.

Contigit hoc idem apud Cumas in populari ſtatu quem deſtruxit Traſimachus.

Ponit quintum exẽplum, & dicit, ꝙ iſtud idem accidit apud Cumas. Ab illa enim ciuitate fuit expulſus quidam nomine Traſimacus à ducibus populi, poſtmodum G iſte inſurrexit, contra multitudinem & deuicit, & mutauit rempub. Deinde cum dicit.

Et apud alios ferè quis inſpiciat eodem mõ contigiſſe: interdum.n. vt gratificentur iniuriantes nobilitatem conſpirare faciunt, vel patrimonia diuidẽtes, vel redditus muneribus publicis ſubiicientes. Interdum verò calũniantes, vt bona opulentorum publicari faciant.

Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti: dixit enim ꝙ duces populi mouent multitudinem contra diuites, declarat propter quam cauſam hoc faciũt, & dicit, ꝙ fere in omnibus aliis apparebit, ſi aliquis conſideret, ꝙ tranſmutať popularis ſtatus, hoc modo. ſ. propter malitiam ducum populi: illi enim mouent multitudinem contra diuites, vel vt dona habeãt à diuitibus propter iniuſtitiam, vt. ſ. diuites propter iniuriam moueantur ad redimendum vexationem ſuam, vel à multitudine odiente ipſos diui‐H tes: & tunc contingit ꝙ diuites propter iſtam iniuriam coadunentur. Quandoque autem hoc faciunt, vt poſſeſſiones ſint æquales, vt per hoc de poſſeſſionibus diuitum poſſint aliquid habere, vel vt eorũ redditus muneribus publicis ſubiiciantur. Quandoq; autem imponunt crimina diuitibus, vt per hoc relegentur à ciuitate & à populo confiſcentur poſſeſſiones ipſorum. Sicut enim dictũ fuit ſuperius, iſti duces populi adulatores ſunt: & ideo faciunt ea quæ placent multitudini, propter quod multum lucrum afferunt. Deinde cum dicit.

Vetuſtis quidem temporibus, quando idem erat potens in populo ac belli dux, popularis reſpub. in tyrannidem mutabatur. Et profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti ſunt.

Declarat

Declarat in quam rempub. magis antiquitus fiebat tranſmutatio popularis ſtatus, quoniam in tyrãnidem, & primo proponit. Secundo probat cum dicit. {Cauſa verò &c.} In prima dicit ꝙ in antiquis temporibus qñ dux populi erat dux exercitus, popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrannidem vt frequentius, quia ferè plurimi antiquorum qui fuerant tyranni, ex ducibus populi facti ſunt. Deinde cum dicit.

Cã verò cur tunc fierent: non aũt nunc, illa eſt, ꝙ tunc qui in populo maxime poterãt ex his qui bello gerendo pręficiebant. nõdum.n. dicendi peritiam habebant. Nunc aũt rhetorica arte ſuperueniente, qui dicendi facultatem habent populos ducunt quidem: ſed quia imperiti ſunt rerump. tyrannidem inuadere non audent, ni ſicubi parum aliquid tale incidit.

Aſſignat tres rationes eius quod ꝓpoſitum eſt, & ſm hoc diuidit in tres. Secunda ibi. {Tyrãnides certe &c.} Tertia ibi. {Ac etiam &c.} In prima dicit, ꝙ cauſa quare antiquitus tranſmutabantur in tyrannidem & modo non eſt, quia antiquitus duces populi aſſumebantur ex militantibus: iſti enim erant magis diſcreti & facundi q̃ alij, quia exercitati, & quia rhetoricam habebant. Homines autem non erant cõmuniter potentes loqui, quia nec cõmuniter habebatur rhetorica: & ideo illum qui magis erat facundus & diſcretus, & exercitatus in bello eligebant in principem. Ille autem ſolus principãs poſtmodum tyrannizabat, & ſic mutabatur popularis ſtatus in tyrannidem: ſed modo non ſic eſt, quia rhetorica augmẽtata eſt, & multi nouerunt eam: & ideo quicũq; poſſunt loqui & diſcreti ſunt, fiunt duces populi. Sed quia non exercitati ſunt in bellicis, nõ audent inuadere principatum: ita vt aliquis ſolus principetur, niſi accidat, ꝙ ſit aliquis diſcretus & facundus præ alijs & exercitatus in bellicis. Deinde cum dicit.

Tyrãnides certe frequentius fiebant prius q̃ nunc, & ꝓpter magnas poteſtates quibuſdam cõmiſſas, ceu Mileti ex cõſulatu: multarum.n. ac magnarum rerũ poteſtatem habebat cõſul.

Ponit ſecundam rõnem, & dicit, ꝙ antiquitus plures erant tyrannides q̃ modo. Et ratio erat, quia magni principatus cõmittebantur vni: ille autem trahebat dñium ad ſe, & principabatur ſolus tyrãnizans, ſicut accidit in Mileto ciuitate, ꝙ cuidam fuit cõmiſſus principatus q multorum & magnorum dñium habebat, poſtmodum ſolus principans tyrãnizauit. Quare igitur plures erant antiquitus tyrãnides q̃ modo, & reſpu. tranſmutabatur in illam, quę vt pluries accidebat: iõ vt popularis ſtatus tranſmutabatur in tyrannidem. Deinde cum dicit.

Ac etiam ob id, quia tunc vrbes non erant magnæ, ſed rure homines habitabant, ocium agentis, præterquam ab agris: Qui aũt patroni erant in populis cum viri militares eſſent, tyrãnidem inuadebant: idq; agebant oẽs præſtita ſibi prius fide à populo, quæ acquirebatur ex inimicitia aduerſus opulentos, vt Athenis Piſiſtratus per factionem contra Pediacos ſuſceptam, & Megaris Theagenes, armẽtis opulentorum occiſis, quæ iuxta flumen repererat paſcentia. Et Dionyſius accuſans Daphnęum & diuites, meruit tyrannidem Syracuſis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis ſibi fide à populo præſtita, quaſi popularis eſſet.

A Ponit tertiam rationem, & dicit, ꝙ iterum manifeſtũ eſt, ꝙ antiquitus tranſmutabatur popularis ſtatus in tyrãnidem, quia ciuitates non erant multum magnæ: imo populus habitabat in agris occupatus circa agriculturã: & ideo patum curabat de bono cõmuni. Vnde illos qui erant magis ſagaces & meliores in populo, qñ bellicoſi exiſtebant, populus præficiebat, & principabantur tyrannice. Tyrannizabant autem, quia credebatur eis à vulgo: & cauſa huius erat, quia perſuadebãt pauperibus contra diuites. Efficax autem perſuaſio erat inimicitia quam prætendebat contra ipſos diuites. Odio.n. habere inimicum alicuius facit ipſum bene credibilem illi, ſicut accidit Athenis, ꝙ quidam nomine Piſiſtratus fecit ſeditiones contra Pediacos. Et Megaris Theagenes ſic nominatus à genere, & occidit iuxta quẽdam fluuium pecora diuitum Megareorum, & cepit illos qui paſcebãt pecora illa, & ex hoc beniuolus fuit populo. Similiter Dionyſius accuſauit quẽdam nomine Daphnęum, & ſimiliter B diuites, & ex hoc reputatus eſt dignus principari principatu tyrannico factus credibilis populo & reputatus fidelis, tum quia popularis erat, tum quia videbatur inimicitiam habere ad diuites. Deinde cum dicit.

Mutantur etiam reſpub. ex conſueta gubernatione in vltimam ſpeciem popularitatis. Cum.n. per electionem ſunt magiſtratus, non tñ à cenſu: Eligit autem populus ambientes populum, magiſtratum gratia, eo rem deducunt, vt ſit populus dominus etiam legum.

Declarat quõ ex vna ſpecie popularis ſtatus fiat tranſmutatio in aliam: & primo tangit modum. Secundo remedium. ibi. {Remedium autem &c.} In prima dicit ꝙ ex populari ſtatu, patria in quã principãtur aliqui liberi tranſmutatio fit in popularem ſtatum nouum, in quo tota multitudo dominatur ſm ſolam, non ſm leges, & non C principatur aliquis ſm aliquam honorabilitatem. Fit autem tranſmutatio iſto modo. Cum.n. populus in tali repub. poteſtatem habeat in electione, duces populi qui principari intendũt, ſua decreta ꝓponunt, ꝙ multitudo debeat principari, quia melior eſt q̃ aliqui de multitudine: & iõ melius eſt principari totam multitudinem q̃ aliquos. Populus aũt libenter audit iſtam allegationem: & ideo inſtituit, ꝙ tota multitudo principetur ſm legem, & dicitur iſta popularis ſtatus nouus. Deinde cum dicit.

Remedium aũt ne hoc oĩno fiat, vel vt minus fiat, illud eſt, vt tribus qdem magiſtratũ eligant, nõ populus vniuerſus. Popularium igit ſtatuum mutationes ferè oẽs ꝑ has fiũt cauſas.

Tangit remedium contra iſtum modum trãſmutandi popularem ſtatum, quia iſta ſpecies in quã fit talis tranſmutatio peſſima eſt, & dicit, ꝙ remedium ne fiat huiuſ D modi popularis ſtatus, vel vt minus fiat, eſt ſuſtinere & ꝓcurare, ꝙ vna tribus eligat: ita ꝙ vna tribus modo eligat, deinde alia: & ſic deinceps, & non tota multitudo. Minor.n. eſt vna tribus q̃ tota multitudo: & ideo melius eſt eligere tribus q̃ totam multitudinem. Dicebat.n. ſuperius Philoſophus ꝙ totam multitudinem eligere contingit dupl'r. Vno modo diuiſim, vt modo vna tribus: deinde alia, ita ꝙ oẽs partes obtineant electionem diuiſim. Alio modo coniunctim, & quia primum poteſt haberi accipiendum eſt magis. Et cõcludit ꝙ propter iſtas cauſas, ferè fiunt omnes tranſmutationes ſtatus popularis.

LECTIO V.

De immutatione ſtatus paucorũ vel in ſeipſum, vel ad ſtatum multitudinis vel in tyraonidem.

PAucorum aũt gubernationes mutantur ꝑ duos maxime modos manifeſtiſſimos.

Poſtq̃ determinauit Philoſophus cauſas ſeditionis & transmutationis ſtatus popularis: in parte iſta determinat cauſas trãſmutationis, & ſeditionis ſtatus paucorum in particulari: & diuiditur in partes duas. In prima tangit modos, quibus tranſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda recapitulat, ibi. {Paucorum igitur &c.} Prima in duas. In prima ponit modos per ſe quibus tranſmutatur ſtatus paucorum. In ſecunda ponit vnum modum accidentalem, ibi. {Fiunt etiam &c.} Prima in duas. In prima proponit, ꝙ duo ſunt modi quibus tranſmutatur. In ſecunda proſequitur, ibi. {Vnum ſi iniuriis. In prima dicit ꝙ ſtatus paucorum tranſmutantur ſm duos modos, qui ſunt valde manifeſti: tranſmutantur.n. propter diſſenſiones diuitum inter ſe, & propter diſſenſionem pauperum ad diuites. Deinde cum dicit.

Vnum ſi iniuriis afficiant multitudinem: quiliber.n. patronus ſufficit, & maxime ſi ex numero paucorũ dux aliqs exiſtat: queadmodum in Naxo Lygdamus, q tyrãnidẽ poſtea inuaſit.

F Proſequitur & primo primum. Secundo ſecundũ. ibi. {Habet autem.} In prima dicit ꝙ propter vnum tranſmutatur ſtatus paucorum, ſ. ſi diuites principantes opprimant multitudinem iniuſta faciendo: cum.n. grauat multitudo, inſurgit contra diuites & expellit eos, & ſic corrumpit ſtatum paucorum. Quæcũque.n. ſit multitudo, ſi præſens & vnanimis ſit: ſufficiens eſt ad expulſionẽ diuitum, & corruptionem ſtatus paucorum, & maxime ſi populus vnum ex paucorum numero eligat, & ducem faciat, ſicut factũ fuit i Naxo, vbi Lygdamus aſſumptus fuit in pręſidem ex paucorum ſtatu, qui poſtmodum tyrannizauit ſuper illos Naxeos. Deinde cum dicit.

Habet autem etiam ex aliis initium ſeditionis differentias. Qñq; enim ab ipſis opulentis qui magiſtratibus non honorantur, magiſtratibus fit diſſolutio, cum perpauci ſint illi, qui dignitates vſurpant, vt in Maſſalienſibus, & in Hiſtro, & apud Heracleam, & in aliis ciuitatibus accidit. Homines.n. ab honoribus excluſi res nouas moliri non ceſſant, quoad ipſi quoq; honorentur: primo quidem ſeniores ex fratribus, deinde iuniores: quibuſdam.n. locis non ſimul ad rempub. gubernandam recipiuntur filius & pater, Alicubi verò frater ſenior ac iunior, & ibi paucorum potentia ciuilior eſt: in Hiſtro autem ad popularem recidit; apud Heracleam vero, à paucioribus ad ſexcentos.

G Proſequitur alium modum, q eſt propter ſeditionem diuitum inter ſe, & diuiditur in ſeptem ſm ꝙ ſunt ſeptẽ modi. Secunda ibi. {Mutata eſt etiã Gnidi &c.} Tertia ibi. {Mutantur etiã paucorũ &c.} Quarta ibi. {Quod idẽ accidit in &c.} Quinta ibi. {Euertuntur etiã &c.} Sexta ibi. {Fiũt etiã &c.} Septima ibi. {Sæpe etiã &c.} In prima dicit, ꝙ ꝑncipatus paucorum potẽtiæ patitur ſeditionem ab aliis diuitibus. Cõtingit.n. qñ ꝙ ꝙ illi diuites q non ſunt in ꝑncipatu corrumpant temp. Et hoc accidit qñ illi qui principantur ſunt pauci, ſicut accidit in Maſſalia, & in Hiſtro, & in Heraclea, & in quibuſdam aliis ciuitatibus. Contigit.n. in illis ꝙ illi diuites, qui nõ principabantur exiuerunt ciuitatem, vel propter iniuriã illatam eis, vel propter inuidiam, & erãt extra ciuitatem donec poſſent tranſmutare antiquiores fratrum principãtes & poſtmodum iuniores: ſimiliter.n. pater & filius non principabantur, ſed pater tantum vel filius tantum, nec duo fratres ſimul, ſed vnus tm̃ videlicet antiquior, & maxime accidebat in illis ciuitatibus, in quibus paucorum patriria illuſtrior erat, & ſic accidit in Hiſtrõ, vbi propter diſſenſionem diuitum ex prædictis cauſis exortam, mutatus eſt ſtatus paucorum in popularem, & ſiſr in Heraclea à paucioribus ad ſexcentos propter eãdem cauſam tranſmutatus eſt. Deinde cum dicit.

Mutata eſt etiam Gnidi paucorum potẽtia, ſeditione inter nobilitatem ipſam coorta, ex eo ꝙ pars eorum ab honoribus excludebat. Siquidem pater filium impediebat, & frater fratrem, nec niſi q ſenior foret, honorabatur. Inſurgens enim populus ꝑ illorum diſcordiam, ac ducem nactus, ex ipſa nobilitate ꝑuicit: imbecillis.n. aduerſa pars erat: & apud Erythrienſes in paucorum gubernatione regiarum vrbium antiqs tẽporibus, licet diligenter curarent q in gubernatione illarum verſabantur: tñ quia perpauci erant, non tulit populus, ſed rempub. mutauit.

Ponit ſecundum modũ, & dicit, ꝙ in Gnido ciuitate tranſmutata fuit paucorum potentia ꝑpter hoc ꝙ diuites inter ſe fecerunt diſſenſionem. Cum.n. pauci eſſent principantes & plures diuites non ꝑncipantes, fecerunt ſeditionem. Cum.n. pater principaretur & filius nõ poſſet, mouebat ſeditionem filius contra patrem: iterum cũ plures fratres non poſſint principari, ſed ſenior, minor mouit ſeditionem aduerſus fratrem ſeniorem. Ipſis aũt diſſentientibus, multitudo grauata propter eorum ſeditionem inſurrexit contra illos, & obtinuit, & aſſumpſit ſibi in principem vnum ex illis: cum.n. diuites ſint diuiſi non poſſunt obtinere contra multitudinem: nam quod diuiſum eſt propter ſeditionem debile eſt: omnis.n. virtus diuiſa minor eſt ſeipſa vnita: ſiſr & apud Erithriẽſes cum eſſet ſtatus paucorum regiarum vrbiũ antiquitus, quãuis principantes bene regerent illos, q erant in repu: tum quia pauci erant, populus indignatus inſurrexit & tranſmutauit rempu. paucorum. Deinde cum dicit.

Mutantur etiam paucorum gubernationes ex ſeipſis propter factiones ipſorum, qui plus poſſe apud populum volunt.

Ponit tertium modum, & primo ponit ipſum. Secundo manifeſtat ipſum. ibi. {Hoc autem dupl'r fit, qñque enim &c.} In prima dicit ꝙ iterum tranſmutantur paucorum ſtatus quaſi ex ſeipſis à principio intrinſeco, ſ. ꝑpter diſſenſionem & contẽptionem ipſorum, qui & plus poſſe volunt. Deinde cum dicit.

Hoc autem dupliciter fit. Qñque enim ſibi aſciſcunt & coniungunt alios ex ipſo numero paucorũ, vt Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringentis Phrynicus. Qñque

H verò ipſi qui ſunt ex paucorum numero vendicant ſibi plebem, vt apud Lariſſam nobilitas plebem colebat: ex eo quia per plebem fiebat electio magiſtratus illius, qui cuſtodia reipub. vocabatur, & in quibuſcunq; gubernationibus paucorum; non illi ipſi eligũt ad magiſtratus, q & gerere illos poſſunt, ſed ex cenſibus magnis tribuunt, vel ex aliquo corpore. Electio tñ eorum per ciues fit, vel ꝑ plebem, vt Abydi, & vbi iudicia non ſunt ex his, qui rempub. gubernant colendo plebem, quo eorum ſuffragia promereantur, rempub. mutant, vt apud Heracleam contigit, quæ eſt in ponto.

Diſtinguit

Diſtinguit duos modos, quibus præpotentes mutant ſuum regimen, i. paucorum potentiam. In prima dicit q hoc quod dictum eſt, q. ſ. potẽtes propter factiones mutent gubernationem paucorum duobus modis fit. Vno modo qn̄ prædicti potentes adiungunt ſibi alios ex ipſo numero paucorum, quia ſic per huiuſmodi diuiſionem mutant rempub. ſicut Caricles Athenis fecit, cum eſſent triginta potentes, & Phryoicus cum eſſent quadringẽti: ſic enim eos diuidens mutauit eorum ſtatum. Alio modo qn̄ pauci præpotentes conciliant ſibi plebem, ſicut contigit in Lariſſa ciuitate. In illa enim principantes habentes cuſtodiam ciuium, quia eligebantur á populo, & colendo plebem regebant ipſam, ſimiliter in aliis gubernationibus paucorum in quibus ipſi potentes, qui poſſunt gerere magiſtratum non eligunt ſeipſos ad magiſtratus: ſed permittitur oĩbus electio, vel plebi: ita tamẽ q ſm magnos cenſus vel ex determinato alio genere fiat electio, vt Abydi: & ſimiliter ipſi qui rempub. gubernant non iudicant, ſed hoc permittunt plebi eam colendo. Vt igitur eorum ſuffragia promereri poſſent, cum & electio, & iudicia ad plebem ſpectent, nimium fauentes populo rempub. mutabunt, videlicet ex paucorum potentia in popularem, vt apud Heracleam contigit quæ eſt in ponto. Deinde cum dicit.

Quod idem accidit qn̄ in gubernatione paucorum quidã exiſtentes, ad pauciores etiã rempub. trahunt. Pares. n. cæteris eſſe quærentes, cõpellunt populum in ſui auxilium adhibere.

Ponit quartum modum, & diuiditur in tres. In prima ponit modum illum. In ſecunda oſtendit qn̄ maxime corrumpitur paucorum ſtatus. ibi. {Fiunt etiam &c.} Tertio quæ paucorum potentia non de facili corrumpitur. ibi. {Concors verò &c.} In prima dicit, q paucorum ſtatus contingit corrumpi ex ſe, qn̄ ſunt aliqui diuites principantes, & principatus reducitur ad pauciores, ita q pauciores principentur q̃ prius: tunc enim diuites qui expelluntur á principatu, videntes ſe contemni, volentes magis æquale & proportionale q̃ quod aliis ſint ſubiecti: conuocant populum in auxilium, & tunc tranſmutant rempublicam. Deinde cum dicit.

Fiunt etiã mutationes in gubernatione paucorum, qn̄ prodigaliter viuentes q gubernant, p luxuriam patrimonia cõſumpſerunt: optant enim res nouas huiuſmodi homines. Tyrãnidemq; vel ſibiipſis, vel alteri affectant: quemadmodum Hipparinus Dionyſium Syracuſis, & Amphiboli Cleotimus, Chalcidenſes Colonos ſuperinduxit: & cum veniſſent ſeditionem cum illis contra diuites fecit, & in Egina qui negocium illud Chareti Athenienſi confecerat, res nouas molitus eſt, ꝑpter huiuſmodi cauſam. Hi ergo homines conſumptis patrimoniis, aut res nouas cõmouent, aut rempub. furtis expilant. Itaq; ſeditiones aut ab ipſis, aut ab illis concitantur, qui eorum furta non tollerant, vt Apolloniæ, quæ eſt in ponto accidit.

Oſtendit qn̄ maxime corrumpitur ſtatus paucorum, & dicit, q contingit ſtatum paucorum tranſmutari maxime, i. qn̄ diuites conſumpſerunt bona ſua viuendo impudice & inhoneſte. Cum. n. aſſueuerunt viuere delitioſe conſumentes propria, non habentes diuitias, appetunt vndecũque habere eas, vt poſſint continuare delitias aſſuetas. Credunt autem ſe poſſe habere diuitias, ſi turbẽt rempub. & ideo quærunt & procurant innouare remp. & tunc contingit q iſti præferantur & principentur ty-

A rannizantes: quia. n. conſumpſerunt bona ſua viuendo voluptuoſe, cũ aliis, contingit q habeant amicos: amantur. n. maxime liberales viuendo & expendendo. Et ideo contingit cum turbant rempub. q habent amicos fautores & præficiuntur: ſi autem non poſſit præfici in tyrannum, procurant & diſponunt q alius ſit princeps, vt per hoc acquirẽtes amicitiam illius poſſint habere quid expendant, ſicut accidit in ciuitate Syracuſanorum. Hipparinus. n. cum conſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet ꝑfici in principem, procurauit q Dionyſius tyrãnizaret: Et in ciuitate quæ dicitur Amphibolis quidam, cui nomen erat Cleotimus Calcidẽſes aduenas induxit, & mouit ſeditionem contra diuites, ſimiliter in Egina ciuitate, cum quidam mouiſſet cauſam contra Charetem, cum conſumpſiſſet bona ſua, conatus eſt tranſmutare rempu. propter eandem cauſam, vt. ſ. poſſet habere diuitias ex quibus delitioſe viueret: conantur ergo iſti tranſmutare remp. ſm hunc modum vt mox poſſint, & ſi nõ poſſunt
B præfici in tyrãnos, nec procurare aliquem alium: furantur, & rapiunt bona cõmunia: & ideo faciunt ſeditiones vel iſti, vel iſti qui pugnant contra illos fures & raptores, ex quo contingit mutare rempu. ſicut accidit in Apollonia, quæ eſt in ponto: ibi. n. cum quidam conſumpſiſſet bona ſua, & non poſſet præfici in tyrãnum, nec procurare q alius eſſet, incepit rapere & furari bona cõia: & tunc mota fuit ſeditio in ciuitate. Deinde cum dicit.

Cõcors verò ſi ſit paucorum gubernatio ex ſeipſa nõ facile interit, huius ſignum eſt apud Pharſalum vrbem reip. ſtatus, pauci ſiquidem in ea ciuitate gubernatores multorũ ſunt dñi, quia ipſi inter ſe recte ac debito more ſe gerũt.

Oſtendit qui paucorum ſtatus non de facili corrumpitur, & dicit, q. ille ſtatus paucorum non de facili corrũpitur in quo diuites ſunt concordes ex ſe, & bene vtun-
C tur omnibus quæ ſubſunt reipu. vnoquoq; ſm gradum ſuum. Signum aũt dicit eſſe remp. quæ erat in ciuitate q̃ dicebatur Pharſaleum: illi. n. qui ibi dominabantur pauci erant, & multorum erant dñi, vnde bene vtẽtes ſeipſis vnicuiq; attribuebant quod proportionabile erat, quia tales vniuntur in voluntate finis, & in voluntate eorum, quæ ſunt ad finem & vnum finem intendunt: & ea quæ ſunt ad illum finem. Rempub. autem talium non eſt facile corrumpere, & dicit ex ſeipſa, quia ab exteriori agente poteſt corrumpi. Deinde cum dicit.

Euertuntur etiam qn̄ in paucorum gubernatione aliam paucorum gubernationem efficiunt, i. qn̄ eorum ad quos pertinet gubernatio reipu. qui pauci ſunt ſelectio quædam fit, neq; habilitas eſt oĩbus ad maximos magiſtratus dignitatesq; poſſe aſſumi. Quod apud Elidem
D vrbem qnq; contigit: nam cum paucorũ eſſet gubernatio reip. admodum pauci eorũ ad ſenatorium ordinem, q̃ erat perpetua dignitas, ꝑuenire poterant, ob id qđ erat potentium hic ordo, ac perſimilis Lacedæmoniorum ſenatui.

Ponit quintum modum, & diuidit in duas. In prima ponit modum illum. In ſecunda declarat qn̄ fit tranſmutatio paucorum potentiæ ſm hunc modum, & alios magis. ibi. {Fit autem.} In prima dicit q contingit aliqñ paucorum ſtatum tranſmutari, qn̄ fit tranſmutatio á ſtatu paucorum aſſueto ad alium magis cõmunem & paucorum. Hoc autem contingit qn̄ ſunt pauci principãtes, & ſint alij viri diuites & inſignes, qui non participant principatibus. Videntes. n. q non attingunt ad principatum, reputant ſe contẽptos: & ideo mouent ſeditionem & reducunt illum paucorum ſtatum ad cõiorem magis,

in quo plures diuites q̃ prius principantur, ſicut accidit in Elide ciuitate: reſpublica.n.ipſorum regebatur per paucos. Cuius ratio poterat eſſe, quia illi qui erant principaliores in reipub. regimine erant tantum nonaginta, & principatus eorum perpetuus erat. Et iterum aliquo decedente alij habebant poteſtatem, alium eligēdi. Vnde frequentius eligebant amicos & notos, ſicut fiebat in repub. Lacedæmoniorum, de qua dictum eſt in ſecundo huius: propter quod alij videntes ſe cōtemptos, mouerunt ſeditionem, & mutauerunt rempub. in magis cōmunem ſtatum paucorum. Deinde cum dicit.

Fit autem mutatio gubernationis paucorū, & in bello & in pace. In bello quidem, ꝙ populo diffidentes conducto milite vti cōpelluntur, & qui illis præficitur ſæpe tyrannus euadit, vt Corinthi Timophanes, quod ſi plures præficiunt̄ ipſi ſibi potentiā parant. Interdum verò iſta formidantes q regunt populum, recipiūt ad reip. cōmunionem, qm̄ neceſſitas cogit populo vti.

Declarat, qñ fit magis tranſmutatio, & primo declarat, ꝙ fit tempore belli. Secundo ꝙ fit tēpore pacis. ibi {In pace autem} In prima dicit ꝙ tranſmutatur paucorum ſtatus tempore belli & tēpore pacis, & tpe belli ꝓpter hoc, ꝙ diuites diffidunt de multitudine. Multitudo enim inuidet diuitibus, & reputat ſe contēni propter hoc ꝙ non reputatur ab eis. Ipſi aūt contempti oderunt eos. Vnde rationabiliter hoc præſentientes diffidunt de eis, & tñ oportet ꝙ ipſi militantes contra aduerſarios vtant̄ multitudine habēte potentiam. Cogitant etiam ꝙ quēcunq; multitudo eleuauerit in principem ſibi, dans poteſtatem eidē, ille principabatur, ſicut accidit in Corintho ꝙ multitudo inſurrexit & aſſumpſit ſibi vnū tyrannum cuj nomen erat Timophanes, & iſte fuit princeps illorum. Si aūt plures aſſumpſerit, iſti magis erunt dñi & facilius maiorem habentes poteſtatem, & qa diuites timent iſta tradunt dñium reip. multitudini, ne totū amittant: propter.n.bellum oportet eos vti multitudine: poſſet.n.contingere ꝙ aduerſarij præualerent & ꝙ amitterent poſſeſſiones ſuas. Deinde cum dicit.

In pace autem propter diffidentiam quā inter ſe habent conductis militibus cuſtodiā tradunt, præficiuntq; illis virum aliquem, qui ad neutram partem magis inclinare videatur. At iſte ſæpe fit dñs partis vtriuſq;, quod accidit in Lariſſa vrbe Aleuadenſibus rempu. apud Samum tenentibus, & apud Abydum tempore ſodalitatum, quarum vna erat Iphiadi.

Declarat qualiter corrumpitur tempore pacis, & dicit ꝙ tempore pacis corrumpitur paucorum ſtatus propter diffidentiam diuitum adinuicem; quia enim diuites diffidunt de ſe inuicem, muniunt ſe ponendo cuſtodiā multam in munitionibus contra inuicem: & tunc contingit ꝙ populus grauatus propter diſſenſionem ipſorum inſurgit contra ipſos, & contingit ꝙ aſſumit vnum, & iſte fit princeps & dominus diuitum & populi, ſicut in Lariſſa ciuitate accidit in principatu Aleuadenſium: & circa Abydum ſocietatem in ciuitatibus, quarum vna fuit eorum qui dicuntur Iphiadi, dicti á loco illo vel regione, diſſentientibus diuitibus inſurrexit populus, & fecit vnum præſidem. Deinde cum dicit.

Oriuntur etiam ſeditiones per excluſionem aliorum ab aliis factam, eorum ipſorum, q ſunt in paucorum gubernatione, qñ de nuptiis, vel de iudiciis concertant, quemadmodum de nuptiis ſupra diximus. Et in Eretria paucorū gu-

E bernatio equitum ſublata eſt ꝑ Diagoram, qui affectus iniuriā fuerat ex nuptiis. Ex iudicio aūt apud Heraclēā ſeditio extitit, & Thebis ob adulterij iudicium. Atqui vtroq; in loco non iniuſta fuerat accuſatio, ſed ꝑ factionem pœna nimis exaſperata, apud Heracleam quidem aduerſus Euectionē. Thebis verò aduerſus Archium, quē inimici peruincentes in foro ligarī, ac ceruicē eius anulo ferreo includi fecerunt.

Ponit ſextum modum. Et dicit, ꝙ fiunt ſeditiones & tranſmutationes paucorum potentiæ propter hoc, ꝙ illi qui principantur circūueniunt alios: cum.n. populus videt ſe deceptum á diuitibus, indignatur, & mouetur contra ipſos faciens ſeditionem, & contingit ꝙ tranſmutet remp ib. illam. Siſr fit tranſmutatio propter diſſenſiones quæ fiunt ꝓpter nuptias, vel iudicia, ꝓpter diſſenſiones **F** quidem, quæ in nuptiis fiunt, de quibus dictū eſt prius, ꝙ cum quidam deſponſaſſet quādam nolens eam accipere, ductus conſilio cuiuſdam, contigit ꝙ ſeditio facta fuit. Siſr paucorum potentia quæ erat in Eretria ciuitate Diagoras princeps equeſtrium diſſoluit propter iniuriā ſibi illatam circa nuptias. Siſr in ciuitate Heraclea facta fuit ſeditio propter ſententiam datam á iudice contra quendam. Siſr Thebis fuit ſeditio propter quoddam iudicium adulterij. Et quāuis iſti iuſte mouerentur, tñ mouebantur ſeditionaliter per ſeditionem faciendo violentiam, ſicut & in Heraclea ciuitate, quidam moti fuerunt contra quendam, cui nomen erat Euectio. Et quāuis iuſte mouerentur, tñ ſeditionaliter mouebantur. Siſr in Thebis ciuitate quidam moti fuerunt circa Archium quendam: contendebant.n.cum inimicis & volebant inimici ipſorum, ꝙ ligaretur in foro: & quāuis iſti mouerentur iuſte, tñ mouebantur ſeditionalr. Deinde cum dicit.

G Sæpe etiam paucorum gubernationes diſſolutæ fuerunt ob nimiam dominationem, non ꝓbantibus quibuſdam ex ipſis q gubernabant hmōi exceſſum, vt accidit his q apud Gnidū & apud Chium ꝑ paucorū potentiā gubernabāt.

Ponit ſeptimum modum. Et dicit, ꝙ aliqñ corrumpitur ſtatus paucorum, quia valde dominatiuus eſt, & principantes dñi: quia.n. volunt vti ſubditis, ſicut ſeruis contingit eos contriſtari & inſurgunt contra eos: & aſſumentes ſibi vnum ex illis expellunt alios & corrumpunt paucorum potentiam, ſicut corrupta fuit paucorum potentia, quæ fuit in Gnidio, & illa quæ erat in Chio, quia principantes volebant vti eis ſicut ſeruis, ꝓpter qđ inſurrexerunt, & mutauerunt rempub. Deinde cum dicit.

Fiunt etiam caſu mutationes illis, q̃ vocant̄ reſpu. & gubernationes paucorum, vbicūq; à **H** cenſu ſumuntur ad deliberandum, & iudicandum, & ad cæteros magiſtratus. Sæpe.n. conſtitutus primo cenſus ad præſens tēpus, vt participent, in paucorum quidem gubernatione pauci: in rep. verò medij felicitate aliqua ſuperueniente, vel ꝑ pacem, vel ꝑ aliam cauſam: cōtingit eaſdem poſſeſſiones multo maioris precij fieri: itaq; oēs efficiuntur habiles ad cunctos reip. gradus, dignitatesq; ſuſcipiēdas. Idq; cōtingit interdū ſenſim & latenter, interdū celerius,

Declarat qualiter corrūpitur ſtatus paucorum ꝑ accidens. Et dicit, ꝙ ſtatus paucorum & reſp. tranſmutant̄ qñq; ab euentu, & ſm accidens. Et hoc contingit, qñ illi qui principantur principatu conſiliatiuo vel iudicatiuo

ſm

ſm aliquam honorabilitatem determinatam principantium, puta cum determinatur quātitas diuitiarum, quam habētes licet eis attingere ad principatum. Cōtingit enim aliquando, vbi determinata eſt & ſtatuta honorabilitas ſm quam principantur & in ſtatu paucorum pauci, & in rep. mediȷ: poſtmodum multos vel omnes venire ad illam honorabilitatem & hoc exiſtente felicitate, vel propter pacem, vel propter aliam bonam fortunā, ita vt omnes digni ſint omnibus principatibus: omnibus autē principantibus fit ſtatus popularis; quare tranſmutat ſtatus paucorum in popularē ab euentu. Similiter eſt de rep. Hæc autē tranſmutatio quandoq; fit paulatim & latenter, quandoq; autem celeriter. Deinde cum dicit.

Paucorum igitur gubernationes mutātur et ſeditionem recipiūt per huiuſmodi cauſas, omnino autem & popularis ſtatus, & paucorum potentiæ conuertuntur. Interdum non in contrarias ſpecies ſed in eas quę ſunt propriȷ generis, ceu ex inſtitutis popularibus, & paucorum, in ipſa propria, & ex illis rurſus in iſta.

Recapitulat, & dicit, ꝙ propter iſtas cauſas quæ dictę ſunt paucorū ſtatus tranſmutantur, & ſuſtinent ſeditiones. Vlterius dicit ꝙ ſtatus popularis trāſmutatur in ſtatū paucorum, quandoq; vero econtrario. Aliquando vero non eſt tranſmutatio reip. in aliam rempu. ſm genus, ſed ſm ſpeciem aliam, vel modum alium, velut quādo ſtatus popularis in quo dominatur aliquis ſm leges tranſmutatur in illum in quo dominatur tota multitudo vel aliqui ſecundum ſententias & voluntates, non ſecūdum leges. Similiter ſe habet de paucorum potentia.

LECTIO VI.

De lapſu ſtatus optimatum in popularem, & reipublicæ ad ſtatum paucorum.

IN optimatibus autem ſeditiones fiunt. Interdū quidē ex eo, ꝙ pauci ſint honorū participes, quod in paucorum gubernatione diximus ſeditionem mouere. Nam & optimatū gubernatio, quodam modo paucorū eſt. In vtraq; enim pauci gubernant. Non tamē propter idē pauci, dum videatur propterea optimatum gubernatio eſſe paucorum: maxime vero id accidere neceſſe eſt, quādo ſit multitudo aliter ſentientiū, quaſi ſimilis ſm virtutē, velut apud Lacedæmonios hi qui Parthenıæ nuncupabātur. Ex ſimilibus. n. erant, quos depræhenſos res nouas moliri in Coloniam Tarentum miſere.

Poſtquā philoſophus determinauit cauſas ſeditionis & tranſmutationis ſtatus popularis & paucorum, nunc determinat cauſas ſeditionis & trāſmutationis optimatum & reip. diſtinctæ contra alias. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictū eſt. In ſecunda cōcludit quiddam cōe omnibus. ibi. {Diſſoluantur vero &c.} adhuc prima in duas. In prima aſſignat cauſas huiuſmodi trāſmutationis. In ſecunda declarat propter quam cauſam quandoq; latent huiuſmodi tranſmutationes. ibi. {Maxime vero latēt &c.} Prima in duas, quia duo erant modi optimatū, vnus ſimplex, alter mixtus. Primo declarat cauſas & principia ſeditionis & trāſmutationis ſimplicis ſtatus optimatum. Secundo mixti & cum hoc reipu. ibi. {Diſſoluitur autē &c.} Prima in quinq; ſm, ꝙ ponit quinq; modos quibus fit ſeditio & trāſmutatio ſimplicis ſtatus optimatū. Secūda. ibi. {Vel quādo aliq &c.} Tertia. ibi. {Vel quando vir &c.} Quarta ibi. {Præterea cū aliȷ.} Quinta ibi. {Inſup ſi quis &c.} In prima di-

A cit ꝙ optimatum fiūt ſeditiones qñq;, quia pauci ſunt honorati & principātes principatu: quod quidem mouebat ſeditionē, vt dictū eſt in ſtatu paucorum, quia ſtatus optimatum aliqualiter eſt ſtatus paucorum. Eſt autē ſtatus paucorum, quia in vtraq; pauci principantur, nō tñ propter eandem dignitatem pauci ſunt principantes in vtraq; quia in paucorū ſtatu ꝑpter hoc pauci ſunt principantes, quia principantur propter diuitias. Pauci autē ſunt diuites, in ſtatu optimatum autem principant propter virtutem, pauci autem virtuoſi ſunt, ideo vtrobiq; pauci ſunt principantes. Contingit autem maxime huiuſmodi fieri ſeditiones, quādo ſunt multi aſtuti, & quaſi ſimiles virtuoſis: quia enim aſtuti ſunt, poſſunt inuenire diuerſas vias ad malum finem, ꝑpter quod, ſciūt & poſſunt mouere ſeditiones, ſicut accidit in Lacedæmonia: quidam. n. dicti Partheniæ. i. honeſti, ſimiles exiſtentes virtuoſis propter apparentiam temperantiæ, quia non participabant principatu, procurauerunt ſeditionem,

B quod aliȷ aduertentes eos comprehendentes relegauerūt à ciuitate, mittentes eos in Coloniam Tarentum, & ibi inhabitarunt. Deinde cum dicit.

Vel quando aliqui inhonorantur cū ſint magni, & nihilo inferiores virtute q̄ illi qui honores capiūt, quemadmodū Lyſander à regibus.

Ponit ſecundum modum dicens, ꝙ aliquando cōtingit fieri ſeditionem, quando aliqui magni & non minus virtuoſi q̄ principantes inhonorantur à principantibus aliis inhonorationibus nō decētibus eos. Indignati enim mouent ſeditionem, ſicut Lyſander cum eſſet magnus & non minor q̄ aliȷ principantes, cum inhonoraretur à regnantibus mouit ſeditionem. Deinde cum dicit.

Vel, quando vir fortis & magni animi nō ſit particeps honorum, quemadmodum Cinadō ille, qui cum iuratione facta per Ageſilai tem-

C pora, Sparciatas opprimere tentauit.

Ponit tertium modum. Et dicit, ꝙ iterum fit ſeditio in ſtatu optimatum & trāſmutatio quando eſt aliquis virilis & prudens, qui ſecundum ſuam æſtimationem nō participat principatu. Talis. n. reputans ſe contemptum mouet ſeditionem, ſicut Cynadon, qui cum eſſet ſubditus Ageſilao, virilis exiſtens, ordinauit, ꝙ inſurrectio fieret contra Sparciatas, & hoc modo eos opprimere tentauit.

Præterea cū aliȷ paupertate nimia premūtur, aliȷ diuitiis abundāt, quod maxime in bello cōtingit, & accidit hoc Lacedæmoniis Meſſinēſi bello. Oſtendit hoc etiam Tyrtæus poeta in illo carmine qđ inſcribit Bona diuiſio. Exhauſti. n. quidā per id bellū, ac pauperes facti cenſebāt agros ęqua portione ciuib⁹ eſſe diuidēdos.

D Ponit quartum modum dicens, ꝙ aliquādo fit ſeditio in ſtatu optimatum quando aliqui ſunt valde pauperes, aliȷ valde diuites. Tunc. n. contingit ꝙ pauperes inuidentes diuitibus mouent ſeditionem contra illos, & hoc maxime fit tempore belli, propter quod contingit fieri vt frequētius ſeditionem, ſicut accidit in Lacedæmonia ſub bello contra Meſſinenſes. Pauperes. n. tribulati propter paupertatem ex bello contingentem mouerunt ſeditionem contra diuites, & voluerunt regionē facere æqualē. Hoc autē dicit eſſe manifeſtū ex dicto Thirei poetæ, qui hoc dixit in poeſi dicta bona diuiſio. Deinde cum dicit.

Inſuper ſi quis magnus & potens etiam maior fieri, ac ſolus dominari velit, vt apud Lacedæmonios videtūt Pauſanias ille feciſſe, qui dux belli aduerſus Medos fuit, & apud Carthaginenſes Hanno.

Ponit

Ponit quintum modũ, & dicit, ꝙ ſi ſit aliquis magnus, vel ſm genus, vel ſm diuitias, vel virtutem, & poſſit, & adhuc aptus ſit fieri maior, & nõ habeat monarchiã, mouet ſeditionem. Cum.n. iſte ſit magnus & potens & reputet ſe maiorem aliis, ſi nõ principetur, reputat ſe contemptum, & tunc mouet ſeditionem, ſicut accidit in Lacedæmonia: Pauſanias.n. qui fuerat dux belli aduerſus Medos, & Hãno apud Carthaginẽſes cũ eſſent magni, & nõ principarentur, mouerunt ſeditionem. Deinde cũ di.

Diſſoluuntur autẽ maxime & reſp. & optimatum gubernationes, propter tranſgreſſionẽ iuſtitiæ in ſeipſis factam.

Determinat cauſas & principia ſeditionis & tranſmutationis optimatum reipub. mixtæ, & cum hoc reipub. Et diuiditur in duas ſm, ꝙ aſſignat duos modos. Secunda. ibi. {Adhuc autem &c.} Prima in duas. In prima tãgit modum illum. In ſecunda oſtendit in quam rempub. maxime ſit huiuſmodi tranſmutatio. ibi. {Totaliter autem &c.} Adhuc prima in duas. In prima tangit cauſam ſm quam habet fieri ſeditio ſm iſtum modum. Secundo manifeſtat illam. ibi. {Huius autẽ &c.} In prima dicit, ꝙ corrumpuntur reſp. & etiam optimatum ſtatus propter tranſgresſionem iuſtitiæ quæ eſt in rep. Et ratio huius eſt, quia reſp. ſaluatur propter mutuam cõicationem ſm aliquam proportionem. Huiuſmodi autem cõicatio ſecundum proportionem iuſtitia eſt, quare reſpu. ſaluatur iuſtitia exiſtente. Si ergo fiat tranſgreſſio, corrumpitur. Deinde cum dicit.

Huius autem origo eſt, nõ bene temperatam ſimul eſſe ac permixtam, in rep. quidem, popularem gubernationem & paucorũ. In optimatibus vero iſta ſimul atq; virtutem maxime, illa duo popularem, dico atq; paucorũ. Hæc enim & reſp. conantur miſcere, & multæ. Illarũ quæ optimates vocantur. Differũt enim optimates ab illis, quæ appellantur reſpu. in hoc, & ob id ſunt aliæ earũ minus, aliæ magis durabiles. Illas enim quæ magis declinant ad paucorum potẽtiam optimates appellãt, illas vero quæ ad multitudinem, reſp. vocant. Quapropter tutiores ſunt iſtæ ꝙ̃ aliæ. Fortius enim eſt id quod plus poteſt, ac magis acquieſcunt, æquum habẽtes. Qui vero diuitiis abundant, ſi reſpu. excellentiã eis tribuat, contumelia cæteros afficere pergunt, nec per habentes conquieſcunt.

Manifeſtat cauſam iſtam, & dicit, ꝙ cauſa & principium quare fit tranſgresſio iuſti in optimatum ſtatum, & in rep. eſt, quia non bene mixtæ ſunt ex illis, ex quib⁹ natæ ſunt miſceri, puta reſp. nõ eſt bene mixta ex potentia paucorum, & populari ex quibus componitur. Optimatum vero nõ eſt bene mixta ex prædictis ſcilicet paucorum ſtatu, & cum hoc ex virtute. Maxime autem declinant á iuſto quando non bene mixtæ & proportionatæ ſunt quantum ad duo iſtorum. Dico aũt iſta duo, paucorum, & popularem: reſp.n. ſunt maxime ex iſtis duabus mixtæ, ſimiliter & multæ optimatum. In hoc enim differunt reſp. ab optimatum ſtatu, quia reſpu. ſunt mixtæ tãtum ex duobus prædictis, optimatum ſtatus autem ex eiſdem & ex virtute, quamuis quædam magis ex illis duobus. Et propter hoc ꝙ reſp. & optimatum gubernationes ſunt mixtæ ex iſtis, & magis inclinantur ad vnum ꝙ̃ ad aliud, manifeſtum ꝙ quædam ſunt mãſiuæ magis, quædam minus. Illæ.n. quæ melius mixtæ ſunt, magis continuari poſſunt ꝙ̃ quæ minus. Sicut enim in naturalibus mixtum ex aliquibus, quanto melius mixtum eſt,

E tanto plus conſeruatur in eſſe, & quanto peius mixtum eſt & magis inclinatur ad alterum miſcibilium, tãto minus, ſic eſt in rebus pu. Illæ enim quæ benæ mixtæ ſunt, manſiuæ ſunt magis, & quæ male, minus. Illas autem reſpu. quæ declinant ad ſtatum paucorum, vocant aliqui optimatum ſtatum, quia in vtraq; fit diſtributio principatus ſm excellentiam & dignitatem aliquam virtutis & nobilitatis, & quia in vtriſq; pauci principantur. Et ideo illę, quę inclinant ad ſtatus paucorum, dicuntur ſtatus optimatum, illæ reſp. quæ declinãt ad multitudinẽ, reſp. cõi nomine dicũtur. Ex quo manifeſtũ eſt ꝙ reſpu. cõi nomine nominata ſecurior eſt ꝙ̃ ſtatus paucorum & ꝙ̃ ſtatus optimatum. Et aſſignat duplicem rationẽ, vna eſt quia in rep. multitudo dominatur, ſed in ſtatu paucorũ & optimatum: pauci plus autem poteſt multitudo ꝙ̃ pauci, & fortior eſt, & ideo magis poſſunt conſeruari ꝙ̃ aliæ. Alia ratio eſt, quia in repu. magis fit diſtributio honorũ & principatuum ſm æqualitatẽ ꝙ̃ in aliis. In aliis
F enim fit diſtributio ſm excellentiam quãdam. Homines autẽ cõiter plus appetũt ęquale, & ideo amant plus homines cõiter remp. ꝙ̃ alias: ex quo ſequitur ꝙ plus cõſeruatur, & ſecurior eſt ꝙ̃ aliæ. Si autẽ aliqui abundent vel in diuitiis, vel in aliis, ſi reſp. ad exceſſum incliuet, ſicut ſtatus paucorũ ad exceſſum diuitiarũ, & ſtatus optimatũ aliq ad exceſſum gñoſitatis: tũc ſequẽtes motũ iſtius exceſſus, faciliter iniurlabũt, volẽtes ſupare alios, et tũc fit trãſgreſſio iuſti, quod erat probandũ. Deinde cũ di.

Penitus.n. ad quãcunq; ſpeciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam trãſmutatur, viriſq; ſuum augẽtibus, velut reſp. ad populum, optimates ad paucorũ potentiã, vel in cõtraria, ceu optimatũ gubernatio in popularem, tanquam enim iniuriã patientes, in contrariũ trahũt, qui magis ſunt inopes: reſp. vero in paucorum po
G tentiam trãſmutantur. Solum.n. ſtabile eſt ſm dignitatem æquum, & habere ſua quæ ſunt.

Oſtendit in quas reſp. fit tranſmutatio earũdem magis. Et diuiditur in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda manifeſtat dictum per exemplum. ibi. {Cõtingit &c.} In prima dicit ꝙ reſpub. totaliter aliquando tranſmutatur in illã ad quã declinat magis, viriſq; augentibus quod ſuum eſt, hoc eſt impetu volentium trãſmutare remp. augente inclinationẽ reip. & inclinationem reipu. augentem impetũ volentium tranſmutare, ſicut reſpu. declinat ad ſtatum popularem, & quandoq; in illam trãſmutatur. Similiter ſtatus optimatum ad paucorum ſtatum declinat & in illam tranſmutatur. Si enim in ſtatu optimatum mixto diuites excedant, & fiat diſtributio ſm excellentiam diuitiarum, fit ſtatus paucorum. Quandoq; vero tranſmutatur in contrariũ, ſicut ſtatus optimatum ad popularem, & reſp. ad ſtatum paucorũ.
H Cum enim ſtatus optimatum declinet ad ſtatum paucorum, ſi diuites excedant, tunc pauperes videntes ſe grauatos & iniuſta ſuſtinentes, inſurgunt contra eoſdẽ, & tranſmutant ſtatum optimatum in ſtatum popularem trahentes ad ſe. Similiter reſp. tranſmutatur in ſtatũ paucorum, quandoq; vero in ſtatum popularem. Sola.n. illa bene manſiua eſt, in qua obſeruatur æquale ſm dignitatẽ, & traditur vnicuiq; quod ſuum eſt. Si igitur in rep. communi nomine dicta plus attribuatur pauperibus ꝙ̃ diuitibus, & diuitibus non attribuatur ſm ſuam dignitatem, inſurgunt diuites contra rempu. & tranſmutant eam in ſtatum paucorum. Deinde cum dicit.

Cõtingit vero id, qđ modo diximus in Thuriis. Quod.n. à maiore cenſu erant magiſtratus, in minorẽ facta eſt mutatio, & in plures gubernationes. Et q͂a agros totos poſſidebat no-

bilitas

bilitas contra legem. Nam gubernatio eius ciuitatis erat ipſorũ, itaq; plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potẽtior effectus, q̃ illorum cuſtodes, nobilitatẽ compulit agros, qui contra legem tenebãtur, dimittere.

Manifeſtat quoddam dictum per exemplum, q.ſ. reſp. tranſeat ad remp. ad quam declinat. Et dicit, q illud qđ dictũ eſt accidit in Thurijs ciuitate. In illa. n. fiebat diſtributio principatus ſecundum quãdam honorabilitatem generis vel diuitiarum magnam, ita q pauci attingebãt ad ipſum, & poſtmodũ contigit, q mutata fuit, & plures erant principantes, & q nõ fiebat diſtributio principatus ſm tantam honorabilitatem, ſed ſm minorem. Cũ inſignes & diuites principarentur, reſp. erat magis paucorum, & ideo poterat facere exceſſum. Poſtmodum cũ populus eſſet exercitatus in bello factus fuit potentior & valentior, & inſurrexit contra illos inſignes & principantes, & maiores habens diuitias & compellens eos dimittere regionem, mutauit rempub. in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

Inſuper quia omnes optimatũ ſpecies ad paucorum potẽtiã declinant, nobilitas in illis plus habet, velut apud Lacedæmonios, opes, & diuitiæ in paucis ſunt, ac magnã licẽtiam habet nobilitas faciẽdi quodlibet, et cui velit gratificãdi.

Ponit ſecundum modum ſeditionis & trãſmutationis ſtatus optimatum. Et primo ponit illum modũ. Secũdo manifeſtat per quoddã exemplũ. ibi. {Quæ cauſa &c.} In prima dicit, q iterum fit ſeditio & tranſmutatio in ſtatu optimatum, quia omnis ſtatus optimatũ mixtus magis eſt in ſtatu paucorũ: & ideo diuites plus habẽt de bonis communibus q̃ pauperes. Cauſa autem quare in ſtatu optimatũ plus attribuatur diuitibus eſt, quia in ſtatu optimatum diſtributio honorum ſm dignitatem virtutis fit, ita q qui plus participant virtute plus recipiunt de bonis communibus, ſed diuites plus attingũt ad virtutẽ, vel videntur attingere q̃ pauperes. Habent. n. illud per cuius defectum egeni iniuriãtur. ſ. diuitias. Et ideo in ſtatu optimatum plus recipiũt diuites q̃ pauperes. Sicut accidit in Lacedæmonia. In illa enim ciuitate pauci fuerunt diuites & habentes ſubſtantias & attingẽtes ad principatum, in rep. etiã illa licet facere inſignibus quicquid volũt, & curare de quocunq; voluerũt. Ex hoc. n. q egeni vident diuites plus recipere de bonis communibus q̃ ipſi recipiunt, inuident, & contriſtantur, & inſurgunt contra eos, & contingit quod mutent rempub. & ſic ſtatus optimatum mixtus mutatur in ſtatum popularem. Deinde cum dicit.

Quæ cauſa fuit vt Locrorum ciuitas interiret pp Dionyſij clientelas, quod non contigiſſet in populari ſtatu, neq; in ea optimatum gubernatione, quæ optime mixta & tẽpata eſſet.

Manifeſtat per quoddam exemplũ. Et dicit q propter hoc contigit q ciuitas Locrorum deſtructa fuit, in ciuitate enim ipſorum diuites plus recipiebant q̃ pauperes: & ex hoc mota fuit ſeditio in ciuitate, & inſurrexit multitudo contra diuites, & aſſumẽs ſibi in principem Dionyſium tranſmutauit ſtatum optimatum. Poſtmodum ille tyrannizauit, ex quo ciuitas illa deſtructa fuit, hoc autem non contingeret in ſtatu populari & optimatum bene mixto. Quare manifeſtum eſt, q ſtatus optimatũ mixtus ex hoc corrumpitur q diuites plus recipiunt q̃ pauperes. Deinde cum dicit.

Maxime vero latent optimatũ gubernationes paulatim ſeſe diſſoluẽtes, quod quidem di-

A ctum eſt prius vniuerſaliter de omnibus rebus publicis, idq; inter cauſas mutationis minuta paruitas appellatur. Quãdo. n. omittũt aliquid ex his, quæ ad remp. pertinent, ac deinde aliud paulo maius, facilius mouent, quouſq; totã moueant reipub. formam.

Declarat propter quam cauſam latent tranſmutationes ſtatus optimatum & reip. Et primo ponit rationem. Secundo manifeſtat per exẽplum. ibi. {Qđ in Thurijs} In prima dicit q tranſmutationes ſtatus optimatum vel ipſi ſtatus optimatum cum tranſmutantur maxime latent, quia paulatim & ſm modica corrumpitur quod fuit dictum prius, vbi dictum fuit de cauſa tranſmutationis cuiuslibet reip. vniuerſaliter. Tranſgreſſio enim eius quod eſt modicum, cauſa eſt tranſmutationis, quia quando fit tranſgreſſio ſm modicum ab eo quod exigitur ad remp. quia modicum eſt non curatur. Item cum tranſgreſſio B ſm aliud modicum fit negligitur. Sic autem procedẽdo paulatim permittant maiores motus negligendo quouſq; moueant totam remp. Sicut enim videmus in actibus moralibus q vnus actus inclinat ad conſimilẽ actũ, & exercitium inducit inclinationem ad cõſimiles actus: ſic eſt in rebuſp. q quãdo prætermittitur illud quod eſt neceſſarium ad remp. iſte defectus inclinat ad conſimilẽ actum. Et ſic tandem per proceſſum continuum inducitur tanta inclinatio ad contrarium reip. q corrũpitur, quia igitur ſm modica fit iſta corruptio, & paulatim non apparet. Deinde cum dicit.

Quod in Thurijs accidit. Cũ. n. legẽ haberẽt, per quam non niſi intermiſſo quinquẽnio, præturam gerere licebat, iuniores quidam rei militaris periti, et apud multitudinẽ famã habẽtes, cũ cæteros, qui in rebus gerẽdis verſabãtur, C ſpernerent, ac faciliter ſe conſecuturos arbitrarentur, legem totã illam tollere aggreſſi ſunt, lata altera lege, vt liceret cõtinue eoſdem prætores eſſe. At. n. magiſtratus qui præerat ſuffragiis, appellabãtur vero Conſultores, commoti prius ad reſiſtendum, tamẽ poſtea deſtiterunt, putãtes quamuis hac vna lege ſoluta, tamẽ cæteras eſſe permãſuras. Poſtea vero prohibere volentes ne alia mouerentur, nihil proficere valuerunt, ſed mutata eſt eorum reſpu. in potẽtiam eorum qui nouas res aggrediebantur.

Manifeſtat quod dictum eſt per exẽplum. Et dicit, q reſp. Thuriorum per hunc modum deſtructa fuit paulatim, ſ. & ſm modica. Nã cum ibi eſſet lex q nullus poſſet tenere præturam, niſi per quinque annos, contigit q D quidam facti fuerunt bellicoſi, & fortes, & beniuoli multitudini deputatæ ad cuſtodiam: contemnentes aũt vtilitates ciuitatis, & credẽtes q poſſent cum multitudine obtinere quod volebant, conati ſunt deſtruere iſtam legem, & ſuaſerũt multitudini q iidem poſſent tenere ducatum exercitus per totam vitam. Conſiliarij aũt principantes habentes poteſtatem ſuper inſtitutione legum & deſtructione, cum mouerentur ad contradicendum: finaliter tñ perſuaſi ſunt iſtud concedere, & conſiderauerunt q circa alias partes reipu. de cætero nihil immutarent. Poſtmodum conati iſti fuerunt deſtruere aliã legem, & perſuaſerunt multitudini cui erant beniuoli. Cum aũt principantes vellent reſiſtere non potuerunt, immo totus ordo reipub. paulatim & ſm modica corruptus eſt & tranſmutatus in potentatum paucorum, & dominium eorum qui conati fuerunt inſoleſcere à repu. inexiſtente prius, & deſtruere ipſam. Deinde cum di.

Diſſoluuntur vero cunctæ reſpu.interdum per ſeipſas,interdum per externã cauſam,quãdo cõtraria gubernatio ſit,vel prope,vel longe quidem, ſed admodum potens.Quod quidem cõtigit Athenienſibus & Lacedæmoniis. Athenienſes.n.vbiq; potentiam paucorum,Lacedęmonij vero vbiq; popularem ſtatum euertebant. Vnde igitur rerump.mutationes ſeditioneſq́ exoriantur,ferè dictum eſt.

Concludit quiddã vniuerſale quãtum ad omnes reſp. Et dicit, ꝙ omnes reſp.corrumpuntur vel ex ſeipſis propter diſſenſionẽ ciuium, vel ab aliqua cauſa extrinſeca. Quando.n.eſt reſp.contraria extra vel propę ciuitatem vel longe,quæ potẽtiam habet ſupra ciuitatẽ illam, corrumpit iſtam propter contrarietatem. Vnum.n.contrarium natum eſt diſſoluere aliud.Sicut accidit apud Athenienſes & Lacedæmonios. Cum enim Athenienſes haberẽt remp.popularem, vbiq; deſtruebant ſtatum paucorum & mutabãt in ſtatum popularem. Et Lacedæmonij cum ſtatum paucorum haberent, vbiq; corrũpebant ſtatum popularem,& mutabãt in ſtatum paucorum. Et tuoc recapitulat dicens, ꝙ vnde fiunt tranſmutationes & corruptiones rerump.fere dictum eſt.

LECTIO VII.

De conſeruatione ſtatus popularis paucorum optimatum, & reip.

DE cõſeruatione autem earum, et communiter, & ſeorſum de vniuſcuiuſq; conſequens eſt, vt dicamus.

Poſtquã philoſophus declarauit cauſas & principia corruptionis & tranſmutationis rerump.& in vniuerſali & in particulari, determinat in vniuerſali & in particulari cauſas & elementa per quæ ſaluantur. Et primo dat G intentũ ſuum.Secũdo proſequitur.ibi.{Illud ergo &c.} Eſt autem intelligendum,ꝙ in dando elementa, per quę ſaluantur reſpu.non procedit ſicut proceſſit ſuperius in dãdo cauſas deſtructionis earũ,quia ſuperius primo dedit cauſas corruptionis & tranſmutationis rerumpu.in vniuerſali. Secundo in particulari ſm vnamquamq; rẽp, diuiſim. Sed hic ſic non faciẽt,ſed ſimul dat elementa per quę ſaluatur vnaquęq; reſp.in generali & in particulari. Dans igitur intentionem ſuam dicit, ꝙ poſtq̃ determinarum eſt de cauſis & principiis tranſmutationis vniuſcuiuſq; reip.in vniuerſali & particulari, conſequẽter determinandum eſt de ſaluatione vniuſcuiuſq; reip.determinando quæ ſunt elementa & in vniuerſali & in particulari per quæ ſaluantur. Deinde cum dicit.

Illud ergo ante omnia patet, ꝙ ſi ſciamus ꝑ quæ corrumpuntur reſp.ſcimus etiam per quę conſeruantur. Contrariorum.n.contrarij effe- H ctus. Corruptioni autẽ,cõſeruatio eſt cõtraria.

Proſequitur.Et diuiditur in duas,In prima oſtẽdit vnde poſſunt accipi elementa per quæ ſaluãtur reſpublicę. Secundo accipit ipſa.ibi.{In illis igitur &c.} In prima dicit ꝙ primo iſtud manifeſtũ eſt, ꝙ ſi habemus quę ſunt cauſæ & principia per quæ corrũpuntur reſp.habemus quæ ſunt cauſæ & principia per quæ ſaluantur. Et ratio huius eſt,quia contrariorum cõtraria ſunt principia. Sed corruptio & ſaluatio ſunt contraria, ergo habet cõtraria principia. Si ergo habemus quæ ſunt principia tranſmutationis & corruptionis rerũp. habemus quæ ſunt principia ſaluationis, quoniam cõtraria. Deinde cum dicit.

In illis igitur rebuſpu.quæ laudabiliter permixtæ ac temperatę ſunt,illud eſt diligẽter obſeruandum,ne quid ex legibus inſtitutiſq́ mo

E ucatur,maximeq́; ab eo cauẽdum quod paulatim repetit.latet.n.corruptio, ꝗa nõ tota ſimul fit,decipiturq́; mens ab illis,vt ſophiſtica illa ratio, ſi vnũquodq; puſillũ, & omnia. hoc autẽ eſt,vt ſic,& eſt,vt nõ. Totum.n.& omnia,non puſillũ,ſed cõpoſita ex puſillis. Vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium,eſt opponẽda.

Accipit huiuſmodi principia & eſt intelligendum, ꝙ reſp. poteſt corrũpi vel deſtrui corruptione propinqua vel remota.Et ſm hoc diuiditur in duas.In prima dat elementa quæ præſeruant remp. à corruptione remota magis. Secundo dat elementa quæ præſeruant eam à corruptione propinqua magis.ibi.{Conſeruantur autẽ &c.} Circa primam intelligendum ꝙ reſp.poteſt corrumpi corruptione remota tripliciter. Primo propter negligentiam eius ꝙ paruum eſt. Secundo propter perſuaſionem F adulatorum. Tertio propter malũ modum ordinis reip. Et ſm hoc diuidit pars iſta in tres. In prima dat elementa per quæ ſaluantur à corruptione, quæ eſt per negligẽtiam eius quod eſt paruum. Secundo illa per quæ ſaluãtur à corruptione quæ eſt per adulationẽ.Tertio illa per quæ ſaluatur ab ea quæ eſt propter malum ordinem. Et incipit.ſecunda ibi.{Deinde non confidere &c} Tertia ibi.{Intueri licet &c.} In prima dicit ꝙ in omnibus rebuſpu.bene mixtis hoc oportet obſeruari, ꝙ non fiat tranſgreſſio in aliquo, & maxime ꝙ non fiat ſm hoc qđ eſt modicum. Aliquando.n.contingit, ꝙ ſubintrat talis ſeditio quæ fit ſm modica, & latet propter eius paucitatẽ vel non curatur. Et ſi negliguntur huiuſmodi præuaricationes,faciẽt vnã magnam præuaricationẽ quæ corrumpet remp. Sicut.n. paruæ expenſæ frequenter factæ corrumpunt totam ſubſtantiã alicuius,ſic paruæ & modicæ præuaricationes frequenter factæ corrumpunt totã remp. Huiuſmodi autem corruptio latet ſępe,quia nõ G fit ſimul & ſm magna, ſed fit paulatim & ſm modica. mens.n.quandoq; paralogizatur. huiuſmodi.n. paruæ præuaricationes paralogizantur ipſam, ſicut quædam oratio ſophiſtica. Arguit enim ſic penes ſeipſum,ſi vnaquęq; præuaricatio parua eſt & omnes paruæ ſunt, ſed iſtud verum eſt vno modo. Alio modo nõ eſt verum, ꝗa totum & omnia ſimul ſumpta nõ ſunt parua,ſed diuiſim ſumpta parua ſunt. Dicendum eſt igitur ꝙ hæc omnes poteſt teneri collectiue vel diuiſiue,ſi diuiſe vera eſt: oẽs.n. præuaricationes diuiſim ſumptæ paruæ ſunt. ſi collectiuæ,falſum eſt.omnes enim coniunctæ non ſunt paruum quid, ſed magnum. Et tunc concludit ꝙ vnum elementum eſt vt caueatur ne fiat aliqua tranſgreſſio vel præuaricatio. Deinde cum dicit.

Dende nõ confidere his, quæ finguntur quodam modo,& adumbrãtur ad populũ. Reprobantur.n.ex ipſis operibus. Qualia vero dicamus reipu.figmenta ſuperius eſt oſtenſum.

Ponit documentũ quod præſeruat à corruptione quę fit per ſuaſionem adulatorum. Adulatores enim ſuadent multitudini quæ placẽt illi,& non ſuadẽt propter bonũ multitudinis,ſed propter bonum ſuum. Vnde contingit ꝙ talia quandoq; ſuadent ex quibus corrumpitur reſp. & ideo dicit philoſophus, ꝙ deinde cauendum eſt ne aliquis credat adulatoribus qui coniungunt ſe multitudini gratia ſophiſmatis,hoc eſt vt decipiãt. Quod autem iſtis non ſit credendum apparet,nam ex operibus poſſunt argui. Secundum autem ꝙ dicit philoſophus.10.Ethic.de his quæ ſunt in paſſionibus & actionibus ſermones minus ſunt credibiles operibus. Et ideo ſi ſuadeant aliquid & faciant contrarium, magis credendum eſt operibus ipſorum q̃ perſuaſionibus. Quæ autem & qualia ſunt per quæ apparenter adulatores decipiunt, dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

Intueri

Intueri licet quaſdam reſp. durare, non ſolũ ex optimatibus, verumetiam ex paucorum potentiis, nõ quia per ſe ipſæ ſtabiles ſint: ſed quia hi qui gubernant, recte ſe gerũt, tam erga eos, qui ſunt extra rempublicã, q̃ erga eos qui in reipublicæ gubernatione verſantur. Erga eos, q-dem qui nõ participes ſunt gubernationis, nõ afficiendo ipſos iniuriis, ac præſtãtiores ipſorum ad participationẽ reipublicæ recipiendo, cupidoſq; honoris non deprimẽdo, neq; multitudinẽ ſuis commodis fraudando. Erga illos vero, qui ſocij in gubernãda republica ſunt, humane inuicẽ ac populariter ſe gerẽdo. Æqualitas. n. illa quæ in populari ſtatu affectaẽ, ea in ſimilibus, non ſolũ iuſta eſt, verũetiam vtilis.

Ponit tertium elementũ quod præſeruat à corruptione quæ eſt propter inordinationem, vel in ſeipſis, vel in aliis. & primo proponit quoddam manifeſtũ contingẽs in multis. Secundo ex illo concludit elementum ſuũ. ibi. {Quamobrem &c.} In prima dicit, q͏ iterum manifeſtũ eſt & poteſt videri, q͏ quædam reſpublicæ manſiuę ſunt, non quia ſint recte ordinatæ ſicut ſtatus optimatum ſimplex, ſed quia principãtes bene vtuntur, & his quæ ſunt in republica, & his quæ ſunt extra. His autẽ q̃ ſunt ſub republica non faciendo iniuſtitiam contra illos qui ſunt extra rempublicam, & inuocando ad rẽpublicã eos qui ſunt principaliores & meliores in multitudine, & non faciendo iniuriam quæ eſt per dehonorationẽ his qui ſunt ambitioſi honoris, vocando etiam populares ad officia & actus, in quibus poſſint lucrari & in bene ſe habẽdo adinuicem & populariter, ita q͏ principantes æqualiter inter ſe recipiunt. Sicut enim populares quærunt quod æquale & iuſtum eſt in rep. illa, ſic non ſolum iuſtum, ſed expediens eſt, principantes in ſtatu paucorum æqualiter recipere & quando iſta cõtingunt, dato q͏ reſp. nõ ſit recte ordinata, mãſiua eſt multum. Deinde cum dicit.

Quamobrem ſi plures ſint in gubernatione reip. conſtituti, eis per multa popularium inſtitutorum vtilia ſunt, ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, vt omnes qui ſimiles ſunt, adipiſci valeant. Sunt. n. tanquam populus quidam illi, qui inter ſe pares ac ſimiles ſunt, itaq; in illis frequenter exiſtũt, velut duces quidã populi, vt prius diximus. Deinde minus in potẽtias incidunt, paucorum gubernationes & optimates. Non enim ſimiliter facile eſt latere male agentem in breui t pe magiſtratus, & in lõgo: nã ob hoc in paucorũ gubernationibus & popularibus tyrannides fiunt. Aut. n. hi qui maxime ſunt in vtraque, tyrannidẽ inuadunt, hic ductores populi, ibi potentes. Vel qui maximos gerũt magiſtratus, quando longo tempore durant.

Concludit elementum ſuum, & dicit, q͏ propter hoc q͏ ſimiles debent æqualiter recipere, ſi plures ſint ſimiles & æquales in rep. plura ſunt introducenda, quę in ſtatu populari ſtatuta ſunt, & ordinata. Verbi gratia, Lege ſtatutũ eſt in ſtatu populari q͏ principatus ſint breues, puta ſex menſiũ, vel alicuius parui temporis, & non amplioris, & iſtud accipiendum eſt, ſi ſint plures ſimiles in rep. Et rationẽ eius duplicem aſſignat. Prima eſt, q͏ vbi ſunt ſimiles oportet æqualiter recipere, ergo vt omnes poſſint attingere ad principatum oportet accipere legẽ

A illã. ſic. n. omnes poterũt attingere ad principatũ, quia ex quo non durabit principatus niſi per ſex menſes, multi poterunt ſuccedere in eo. Hoc autem q͏ ſimiles æqualiter recipiunt, populare eſt, & ideo in rep. in qua ſunt plures ſimiles, aliqua popularia ordinanda ſunt, propter qđ in talibus, in quibus ſunt multi ſimiles ſiũt duces populi, ſicut dictũ eſt prius. Alia ratio eſt, quia ſi ſtatuatur q͏ principatus non duret niſi per ſex menſes, tũc ſtatus paucorũ & optimatum minus incident in potentiam, id eſt in aliã ſpeciẽ ſtatus paucorum, in quo valde pauci principantur diuites valde, & non ſm legem. Et ratio eſt, q͏a non eſt facile aliquẽ conſimiliter malignari in pauco tẽpore, & in multo, q̃m in ſtatu paucorũ & populi, ꝓpter hoc fiunt tyrãnides. Quia autẽ in vtraq; aſſumuntur illi qui excellunt alios tyrannizantes, ſicut in ſtatu populari, duces populi, in ſtatu paucorum, potẽtes valde, aut, quia illi qui habent principatus excellentes, multo tempore principantur. Deinde cum dicit.

B Conſeruantur autem reſp. non ſolum ex eo quia procul ſint à periculis, verum etiam interdum quia propinquæ ſunt. Homines enim formidantes, vigilantius intendunt ad reip. cuſtodiam. Itaq; oportet eos qui rempublicam ſaluã eſſe volunt, formidines quaſdam parare, vt caueant, neq; diſſoluant, quaſi nocturnã quandam cuſtodiam, reip. obſeruationem, & quod longe abeſt, propinquum facere.

Ponit principia per quæ ſaluantur reſpublicæ à corruptione propinqua, & primo ponit vnũ cõe. Secũdo ponit plura ſpecialia. ibi. {Etiam nobilium &c.} In prima dicit, q͏ non ſolum ſaluantur reſpublicæ, quia ſunt remotæ à principiis corrumpentibus ipſas. ſed etiam quandoq; ſaluãtur, quia ſunt prope, & hoc quia qui timent de

C tranſmutatione reipublicæ tenent eam quantũ poſſunt, & ideo principantes, qui curam habent de republica, oportet ordinare & præparare timores, vt poſſint cõſeruare rempublicam, & nihil corrumpatur eorum quæ ad rempublicam ordinantur: ſicut debet ordinare propter obſeruationem reipu. vt ciuitas cuſtodiatur de nocte, & præfingere q͏ illud quod longe eſt, ſit prope, vt q͏ inimici ſint prope, & debet præcipere q͏ ſint parati ad arma, quia ciues & etiã populares videntes talia timebunt, & obſeruabunt melius rempublicam. Deinde cum di.

Etiã nobilium contentiones ſeditioneſq; per leges quoq; oportet cuſtodire conari, & q extra contentiones ſunt eos ante capere, tanq̃ malum ab initio exoriens cognoſcere, non cuiuſuis ſit, ſed ciuilis viri.

Ponit documenta ſpecialia. Et eſt intelligẽdũ q͏ reſp.

D corrumpitur aliquando propter honores vel inhonorationes. aliquando propter inſolentias ciuium. aliquando propter lucrum, vel damnum. aliquando propter impotentiam. aliquando corrumpitur propter ineruditionẽ & inaſſuefactionẽ. Et ſm hoc iſta pars diuidit in quinq;. In prima ponit documenta quæ præſeruãt à corruptione, quæ fit propter honores vel inhonorationes. In ſecũda ponit documẽtũ quod præſeruat à corruptione quæ fit propter inſolentias ciuium. ibi. {Cum vero.} In tertia ponit documẽtũ per quod præſeruatur reſp. à corruptione quæ fit propter damnum & lucrum. ibi. {Maximũ vero eſt.} In quarta ponit documentũ quod præſeruãt à corruptione quę eſt propter impotẽtiã. ibi. {Et qđ ſæpe.} Quinto ponit documentũ quod præſeruat à corruptione quæ accidit propter ineruditionem & inaſſuefactionẽ. ibi. {Maximũ vero.} Prima in tres, quia reſpu. poteſt tripliciter corrũpi propter honores & inhonorationes

tiones. Primo propter contentionem eorum qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secũdo propter diſtributionem honorum. Tertio propter incrẽtum honoris præter proportionem, & ſm hoc diuiditur in tres. In prima ponit documentũ quod præſeruat à corruptione quę ſit propter cõtentionem eorum qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secũdo ponit documentũ quod præſeruat à corruptione quę ſit propter diſtributionem honorũ. ibi. {Ad mutationes vero.} Tertio ponit documentum quod præſeruat à corruptione quæ ſit propter incrementum honoris præter proportionẽ. ibi. {Cõe autem.} In prima dicit q̃ cũ reſp. aliquando corrumpatur propter intẽtionẽ inſigniũ, & eorum qui ſunt honorabiles cauẽdum eſt per leges & per alia ſtatuta ne accidãt tales cõtentiones, & ſi acciderint curãdum eſt qualiter poſſint ſedari. Similiter cauendum eſt, q̃ illi qui non ſunt in contentione non ponãtur in ipſa. Iſta enim eſt principium multorum magnorum malorum. Ad ciuem autem pertinet cognoſcere malum in principio non ad quemcunq; alium, & ideo in principio ciuis debet obuiare huic contentioni, quia ſecundum q̃ dictum eſt ſuperius, contentiones diuitum valde de facili inualeſcunt. Deinde cum dicit.

Ad mutationes vero quæ ꝓpter cẽſum ſiũt ex paucorum potentia atq; ex rep. quãdo cõtingit hoc manẽtibus eiuſdem cẽſibus, aut pecuniarum copia facta, vtile in rep. eſt conſiderare vniuerſum totius ciuitatis cenſum, ac pręſens tempus ad præteritum cõferre. nã in quibuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim: in maioribus vero per trienniũ, aut quinquẽniũ, & ſi ſit multiplicatus, ac multo maior factus q̃ prius erat, illę ſm quem ſtatuta fuerat reip. gubernandæ habilitas, lege prouidere, vt cenſus, vel augeatur, vel relaxetur, ſiquidẽ excedat, reſtringatur ſecundum multiplicationem. ſi vero deficiat, relaxeẽ ac minor fiat caſus taxatio.

G

Ponit ſecundum documentum quod pręſeruat à corruptione quæ ſit propter diſtributionem honorũ, & diuiditur in duas. In prima ponit elementũ. In ſecunda tãgit inconueniens quod accidit propter defectum huius, ex quo apparet ratio dicti. ibi. {In paucorum. n.} In prima intelligendum q̃ reſp. omnis in principio inſtituta fuit in aliquo ordine, vt q̃ principatus duret ꝑ annũ vel biennium, q̃ habentes tantas diuitias vel tantũ honorati attingant ad principatũ, vel aliud huiuſmodi. Contingit autẽ recedere ab iſto ordine vel ſm exceſſum vel ſm defectum remanente tamen illã rep. Dicit igitur q̃ cũ in rep. aliquando fiat tranſmutatio propter honorabilitatem, ſicut in ſtatu paucorũ & rep. ſm intenſionem & remiſſionem, & hoc manente eadem rep. expedit conſiderare ordinẽ, qui nunc eſt in ciuitate cõferendo ad ſtatum in reſpub. fuit inſtituta à principio: puta ſi in aliqua fuit inſtitutum in principio q̃ principatus duraret per annum cõſiderare ad iſtud tempus, in maioribus autem ad triennium vel ad quinq; annos. Et tũc conſiderãdũ eſt, ſi exceſſus ab illo quod fuit à principio inſtitutus ſit multiplex, & ſi defectus ſit ſubmultiplex, & ſiquidẽ receſſus ſit multiplex remittẽdus eſt, & ſi ſit defectus intendẽdus eſt ſm proportionem debitam ſm primam inſtitutionẽ lege poſita q̃ liceat intendere & remittere honorabilitates quando videbitur faciendum. Deinde cum dicit.

H

In paucorum. n. gubernationibus & in rebuſp. niſi hoc fiat, hic paucorũ gubernatio, ibi potẽtia illa nimia inſurget, illo autem modo ex rep. quidem populari, ſtatus, ex paucorum vero gubernatione rebuſp. aut populus.

E

Oſtendit inconueniẽs quod accidit propter defectum huiuſmodi, & dicit, q̃ vbi ita fiat ſicut dictum eſt in ſtatu paucorum & reſp. cõtinget remp. tranſmutari in paucorum potentiam, & paucorum potẽtiam in magis remiſſam in ſpeciem illam quæ dicitur potẽtatus, in qua principantur valde diuites, & ſm ſententias proprias, nõ ſm legem quæ peſſima eſt: & hoc ſi fiat exceſſus ſecundum ſuperabundantiam. ſi autem fiat remiſſio ex rep. fiet ſtatus popularis: ex paucorum vero repub. vel popularis ſtatus. Deinde cum dicit.

Commune autẽ eſt & in populari, & in paucorum gubernatione, & in omni rep. neq; augere nimium quẽquam ſupra modum, ſed magis conari paruos, & lõgi tẽporis honores prębere, q̃ confeſtim magnos. corrumpuntur. n. nec cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre.

F

Quod ſi accumulate dati ſint alicui honores, nõ ſunt ſimul oẽs poſtea auferẽdi, ſed paulatim.

Ponit elementũ quod præſeruat à corruptione quę eſt propter incrementũ honoris pręter proportionem, & diuiditur in duas. In prima ponit documẽtũ. In ſecũda adiungit aliud ſecũdum documẽtũ, quod præſeruat à corruptione quæ eſt propter exceſſum potentiæ. ibi. {Maxime vero.} In prima dicit q̃ iſtud eſt cõe in ſtatu populari & paucorum & vniuerſaliter in omni rep. ad ſaluationem, q̃ nõ permittatur aliquis creſcere ſm aliquã dignitatẽ præter proportionẽ vel dignitatẽ, ſed dãdi ſunt parui honores ſecundum multum tempus magis q̃ magni valde & ſm breue tempus. Et ratio huius eſt, quia ciuitates propter huiuſmodi excellentias præter proportionem corrumpuntur. Iterum non omnes poſſunt ferre bonam fortunam. hoc. n. eſt virtuoſi, ſicut. n. dicit philoſophus in 4. Eth. Sine virtute non facile ferre moderate bonas fortunas. Et ideo ſi dentur alicui nõ virtuoſo honores præter proportionem ad alios ciues & ad dignitatem ipſius, grauabit eos & deſtruent ciuitatem. Si autem non fiat ita ſemper, ſed dentur alicui à caſu, vel propter aliq̃ cauſam tales honores & ſimul, non ſimul auferendi ſunt omnes, ſed paulatim & ſecundũm modica. paulatim. n. adimentes nihil, videbitur ſibi adimere. modica enim parum reputantur. Deinde cum dicit.

Maxime vero lege ita prouidere conãdum eſt vt nemini ſit exceſſiua potẽtia, neq; amicorũ neq; pecuniarũ. Quod ſi ita cõtingat ꝑ abſentiã remouẽdæ ſunt hmõi hominum clientelæ.

Ponit documẽtũ quod præſeruat à corruptione quæ eſt propter exceſſum potentiæ, propter ſimilitudinẽ ad præcedens, & dicit q̃ maxime ordinandum eſt à legibus vel alio quocunq; conuenienti q̃ nullus fiat multum excellens præter proportionem in potentia, nec amicorũ, nec pecuniarum. tales enim potentiæ de facili ſicut dictum eſt in tertio huius poſſent corrũpere ciuitatem, ſi autem non ſic ordinetur ſemper ſed contingat aliquem vel aliquos excedere alios in potentia, tunc ordinandum eſt, q̃ habeat manſionem diuiſim à ciuitate, quia tunc minus poterit grauare ciuitatem. Deinde cum dicit.

Cum vero ex priuata etiã vita res nouæ oriãtur, magiſtratus conſtituendus eſt quidam, qui ſit quaſi in ſpecula, ad mores ciuium intuẽdos, ne quis ita viuat, vt reipublicæ nocere poſſit, in populari quidem ſtatu, ne aliene viuat à popularitate: in paucorum autem potẽtia, ne aliene à natura eius gubernationis, eodemq; modo de aliis ſpeciebus rerumpublicarum.

Tangit

Tangit documentum quod præſeruat á corruptione quæ fit propter inſolentias ciuitatis. Et quia exultatio & elatio propinquæ ſunt inſolentiæ quæ eſt ab elatione, adiungit elementum contra exultationem & elationem. ibi. {Et ſi quid.} In prima intelligẽdum eſt, ꝙ vita vno modo dicitur anima quæ eſt principium operationis ſm ꝙ dicimus anima & vita ſunt idem: alio modo dicitur vita operatio cuius anima eſt per ſe principium. Tertio modo dicitur conuerſatio in qua aliquis aſſuetus eſt, & quæ delectat ipſum: & ſic accipit hic philoſophus vitã, & dicit, cum ciues inſoleſcant & declinent á repub. propter proprias vitas: oportet ordinare quendam principatum qui conſideret quis inſolenter viuit in ciuitate, & nociuus eſt ad rempub. ſicut ſunt illi qui multum expẽdunt in ciuitate & neſcitur vnde habeant, vt puta in ſtatu populari qui nocui ſint: ſimiliter etiam in ſtatu paucorum, & ſic de alijs rebuſpub. Si.n. tales dimittantur, erit detrimentum ciuitatis. Cum.n. nimis expendant cũ ſubſtantia eorum finita ſit, oportebit eos iniuriari & accipere ab alijs. Deinde cum dicit.

Et ſi quid exultet, elatumq; ſit in ciuitate, per partes, obſeruare ꝑpter eaſdẽ cauſas, cuius remedium eſt ſemper cõtrarijs partib⁹ magiſtratus & res agẽdas cõmittere. Contrarias partes voco, ceu præſtãtes viros multitudini, & diuites pauperib⁹. Conãdumq; vel admiſcere pauperes cũ diuitibus, vel medióſ augere, hi.n. diſſoluent ſeditiones ob imparitatem procedẽtes.

Adiungit aliud documentum contra exultationem & elationem, & dicit, ꝙ cum ꝑ exultationem & elationem accidant diſſenſiones in ciuitate & inſolentiæ, diligenti remedio prouidendum diuiſim & ſigillatim obſeruandum eſt. ſi.n. dimittantur qualitercũq; ſe habere vt voluerint in huiuſmodi ludis & exultationibus, fient ad tẽpu. bonum ciues inſolentes, bona ſua expẽdent ſm ꝙ nõ oportet. Vnde accidet ꝙ oportebit accipere vndecunq;, & propter hoc cauendum eſt qualiter fiant. Eſt autẽ remedium ad hoc, ꝙ ſemꝑ in huiuſmodi actionibus & elationibus accipiantur partes oppoſitæ, & virtuoſi ponãtur cum multitudine, vt per virtutem multitudinis exceſſus reprimatur. Similiter ponendi ſunt pauperes cum diuitibus, vt exceſſus eorum adinuicem reprimatur. Et ſi multitudo miſceatur cum diuitibus, adiungendi ſunt medij. Et ſi vna pars vellet excedere, alia pars cũ medijs reprimet eam: per hoc.n. deſtruũtur ſeditiones, quæ fiũt propter inæqualitatem, quia ſi diuites velint excedere, egeni turbantur contriſtantes, & ſeditionem procurant. per medios autem iſtud ſæpe ſedatur. Deinde cum di.

Maximum vero illud eſt in omni rep. & legibus, & cætera omni diligentia conſtituendum, ne ex magiſtratibus lucra proueniant.

Tãgit elementum quod præſeruat á corruptione quæ eſt propter damnũ & lucrũ, & diuiditur in duas partes. In prima ponit elementa ſpecialia præſeruantia á corruptione quæ eſt propter damnum & lucrum. In ſecunda ponit documẽtum magis generale. ibi. {Simpliciter aũt quæcũq; in legib⁹ prodeſſe diximus &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtẽdit quot exiguntur ad perfectionem principatus ratione cuiuſdã dicti. ibi. {Tria vero debẽt habere illi q ꝑncipales &c.} Prima in duas. In prima ponit elementũ generale quantum ad omnes reſpublicas. in ſecunda ponit elemẽta particularia quantum ad quaſdam determinate. ibi. {Oportet autem in populari ſtatu diuitibus parcere &c.} Prima in duas. In prima ponit documẽtum. In ſecunda manifeſtat. ibi. {Id autẽ maxime in paucorum &c.} In prima dicit ꝙ documẽtum maximum in omni rep. ad ſaluandum ipſam eſt ordinare & videre, ne principatus ſit

A lucratiuus, quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo ꝙ principatus nõ vendatur, quia ſi venderet, tũc qui plus haberet in pecunijs plus haberet de principatu, quod eſt incõueniens. Alio modo poteſt ſic exponi, ꝙ principatus non ſit lucratiuus, hoc eſt ꝙ principans ex principatu non lucretur. Deinde cum dicit.

Id autẽ maxime in paucorũ gubernatione eſt obſeruandum. Leuius.n. ferunt populi qui ab republica excluduntur: Quinimmo gaudent, ꝙ ſua agere non impediuntur. At ſi exiſtiment eos qui magiſtratus gerunt ex rep. ditari, duplicem capiunt moleſtiam, & quod ab honore excluduntur, & ꝙ á lucro.

Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in paucorũ & populari ſtatu, & ideo primo oſtẽdit ꝙ huiuſmodi documẽtum ſit vtile. Secũdo qualiter poteſt fieri ꝙ principatus

B nõ ſit lucratiuus. ibi. {Ad hoc autẽ.} Prima in duas. Primo manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in paucorũ ſtatu. Secundo ex vtilitate quæ ſequitur in populari & optimatũ ſtatu. ibi. {Vnice vero.} In prima dicit ꝙ iſtud documentum maxime expedit in paucorum ſtatu, quia ſi diuites principantur et nihil lucrentur propter principatum, tunc populares ſi excludãtur á principatu non indignabuntur nec triſtabuntur, immo gaudebunt ſi ꝑmittanſ vacare circa propria negocia. Si autem credant ꝙ ex principatu lucrentur aliqua furãtes bona triſtabuntur propter duo. Primo quia non participabunt principatu, & tunc reputabunt ſe inhonoratos. Secundo quia non habebunt lucrum ſicut alij, & tunc mouebunt ſeditiones contra diuites. Quare manifeſtum eſt ꝙ expedit multum in paucorum ſtatu ordinare principantes ex principatu nihil lucrari. Deinde cum dicit.

Vnice vero etiam cõtingit ſimul exiſtere po-

C pularẽ ſtatum, & optimatũ, ſi ita qui inſtituat: foret enim, vt & nobiles & plebei haberẽt quæ vtriq; vellent. licere.n. omnibus rempublicam gerere, populare eſt. magiſtratus vero á nobilibus obtineri optimatum. Hoc autem accidit quando ex magiſtratibus non proueniunt lucra. Pauperes.n. magiſtratus non volent, ſi nil inſit lucri, ſed potius ſuis rebus proprijs intendere. Diuites autem quia non indigent ex rep. lucrari, magiſtratus gerent.

Manifeſtat ex vtilitate quæ ſequitur in optimatũ & populari ſtatu, & diuiditur in duas ſm duas vtilitates quas ponit. Secunda. ibi. {Atq; ita &c.} In prima dicit, ꝙ ſi iſtud ſtatuatur. ſ. ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu contingit eandem rempublicam ſimul eſſe optimatum & popularem. ſi.n. hoc ſtatutũ fuerit & inſignes

D & diuites & populares habebunt ea quæ volũt habere. hoc autem pertinet ad popularem ſtatum. ſ. ꝙ omnibus liceat principari. Quod autem inſignes principẽtur pertinet ad optimatum ſtatum. Iſta autem contingent ſi nihil lucrẽtur ex principatu, quia pauperibus licebit principari, ſed nolunt eo quod non eſt lucrum, ſed magis volunt vacare circa propria negocia. Sed diuites poterunt principari, quia non indigent bonis communibus, nec propter curam propriam poterunt impediri. Quare manifeſtum eſt ꝙ vtriq; habebunt quæ volũt, his autem ſic ſe habẽtibus bene ſimul ſaluãtur popularis & optimatũ ſtatus. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ expedit ordinare ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu. Deinde cum di.

Atq; ita continget, egenis quidem ditari ob operam rebus ſuis impenſam: nobilibus vero, non ſubijci cuicunque.

Ponit

Ponit ſecundam vtilitatẽ, & dicit, ꝙ ſi ita ordinẽtur ꝙ nihil lucrẽtu: diuites ex principatu, accidet ꝙ egeni erũt diuites, quia poterũt curare de propriis. Inſignes autem non ſubiiciẽtur deterioribus. Hoc autem maxime appetunt iſti.ſ.non ſubiici, illi vero diuites fieri. quare erit pax & cõcordia in ciuitate. hæc autem ſunt cauſa ſalutis ciuitatis: quare manifeſtũ eſt quod expedit ſic ordinari, ꝙ nihil lucrentur ex ipſo principatu. Deinde cum di.

Ad hoc autem vt non ſurripiantur pecuniȩ publicȩ editio fiat pecuniarũ ciuibus omnibus præſentibus, & deſcriptȩ per ſocietates, & ordines & tribus deponantur. Quod vero magiſtratus ſint abſq; lucro, ſtatuendi per legẽ ſunt honores his qui optime ſe geſſerint.

Declarat qualiter contingit fieri principatus nõ lucratiuos per duo documenta, & dicit ꝙ ne principãtes furẽtur bona communia ordinandũ eſt, ꝙ communis pecunia tradatur in præſentia omnium ciuiũ, & ꝙ habeãtur reſcripta ſiue literȩ ſuper his quȩ eeponẽtur apud ſocietates vel contubernia, vel aliquas tribus, ſic.n.non poterunt furari de bonis cõibus. Secundum documẽtum eſt, ꝙ loco lucri ordinentur honores qui fiãt eis & reuerẽtiȩ, puta ſi veniat ad ciuitatem ꝙ recipiatur cũ magna reuerentia & ſolennitate, & alia huiuſmodi. ſic.n.minus appetent bona communia. Deinde cum dicit.

Oportet aũt in populari ſtatu, diuitibus parcere, ac nõ modo poſſeſſiones eorum nõ auferre, ſed ne fructus quidem earum, quod in quibuſdã ciuitatibus imprudẽter fit. Melius ẽt eſt volẽtibus prohibere, vt munera illa ſubeãt quæ ſint magni ſumpt⁹, ac nullius vtilitatis, ceu choros exhibere, & ludos, & cætera hmõi munera.

Ponit clementa particularia per quæ ſaluantur popularis & paucorũ ſtatus á corruptione quæ eſt á diuitibus propter damnũ, & primo ponit illa documenta. Secũdo declarat quod expedit vtriſq; ſcilicet populari & paucorũ ſtatui.ibi.{Vtile eſt.} Prima in duas. Primo ponit documentum quantũ ad popularẽ ſtatum. Secuodo quãtũ ad paucorum.ibi. {In paucorum.} Io prima dicit ꝙ vt ſaluetur popularis ſtatus oportet non ſolum ꝙ poſſeſſiones nõ ſint ȩquales, ſed plus habeãt diuites q̃ pauperes, Imo etiam de fructibus oportet ꝙ non ſint æquales, ſed ꝙ plus participent diuites, quia aliter diuites mouebũt ſeditionẽ, & cõtingere poterit quod corrũperur reſpublica, quod latet in quibuſdã rebuſpub. Sed iſtud magis eſt ordinandum ꝙ nullus faciat expẽſas & oblationes ſumptuoſas & non vtiles, puta choreas & ludos, & aliȩ tales expenſæ debent prohiberi in ciuitate & conſimiles, quia non ſunt vtiles, Imo ſunt nociuæ. Deinde cum dicit.

In paucorũ vero gubernatione, cura eſt pauperum ſuſcipiẽda diligenter, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta iſtis tradenda, et ſiquis diuitum eos cõtumelia affecerit, maior pœna eſt conſtituenda, q̃ ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſſio in hȩreditatibus ꝑ cognationẽ ſit, nõ per donationem, nec valeat quiſquã plures hæreditates capere, ſed vnã ſolũmodo. per hũc enim modũ magis æquales erunt facultates, & egenorũ permulti ad abundantiã traducẽtur.

Ponit documentum quantum ad paucorum ſtatus, & oſtendit quid oportet facere ne pauperes moueãt contra diuites, & dicit ꝙ io paucorũ ſtatu oportet principãtes habere multam curã de pauperibus, & eſt expediẽs, vt dent eis principatus, ex quibus poſſint aliqua habe-

E re. Et ſi aliquis diues iniuriatus fuerit alicui pauperi magis puniatur q̃ ſi alicui diuiti, ſic.n. non faciene pauperes ſeditiones contra diuites. Iterum oportet ordinare ꝙ hȩreditates, perpetuo diſtribuanẽ & ſm genus non ſm donationem & ad tempus. Ee oportet ordinare ꝙ vnus nõ habeat plures hȩreditates q̃ vnã. Et ratio huius eſt, quia ſic poſſeſſiones eruot magis æquales, quod appetunt populares, & plures pauperes poterũt ad abundantiam neceſſariorũ pertingere. & ſi ſic fiat ſaluabitue magis paucoeum ſtatus. Deinde cum dicit.

Vtile eſt etiam in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione, aliorũ vel æqualitatẽ vel præſtantiam tribuere his, qui minus participãt repu. In populari quidem, diuitibus: in paucorũ vero gubernatione, egenis. Exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius auctoritasq;

F reip. conſiſtit: hi.n. ſolis his, qui ſunt ex repub. committi debent.

Oſtendit quid expedit cõiter in vtraq; rep. & dicit ꝙ hoc expedit in populari & paucorum ſtatu, quod ſi bona aliquorũ per ſententiam alicuius magiſtratus in communi diſtribui debent, diſtribuantur illa plus illis, qui nõ attiogunt ad remp. in populari ſtatu quidem diuitibus. in paucorũ vero ſtatu pauperibus. Veruntamen ſi magiſtratus ſint in quibus ſit plurimum auctoritatis, nõ debent diſtribui illis qui non attingunt ad principatum in populari ſtatu.ſ. diuitibus, ſed debet attribui diuitib⁹ in paucorum multitudine in populari, ſed in omnibus aliis iſtud habet veritatem, ꝙ quæ veniunt ad cõe debent diſtribui his qui attingunt ad remp. ſic.n. optime ſaluabitur vtraque reſp. Deinde cum dicit.

Tria vero debẽt habere illi, qui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum, vt amẽt

G præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, vt habeãt potentiam maximam ad ea exequẽda quæ magiſtratus requirit. Tertium, vt habeãt virtutẽ & iuſtitiam, in vnaquaq; repu. ad ipſam remp. niſi.n. iuſtum idem ſit in cunctis rebuſp. neceſſe foret & iuſtitiæ eſſe differentias.

Declaraequȩ requiruntur ad perfectionẽ principãtis in principali principatu. & primo facit hoc. Secũdo mouet quaſdam dubitationes. ibi. {Habet autẽ dubitationẽ. In prima dicit, ꝙ debentẽ perfecte principari principali principatu tria oportet habere, Primum eſt amor principatus, oportet.n. ſi perfecte debeat principari ꝙ diligae principatũ. Et ratio huius eſt, quia perfecte principans debet habere prudentiam, quia prudentia eſt recta ratio agibiliũ. Princeps autẽ cũ habeae regere alios oportet ꝙ habeat rectã rõnẽ de agibilib⁹. Quare opor-

H tet ꝙ habeat prudẽtiam perfectam. Sed prudentiam nõ poteſt habere niſi habeat appetitum rectũ ad finem: hoc autem nõ poteſt eſſe niſi diligat finem & ea quæ ſunt ad finem ſecundum ꝙ huiuſmodi principatus principiũ eſt eorũ quæ ordinãtur ad finẽ reip. Quare manifeſtum eſt, ꝙ bene principantem oportet habere amorem ad principatum & remp. Secundo oportet ꝙ habeat potentiã reſpectu operum principãtis, quæ maxima ſunt. Ee hoc patet, princeps enim habet dirigere in finem reip. ſubditos. inter autem ſubditos quidam ſunt bene perſuaſibiles ratione. & quantum ad tales non eſt opus coactione. aliȷ autem ſunt quibus nõ de facili ſuadetur á ratione, ſed ſunt ioobedientes & inſolẽtes, & pro talibus indiget potẽtia coactiua. coercere autem & punire non poteſt niſi habeae potẽtiam, quare manifeſtum eſt ꝙ oportet quod habeat potentiam. Tertio oportet ꝙ habeat virtutem, & hoc apparet ex dictis: oportet enim principantẽ habere prudentiam,

prudentiam: hoc autem non eſt niſi habeat appetitum rectum. Sed rectitudo appetitus eſt per virtutem moralē. Quare oportet q̄ habeat virtutem & iuſtitiam ſm̄ quālibet rempu. In qualibet.n.repu. intenditur æquale ſm̄ aliquam dignitatem propriam ei: & ideo in vnaquaque repu. oportet eſſe iuſtitiam ſm̄ illam rempu. Et dico ſm̄ illam remp. quia non eſt eadem iuſtitia ſm̄ vnāquāque. Et hoc apparet, ratio.n.habitus ex obiecto ſumitur: obiectum verò iuſtitiæ iuſtum eſt, ergo ratio iuſtitiæ ſumitur ex rōne iuſti. Sed iuſtum non eſt idem ſm̄ vnāquāque politiam: ſed ſunt diuerſæ differentiæ eius, ergo iuſtitia non erit eadem ſm̄ vnamquāque rempub. ſed erunt diuerſæ differentiæ illius. Deinde cum dicit.

Habet aūt dubitationem, qn̄ hæc omnia nō concurrunt in eodem, queādmodum ſumere oportet, ceu ſi ſit quidam aptus ad rem militarem. Sit aūt ille idem improbus, nec reip. amator. Alter verò iuſtus & amator: ſed ad rem militarem non aptus, cuius facienda ſit electio.

Mouet dubitationes, & diuiditur in duas ſm̄ q̄ mouet duas. Secunda ibi. {Dubitari etiam &c.} Prima in duas. In prima mouet dubōnem. In ſecunda ſoluit. ibi. {Videtur inſpiciendum &c.} In prima dicit, q̄ dubōnem habet, ſi vnus & idem non habeat iſta omnia: ſed vnus habeat vnum tm̄, alius aliud cui attribuetur principatus, verbi gr. ſi ſit vnus q habeat potentiam militarem: ſed ſit ſine virtute nequā & reip. inimicus. alius autem q ſit virtuoſus & diligat rempub. impotens autem cui attribuetur principatus: vtrum ei qui habet potentiam militarem, ſed eſt ſine virtute & nequitioſus, & non diligat principatum, aut ei qui virtutem habet & diligit principatum, ſed non eſt militaris. Deinde cum dicit.

Videtur inſpiciendū eſſe ad duo, cuius magis participēt oēs, & cuius minus. Quapropter in re militari quidē, ad peritiam magis q̄ ad ꝓbitatem eſt reſpiciendum: pauciores.n. ſunt rei militaris periti, plures verò probitatis. Contra verò, in cuſtodia & adminiſtratione ærarij. Plus.n. probitatis requirit, q̄ quantum habeāt multi: ſcientia verò huius cōis eſt omnibus.

Soluit iſtam dubitationē, & dicit, q̄ in electione principis oportet conſiderare ad duo, ſ. ad illud quo plus poſſunt ciues attingere ad finē principatus. Et ad illud quo minus. Et rō huius eſt, quia principatus rationem ſumit ex fine, & ea quæ ſunt ad finem, rationem ſumūt ex fine. Et ideo ille eſt aſſumendus in principem, qui habet illud ſm̄ quod poſſunt magis pertingere ad finem reipub. Et propter hoc in militia ſiue ducatu exercitus, magis conſiderandum eſt ad experientiam q̄ ad virtutem. Quia ꝑ experientiam in armis, poſſunt magis pertingere ad finē reip. q̄ per virtutem. Virtuoſi aūt minus experti ſunt vt frequenter in talibus: ſunt tm̄ meliores multum. Et ideo ad talem principatum magis debet eligi ille qui habet experientiam cum ſola prudentia imperfecta, q̄ ille q habet virtutem ꝑfectam, & non habet experientiam. Sed in cuſtodia ſiue in regimine ciuitatis & in adminiſtratione ærarij, debet eligi ille q habet virtutem, quia in tali principatu, requiritur magis virtus q̄ experientia quā multi habent. Scientia aūt eſt cōis omnibus. oportet.n. q̄ habeant ſcientiam principes, & in ducatu exercitus, & in regimine ciuitatis: alíter.n. non poſſunt dirigere in finem intentum ea quæ ſunt ad finem. Deinde cum di.

Dubitari etiam poteſt, ſi potentia abſit reip. & amicitia, quid opus eſt virtute: ſufficiunt.n. illa duo ad reipub. vtilitatem.

A Mouet ſecundam dubōnem. Et primo mouet eam. Secundo ſoluit. ibi. {An q̄a &c.} In prima dicit q̄ dubitabit aliquis ſiquis diligat remp. & potentiā habeat ad q̄d neceſſaria eſt virtus. Non.n. videtur q̄ ſit neceſſaria, q̄a ꝑ alia duo. ſ. potentiam & amorē, videtur q̄ poſſint fieri ea quæcūq; expediunt ad ꝑncipatum. Deinde cum d.

An quia fieri poteſt vt duo illa habentes ſint intemperati? itaq; vt ſibiipſis non obtēperant ſcientes & amantes ſeipſos, ſic etiam erga rempub. nihil vetat ita ſe habere quoſdam.

Soluit dubōnem, & dicit, q̄ cum potētia & amore ad principatum requiritur virtus ſi debeat bene & perfecte regi: quia habentes potētiam ciuilem & amorē reip. contingit eſſe ſicut incōtinentes, hoc eſt ſic eſſe diſpoſitos ad remp. ſicut incontinens eſt ad ſeipſum, ergo ſicut erat de incontinente, ſic eſt de iſtis. Nunc aūt ſic eſt q̄ incōtinēs quāuis habeat rectum iudicium & ſciam de agibilibus

B & amorem ſui: nihilominus tm̄ proſequitur concupiſcētias & motus paſſionum. Et ſic non proficit ei ſcientia quā habet de agibilibus. Sic igitur erit de iſtis, q̄ quāuis diligant ꝑncipatum & habeant potentiam, quia tm̄ non habent virtutē, ꝑ quā regulent ſuas operationes, deficiēt & male ſe habebunt in principatu. Deinde cum dicit.

Simpliciter autem, quæcūq; in legibus prodeſſe diximus, cuncta illa rempub. ſeruant.

Dat vnum documentum generale. Et dicit, q̄ ſimplr̄ illa de quibus ſunt leges quæ conferunt ad remp. ſaluant remp. Leges.n. ſunt de conferentibus ad remp. talia verò ſaluant eam: & ideo de quibuſcūque ſunt leges ſaluant rempub. Deinde cum dicit.

Et quod ſæpe iam diximus, maximum fundamentum eſt cuſtodire, vt potētior ſit ea pars quæ remp. ſaluam eſſe velit, q̄ illa quæ nolit.

C Poſtquam Philoſophus poſuit elementum per quod ſaluatur reſp. à corruptione quę eſt propter lucrum: nūc ponit elementum per quod ſaluatur à corruptione q̄ eſt ꝓpter impotētiam. Et primo ponit elementū. Secundo adiungit aliud circa hoc ꝑ ꝓ conuenientiā. ibi. {Præter hæc &c.} In prima dicit, q̄ maximum & efficaciſſimū documentum ad ſaluandam remp. eſt ꝓcurare, vt pars illa q̄ diligit & vult ſaluationem reip. ſit valētior & potentior, q̄ alia quę nō vult nec diligit: ſic.n. ſemper vel quāmaxime durabit reſpub. Deinde cum dicit.

Pręter hęc aut omnia latere non oportet, q̄d modo latet eas reſp. q̄ tranſgrediuntur mediū.

Adiungit circa hoc aliud documentū contra receſſum á medio. Circa quod duo facit. Primo ponit elemētum. Secundo ex hoc concludit aliud, quod ſpeciale eſt in populari ſtatu. ibi. {Aberrant verò &c.} Prima in tres. In prima ponit documentū. Secundo aſſignat rōnem, cum

D dicit. {Multa enim &c.} Tertio cum dicit. {Quapropter &c.} Concludit elementum declaratum. In prima dicit q̄ præter omnia elementa quæ dicta ſunt oportet non latere, ſ. quid eſt medium & ꝓportionale, per quod ſaluatur reſp. vt conſeruetur, & non fiat trāſgreſſio ab eo: receſſus.n. ab huiuſmodi medio cauſa eſt tranſgreſſionis factæ in pluribus. Deinde cum dicit.

Multa.n. quæ popularia videntur, popularem ſtatum diſſoluunt. Multa etiam quę paucorum eſſe vidētur, diſſoluunt paucorū gubernationem. Qui verò exiſtimant hanc eſſe vnā virtutē, trahunt ad exceſſum: ignorātes, q̄ queēadmodum naſus excedit rectitudinem laudabilem, ad aquilinum eſſe vel ſimum: ſed tm̄ adhuc pulchritudinem ac gratiā retinet. At ſiquis ma

gís trahàt ad exceſſum : primo quidem abíicit congruentem menſurã partis: tandem verò ita diſponitur, vt non naſus appareat ꝓpter ſuperexcellentiam ac defectum contrariorũ. Eodem modo & de aliis partibus. Contingit aũt hoc & circa alias gubernationes. Nam paucorum qdem potentiã & popularẽ ſufficiẽter ſe habere cõtingit. Et ſi trãſgrediant ab optimo ſtatu, ꝙ ſiquis intendat magis, vtrãq; earũ deteriorẽ primã faciet, tandem verò neq; rempub. eſſe.

Aſſignat rationem documenti, & dicit, ꝙ bene oportet ſaluare medium, quia videmus ꝙ multa q̃ apparent eſſe popularia, corrũpunt popularem ſtatum ꝓpter hoc ꝙ recedunt à medio. Silr multa ſunt quæ corrumpunt paucorum ſtatum q̃ videntur eſſe paucorum. Qui autem credunt eſſe virtutis opus intendere quantũcunq; ea quę videntur ſaluare vnãquãque remp. puta credentes opus virtutis popularis eſſe quantũcunq; intendere popularia, & paucorum ſtatui intendere facientia ad ſtatũ paucorum omnia quantũcunque, declinant à medio ſm exceſſum, & corrũpunt volentes ſaluare. Sicut.n. eſt in partibus corporis, ſic eſt in repub. Sic autem eſt in partibus corporis, quod eſt aliqua determinata cõmenſuratio partium ſm quam partes pulcherrimæ ſe habent. Sicut naris quæ ſi parum trãſgreſſa eſt ad ſimum vel aquilinum, adhuc pulchra eſt & gratioſa in aſpectu : ſi tamẽ plus declinet ad exceſſum vel defectum. Primo contingit declinare á media ratione, in qua manet forma naris. Finaliter autem tantum contingit declinare ꝙ non contingit remanere formam naris propter excellentiam vel defectum. Eodem modo ſe habet in aliis partibus corporis. Similiter ſe habet circa alias reſpu. contingit.n. popularem & paucorum ſtatum eſſe in ordine optimo ſm illas reſpub. ſi aũt aliquis declinet vel ſm intẽſionem vel ſm remiſſionem, faciet rempu. peiorem. Tandem autem poterit intendere vel remittere ꝙ corrũpet ipſam omnino. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ ad ſaluationem reipub. oportet conſiderare quid eſt medium, in quo ſaluatur reſpublica. Deinde cum dicit.

Quapropter id nõ ignorari oportet à legis conditore, ac ciuili hoíe, qualia popularium ſeruẽt populi ſtatum, & qualia paucorũ apparentia, euertant paucorum gubernationem. Nulla enim iſtarum videtur ſtare poſſe abſq; opulẽtis & multitudine: ſed qñ adęquatio fiat facultatũ, aliã neceſſe eſt eſſe rempu. Itaq; diſſoluentes leges q̃ ſunt circa excellentiam diſſoluunt reſpu.

Concludit elementum iam declaratum, & dicit, ꝓpter hoc ꝙ quædam popularia corrumpunt ſtatum popularem, & quædam ad ſtatum paucorum ꝑtinentia corrũpunt paucorum ſtatum : oportet legislatorem & ciuem non ignorare q̃ & qualia ꝑtinẽtia ad ſtatum paucorum euertant ſtatum paucorũ, & popularia popularem. Nulla.n. iſtarum põt eſſe ſine diuitibus & ſine pauperibus. Sunt.n. de integritate reip. multitudo & diuitiæ, propter quod ſi aliquis voluerit adæquare ſubſtantias omnino & ita omnes æqualiter eſſe diuites, nõ remanebit eadem reſpub. ſed corrũpetur. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ illi qui procedunt excedendo legibus ad hoc ducentibus tranſmutant & corrumpunt rempub. Deinde cum dicit.

Aberrãt verò & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem, ductores populi, vt multitudinem dominam legum efficiant. Ob id.n. faciunt ſemper ciuita-

E tem opulentis repugnãtem. At oportebat contrarium videri ſemper dicere pro opulentis. In paucorum verò gubernatione, ꝓ populo, eos q rempub. gubernant, & contraria iurare q̃ nũc iurent. In quibuſdam enim ciuitatibus nũc iurant. Populum odío habebo, & conſilio annitar, vt male habeat. Expedit autem ſimulare ac fingere contrarium, atq; ita iuramentum concipere, non afficiam populum iniuriis.

Ponit elementum ſpãle ad ſaluandum popularem, & paucorum ſtatum, & dicit, ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ in paucorum & populari ſtatu eſt error. In populari qdem peccant ductores populi in ſtatu populari, ſ. in quo tota multitudo velut monarchia quadam dominatur, nõ ſm legem. ductores.n. pugnantes contra diuites diuidunt ciuitatem in duo. adulantes.n. multitudini mouent eam

F contra diuites. hoc aũt non eſt faciẽdum ſi debeat popularis ſtatus ſaluari: ſed multitudo pro diuitibus debet videri facere qũ volunt. Sic.n. ſaluari poterũt. In paucorũ ſtatu. ſilr peccat paucorum potentia, opprimens multitudinem, ex quo cõtingit corruptio paucorum ſtatus. Et iõ ſi debeat ſaluari oportet paucorum potentiã videri facere ꝓ populo, & facere iuramenta contraria eis q̃ faciunt. conſueuerunt.n. paucorum ſtatus potentię cũ inſtituuntur in principatibus iurando dicere. Iuro ꝙ populum odio habebo, & conſilio annitar vt male habeat. Silr in populari ſtatu: iurat populus malignus ero diuitibus & conſulam quæ illi mala eſſe ſciam. Hoc autem non eſt faciendum. Sed oportet opinari contrarium eſſe faciendũ, & inſinuare in iuramento ꝙ potentes paucorum non facient iniuſtum populo. Et populus debet iurare, ꝙ non iniuſte aget contra diuites. Deinde cum dicit.

Maximum aũt omnium quæ dicta ſunt ad

G reip. ſtabilitatem eſt, id quod nũc parui faciunt, oẽs erudiri ad reip. diſciplinam. Nil.n. proſunt vtiliſſimæ leges quæ à gubernatoribus decernuntur, niſi moribus inſtituti, & diſciplina imbuti homines fuerint, ſi leges populares, populariter, ſi paucorum potentię, ad hanc ipſam gubernationem. Nam ſi eſt in vno intẽperantia, eſt etiam in ciuitate: diſciplina aũt reip. eſt non ea facere per quæ lætentur pauci potentes, aut populares: ſed per quæ valeant, illi qdem, paucorum gubernationem tenere. Hi verò, popularem : nunc aũt in paucorum potentia gubernatorum filij delitiis intendunt. Tenuiorum aũt filij, Gymnaſiis laboribusq; exercenĩ: itaq; & volunt, magis, & poſſunt res nouas moliri.

H

Ponit elementum quod vniuerſaliter ſaluat rempub. á corruptione q̃ eſt propter ineruditionem & inaſſuefactionem. Et primo facit hoc. Secundo reprobat quod dã obſeruatum in populari ſtatu. ibi. {Populari verò &c.} In prima dicit ꝙ inter omnia elementa maximum & efficaciſſimum ad ſaluandam rempub. quod modo oẽs negligunt eſt, ſ. erudiri in legibus & in eis quæ ordinantur ad remp. & aſſuefieri in illis. Ratio aũt quare oportet aſſuefieri in illis eſt, quia illa in qbus homines ſunt aſſueti delectabilia ſunt eis & magis placent, & magis diligunt. Quæ autem magis diliguntur, magis ſaluantur. Si igitur aſſueti fuerint homines in his quę ſunt reip. plus diligent & delectabuntur in illis, & ſic conſeruabunt eam. Si aũt nõ aſſueti & eruditi fuerint in repub. & in legibus ſignificãtibus ordinem reip. puta ſi degẽtes in paucorũ ſtatu non fuerint aſſueti & eruditi legibus paucorũ, & populares

lares legibus ſtatus popularis, nulla vtilitas erit eis ex legibus, bonis & glorioſis exiſtentibus. Sic.n.continget eſſe in tali ciuitate, in qua ſunt leges optimæ: & tamen ciues non ſunt aſſuefacti in illis, ſicut eſt in continente. Sic autem eſt in incontinente, ꝙ quãuis habeat rectum iudicium rationis aliquo modo, quia tñ ſequitur impetum paſſionum non proficit ſibi rectitudo rationis. Similiter in propoſito, quãuis ciuitas habeat bonas leges: ſi tamen non ſunt ciues aſſueti & eruditi in illis, non proficient eis, quia non operabuntur ſm illas. Sunt autem erudiendi & aſſueſcere debent non in illis ad quæ ſi poſſunt pertingere delectabuntur tam pauci potentes, ꝙ populares: ſed in illis in quibus eruditi poterunt obſeruare rempu. vt populares in illis per quæ poterunt viuere populares & ſeruare popularem ſtatum. Paucorum potentes in illis per quæ poterunt obſeruare paucorum ſtatũ, & viuere ſm illum. Nunc autem in ciuitatibus accidit contrarium, quia in paucorum ſtatu filij diuitum nutriti ſunt in delitiis, & inclinantur ad eas, & in illis delectantur. Pauperes autem aſſueti ſunt in laborioſis. Propter quod manifeſtum eſt, ꝙ filij diuitum & pauperum volunt & poſſunt & magis viuere inſolenter quantum ad rempub. Propter quod manifeſtum eſt ꝙ in talibus non ſunt erudiendi. Deinde cum dicit.

In populari verò ſtatu, qui maxime videtur eſſe popularis, contra ꝗ vtile ſit cõſtitutum eſt, huius rei cauſa eſt, ꝙ male diffiniunt libertatẽ. Duo ſunt enim quibus popularis ſtatus diffinitur, poteſtate ſumma populi, ac libertate. Iuſtum aũt & ęquum videtur eſſe. Æquum verò quodcũq; videatur multitudini id eſſe ſtabilitum. Liberum aũt & ęquum quodcũq; velit qs facere: ita ꝙ viuit vnuſqſq;, vt vult, in huius populari ſtatu, & ad quod gliſcit, vt ait Euripid.

Remouet errorem ſpecialiter accidentem in populari ſtatu. Et diuiditur in duas. In prima proponit ipſum & tangit rationem eius. In ſecunda remouet.ibi.{Sed hoc eſt prauum &c.} In prima dicit, ꝙ in populari ſtatu obſeruatur aliquod quod videtur populare, ſ.ꝙ contrarium eſt ei quod confert ad rempub. ꝙ vnuſquiſq; viuat ſm quod voluerit. Et ratio huius eſt, quia male diffiniunt liberum. Sunt enim duo ſm quæ diffinitus eſt popularis ſtatus, ſ. poteſtas & libertas, vt.ſ.multitudo dominetur & ſm libertatem. Illud enim iuſtum dicitur quod eſt æquale. Aequale autem videtur illud in ſtatu populari eſſe quod videtur multitudini. Liberum autem dicunt ꝙ aliquis faciat quicquid voluerit. Propter quod in populari ſtatu quilibet viuit ſecundum ꝙ vult, & ſecũdum ꝙ poſſibile eſt ei, & ſecundum ꝙ plus abundat, vt dixit Euripides. Deinde cum dicit.

Sed hoc eſt prauum. Non.n. putandum eſt eſſe ſeruitutem, viuere ad formam reipublicæ, ſed ſalutem. Ex quibus igitur mutantur reſpu. & corrumpuntur, & per quæ ſeruãtur, & permanent, vt ſimplr̃ dicamus, tot & talia ſunt.

Remouet iſtum errorem, & dicit, ꝙ non eſt opinandũ ſeruitutem eſſe viuere ſm rempub. immo libertatem & ſalutem. Et ratio huius eſt, quia ſm ꝙ vult Philoſophus. Liberum eſt quod eſt cauſa ſui vel in genere cauſæ agentis vel finalis. Vnũquodque autem maxime dicitur illud quod eſt principale in eo. In homine vero principale eſt intellectus. Et ideo homo eſt maxime intellectus vel operatur ſecundum intellectum: ergo homo maxime dicitur liber cum operatur ſm intellectum & rationem & ad bonum ſui ſm intellectum & rationem. Cum autem viuit ſm rempub. operatur ſm rationem, ergo viuere ſm

A rempub. non eſt eſſe in ſeruitute, ſed libertate magis. Et tunc recapitulat & dicit, ꝙ principia ex quibus corrumpuntur & tranſmutantur reſpub. & principia ex quibus ſaluantur, & manſiuræ ſunt tot, quot dictę ſunt ſimplr̃, vt eſt dicere, ꝙ dicit propter principia ſaluantia & corrumpentia monarchias de quibus dicetur iam.

LECTIO VIII.

Regni & Tyrannidis origo.

REſtat nunc videre de vnius gubernatione ex quibus corrũpatur, & per quæ ſeruari valeat. Ferè aũt ſimilia ac propinqua ſunt illis, quæ diximus ſupra de cæteris gubernationibus, illa quę circa regnum & circa tyrãnidem contingunt. Nam regia quidem poteſtas, optimatum gubernationi reſpondet: tyrannis aũt

B ex paucorum potentia illa poſtrema, & ex populari componitur. Quapropter pernitioſiſſima eſt his, qui ſub ea ſunt, vtpote ex duobus cõpoſita malis, & tranſgreſſiones & delicta continens, quæ ex ambabus illis proueniunt.

Poſtq; Philoſophus determinauit cauſas & principia corruptionis & ſaluationis rerumpub. in quibus plures dominantur determinat cauſas & ꝑncipia corruptionis & ſaluationis in quibus vnus dominatur, ſicut ſunt monarchiæ. Et diuiditur in duas. In prima determinat quę ſunt cauſæ & principia corruptionis & ſaluationis rerũpu. monarchiarum. In ſecunda oſtendit quæ illarum eſt minoris durationis.ibi.{Atqui omnium &c.} Prima in duas. In prima pręmittit intentum ſuum. In ſecunda ꝓſequitur.ibi.{Exiſtitq; &c.} In prima dicit, ꝙ poſtquã determinatum eſt quæ ſunt principia ſaluationis & cor-

C ruptionis rerumpub. in quibus plures dominantur. reſtat conſequenter conſiderandum de monarchia quæ.ſ. ſunt cauſæ & principia ex quibus corrumpitur, & quæ ſunt principia & cauſę ex quibus nata eſt ſaluari. Illa aũt quæ accidunt circa monarchiam regalem & tyrãnidem ſunt ſimilia eis quę dicta ſunt de aliis rebuſpub. Nam regnum congruit ſtatui optimatum. Sicut enim aſſumitur princeps ſm virtutem in ſtatu optimatum, ſic in regno: tyrannis autem componitur ex ſtatu paucorum vltimo, qui eſt peſſimus inter oẽs paucorum ſtatus, & populari ſtatu vltimo, qui ſimiliter peſſimus eſt inter oẽs populares ſtatus, propter quod tyrãnis ipſa multum nociua eſt ſubditis, cũ ſit cõpoſita ex duobus malis, & habeat peccata & tranſgreſſiones vtriuſq; illarũ. Deinde cum di.

Exiſtitq; generatio ſtatim ex contrariis vtique iſtarum. Nam regia poteſtas pro tutela ꝑſtantium virorum cõtra populum reperta eſt,

D & fit rex ex præſtantibus, per excellentiam virtutis, vel rerum geſtarum, quæ ſint à virtute, vel per excellentiam huiuſmodi generis.

Proſequitur & diuiditur in duas. In prima præmittit quiddam de iſtis monarchiis, quarum quædam dicta ſunt prius. In ſecũda proſequitur de cauſis corruptionis & ſaluationis ipſarum cũ dicit.{Vt igit &c.} Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex quibus componitur vtraq; monarchia. Secundo declarat quoddam dictũ de tyrannide. ibi.{Quod aũt &c.} Prima in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecunda oſtendit quid intendit in vtraque, cum dicit.{Tyrannis aũt &c.} Adhuc prima in duas. In prima declarat ex quibus componitur ex vtraq; monarchia vt appareat ex quibus corrumpitur & ſaluat. In ſecunda declarat quoddam dictum. ibi.{Vt ergo diximus &c.} Adhuc prima in duas. In prima oſtẽdit ex quibus componitur regnum. In ſecunda ex qbus

tyrannis.ibi. {Tyrannis verò &c.} In prima dicit, ꝙ E
vtraq; monarchia ex cootrariis generatur. Regnum.n.factum eſt propter auxilium booorum contra multitudinem, ne multitudo grauaret ipſos ſtudioſos: & aſſumitur rex ex virtuoſis excedens ſm virtutem, vel in opere virtutis, vel aſſumitur ſm nobilitatem generis, ne iſti grauentur à multitudine. Deinde cum dicit.

Tyrannis verò originem habet à populo, ac multitudine cõtra nobilitatem, vt populus iniuriam ab illis non patiatur. Patet hoc ex ipſis hiis, quæ contigerunt. Ferè.n.tyranni, vt plurimum, facti ſunt ex ducibus populorum, fidem adepti ab initio ꝓpter calumnias contra nobilitatem factas: tyrãnides igitur aliæ in hũc modum conſtitutæ ſunt ciuitatibus iam adauctis.

Oſtendit ex quibus generatur tyrannis. Et primo ex F
quibus nunc generatur. Secundo ex quibus generabatur antiquitus.ibi. {Aliæ prius &c.} Dicit igitur ꝙ tyrannus aſſumptus eſt à populo, & ex populo & multitudine contra diuites & inſignes ne populus moleſtetur à diuitibus: hoc autem manifeſtum eſt ex his quæ cootigerũt. Plures.n.tyranni vt eſt dicere facti ſunt ex his qui erant ductores populi quibus multum credebat populus eo quod libenter imponebant crimina diuitibus calũniantes eoſdem: huiuſmodi autem tyrannides augmentatis ciuitatibus factæ fuerunt. Deinde cum dicit.

Aliæ prius ex regibus tranſgredientibus, patria iura, & affectãtibus magis dominari. Aliæ ex electis ad principales magiſtratus. Antiquitus.n.populi conſtituebãt diuturniores adminiſtrationes & procurationes. Aliæ ex paucorum potentia eligentium vnum aliquem ad G
maximos magiſtratus.

Oſtendit ex quibus generabatur prius. Et primo facit hoc. Secundo facilem modum generationis ipſius ex prędictis tangit.ibi. {Omnibus iſtis modis &c.} In prima dicit ꝙ antiquitus tyrannides quæ factæ fuerunt ante iſtas, quædam factæ fuerunt ex regibus qui leges & conſuetudines paternas in quibus nutriti fuerant trãgrediebantur, & qui magis volebant principari principatu dominatiuo qui eſt domini ad ſeruum, volentes vti ſubditis tanq̃ ſeruis. Contigit.n.ꝙ aliquis ſm hunc modum exiſtens incepit tyrãnizare & opprimere ſubditos: & ſic ex rege factus fuit tyrannus. Aliquando autem fuit facta tyrannis ex eis quia electi fuerant ad principatus excellentiores & potentiores, antiquitus populus inſtituit multos principantes & perſpectores populi ſiue rectores. Ex iſtis autem cootingebat aliquos magis peruerſos trahere ad ſe dominium ciuitatis, & tyrannizare. Aliqñ H
etiam facta fuit tyrannis ex paucorum potentia viris eligentibus vnum potentem ad principatus maximos qui poſtmodum tyrannizabat. Omnibus iſtis modis fiebat antiquitus tyrannis. Deinde cum dicit.

Omnibus iſtis modis facultas fuit perficiẽdi, ſi modo voluerit, ꝑ potentiam ſibi p̃exiſtentẽ, vel ex regia poteſtate, vel ex honoribus à populo exhibitis, ceu Phidõ apud Argos, & alij alibi regiam poteſtatem habentes, tyranni ſunt facti. Circa Ioniam verò tyrãni & Phalaris ex honoribus. Panetius quoq; in Leũtinis, & Cypſellus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis: & alij eodem mõ ex fauore populorum apud quos multum poterant.

Tangit facilem modum generationis ipſius tyrãnidis. Et dicit, ꝙ huiuſmodi tyrannides de facili poterant fieri ex p̄dictis, quia potentiam habebant. Quidam.n.principabantur principatu regali. Et manifeſtum eſt ꝙ tales potentiam habebant, propter quod de facili poterant fieri tyrãni. Alij autem principabantur principatu qui eſt ſm aliquam honorabilitatem. Tales etiam potẽtiam habebant: ideo de facili poterant tyrãnizare. Et exemplificat. Quidam.n.qui dicebatur Phidon apud Argum fuit tyrannus, & quidam alij ſimiliter principantes ex principatu regali. Illi autem qui tyrannizauerunt circa Ioniam & Phalaris aſſumpti fuerunt ex ſtatu paucorũ principatibus honorabilibus. Sed Panetius qui tyrãnizauit in Leuntinis, & Cypſellus qui in Corintho, & Piſiſtratus qui Athenis, & Dionyſius qui Syracuſis: & alij qui eodem modo fuerunt tyrãni, fuerunt prius duces ex fauore populorum, Iſti.n.potentiam habebant. Quare manifeſtum eſt ꝙ facile fuit iſtos eſſe tyrannos, propter potentiam quam habebant. Deinde cum dicit.

Vt ergo diximus, regia poteſtas inſtituta eſt ſm optimatum gubernationem. Eſt.n.ſm dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel ꝑ beneficia collata, vel per iſta ſimul, ac potentiam. Omnes.n.qui maxima beneficia in ciuitates genteſq; contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt, vt conferre valerent, hoc honore potiti ſunt. Alij bello conſeruatis populis, ne in ſeruitutem deuenirent: quẽadmodum Codrus, alij à ſeruitute liberatis, vt Cyrus: alij ꝙ condidiſſent vrbem, vel ꝙ regionem acquiſiſſent: quemadmodum Lacedæmoniorũ, & Macedonum, & Moloſſorum reges.

Probat quoddam dictum. Dixerat.n.ꝙ regnum eſt inſtitutum ſm ſtatum optimatum, hoc probatur. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit quod eſt officium regis. ibi. {Vult aotem rex &c.} In prima dicit ꝙ ſicut dictum eſt prius. Regnum eſt inſtitutum ſm ſtatum optimatum. Et hoc apparet, quia inſtitutum eſt ſm dignitatem vel virtutis, vel generis, vel propter beneficium impenſum regioni, vel propter iſta ſimul & potentiam. Et hoc apparet, quia omnes antiqui reges, vt ita dicatur, cum feciſſent aliquod beneficium ciuitati vel genti regionis, vel qui potentes fuerant beneficiare iſtum honorem receperunt ꝙ aſſumpti fuerunt in regem: quidam.n. ſicut Codrus qui præliatus fuit contra aduerſarios ciuitatis, & prohibuit ne ſerui eſſent illis, factus fuit rex. Alij autẽ quia liberauerunt à ſeruitute, ſicut Cyrus factus fuit rex Perſarum, quia liberauit à ſeruitute regis Caldeorum. Alij quia ciuitatem conſtituerunt. Alij qui acquiſiuerũt regionem, ſicut reges Lacedæmoniorum, & Macedonũ, & Moloſſorum. Deinde cum dicit.

Vult autem rex eſſe cuſtos, vt qui diuitias habent nihil iniuſtum patiantur. Nec etiam populus afficiatur contumeliis.

Oſtendit quod eſt officium regis. Et dicit, ꝙ officium regis eſt eſſe cuſtodem iuſtitiæ. Et vult cuſtos eſſe iuſti. Et ideo recurrere ad regem eſt recurrere ad iuſtum animatum. Et hoc apparet quia rex intendit bonum commune cuſtodire & ſeruare. Hæc autem non poteſt niſi ſit cuſtos iuſti. Et ideo officium ſuum eſt vt ſit cuſtos iuſtitiæ ita ꝙ habentes poſſeſſiones & diuitias nullam iniuſtitiã patiantur à non habentibus. Nec populus ſuſtineat aliquam iniuriam à diuitibus. Deinde cum dicit.

Tyrannus aũt, vt ſæpe iam diximus, ad nullam communem reſpicit vtilitatem, niſi gratia

proprij

proprij commodi. Eſt autem obiectum tyrãni, quod placeat: Regis, quod honeſtum ſit.

Oſtendit quis eſt finis in vtraq; monarchia ex quo apparet vna differentia inter ipſas. Et primo oſtendit quid vtraque intendit. Secundo manifeſtat per effectus. ibi. {Quãobrem &c.} In prima dicit ꝙ tyrãnus non intendit bonum cõmune, ſed intendit proprium. Et rõ huius eſt, quia tyrãnus intendit delectationem ſm ſenſum: & ideo appetit illud per quod exiſtimat ſe habere eam: hoc autem eſt ſuperexceſſus pecuniarum, propter quod intendit pecunias acquirere. credit. n. per pecunias habere omnia: rex aũt intendit bonum cõmune. Illum. n. dicimus regem qui principatur propter bonum multitudinis. Talem aũt oportet eſſe virtuoſum, & ita nolle iniuriari ſubditis. Oportet ipſum eſſe diuitem, ne aliquid iniuſte accipere à ſubditis compellatur. Deinde cum di.

Quamobrem & illa in quibus plus habent ſunt, tyrannis quidem, pecuniæ. Regibus aũt, honores. Et cuſtodia regi à ciuibus ſuis eſt: tyranno autem, à peregrinis.

Manifeſtat quod dictum eſt per effectus. Et dicit, ꝙ propter hoc ꝙ tyrannus appetit delectationes, propter quas appetit pecunias manifeſtũ eſt, quod exceſſus inſuper accipiendo pecunias tyrãnici ſunt. Intendunt. n. tyranni bonum ꝓprium non cõmune, ſed ſupergreſſiones honorum regales ſunt magis. Et ratio huius eſt, Quia rex debet eſſe excellens ſm virtutem. Excellentiæ verò virtutis debetur excellentia honoris. Et ideo ad regem pertinet habere excellentes honores, & magis ſupergreſſionem honorum ꝙ̃ pecuniarum. Econtrario autem eſt in tyrãno, & propter hoc idem etiam cuſtodia regalis eſt ciuilis, ſed tyrãnica eſt per extraneos. Et ratio huius eſt, quia rex dominatur ſubditis illis volentibus. Et ideo confidit de ipſis propter quod cuſtoditur ab eis, tyrãnus autem cum opprimat eos dominatur eis, illis nolentibus: & iõ non confidit in eis, ꝓpter quod cuſtoditur ab extraneis. Poſſet etiam aliter introduci illa pars. Tyrannus autem, vt diceret, ꝙ intendit aſſignare differentias inter regnum & tyrãnidem: & diuiditur in tres propter tres differentias quas ponit. Deinde cum dicit.

Quod verò tyrannis contineat illa mala, quę ſunt & popularis gubernationis, & paucorum potentiæ manifeſtum eſt. Ex paucorum quidẽ potentia finem eſſe diuitias. Per has enim ſolas neceſſe eſt permanere, vt conductos retineat cuſtodes, vt ſumptis faciat in educando, vt populo ſuo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuibus ſuis adimere, ac multitudinẽ populi conculcare, ac ex vrbe pellere, & vacuam habitatoribus ciuitatem reddere. Cõmunia ſunt paucorum potentiæ & tyrannidis.

Manifeſtat quoddam dictum de tyrãnide: prius. n. dictum fuit quod componitur ex duobus malis hoc declarat. Et primo declarat quæ mala habet ex ſtatu paucorũ, Secundo quæ mala habet ex ſtatu populari. ibi. {Ex populari autem &c.} In prima dicit quod manifeſtum eſt, ꝙ tyrãnis accipit mala quę ſunt in ſtatu paucorũ & multitudinis. Ex ſtatu paucorum mala hæc habet, quia ſicut finis ſtatus paucorum ſunt diuitię, ſic etiam in tyrãnide. Sicut. n. dominans in ſtatu paucorum finaliter intendit diuitias, ſic tyrannus. Item tyrannus eſt ſicut ſolus ſine amicis, ſicut dominans in ſtatu paucorum. Iſti. n. quia opprimunt multitudinem odio habentur: & ideo ſunt ſoli ſine amicis, ſic tyrãnus ſolus eſt, quia non habet amicos. Item ſicut oportet dñantes in paucis habere cuſtodiam,

A quia multos inimicos habẽt & ſunt ſine amicis: ſic oportet tyrannum cuſtodiam habere, & quia hoc non poteſt ſine diuitiis, ideo intendit diuitias. Item oportet ipſum non credere multitudini ſicut potentatus paucorũ: cum enim odio habeatur à multitudine, non confidit in ipſa: & ideo non credit eidem, & propter hoc prohibet multitudinem non habere arma ſicut potentes paucorum, ne poſſit inſurgere contra ipſum. Item habet turbam ſuſpectam, & iõ expellit eos à munitionibus & ponit extraneos in eiſdem. Item cõpellit eos morari in domo & non habere ſocietatem adinuicẽ, ne poſſint machinari aliquid contra ipſum. Iſta igitur omnia mala cõmunia ſunt potentiæ paucorum & tyrãnidis. Conſequenter cũ di.

Ex populari autem habet, vexare nobilitatem, clamq; euertere, & aperte in exilium pellere, tanq; aduerſarios, & machinatores contra potentiam ſuam: Ex his enim & cõſilia aduer-
B ſus eos iniri contingit, aliis dñationem affectãtibus, aliis ſeruitutem fugientibus. Vnde Periandri cõſilium Thraſibulo datum, ſupereminentes ſpicas decerpere, tanq̃ oportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere.

Oſtendit quæ mala habet ex populari ſtatu, & dicit, ꝙ ex populari ſtatu habet iſta mala, ſ. impugnare diuites, & inſignes interficere, & hoc manifeſte & occulte: vtroque. n. modo tyrãnus proſequitur inſignes. Et habet ex ſtatu populari pugnare & relegare eos tanq̃ illos qui machinantur & inſidias præparant contra principatũ. A diuitibus enim & inſignibus fiunt machinationes, & procurantur diſſenſiones qñq; à quibuſdam, quia volũt principari. A quibuſdam verò quia procurant forte aliquos alios principari non volentes ſibi obtinere principatum. Vnde tyranni multum quandoq; eos proſequuntur. Vnde Periander dedit conſilium Thraſibulo tyrãno
C qualiter principatus ſuus duraret, habuit in conſilio ab eodem ſicut dictum fuit in tertio huius, opportunum eſſe excedentes ſpicas euellere, per quod innuebatur ꝙ diuites & inſignes oportet interimere.

LECTIO IX.

Quibus ex cauſis tyrannis & regna diſſoluantur.

VT igitur fere dictum eſt, eadem principia mutationum ſunt exiſtimanda & in rebuſp. & in vnius gubernatione. Per contumeliam. n. & per metum, & ꝑ contẽptum, inſurgunt plerique ſubiectorum aduerſus dñantes. Iniurię verò maxime ꝑ contumeliam, nõnunq̃ & per ablationem rerum fiunt. Sunt aũt & fines ibi tales, quales ſunt circa tyrãnides & re-
D gna. Opes. n. & honores qui in tyrãnis regibusq; maximi conſpiciuntur, affectant omnes.

Poſtquam Philoſophus præmiſit quędam de monarchia, proſequitur de cauſis & principiis corrũpentibus & ſaluantibus ipſas: & primo de corrũpentibus. Secundo de ſaluantibus. ibi. {Seruantur aũt.} Prima in duas. In prima determinat de principiis corrũpentibus ipſas in vniuerſali. Secundo determinat de principiis corrũpentibus in ſpeciali. ibi. {Corrumpuntur autem.} Prima in duas. In prima proponit principia corruptionis in vniuerſali. Secundo proſequitur in ſpeciali magis. ibi. {Inſurgitur autem.} In prima dicit ꝙ ſicut dictum eſt prius, ꝑncipia ferè trãſmutationis & corruptionis rerũpu. eadem ſunt cum principiis trãſmutationis & corruptionis monarchiarum: nam regnum eſt ſm ſtatũ optimatum: & iõ q̃ ſunt principia corruptionis ſtatus optimatum, ſunt principia corruptionis monarchiæ regalis.

Tyrannis.n.eſt ſm ſtatum paucorum & popularem vlti mum:& ideo quæ corrumpunt illos, corrumpunt tyrannidem. Principia autem corrumpentia monarchias ſunt tria, contumelia, metus, & contemptus. Propter.n.contumeliam, & timorem, & contemptum inſurgunt ſubditi contra monarchas. Sunt autem aliquando contumeliæ propter iniuriam, quæ.ſ.eſt in perſona: aliquando verò ſunt per ſubtractionem bonorum propriorum. Item monarchiarum & rerump. prædictarum prius ſunt iidē fines. Sicut enim intenduntur diuitiarum multitudo, & magnitudo in illis, ſic intenditur magnitudo diuitiarum in tyrannide, & magnitudo honoris in regno. Iſta autem omnia appetunt: & ideo aliquando fit iniuria propter corruptionem iſtorum. Deinde cum dicit.

Inſurgitur aūt qñq; in corpus dominantis, qñq; in ipſam dominationem. Quando.n.per contumeliam adducuntur homines ad inſurgēdum, impetus fit in corpus. Cumq; ſint contumeliæ partes plures, vnaquæq; illarum concitat ad iram. Iraſcentium verò plurimi vltionis cauſa impetum faciunt, non cauſa potentiæ.

Proſequitur de iſtis cauſis & principiis corruptionis monarchiarum: & primo pſequitur de illis quę ſunt pncipia corruptionis per ſe. Secundo adiungit vnum pncipium per accidens. ibi. {Eorū verò &c.} Prima in duas. In prima determinat cauſas inſurrectionis. In ſecunda oſtendit qui maxime inſurgunt ppter tales cauſas. ibi. {Maxime verò} Prima in tres. In prima declarat qualr aliqñ fiunt inſurrectiones contra monarchas ppter iniuſtitiam. Secundo qualiter ppter timorem. ibi. {Similr quoq;} Tertio qualiter ppter contemptum. ibi. {Aliæ verò} Prima in duas. Primo.n.declarat φ aliqñ fit inſurrectio contra monarcham propter iniuriam q̄ eſt contumelia. Secundo φ propter afflictionem corporis. ibi. {Multi etiam.} Prima in duas. In prima pponens diſtinctionem inſurrectionis, aſſignat rōnem quare cōtumelia affecti inſurgunt in corpus. In ſecunda declarat per exēpla. ibi. {Quale fuit} In prima dicit φ aliqñ inſurrectiones fiunt in monarchiis in corpus principantium, aliqñ contra principatum, & quæ fiunt propter contumeliam fiunt contra corpus. Et hoc patet, quia cum ſint multæ partes contumeliæ, quælibet eſt inductiua iræ, vt apparet 2. Rhetor. Irati autem ferè inſurgunt propter punitionem perſonalem magis q̄ propter depoſitionem à principatu: & ideo manifeſtum eſt φ inſurrectiones quę fiunt per contumeliam, ſunt in corpus, non contra principatum. Deinde cum dicit.

Quale fuit illud filiorum Piſiſtrati, ob contumeliam enim ſorori Armodij illatam, & ipſum Armodium compellatum, impetus in eos factus eſt, ab Armodio quidem propter ſororē: ab Ariſtogitone autem, propter Armodium.

Manifeſtat per exēpla. & primo de contumelia in perſonam coniunctam qualiter fit cā inſurrectionis in corpus monarchæ. Secundo de contumelia in perſonam ppriam. ibi. {Plurimæ vero} Primum declarat per quinque exempla, & ſm hoc habet quinque partes. Secunda ibi. {Aduerſus Periandrum.} Tertia ibi. {Philippus verò.} Quarta ibi. {Et Amiotas.} Quinta ibi. {Et Eunuchus &c.} In prima dicit, ita dictum eſt, φ fit inſurrectio contra perſonam coniunctam monarchæ, ſicut fuit inſurrectio contra filios Piſiſtrati: nam cum contumeliam intuliſſent ſorori Armodij, & vlterius ipſum Armodium compellaſſent. Armodius propter ſororis contumeliam, & Ariſtogiton propter Armodium contra illos inſurrexerunt. Et ſic patet φ facta fuit inſurrectio propter contumeliam in perſonam coniunctam. Deinde cum di.

E Aduerſus Periandrum quoq; Ambraciæ tyrannum inſidiæ factæ ſunt, ex eo quia in potu, quem amabat puerum interrogauit, an adhuc ex ſe prægnans eſſet.

Ponit ſecundum exēplum, & dicit, φ quidam qui habitabāt in Ambracia inſidiati ſunt cuidam, q dicebatur Periander, quia iſte Periander cum quadam vice biberet cum filiis illorum: dixit illis pueris, ſi erant pgnantes ex ipſo: ipſe.n.forte abutebatur eis: & ideo innuebat quod illis pueris fuiſſet abuſus: & iō quærebat, ſi ex ipſo erant prægnantes: tunc alij moti pp contumeliam puerorum inſurrexerunt contra Periandrum. Deinde cum dicit.

Philippus verò à Pauſania occiſus eſt, qa nō vlciſcebatur contumeliam ſibi factā ab Attalo.

Ponit tertium exemplum, & dicit, φ inſurrectio quæ fuit contra Philippum regem Macedoniæ, facta à quodā

F qui dicebatur Pauſanias, facta fuit, quia Philippus permiſit Pauſaniam contumeliam pati à quodam Attalo, q erat coniunctus eidem Philippo vel conſanguinitate, vel officio. Fuit autem iſte Philippus rex Macedoniæ pater Alexandri magni. Deinde cum dicit.

Et Amyntas paruus à Darda, quia iactaret ſe in illius ætate abuſum eſſe.

Ponit quartum exēplum, & dicit, φ Amyntas occiſus eſt à Darda quia iactaret ſe in illius ætatē, & ſtatum eius irrideret, φ erat paſſus. Deinde cum dicit.

Et Eunuchus ab Euagora Cyprio: φ enim mulierem elegerat eius filiam, quaſi contumelia affectus eum necauit.

Ponit quintū exēplum, & dicit, φ Euagoras Cyprius inſurrexit contra Eunuchum regē, qa eius filiam in concubinam elegerat, & interfecit illum. Sic igiť apparet ex

G iſtis φ contumelia facta in perſonam coniunctam, cā eſt inſurrectionis cōtra pſonam monarchę. Deinde cum d.

Plurimæ verò inuaſiones factæ ſunt ex eo, quia in corpus verecundiam intuliſſent.

Declarat φ contumelia facta in perſonam propriam, cauſa eſt inſurrectionis contra perſonam monarchæ. Et primo proponit. Secundo probat per exēpla. ibi. {Qualis fuit inuaſio illa Cratei aduerſus &c.} Adhuc ſecunda diuiditur in quatuor ſm φ declarat per quatuor exēpla. Secunda ibi. {Fuit vna cum illo ad rē patrandam &c.} Tertia ibi. {Piron verò.} Quarta ibi. {Adamas verò.} In prima dicit φ multæ inſurrectiones factæ ſunt contra monarchas, quia faciebant contra contumeliam, vel verecundiam in perſonam alicuius. Deinde cum dicit.

Qualis fuit inuaſio illa Cratæi aduerſus Archelaum: ſemper.n.moleſta illi fuerat conſuetu

H do eius. Itaq; parua etiā occaſio ſufficiens fuit, vel quia filiarum nullā ſibi dederat, cum ſe daturum pmiſiſſet: ſed primam occupatus bello aduerſus Sirrā & Arrabęum tradidit regi Elibeæ. Alteram verò filiam minorem natu filio Amyntæ coniugauit, exiſtimans per hunc modum minime ſibi fore aduerſaturū ex Cleopatra genitū: ſed indignationis principiū extitit, φ grauiter ferebat ſe ad libidinis gratiā haberi.

Declarat, & dicit, ita dictū eſt φ pp contumeliā factā in pſonam ppriā fiūt inſurrectiones, ſicut fuit facta inſurrectio Cratęi contra Archelaum. Iſte.n.Archelaus grauiter ſe habebat, ad Cratęū colloquendo & cōuerſando. Cauſa.n.quā prætendebat, & ſi vt ſufficiens pponebat

minor

minor tamen fuit, & occaſionalis magis.ſ.quia Archelaus cum promiſiſſet Crateo dare vnam de filiabus ſuis, nullam voluit dare, ſed filiam primogenitam poſt bellum, quod habuit contra Syriam & Arabiam dedit cuidam regi qui dicebatur Cleuias: Filiam minorem dedit filio Amintæ, credens quod cum ille eſſet filius Cleopatræ non eſſet aduerſaturus. Iſta enim cauſa inſurrectionis prætendebatur, ſed cauſa principalis & principium inimicitiæ & ſeparatinnis ab eo fuit, quia volebat eum ad concubitum inducere. Deinde cum dicit.

Fuit vna cum illo ad rem patrandā Hellanocrates Lariſſęus ob eandem cām. Quod.n.abuſus ætate illius, non vt ꝓmiſerat, deducebat, ob contumeliam id fieri ratus eſt, nō ob amorem.

Ponit ſecundum exemplum, & dicit, ꝙ Hellanocrates Lariſſęus inſurrexit contra eundem Archelaum propter cauſam eandem. Cum.n.ſicut promiſerat eum non duceret, & abuteretur ætate ipſius, credidit, ꝙ hoc faceret ꝓpter contumeliam, & non propter amicitiam: & ideo inſurrexit contra eundem. Deinde cum dicit.

Paron verò & Heraclides Ænij Cotym peremerunt patri mactantes.

Ponit tertium exēplum, & dicit, ꝙ Paron & Heraclides inſurrexerunt contra Aenij Cotym & inferentes ſupplicium patri interſecerunt eum. Et hoc fuit propter cōtumeliam eis factam à filio illius. Deinde cum dicit.

Adamas verò à Coty rebellauit, quaſi cōtumelia affectus, ꝙ ab eo in pueritia exectus eſſet.

Ponit quartum exēplum, & dicit, ꝙ Adamas receſſit à Coty monarcha, quia cum eſſet puer ille Cotys caſtrauit eum: & tunc Adamas propter iniuriam quā paſſus fuerat, inſurrexit contra illum. Deinde cum dicit.

Multi etiam ob verberatum corpus, vel interfecerunt ira perciti, vel impetum fecerunt, quaſi contumelia affecti, & contra homines in poteſtate conſtitutos, & contra reges.

Oſtendit ꝙ qn̄qꝫ fit inſurrectio propter afflictionem in corpore, & diuiditur in partes duas. In prima proponit. In ſecunda manifeſtat cum dicit {Vt Megacles &c.} In prima dicit ꝙ multi qui afflicti fuerant in corporibus ſuſtinentes percuſſiones, vel vulnera, inſurgentes contra ipſum monarcham deſtruxerunt, ſiue interfecerunt. Alij autem paſſi iniuriam propter talem afflictionem, inuaſerunt principatum & potentatum. Deinde cum dicit.

Vt Megacles apud Mitylenem magiſtratus circumeuntes, & clauis pulſantes cum amicis aggreſſus interfecit.

Manifeſtat quod dixit, & diuiditur in tres ſm̄, ꝙ manifeſtat per tria exempla. Secunda ibi. {Et poſtea &c.} Tertia ibi. {Archelai verò necis &c.} In prima dicit ita dictum eſt ꝙ fiunt inſurrectinnes propter afflictionem. Sicut enim in Mitylene inſula Megacles inſurrexit contra quoſdam conuicinos ſuos & circumſtantes, propter hoc ꝙ manus iniecerunt in eum clauis pulſantes, & verberantes eundem, propter quod cum amicis ſuis interfecit eos. Deinde cum dicit.

Et poſtea Sinerdes verberibus cæſus, & à muliere tractus Pentilon interemit.

Ponit ſecundum exemplum, & dicit, ꝙ poſtmodum, cum Sinerdes à Pentilone fuiſſet verberatus & cæſus ab vxore eius euaſiſſet, inſurrexit contra illum, & interfecit eum. Deinde cum dicit.

Archelai verò necis princeps fuit Dechamnichus. Is.n.primus cæteros aggreſſores com-

A mouit, & irritauit. Cauſa verò fuit irarum ꝙ illum Archelaus Euripidi poetæ verberandum tradidiſſet. Erat verò infenſus illi Euripides, ob maledictum in ipſius inſuauitatem oris iactatum. Et alij cōplures tali de cauſa, vel interfecti ſunt, vel in periculum inſidiari venerunt.

Ponit tertium exēplum, & dicit, ꝙ Dechamnicus fuit dux, & cauſa principalis inſurrectionis, quæ fuit facta contra Archelaum, & fuit primus exacerbans & commouens illos qui inſurrexerunt in ipſum. Cauſa autem iræ quare alij inſurrexerunt & ipſe inſurrexit, fuit, quia Archelaus tradidit eum flagellandum Euripidi poetæ, qui contra ipſum iratus infremuit, quia Dechamnicus dixit, ꝙ os habebat fœtidum, propter hoc motus Euripides flagellauit Dechamnicum, quod fuit cauſa iræ. Propter quod inſurrexit ipſe contra Archelaum. Sic igi-
B tur multi inſurrexerunt propter tales cauſas, & quidam ipſorum interfecti ſunt, alij graues inſidias & turbationes paſſi ſunt. Deinde cum dicit.

Similiter quoqꝫ propter metum: hæc enim vna ex cauſis eſt, vt in repu. ſic etiā in vnius gubernatione, ceu Xerxem Artapanes metuens calūniam de Dario, ꝙ eum ſuſpendiſſet Xerxe non iubente, ſed putans illi veniam eſſe datam propter cœnam quaſi ab ignoſcente.

Declarat ꝙ aliqn̄ fit inſurrectio propter timorem, & dicit, ꝙ ſicut fit inſurrectio propter iniuriam, ſic aliqn̄ fit propter timorem. Timor.n. eſt vna de numero cauſarum inſurrectionis, ſicut iniuria contra monarchias, ſicut Artapanes voluit repellere Xerxem à principatu monarchico, quia timebat ipſum propter crimen quod cōmiſerat contra Darium, quia ſuſpenderat quēdam notum
C eius, quāuis Xerxes non præcepiſſet, ſed credebat ꝙ indulgeret eidem non memorans factum poſt comeſtionē, ſed cum recoluiſſet & voluiſſet punire ipſum, timens punitionem inſurrexit contra eum. Deinde cum dicit.

Aliæ verò propter contēptum, vt videns quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres penſa diuidētem: ſi modo hęc fabula vera fuit, & ſi non in illo, attamen hoc in alio verū eſſet. Et Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, quū eum contēnebat, conſpiciēs ipſum Diony. ſemper ebrium, & ciues Syracuſanos ita ſe habere.

Declarat ꝙ aliquando fit inſurrectio propter contemptum, & primo facit hoc in vniuerſali. Secundo oſtendit ꝙ amici etiam quandoqꝫ propter contēptum inſurgunt. ibi. {Amicorum etiam} Dicit igitur primo ꝙ fiūt inſurrectiones aliquando propter contēptum ſicut qui-
D dam vidēs Sardanapalum deditum voluptatibus, & comeſſationibus, ſemper ludentem cum mulieribus in palacio, nunquam exeuntem ad prælia, nec exercentem ſe in venationibus. Si verum eſt hoc de ipſo ſicut dicunt fabulantes. Si autem non eſt verum de illo, tamen de aliquo alio poterit eſſe hoc verum, inſurrexit contra illum. Similiter Dion inſurrexit contra Dionyſium qui poſterius tyrannizauit, quia deſpexit eum videns ipſum ſemper ebrium & voluptuoſum, & videns ꝙ ciues ipſum contemnebant. Deinde cum dicit.

Amicorum etiam quidam inſurgunt ꝓpter contēptum. Ob fidem enim eis adhibitam ſpernunt, tanq̄ꝫ facultatem habentes clam moliendi, & putantes ſe dominationem obtinere poſſe, quodammodo per contemptum inuadunt.

Tanq̃ enim potentes & contemnentes periculum, propter ſuam potentiam, faeiliter inſurgunt, vt duces quidam exercituum aduerſus principes ſuos: quemadmodum Cyrus contra Aſtyagem, cuius & vitam & potentiam contemnebat: cernens, & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitiis vitã agere. Et Seuthes Thracius cũ eſſet dux exercitus Amadoci. Quidã verò huius plurimum gratia inſurgũt, ceu propter contemptum, & propter lucrum, velut contra Ariobarzanem Mithridates.

Declarat ꝙ amici propter deſpectum aliqñ inſurgunt contra amicos, quia contemnunt eos: quia.n.confidunt de ipſis & familiares ſunt eis, contẽnunt eos quandoque, credentes ꝙ obliuiſcantur iniuriæ illatæ propter amicitiam. Nimia.n.familiaritas parit contemptum. Et quia credunt poſſe obtinere principatum, & quia contẽnunt, inſurgunt contemnentes periculum, vnde de facili inuadunt: tum quia ſperant obtinere: tum quia potentiam habent, non timentes periculum: tum quia contemnunt, ſicut duces exercitus aliquando monarchas inuadunt ꝓpter cauſam iſtam, ſicut Cyrus contemnens modum viuendi Aſtyagis turpem & inhoneſtum & potentiam q̃ inutilis erat ad prælia, videns ipſum delitioſe viuere, & præter rationem, inſurrexit contra ipſum. Similiter aũt & Seuthes dux exercitus de Thracia prouincia receſſit ab Amadoco propter eandem cauſam, & inſurrexit contra ipſum. Sunt etiam alij qui propter plura iſtorum inſurgunt, & quia contemnunt & propter lucrum, ſicut Ariobarzanem Mithridates. Deinde cum dicit.

Maxime verò ꝓpter hanc cauſam inſurgũt hi q̃ ſunt natura ſuperbi, & honorem habẽt ex rebus bellicis apud dñantes & principes. Fortitudo.n.potentiã habens ſuperbia eſt, ꝑ quas ambas quaſi faciliter ſupaturi eos aggrediunt.

Declarat qui maxime inſurgunt propter tales cauſas, & dicit, ꝙ maxime inſurgunt qui naturalr̃ audaces ſunt, ſicut illi in quibus eſt abundantia caloris & ſpiritus, & potentiam habent, & facti ſunt duces exercitus à monarchis. Inclinatio.n.ad opera virilia, ſiue ad audaciam & potentiam, reddunt hominem audacem in actu, & propter iſta duo quaſi exiſtimantes ſe præualere, inſurgunt.

LECTIO X.

Honor odium & contemptus tyrannidem euertit, regnum domeſtica ſeditio.

EOrum verò qui ob honoris cupiditatem inſurgunt, alius modus eſt cauſæ vltra iam dictos. Non enim, vt quidam, tyrannos inuadunt, ſpe magnorum commodorum, magnorumq; honorum quos in illis cernunt, inducti, ſic & qui ob honoris cupiditatem eos aggrediuntur. Sed illi quidem, vt ea ſibi arripiant q̃ in tyrannis admirabantur: hi autem vt ex re geſta memorabili atq; egregia, famam ac celebritatem nominis conſequantur, nõ dominationem acquirere volentes, ſed gloriam.

Poſtq; Philoſophus poſuit principia per ſe corruptionis monarchiarum, conſequenter adiungit vnum principium eius per accidens: & primo ponit cauſam iſtam ſiue principium. Secundo oſtendit ꝙ pauci inſurgunt ꝓpter illam. ibi. {Sunt tamen.} In prima dicit, ꝙ illi qui inſurgunt propter appetitum honoris. Alio modo inſurgunt q̃ñq; q̃ ſint modi prius dicti ſm quos aliqui inſur-

E gunt. Sunt.n.aliqui qui propter amorem honoris qualiſcũque inſurgunt, facientes ſeditionem, non ſicut alij qui inuadunt eos, vt obtineant diuitias & honores magnos, quos vident eos habere: conueniunt tñ in hoc hi & illi, ꝙ exponunt ſe periculo & eligunt periclitari: ſed propter aliam & aliam cauſam, quidam.ſ.propter hoc vt obtineant diuitias aut principatum, aut vtrunque. Alij autem vt faciant aliquam actionem ſingularem & notabilem, propter quã nominati ſint apud alios, non curantes nec ꝓncipatum nec diuitias. Deinde cum di.

Sunt tñ perpauci, qui ob hanc cauſam moueantur. Conſtituendum eſt.n.ſibi, viuendum non eſſe, niſi rẽ confecerint, q̃bus adeſſe oportet Dionis ꝓpoſitum, non facile q̃dem fieri in multis. Ille.n.cum paucis militibus cõtra Dionyſium ꝓfectus ait: quãtũcunq; ꝓgredi poſſet, F ſatis id ſibi foret, vt ſi vel parum terræ illius inuaſiſſet, pulchrum iam ſibi mori exiſtimaret.

Oſtendit ꝙ pauciſſimi inſurgunt ꝓpter talem cauſam, & dicit, ꝙ quãuis aliqui inſurgant contra monarchiam propter appetitum huiuſmodi honoris: pauciſſimi tñ ſunt, qm̃ talis qui impetum facit contra monarchiam ſi debeat præualere, oportet ꝙ non timeat mortem, & ſic exiſtimet ſicut exiſtimabat Dion cum inſurrexit contra Dionyſium, ſed hoc non eſt facile multis. Ille.n.Dion cũ paucis militibus inuaſit & inſurrexit cõtra Dionyſium, & dicebat, ꝙ quomodocũq; poſſet procedere contra illum hoc ſufficiebat ſibi ſi tantum faceret ꝙ terram inuaderet & Dionyſium: & ſi poſtmodum mors ſibi accideret, bene erat ſibi, non curans nec timẽs de ipſa. Sed iſtud difficile eſt, & pauci ſunt ſic negligentes vitam ꝓpriam & contemnẽtes mortem. Propter quod manifeſtum eſt, ꝙ pauci ſunt qui inuadant monarchiam propter appetitum huiuſmodi honoris. Deinde cum dicit.

G Corrumpuntur autem tyrãnides, vno quidem modo vt vnaquęq; aliarum rerumpub. ab extra, ſi aliqua ſit contraria reſpu. robuſtior: nã voluntas quidem aderit, propter contrarietatẽ electionis, quæ autẽ volunt, omnes efficiunt, modo poſſint. Contrariæ verò ſunt gubernationes, populus quidem tyrannidi ſm Heſiodum, vt figulo figulus: nam gubernatio populi illa poſtrema, tyrannis eſt. Regia verò poteſtas, & optimatum gubernatio, ꝓpter contrarietatem gubernandi. Quapropter Lacedęmonij multas euerterũt tyrãnides: & Syracuſani ꝑ id tempus, quo reſp. eorum recte gubernabat.

Determinat cauſas & principia corruptionis monar- H chiarum in ſpeciali: & primo tyrãnidis. Secundo regni. ibi. {Regnum aũt &c.} Prima in duas. In prima tangit modos quibus corrumpitur. In ſecunda tangit cauſas ꝓpter quas maxime corrumpitur. ibi. {Cũque duę &c.} Prima in duas ſm ꝙ tangit duos modos corruptionis tyrannidis. Primus modus eſt à cã extrinſeca, ſecundus ab intrinſeca, Secundus ibi. {Alio autem modo &c.} In prima dicit ꝙ tyrãnis vno modo corrumpitur, ſicut quælibet alia reſpu. à cauſa extrinſeca, vt ſi fuerit aliqua reſpu. potentior contraria, propinqua illi: tunc.n. illa valentior: quia contraria eſt iſti, ipſam corrumpet. Non enim põt dici ꝙ per conſilium poterit pręcauere ne corrumpatur, quia ad bene conſiliandum requiritur appetitus recti finis. Conſiliari enim eſt de his quę ſunt ad finem, & recte conſiliari de his quæ ſunt ad rectum finem. Sed tyrannis non habet rectum finem, nec appetitum rectum, immo electio ſiue appetitus ipſius eſt contrarius recto fini: &

ideo

ideo non poterit reſiſtere alteri reipublicæ propter conſilium, cum alia ſit potentior. Omnes.n. volentes aliquid agere, ſi habeant potentiam, agunt quæ volunt: & ideo alia reſp. contraria & valentior corrumpet iſtã. Tyrannidi autẽ contrariatur popularis ſtatus, ſicut dixit Heſiodus, per accidens, ſicut figulus cõtrarius eſt figulo. Nõ.n. eſt figulus per ſe cõtrarius figulo, immo eſt ſibi ſimilis, ſed per accidens inquantum vnus impedit bonum alterius.ſ.lucrum, ſic popularis ſtatus contrarius eſt tyrannidi, non per ſe, ſed inquantum vna impedit aliam. vltima enim ſpecies eius peſſima eſt, quæ eſt quædam tyrannis, ſicut patet ex quarto huius. ſed regnum & optimatum ſtatus per ſe cõtrarij ſunt, intẽdunt.n. diuerſos fines, quia vnus corrumpit aliũ. Propter quod cõtigit ꝙ Lacedæmonij multas tyrannides corruperunt, quia potentiores erant, ſimiliter Syracuſani quandiu habuerunt bonam remp. habebant.n. optimatum. Deinde cum dicit.

Alio autem modo corrũpuntur cum in ſeipſis ſeditionem habẽt, quemadmodum circa Gelonem factum eſt, & nũc circa Dionyſium. Gelonis enim filiũ Thraſybulus Hieronis frater per illecebras & voluptates traducebat, vt ipſe dominaretur. Domeſtici vero ac neceſſarij per factionem repugnabant, vt non tyrãnis omnino ſolueretur, ſed Thraſybulus. Verũ alij inter hæc conſpirantes eam occaſionem nacti, ipſos omnes pepulerunt. Dionyſium autẽ Dion, cõtra eum copiis ductis, cũ eſſet affinis, ſuſcepto populo illum pepulit, ipſe vero interſectus eſt.

Tangit ſecundum modum corruptionis, & dicit ꝙ aliquando corrumpitur tyrannis non á cauſa extrinſeca ſed intrinſeca, contingit enim ꝙ tyrannis habeat quandoq; aliquos familiares qui attingunt aliquo modo ad principatum & participant honoribus. Quando igitur tales faciunt ſeditionem, contingit ꝙ corrumpitur tyrãnis, ſicut contigit circa tyrannidem Gelonis prius, poſterius autẽ circa eam quæ Dionyſij. Familiares enim Gelonis inſurrexerunt contra ipſum, & expulerunt eum. Similiter & quidam contra Dionyſium. Seditio autem quæ fuit facta contra Gelonẽ fuit facta à Thraſibulo qui frater fuit Hieronis, qui filium Gelonis abducens ab eo quod eſt ſm rationem traducebat ꝑ illecebras & voluptates, vt ſic contemptibilis fieret populo quod repelleretur á principatu, & ipſe Thraſybulus principaretur. Cũ igitur congregaſſet familiares & amicos, cauẽs ne diſſolueretur tyrannis ſed ipſe tyrannizaret conſiderantes tempus conueniens, ipſum Gelones & omnes amicos ipſius expulerũt & remãſit Thraſibulus ſolus, contra Dionyſiũ inſurrexit Diõ, qui curam habebat de repu. erat enim familiaris eidem, & aſſumens ſibi populum in auxilium, inſurrexit cõtra ipſum & expulit eum & interfecit. Deinde cum dicit.

Cumq; duæ ſint cauſæ propter quas maxime contra tyrãnos inſurgitur, odium.ſ. & cõtemptus. odium quidem exiſtat oportet in tyrannos, ex cõtemptu autem plurimæ fiũt euerſiones: huius vero ſignum fuerit, ꝙ pleriq; eorum qui dominationes adepti ſunt, eas vſq; ad extremum conſeruauerũt, ſed qui ab illis ſuſceperunt, confeſtim (vt ita dixerim) perierunt omnes. In voluptatibus.n. viuentes, efficiũtur facile contemnendi, ac multas præbent occaſiones opprimendi ſui.

Tãgit cauſas propter quas maxime corrũpitur, & primo tãgit cauſas iſtas ſm ſe & abſolute. Secũdo concludit

A cauſas corruptionis eiuſdem in comparatione ad reſp. intenſas.ſ. paucorum & popularis ſtatus. ibi. {Vt autem.} In prima tangit illas cauſas. In ſecunda tangit quandam aliam quæ reducitur ad vnam illarum. ibi. {Particulam vero.} In prima dicit ꝙ cũ ſint duæ cauſæ propter quas aliquę maxime inſurgunt contra tyrannum.ſ. odiũ & cõtemptus. Odium debetur tyranno magis per ſe. Et ratio huius eſt, quia ille qui principatẽ melioribus ſe & præter vtilitatẽ ipſorum, & cum hoc intendit bonũ proprium, ſolũ odio habẽtur ab illis, talis eſt tyrannus. Principatur enim tyrannus melioribus ſe, quia virtuoſis, & nõ intendit niſi bonum proprium, & ideo tyranno debetur odiũ. De contemptu autem adiungit, ꝙ propter contemptum multoties corrumpitur tyrannis. Et huius ſignũ eſt, quia illi qui acquiſierũt principatum per virtutẽ & induſtriã propriam, magis cõſeruauerunt principatum, quia tales qui acquiſiuerunt bellicoſi fuerunt, tales autem non ſunt contemptibiles. Sed illi qui receperunt tyrannidẽ ab alio B ſtatim admiſerunt, & propter principatum mortui ſunt, quia enim viuebant delectabiliter vacantes comeſſationibus & venereis, contemptibiles erant & quia vacabãt delitiis dabant multas oportunitates & occaſiones inſurgendi aliis, tum quia oportet ꝙ ponant ſe quãdoq; in poteſtate mulierũ, tum quia inebriati ſunt ſæpe, & per conſequens impotentes facti. Deinde cum dicit.

Particulam vero quãdam odij debemus irã exiſtimare, nam quodammodo earundem rerum cauſa exiſtit.

Tangit aliam cauſam quam reducit ad odium, & eſt illa cauſa ira, & habet duas partes. In prima reducit irã ad odium. In ſecunda aſſignat duas differentias inter iram & odium. ibi. {Et eſt interdum.} Dicit igitur primo ꝙ ira pars eſt odij, hoc eſt corruptio quę fit propter irã, aliquo modo fit propter odium, vt non oporteat ipſam ponere cauſam diſtinctam. Eſt.n. ira appetitus recõtriſtatio- C nis, & ideo manifeſtum eſt quód iratus vult malum alij: hoc autem pertinet ad odium. Vnde ira aliquo modo eſt cauſa earundem actionum, quarum eſt cauſa odium. Deinde cum dicit.

Et eſt interdum ira efficacior q̃ odium, vehementius.n. inſurgunt, quia perturbatio illa nõ vtitur ratione. Maxime vero contingit, vt ira deferantur, qui contumelia fuerint affecti, per quam quidem cauſam & Piſiſtratidarum deleta eſt tyrannis, & multæ aliarum, ſed odiũ magis ratione vtitur. Nam ira cum dolore fit, quare nõ facile ratione vtiť, odiũ vero ſine dolore.

Aſſignat duas differentias inter iram & odium, & dicit ꝙ frequenter ira eſt magis operoſa, hoc eſt plus operatur q̃ odium. Irati.n. cum maiori impetu & robuſtius D inſurgunt q̃ habẽtes odiũ. Et ratio huius eſt, quia paſſio iræ eſt ſine ratiocinatione. Iratus.n. & ſi audiat aliqualiter rationem, imperfecte tamen audit. Bene.n. audit iratus quod vindicta eſt accipienda, ſed qualiter accipienda nõ audit. Vnde ſimilis eſt famulo qui imperfecte audit mandatum domini, propter quod contingit ꝙ male exequatur quandoque. Similiter eſt de irato. Imperfecte.n. audit rationem, & ideo male exequitur vindictam. Vnde furioſus videtur propter iniuriam: & quãuis ira ſit magis operoſa, tamen odium magis nocet. Secunda differentia eſt, ꝙ ira eſt cum triſtitia, & ideo non de facili iratus poteſt ratiocinari: propter enim motum paſſionis nõ poteſt, ſed odium eſt ſine triſtitia, & ideo eſt cum ratiocinatione. Deinde cum dicit.

Vt aũt ſummatim dicamus, quotcunq; cãs diximus paucorum potentiæ, illius poſtremę et nimię, ac popularis gubernationis extremę, totidem

tidem & tyrannidis cauſas eſſe ponendum eſt. Nam & hæ ſun t tyrannides quædam.

Concludit cauſas corruptionis tyrannidis in comparatione ad reſp. intenſas. ſ. paucorum & popularis ſtatus. Et dicit ꝙ vt in ſumma dicamus quot diximus principia & cauſas corruptionis paucorum ſtatus intemperate quæ eſt vltima ſpecies ipſius & popularis ſtatus vltimæ. tot ſunt cauſæ & principia tyrānidis, quia iſtę reſp. ſcilicet paucorum vltima & popularis ſunt tyrannides quædam differentes tantum ſecundum hoc, ꝙ in his tyrannizant plures, in illa autem vnus. Deinde cum dicit

Regnum autē ab his quæ extra ſunt minime corrūpitur, quapropter diuturnius eſt. Ex ſe autem ipſo, vt plurimum, euerti contingit.

Determinat cauſas & principia corruptionis regni. Et primo regni abſolute & ſm ſe. Secūdo regni quod ꝓcedit ſm genus. ibi. {In regnis autē &c.} Prima in duas, F In prima tāgit ex quibus minime corrumpitur regnum. In ſecunda oſtendit quibus modis corrūpitur. ibi. {Corrumpitur &c.} In prima dicit ꝙ regnū ab extrinſecis nō corrumpitur. Et ratio huius eſt, quia rex principaẗ bonis & ſecundum virtutem ſubditis volentibus. Talis autem reſpub. non corrumpitur ab extrinſecis. Et propter hoc regnum multo tempore durat. Ex ſe autē multis modis corrumpitur. Deinde cum dicit.

Corrūpitur aūt duobus modis. Vno modo ſi ſeditio oriatur inter eos qui participes ſunt regni. Alio modo ſi tyrānice gubernare ꝑgāt, volentes eſſe domini plurium, & cōtra legem.

Oſtendit quibus modis corrumpaẗ ex ſe. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit quare nunc nō fiunt multa regna. ibi. {Non fiunt &c.} In prima dicit ꝙ regnū ab intrinſeco duobus modis corrumpitur. Vno modo quando illi qui attingunt ad principatum, & ſunt principes regni faciunt ſeditionem. Contingit. n. talibus faciētibus ſeditionem quod propter potētiam quam habēt expellant regem à principatu & mutēt monarchiā in aliā rēp. G Alio modo corrumpitur quando rex vult principari tyrannice, ſicut quando vult eſſe dominus plurium ꝗ̃ debeat eſſe ipſius nolentibus, & præter legem. Tunc enim contingit ꝙ ſubditi inſurgunt contra eundem & ipſum expellant & mutent remp. in aliam. Deinde cum dicit.

Non fiunt nūc amplius regna. ſed ſi qua fiūt, monarchię & tyrannides magis ſunt, ob id, quia regnum ſpontanea gubernatio eſt, ac maiorū proprie. At plurimi pares ſunt, neq; vſq; adeo præcellentes, vt ad magnitudinē dignitatemq; huius gradus ſe poſſint attollere. Atq; ex eo fit vt ſpōte illi nō pareatur. Quod ſi deceptione quis, aut vi dn̄eẗ, iā apparet hāc eſſe tyrānidem. H

Oſtendit quare nō fiunt modo plura regna. Et dicit ꝙ modo non fiunt plura regna, & ſi fiant ſunt magis monarchiæ tyrānicæ ꝗ̃ regna. Et huius aſſignat duplicē rationē. Prima eſt ꝙ regnum debet eſſe principatus volūtarius, principaẗ. n. ſubditis volentibus qui principaẗ in principatu regio, & regem oportet eſſe dominū maiorū in Ciuitate vel regno. Difficile eſt autem vnum inuenire qui volētibus pluribus principetur, & qui ſit dignus dominus eſſe maiorum. Et ideo nō fiunt plura regna. Secūda ratio eſt quia quæ eſt proportio dignitatis & honoris regis ad dignitatem & honorē ſubditorum, eadē debet eſſe proportio virtutis principantis ad virtutem ſubditorū. Nunc aūt dignitas & honor legalis multū excellit dignitatē ſubditorum. Igitur virtus regis debet excedere virtutē omnium vel plurium, talem autem inuenire

E non eſt poſſe, vel nimis eſt difficile. Et iō ſi aliquis aſſumatur in regē non principabitur volētibus ſubditis, ergo nō multo tp̄e principabitur. Si aūt aliquis ꝑ fraudē vel violenter principeẗ, non eſt rex ſed tyrānus, quia nō principatur ſubditis volentibus. Deinde cum dicit.

In regnis autem illis, in quibus ſucceditur ꝑ genus, ponendū eſt corruptionis eſſe cauſam, vltra illa quæ ſupra ſunt dicta, ꝙ plerunq; contemnēdi homines ſuccedunt in regnum: Et ꝙ cum non habeant potentiā tyrānicā, ſed regiā, ſuperbiunt. Eſt. n. facilis deiectio regis, ſi. n. nolint, ſtatim non erit rex. At. n. tyrannus etiam nolentium eſt. Corrumpuntur ergo gubernationes vnius ꝑ has, & huiuſmodi alias cauſas.

Aſſignat cauſam corruptionis regnorum ſm genus, F & dicit, quod regnorum ſm genus, Cauſæ & principia corruptionis ſunt eadem cum his quæ dicta ſunt ſuperius, & quæ iam dicentur. Prima eſt quia multi de facili fiunt contēptibiles. Contingit. n. ꝙ poſt patrem ſequitur filius, qui omnibus contēptibilis eſt propter inhoneſtatem vitæ. Ex hoc autem inſurgunt ſubditi & expellunt eum & mutant remp. Secunda cauſa eſt, quia non habet rex tantam potentiam quanta eſt potentia tyrānica ſufficiens ad puniendum malos, ſed cōtingit ipſum regem pati iniuriam. Vbi autem iſta cōtingunt de facili corrūpitur regnum, quia ſubditis nolētium ipſum principari ſtatim non eſt rex, ſed tyrannus. Tyrannus. n. dominus eſt ſubditorum volentibus ipſum eſſe dominum. Et tunc recapitulat, & dicit, ꝙ monarchiæ propter iſtas cauſas & alias ſimiles corrumpuntur.

LECTIO XI.

Primus modus conſeruandi tyrannidem per incrementum adminiſtrationis tyrannicæ.

G SEruantur autem ſimpliciter loquendo ex contrariis.

Poſtq; Philoſophus determinauit de principiis corrumpentibus monarchias, determinat de principiis ſaluantibus ipſas. Et primo in generali. Secundo in ſpāli. ibi. {Singulariter autē &c.} In prima dicit, ꝙ monarchiæ vt ſimpl̄r eſt dicere ſaluantur ex contrariis quibus corrumpuntur. Contrariorum. n. extranea ſunt principia. Corruptio & ſaluatio reipu. ſunt contraria, ergo ex contrariis principiis fiunt. Deinde cum dicit.

Singulariter autem loquēdo, per deductionem illarum ad mediocrem modum. Quanto enim magis reſtringiẗ poteſtas omnis, tāto maiori tēpore neceſſe eſt eam durare: nam & ipſi qui regūt minus ſuperbiunt, magiſq; moderati fiunt. Et illi qui reguntur inuident minus. H

Determinat in ſpeciali de principiis ſaluātibus ipſas. Et primo de ſaluantibus monarchiam regalem. Secūdo de ſaluantibus tyrannidem. ibi. {Tyrānides verò &c.} In prima intelligendum, ꝙ regnum eſt optima reſp. & optime ordinata. Et iō ex rōne ſua maxime ſaluabilis eſt, propter quod Philoſ. non tangit niſi vnum modum ſaluandi regnum, & primo tangit ipſum. Secundo manifeſtat. ibi. {Propter hoc enim &c.} Dicit igitur ꝙ regnū ſaluatur per hoc ꝙ principatus trahitur ad mediocritatem ſm vnūquodque, quod pertinet ad ipſum, vt ſi aliquid pertineat ad regem qui dn̄s eſt omnium, & in omnibus principatur in quo videantur grauari ſubditi ꝙ multum illis diſplicear illud tēperare aut illis remittere. Quanto. n. pauciorum erit dominus, tanto durabilior erit principatus, quia quanto erit pauciorum dominus: tanto minus dominatiue principabiẗ, & ſic de paucio-

ribus

tibus indebit & plures attingent ad principatum & habebunt quod competit eis ſm dignitatem, & tunc videbitur eſſe æqualis ſubditis. Sic autem rege ſe habente, minus ei ſubditi inuidebunt, & ſic ſe habentibus, principabitur ſubditis volentibus, hoc autem facit principatum durabiliorem. Deinde cum dicit.

Propter hoc enim, & apud Moloſſos, longo tempore durauerũt reges. Et apud Lacedæmonios, quod ab initio ſtatim in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas. Et poſt Theopompus ad mediocritatẽ magis illam deducens, Ephoros ſuperaddidit: poteſtate quidẽ minuens, ſed tempore augens regiam auctoritatem, vt faceret eã quodammodo, non minorem, ſed maiorem, vt ad vxorem reſpondiſſe ferunt dicentem, an nõ erubeſceret, ꝙ filiis minorem poteſtatem regiã derelinqueret quàm à parentibus ipſe accepiſſet: non profecto inquit, nam relinquo eis multo durabiliorem.

Manifeſtat quod dictum eſt per exemplum. Et dicit ꝙ propter iſtam cauſam circa Moloſſos regnum multũ durauit. Similiter autem & regnum Lacedæmoniorum, á principio enim diuiſerunt principatum in duas partes, & ſic moderauerunt eum. ſimiliter Theopompus qui poſterius ibi regnauit, conſequenter moderauit principatũ. Cum enim eſſet dominus omnium inſtituit principatũ Ephororum tradens ipſum aliis quaſi auferens à ſua poteſtate. Ex quo fecit regnũ ſuum aliquo modo maius, & durabilius multo propter quod reſpondiſſe dicitur vxori ſuæ cum argueret eum, dicens, ſi non verecundabatur, ꝙ regnum minus traderet filiis ſuis quàm recepiſſet à progenitoribus, dicit, ꝙ hoc non debebat dicere, quia quãuis nõ traderet eis æqualem ſm poteſtatem, tradebat tamẽ diutius quod videtur eſſe melius. Deinde cum dicit.

Tyrannides vero ſeruantur duobus modis inter ſe contrariiſſimis, quorũ alter eſt is, quem per ſucceſſionẽ traditum plurimi tyrannorum obſeruant. Horum autem multa conſtituiſſe ferunt Periandrum corinthium. Multa etiam ex gubernatione Perſarum eſt aſſumere. ſunt autẽ hæc illa pernitioſa quæ ſupra retulimus omni conatu à tyrannis fieri, quo dominationẽ retineant, veluti potentiores decerpere, & ſapiẽtes perimere. Et neq; comeſſationes pmittere, neq; ſodalitates, neq; diſciplinã, neq; aliud quicquã tale, ſed oĩa cauere, vnde cõſueuerint oriri inter ciues intelligentia & fides. Et neq; ſcholas, neq; conuentus aliquos ſcholaſticos fieri cõcedere.

Determinat de principiis ſaluãtibus tyrannidem, tyrannis enim quia de ratione ſua inordinata eſt, eſt de facili corruptibilis. Et ideo dat elementa plura quibus ſaluari poteſt. ſaluatur autem duobus modis. Vno modo intẽdendo ipſam. Secundo remittendo, & ſm hoc diuiditur in duas. In prima proſequitur modum ſm quem ſaluatur per intẽſionem. Secundo modum qui eſt per remiſſionẽ. ibi. {Alter vero &c.} Prima in duas. In prima ponit vnũ modum ſm quem ſaluatur intendendo abſolute. Secũdo in cõparatione ad regnum. ibi. {Regnum quidem &c.} Prima in tres, quia tyrannis tripliciter intenditur. Vno modo faciendo ſubditos ignorantes. Secũdo incognitos, Tertio pauperes. Et ideo diuiditur in tres. In prima ponit modos ſm quos fiunt ignorantes. Secũdo modos per quos fiunt incognitos. ibi. {Et omnia facere &c.} Tertio modos quibus fiunt pauperes, ibi. {Et ſubditos &c.} In

A prima dicit ꝙ tyrannis duobus modis valde contrariis ſaluatur. Quorum vnus eſt ſm intenſionẽ, alius ſm remiſſionem. Et alter iſtorum dictus eſt prius ſm quem tyrãni diſpenſant vt communiter, ſiue regunt principatũ tyrannicum. Periander autem vt dicitur multa talia inſtituit ex quibus intendit tyrannis. & multa talia poſſunt accipi à Perſis. Fuerunt autẽ & aliqua data antiquitus ad ſaluationem tyrannidis. Quorum vnum ſunt excellentes in potentia vel diuitiis interimere, quia tales per potẽtiam quam habent poſſunt inſurgere contra tyrannũ. Iterum interficere ſapientes, tales. n. p ſapientiã ſuam poſſunt inuenire vias ad expellendum tyrannidem. Iterum ad ſaluationem tyrannidis expedit non permittere communicationes nec ſodalitatem ſiue ſocietatẽ, ne inter ſe vniant per amicitiã. Ex hoc. n. facilius poſſent inſurgere contra tyrannum. Iterum non permittere diſciplinam, & quæcunq; poſſunt inducere ſapientiã, ſed omnia vitare, quia tales poſſunt inuenire vias diuerſas ad inſurgendũ cõtra B ipſum & expellendum eum, propter quod cauenda ſunt omnia illa, ex quibus fiunt ſapientes vel ſapientia actiua vel ſpeculatiua, vel etiã illa ex quibus fit perſuaſio & ipſi perſuaſiui. Et ideo nec ſcholas nec alias collectiones, per quas cõtigit vacare circa ſapientiam permittendum eſt. Sapientes. n. ad magna inclinantur; & ideo magnanimi ſunt tales & de facili inſurgunt. Deinde cum dicit.

Et omnia facere ex quibus ciues inter ſe quã maxime incogniti ſint. Cognitio. n. fidem generat inter ipſos.

Tangit modos quibus fiunt incogniti. Et diuiditur in quinq; ſm, ꝙ tãgit quinque. Scda. ibi. {Et ſatellites.} tertia. ibi. {Aſſueſcãtq; &c.} quarta ibi. {Et ne lateãt &c.} Quinta. ibi. {Calumniari quoque &c.} In prima dicit, ꝙ ad ſaluandum tyrannidem ordinare & facere, ex quibus ſubditi maxime inter ſe adinuicem erũt ignoti, quia, mutua notitia facit, ꝙ magis credunt ſibi adinuicem. Ex C hoc autem ꝙ credunt ſibi adinuicem facilius vniũtur & potentius inſurgunt. Et ideo ordinanda ſunt talia per quæ maxime ſint ignoti. Deinde cum dicit.

Et ſatellites eius apparere ſemper ac verſari foris, quo minus latere poſſit quiſq; agat.

Ponit ſecundum modum. Et dicit, ꝙ ſecundo ad ſaluationem tyrannidis expedit facere ꝙ præpoſiti & ſeruientes ſint manifeſti in locis, in quibus debent ſubditi congregari & circa ianuas ciuitatis vel ſubditorum vt videãt & ſentiant quid dicunt vel agunt ſubditi. Sic enim magis erit manifeſtũ quid faciunt, & minus poterũt machinari cõtra tyrannũ minus inuicẽ credẽtes. Deinde cum di.

Aſſueſcantq; animũ ſubmittere per ſeruitutẽ continuam, & alia quæcunq; talia perſica & barbara, tyrannidis ſunt: cuncta. n. idem valent.

Ponit tertium modum. Et dicit ꝙ oportet ad ſaluatio- D nem tyrannidis ordinare ꝙ ſi ſubditi aliqua malefaciant, aut in aliquo inſoleſcant & deuient ab eo quod eſt ordinatum à tyranno, etiam modicum deprehendere eos à ſeruiẽtibus ordinatis ad hoc. ſimiliter ordinare alia quæcunq; & barbara & perſica ſunt tyrannica. Omnia enim talia poſſunt, idem. ſ. ſaluare tyrannidem. Ex hoc. n. ꝙ ſubditi erunt occupati in aliquibus timentes magis minus poterunt inſurgere. Deinde cum dicit.

Et ne lateant conari quæcunq; quis dixerit, aut fecerit, ſed eſſe exploratores quemadmodũ Syracuſis hi qui deductores nuncupabantur, et auricularij, quos ſubmittebat Hieron vbicunq; foret congregatio aliqua, vel conuerſatio. Minus. n. audent, qui talia formidant, & ſi audeãt, minus latere poſſunt.

Ponit quartum modum. Et dicit ꝙ tentandum eſt vt non lateant quæcunqꝫ dicunt & faciunt ſubditi, ſed diligenter attendere quæcũque, & ſic facere ſicut fecerũt circa Syracuſanos tyranni. Ordinauerunt.n. quoſdam qui dicebantur deductores quos miſit Hieron qui audirent & inquirerent quæ dicerent & facerent ſubditi. ſiĉ ſimiliter ordinãdi ſunt aliqui qui vbi fuerit aliqua congregatio audiant quæ dicuntur ibi & fiunt. Sic.n. illi qui congregabũtur propter timorem minus confident de ſeipſis, & per conſequens nihil machinabuntur: aut ſi confidant de ſe, minus poterunt latere, & vlterius poterit magis caueri. Deinde cum dicit.

Calumniari quoqꝫ inuicem, & collidere amicos cum amicis, & plebem cum nobilitate, & diuites inter ſeipſos.

Ponit quintum modum. Et dicit ꝙ ad ſaluandã tyrannidem oportet ꝙ tyrannus procuret ꝙ ſubditi imponãt ſibi inuicem crimina & turbent ſe ipſos, vt amicos amicũ, & populus cõtra diuites, & diuites inter ſe diſſentiãt: ſic.n. minus poterunt inſurgere propter eorũ diuiſionẽ. Omnis enim virtus diuiſa minor eſt. Deinde cum di.

Et ſubditos ad paupertatẽ redigere tyrãnicę eſt prauitatis, vt neqꝫ ſumptus fiat in cuſtodia.

Ponit modos quibus fiũt pauperes. Et diuidiĩ in quatuor ſm ꝙ ponit quatuor modos. ſcđa ibi. {Et illi &c.} tertia ibi. {Hæc enim omnia &c.} Quarta ibi. {Studet etiam &c.} In prima dicit ꝙ ad ſaluationem tyrannidis oportet facere ſubditos pauperes, ſic.n. minus poterunt inſurgere contra tyrannum. Facere autem pauperes ſubditos, & ſi contingat multipliciter, contingit tamen ad præſens quadrupliciter. Primo non dando expenſas cuſtodibus ciuitatis de bonis communibus, ſed eos compellere ad ſoluendum ex toto. Deinde cum dicit.

Et illi quotidianis moleſtiis occupati, vacare nõ poſſunt ad cõſilia contra tyrannos ineunda. Exemplũ huiuſmodi ſunt Pyramides Ægypti, & donaria Cypſellidarũ, & Olympi edificatio à Piſiſtratide facta. Policratis opa circa Samũ.

Ponit ſcđm modum. Et dicit ꝙ ordinandũ eſt, ꝙ ſubditi ſint occupati circa oa pquotidiana, vt ſic occupati non poſſint machinari, vel non ſint vacãtes ad machinandũ aliquid contra tyrannũ. Sicut habemus exemplum de tyrannidibus quæ fuerunt circa Aegyptũ vbi ſubditi compellebãtur occupari circa opera quotidiana. Sicut apparet de filiis Iſrael, quos occupabãt circa lutum & lateres. Similr donaria Cypſellidarũ. ſimiliter edificatio olympi quæ fuit facta à Piſiſtratide. ſimiliter opera eorum quę erant de Samo inſula quæ erant magnifica. Omnia enim iſta poſſunt idem facere. ſ. ꝙ ſubditi nõ poſſint vacare ad machinandum aliquid contra tyrannum. Ex quo.n. ſunt occupati circa opera talia, non poſſunt tractare qualiter expellant tyrannum. Item poſſunt facere penuriam & paupertatem ſubditorum, ex quo.n. compelluntur apponere ad ædificia facienda, & occupari circa talia, oportet eos depauperari. Deinde cum dicit.

Hæc.n. omnia fuerunt inſtituta ad ocium & quietem populorum tollendam, & ad inducendam paupertatem per tributorum penſionem, vt etiam Syracuſis factum eſt: Dionyſio.n. eam ciuitatem tenente, contigit Syracuſanos in quinque annorum tempore cunctas facultates ſuas in ſoluendis tributis conſumpſiſſe.

Ponit tertium modum. Et dicit ꝙ procuranda ſunt vectigalia, hoc eſt exactiones multæ & magnæ, ſic.n. cito poterũt depauperari ſubditi, ſicut factũ fuit in Syracuſis, E Ibi.n. Dionyſius qui principabatur tãtas procurauit exactiones, ꝙ omnes diuitiæ ſubditorum venerunt ad ipſum in quinque annis. Deinde cum dicit.

Studet etiam bellum concitare tyrannus, vt negociis occupentur ciues, & indigentia ducis continuo detineantur.

Ponit quartum modum. Et dicit, ꝙ ad ſaluationem tyrannidis tyrannus debet procurare bella inter ſubditos, vel etiam ad extraneos, ita ꝙ non poſſint vacare ad aliquid tractandum contra tyrannum, & magis timentes. Sic etiam erunt indigentes præſide & tunc plura poterit exigere ab eiſdem. Deinde cum dicit.

Et regnum quidem per amicos ſaluatur, tyranni autem eſt maxime amicis diffidere, quaſi velint omnes. poſſint autem maxime amici eũ ſubuertere.

F Ponit alium modum per quẽ ſaluatur tyrannis in comparatione ad alias reſp. & ad alia quædam. Et diuidit in quatuor. In prima ponit modũ per quem ſaluatur in cõparatione ad regnũ. In ſecunda ponit modum per quem ſaluatur in cõparatione ad popularẽ ſtatum. ibi. {Et quę fiunt &c.} In tertia ponit alium modum in cõparatione ad liberum & venerabilẽ. ibi. {Nullo quidẽ &c.} In quarto ponit alium modum in comparatione ad ciues & extraneos. ibi. {Peregrinos etiam &c.} In prima dicit, ꝙ regnum ſaluatur per amicos. Subditi enim diligunt regẽ & volũt eum principari, hoc autem ſaluat regnũ. Et ideo ſaluatur regnum per amicos. tyrannus autem ad ſaluandum tyrannidem non debet confidere in amicis. Et ratio huius eſt, quia amici potẽtes ſunt, ex hoc.n. ꝙ amici ſunt aliqui principis, potentes ſunt. Item inclinantur & volũt principari omnibus. Et ideo non debet confidere in eis ſi debeat ſaluare tyrannidem. Deinde cum dicit.

G Et quæ fiunt circa vltimam popularem gubernationem, tyrannicã ſunt omnia, vt potẽtia mulierum domi, quo reuelent virorum ſecreta, & manumiſſio ſeruorũ eadem de cauſa. Non.n. inſidiantur ſerui & mulieres tyranno, et ſi proſpere degant, neceſſe eſt beniuolos fore, & erga tyrannidem, & erga popularem ſtatum.

Ponit alium modum in cõparatione ad ſtatum popularem. Et primo ponit ipſum. Secundo aſſignat rationem cuiuſdam dicti. ibi. {Nam & populus &c.} In prima dicit ꝙ ad ſaluandũ tyrannidem, tyrannus debet ordinarę ea quæ ſunt circa popularem ſtatum vltimum qui peſſimus eſt omnium. Omnia.n. illa tyrannica ſunt, vt mulierum potentiæ corã populo coram quo permiſſum eſt eis proponere contra viros quę voluerint: Et manumiſſio ſeruorum contra ciues. Mulieres.n. quaſi ſunt medietas ciuitatis. Ipſæ autem & ſerui non machinantur aliquid cõ

H tra tyrannum. Nam gaudent ſerui de manumiſſione. Mulieres vero ſuper libertate prædicta, oportet.n. eos eſſe beniuolos & tyrannidibus & popularibus. Et propter hoc non inſurgunt de facili. Deinde cum dicit.

Nam & populus dñs eſſe vult. Ex quo fit, vt adulatores apud vtroſqꝫ in honore habeantur. Eſt.n. qui populum colit & ducit, populi adulator. tyrannorum vero qui aſſentando conuerſetur, quod eſt opus adulatoris. Nam propter hoc prauos amicos, habent tyranni, quod adulationibus gaudent. Id autẽ nemo faceret qui mẽtem haberet libero homine dignam, ſed amant boni viri, vel non adulantur, & vtiles praui ad praua. Clauus.n. clauo, vt dictat prouerbium.

Reddit cauſam cuiuſdã dicti. Dixerat.n.ꝙ in tyrannide ordinanda ſunt illa, quæ fiũt in populari ſtatu. Vltimo, huius reddit cauſam. Et dicit ꝙ propter hoc debet tyrannus ordinare quæ ſunt in populari ſtatu vltimo, quia popularis ſtatus vltimus eſt ſicut monarchia, totus.n.populus dominatur ſicut vnus monarcha. Vnde adulatores inueniuntur & in populari ſtatu vltimo, & apud tyrannos, & honorantur ab eis. In populari ſtatu quidẽ populares ductores populi. Ductor.n. adulator in populari ſtatu eſt, quia dicit quæ placent populo. Apud tyrannos autem honorantur, quia humiliter loquuntur. Hoc autem pertinet ad adulatorẽ, humiliter.n.loquendo & deiiciendo ſe credunt placere, propter hoc etiam tyrãnus eſt amicus malorũ, quia recipit adulatores & congaudet eiſdẽ, tales autem ſm ſe mali ſunt. Sed nullus qui habet ſenſum liberum, hoc eſt qui inclinationẽ habet ad virtutem hoc faciet, ſed diligit virtuoſos & eos qui non adulantur, qui ſm ſe boni exiſtentes oppoturnitatem quandam habẽt ad reprimendum malignitatem adulatoris, qui ſm quod huiuſmodi malignus eſt, quoniam ſicut in prouerbio dicitur, clauus clauo retunditur. diligunt igitur bonos odiẽtes adulatores vt per eos reprimant malitiam adulatores. Deinde cum dicit.

Nullo quidem honeſto, nulloq́ꝫ libero delectari tyrannicum eſt. Se enim ſolum eſſe talem putat tyrannus. Qui autem ſubditorum vel honeſtati ſtudent vel libertati, minuere excellentiam & pręeminentiã tyranni videtur. Oderũt, ergo illos tyrãni, tanꝙ̃ euerſores poteſtatis ſuæ.

Ponit alium modum in cõparatione ad liberum & venerabilem. Et dicit ꝙ tyrannus non debet congaudere libero & venerabili ſiue virtuoſo, quia tyrannus vult eſſe ſolus dominus. Venerabilis.n.& liber contrarij ſunt illi, nec poſſunt ſuſtinere excellentiam quam habet præter rationem, nec tyrannidem quam exercet principando dominatiue, ꝑꝑ quod odiunt tyranni liberos & venerabiles tanꝙ̃ diſſoluẽtes eorũ principatum. Deinde cum dicit,

Peregrinos etiam in conuiuia, & familiarem vſum magis recipere quàm ciues, tyrannorum eſt, quaſi illos quidem habeant hoſtes, hos vero non aduerſantes. Hæc & huiuſmodi à tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquã omittunt prauitatis.

Ponit alium modum in cõparatione ad ciues & extraneos. Et dicit ꝙ tyrannus magis debet conuiuere & aſſueſcere diuturnis comeſſationibus cum extraneis ꝙ̃ cũ ciuibus, tanꝙ̃ ciues ſint aduerſarij, extranei vero non. Iſta igitur & ſimilia ſunt tyrannica & ſaluant principatum. Nec aliquid malignitatis deficit in talibus, ſed omnẽ malignitatem & iniquitatem continent, ſicut mala ſm ſeipſa bona. tamen ad ſaluationem tyrannidis, in quo innuit ꝙ nõ ſunt facienda ſimpliciter homini, ſed ei qui voluerit ſaluare tyrannidem quæ ſm ſe mala eſt. Deinde cum dicit.

Sunt autẽ, vt ita dixerim, hæc omnia tribus ſpeciebus compræhenſa. Tria.n. coniectat tyrannus. Vnũ vt animos imminuat ciuiũ. Nemo enim parui animi contra tyrannũ inſurgit. Secundum, vt ciues inter ſe diffidentes reddat. Non euertitur enim tyrannus, niſi ciuium aliq inter ſe fidem habeãt. Quapropter & bonos viros proſequitur quaſi peſtiferos, & aduerſarios dominationi ſuæ. Non ſolum quia non acquieſcũt in ſeruitute viuere: verum etiam, quia fides eis, & inter ſe, & ab aliis plurima adhibeẽ, neqꝫ

A accuſant alios, neqꝫ ipſi inter ſe accuſantur. Tertium, impotentiam agendi. Nemo enim ſibi impoſſibilia aggreditur, itaqꝫ neqꝫ tyrannidem tollere, ſi potentia deſit.

Reducit iſtos modos oẽs ad tres, & primo facit hoc. Secundo recolligit illos. ibi. {Ad quos.} In prima dicit, ꝙ omnia iſta ſub tribus ſpeciebus vt eſt dicere comprehẽduntur, quia tyrannus tria conſiderat ad ſaluandum principatum ſuum. primum eſt vt ſubditi ſint ignorantes & pauca ſciẽtes. Cuius ratio eſt, qua nullus puſillanimis inſidiatur alicui. Et ideo ne ſubditi inſidiẽtur ei, conſiderat qualiter ſubditi ſint ignorantes. Ignorantia.n. puſillanimes facit. Magnanimum enim oportet habere ſcientiam magnorum & arduorum, eſt.n. virtus qua aliquis inclinatur ad magna & ardua ſimpliciter decentia ipſum. Secũdum eſt ꝙ ignoti ſint ſibi inuicem ſubditi. Et ratio huius eſt, quia tyrannis non prius diſſoluitur ꝙ̃ credant ſibi

B inuicẽ. Et propter hoc tyrannus contrarius eſt virtuoſis, quia nociui ſunt ad principatum tyrãnicum, non ſolum quia nolunt ſubiici tyranno dominatiue, ſed quia ſunt ſibiipſis fideles & aliis cõciuibus. Nec manifeſtãt ea quę volunt facere vel ipſi vel alij conciues eorum contra tyrãnos. Tertium eſt ꝙ reddat eos impotentes faciendo eos pauperes. Et ratio huius eſt, quia nullus manum mittit ad illa quæ credit eſſe impoſſibilia: & ideo manifeſtum eſt, ꝙ non diſſoluetur tyrannis ſi ſubditi non habeant potentiam. Deinde cum dicit.

Ad quos ergo fines referãtur tyrannorũ conſilia, tres iſti ſunt. Ad has enim ſuppoſitiones tyrannica redigi poſſunt vniuerſa. partim ne confidant inter ſe ciues, partim vt potẽtia eis deſit, partim vt puſillanimes efficiantur. Vnus ergo modus, quo vtuntur tyranni, talis eſt.

C Recolligit modos iſtos, & dicit ꝙ iſti ſunt tres modi ad quos reducuntur omnia quæ placent & volunt tyranni. Si enim aliquis conſideret, reducet omnia tyrannica ad iſtas tres Hypotheſes, quarum vna eſt, vt non credãt ſibi inuicem, alia vt ſint impotentes, alia vt parum ſciant ſubditi. Vnus igitur modus per quem ſaluatur tyrannis eſt iſte qui eſt intendendo tyrannidem.

LECTIO XII.

Secundus modus conſeruandæ tyrannidis per appropinquationem ad regnum.

ALter vero modus contrarius iſtis quæ dicta ſunt, diligẽtiam facit. Eſt autem deprehendere ipſum ex regnorum corruptione. Vt enim regni modus corruptiõis vnus eſt, gubernationem ipſam regiam magis reducere ad tyrannicam, ita tyrannidis cõſeruatio eſt ad regiã

D gubernationis magis eã referre, vnum ſolummodo cuſtodientem vt potentiam retineat per quam non modo volentibus, verum etiam nolentibus, dominari poſſit, nã ſi hãc abiiciat ſimilis abicit & tyrãnum eſſe. Sed hoc, tãquam ſuppoſitionem quandam manere oportet. Cætera vero partim facere, partim quam optime ſimulare vt regia gubernatio videatur.

Poſtquam philoſophus poſuit vnum modum ſaluationis tyrannidis qui eſt per intẽſionem. ponit aliũ modum qui eſt per remiſſionẽ. Et primo in generali oſtẽdit quomodo per huiuſmodi remiſſionem ſaluatur. Secundo in particulari. ibi. {Primum enim &c.} In prima dicit ꝙ aliquis eſt modus ſaluandi tyrannidẽ contrarius modis dictis prius. nã modi dicti prius ſaluãt tyrãnidẽ intẽdẽdo ipſam,

ipſam. Iſte autem modus per remiſsionē, iſtū autem modum contingit accipere per ſimilitudinem ad corruptionem regnorum, quia ſicut vno modo regnū corrūpitur per hoc ꝙ accedit ad tyrannidem declinando á rectitudine rationis, ſic ſaluat tyrannis per hoc ꝙ accedit ad regnū & ad illud quod eſt ſm rationem. Ex ſe.n.regnū ſaluabile eſt, & ideo expedit ad ſaluandum tyrannidem remittere ipſam & accedere ad regnum ſeruando & retinendo principatum vnius.ſ.vt ipſe ſolus principetur nō quidem ipſis volentibus. Sed volentibus ſicut plures faciunt & non prætendat velle principari ipſis volētibus. Nam hoc prętendere eſt prætendere ꝙ ipſe nolit tyrannizare. Et iſtud quòd ſcilicet ſolus ſit princeps & tyrannus accipiendum eſt ſicut ſuppoſitio aliorum. Hæc quidem facienda ſunt ſecundum veritatem ad ſaluandum tyrannidem, alia autem ſimilanda vt videantur ſaltem regalia quamuis non ſint. Deinde cum dicit.

F Primum enim videri communium commodorum curā habere, non effundētem largitiones tantas, vt ciues moleſte ferant, quando quidem ab illis capitur operantibus ac laborātibus in ſua tenuitate. Donāt vero ſcortis, & peregrinis, & hiſtrionibus effuſe.

Oſtendit in particulari qualiter ſaluaf per remiſsionē. Et primo facit hoc. Secundo recolligit quædā dicta excuſando ſe ab vlteriori cōſideratione.ibi. {Superfluū &c.} Prima in duas. In prima oſtēdit qualiter tyrānis ſaluatur per remiſsionem cū ciuitas non eſt diuiſa. In ſecunda eſt diuiſa.ibi. {Cū vero &c.} Prima in quatuor. In prima declarat qualiter ſaluatur per remiſsionē.} Primo quo ad pecunias. Secundo qualiter quo ad conuerſationes.ibi. {Et videri.} Tertio qualiter quo ad honores.ibi. {Verūtamen.} Quarto qualiter quo ad demiſsionē á principatu.ibi. {Si vero.} Circa pecunias eſt conſiderare tria.ſ.cōſumptionem, ratiocinationē, receptionē: & ſm hoc diuidit in tres. In prima declarat quid obſeruandum eſt quo ad expenſas rationabiles. Secundo quo ad ratiocinationē cum dicit. {Rationē.} Tertio oſtēdit quid circa receptionem.ibi. {Deinde redditus.} In prima dicit ꝙ ad ſaluādū remp. tyrannicam oportet ꝙ tyrānnus ſic ſe habeat vt videatur habere curam de cōi, & ꝙ non expendat ea quæ accipit á ſubditis gratis & in ſuperfluis vt in talibus quæ contriſtant ſubditos, vt quando accipiūt á ſubditis laborantibus & operantibus aſsidue & poſtmodum abundāter dant meretricibus & extraneis & quos habēt ſibi ſæpe familiares, artificibus, hiſtrionibus: quando enim ſic facit tyrannus odio habetur á ſubditis & facilius inſurgunt contra ipſum & ideo cauendum eſt, quòd non expēdat bona, quæ accipit á ſubditis in illis quæ moleſtant ipſos. Deinde cum dicit.

Rationem reddentem eorū quę acceperit & expenderit, quod iam factum eſt á quibuſdam H tyrannis, ſic.n.adminiſtrans, non tyrannus videbitur, ſed legitimus gubernator.

Oſtēdit quid obſeruandū eſt quātum ad ratiocinationem, & primo facit hoc. Secundo remouet dubium.ibi. {Nec erit ei.} In prima dicit ꝙ ad hoc, ꝙ ſaluet tyrānidē & videatur habere curā de cōi bono, oportet ipſum reddere rationem de acceptis & expenſis factis, quod fecerūt quidam tyrāni, vnde diuturniorem fecerunt principatū ſuū. Et ratio huius eſt, quia ille qui ſic diſpēſabit & reget rempu. videbitur eſſe œconomus quidam, i. diſpenſator, videbitur.n.laborare propter bonum commune & non videbitur tyrannus. Deinde cum dicit.

Nec erit ei formidādum, ne quādoq; ſibi deſint pecuniæ, cū ſit dominus ciuitatis, ſed diſpergentibus tyrannis ex propria domo, & prodeſt

E hoc magis q̃ relinquere congregatas. minus.n. cuſtodes ipſi contra tyrannum inſurgerēt. ſunt autem formidabiliores abſentibus tyrānis qui cuſtodiunt, quàm ciues: nam illi quidem ſimul abſunt, hi autem remanent.

Remouet dubiū ſiue reſpondet obiectioni. Diceret.n. aliquis ꝙ ſi tyrannus reddat rationē de expenſis, deficiet ei pecunia. Remouet hoc & dicit, ꝙ nō oportet tyrannū timere ne pecuniæ & diuitiæ deficiāt: omnia.n. quæ ſunt in ciuitate, ad vſus & vtilitates cōes ſunt eius, cum ſit dominus ciuitatis. Cuius ratio eſt, quia bona exteriora ſunt propter bona animę & corporis, & bona corporis ꝑpter bona animæ, & iſta omnia ſunt propter bonū commune ciuitatis: & ideo illius ſunt quodāmodo bona ſubditorū, cuius eſt ordinare omne in finem ciuitatis: ſed eius qui dominus eſt ciuitatis eſt ordinare bona exteriora in finem ciuitatis, propter quod eius ſunt omnia. Et ideo nō eſt timendum tyranno, ꝙ deficiat ſibi pecunia, quia poterit accipere á ſubditis, ſm tamen ꝙ ordinari habet in finē ciuitatis, ſed illi timēdū eſt magis q̃ accipit á domibus ſubditorum præter rationē. Ex hoc.n. odio habetur á ſubditis, & ideo timere debet ꝙ inſurgāt contra ipſum. Vnde magis expedit ipſis.ſ. dimittere diuitias in domibus ſubditorū & vti eis ad bonum cōe cū neceſſe fuerit, q̃ omnino admittere eas congregatas in domo propria, quot fiet ſi inſurgant in eum: cum.n. apud ciues fuerit pecunia & non extorſerit eam tyrannus, minus inſilient contra ipſum, tunc tyranni etiā quia accipiunt á ſubditis et ſeruant penes ſe, magis timenf ab illis qui egrediūtur cum eis & commilitāt eis quaſi propinqui eis q̃ ciuibus, quia primi cum peregrinantur ei extra ciuitatem. Ciues autem magis reſident in ea, & ideo magis poſſunt inſurgere & diripere theſaurum. Conſequenter cum dicit.

G Deinde redditus & impenſas apparere oportet, tum gratia diligentis adminiſtrationis, tum etiam vt ſi quando foret opus illis vti poſſit ad belli neceſſitates, omninoq; ſeipſum præbere cuſtodem & quæſtorem, non vt ſuarū pecuniarum, ſed vt communium, & publicarum.

Tangit quid obſeruandū eſt circa receptionem pecuniarum, & dicit, ꝙ tyrānus debet redditus & oblationes gratis factas fideliter colligere vt diſpēſet illas, & ſi aliquādo opportunum fuerit expēdere illas in prelio, et vniuerſaliter debet ſe exhibere tanquam cuſtodem & camerarium ciuitatis & bonorum communium non ſicut propriorum, ſic enim minus odio habebitur & erunt magis contenti. Deinde cum dicit.

Et videri velle non aſperum, ſed cum grauitate honeſtum, & talē vt eum non timeāt obuij, ſed magis reuereantur. Hoc autem nō facile eſt H eum aſſequi qui foret contemnendus. Quapropter opus eſt, vt ſi non aliarum virtutum, at ſaltem ciuilis eum curam habere, ac talem de ſeipſo opinionem afferre.

Oſtendit qualiter tyrannis ſaluatur in comparatione, & primo in comparatione ad ciues. Secundo cum dicit. {Contrarium faciendum.} In comparatione ad totā ciuitatem & diuina. Adhuc circa primum duo facit. Primo oſtendit qualiter ſaluatur per comparationem bene ſe habens quantum ad actus exteriores. Secundo cū dicit. {Et circa voluptates.} qualiter quantū ad delectationes. Circa primum adhuc duo facit. Primo facit quod dictum eſt quātum ad perſonam propriam. Secundo cū dicit. {Eodemq; modo.} quantū ad coniunctā. Adhuc primo oſtēdit quid obſeruandū eſt ad tyrannidis ſaluationē quantum ad geſtus exteriores. Secūdo cū dicit. {Inſuper nō.}

quantum

quantum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia vel iniuſtitia. In prima parte duo tangit. Primũ eſt, ꝙ expedit tyranno ad ſaluandũ tyrannidem, ꝙ non appareat ſubditis ſęuus ſiue crudelis: & ratio huius eſt, quia ex hoc ꝙ apparet ſubditis ſæuus reddit ſe odioſum eis: ex hoc autem facilius inſurgũt in eũ, ſed debet ſe reddere reuerendum propter excellentiam alicuius boni excellẽtis. reuerentia enim debetur bono excellẽti, & ſi non habeat illud bonũ excellẽs debet ſimulare ſe habere illud. Secundũ eſt quod tangit & ſequitur ex primo, ꝙ debet ſe reddere talẽ, ꝙ ſi ſubditi obuient ei, ꝙ nõ timeant eũ timore ſeruili, ſed magis reuereãtur. Non timeant quidẽ, quia ſi timerent eum haberent eũ odio. reuereanꝭ autem: eſt.n. reuerẽtia triſtitia pp apparentem ingloriationem. ex hoc.n. ꝙ aliquis obuiat alicui, & ille habet bonũ in quo deficit, reueretur, quia nõ habet illud, aut non illo mõ. Et ideo tyrãnus debet ſe reddere talẽ ꝙ videaꝭ ſubditis ipſos excellere in aliquo bono excellẽti, in quo ipſi deficiũt ex quo uereantur. Tamen talem ſe ſic reddere non eſt facile quin ſequiꝭ contemptus, ſiquidẽ nõ reddit ſe timendum. De facili.n. contemnitur qui non timeꝭ, & ideo ſi velit non terribilis videri, & cum hoc non contemni, debet laborare ad virtutes & opera ipſa quæ reddunt hominẽ non contemptibilẽ propter excellentiã ſuã, & ſi non poteſt habere omnes virtutes & actus eorum, ſaltem laboret ad virtutem, ciuilem quæ videtur præcipua. ſi non habeat eam ſm veritatem, faciat ꝙ opinentur ipſum habere eam: quãuis.n. hoc non ſit in ſe bonum, ad hoc tamen bonum eſt, vt non ſit facile contemptibilis. Deinde cum dicit.

Inſuper non ſolum ipſum videri, nulli protinus ciuium cõtumeliam facere, ſed etiam neminem illorum qui circa eum ſunt.

Oſtendit quid obſeruandum eſt quãtum ad actus exteriores in quibus eſt iuſtitia & iniuſtitia, & dicit, ꝙ tyrannus ſic ſe debet habere ꝙ non videatur alicui inferre iniuriam, nec iuueni nec iuuenculę, & ꝙ nõ ſolum ipſe in perſona propria, ſed ꝙ nullus qui eſt circa ipſum iniurietur aliis. Deinde cum dicit.

Eodemq; modo ſe habere mulieres ſuas erga cæteras mulieres. Nam & per contumelias mulierum permultæ iam tyrannides perierunt.

Oſtendit quid obſeruandum eſt quãtum ad perſonã cõiunctam, & dicit, ꝙ tyrannus ſic debet facere, ꝙ vxor ſua ſit familiaris vxoribus ſubditorũ, quia propter iniuriam illatã vxoribus multæ tyrannides deſtructæ ſunt: & ideo debet ꝓcurare ꝙ vxor ſua ſit amica familiaris vxoribus ſubditorum. ſic enim habebit quaſi medietatem ciuitatis, quia mulieres cũ pueris fere ſunt medietas eius ſicut dixit in ſecundo. Deinde cum dicit.

Et circa voluptates corporis, contrarium facere q̃ nunc faciant quidam tyranni, non ſolum enim ſtatim ab aurora id agunt, conuiuanturq; per dies plures, verum etiã apparere volũt aliis ꝙ ita faciant, vt tanquam felices beatosq; admirẽtur: ſed in talibus maxima erit moderatio adhibenda, vel ſaltim videri illa fugere: non enim faciliter inuadi poteſt nec faciliter cõtemni qui ſobrius ſit, ſed qui ebrius, neq; qui vigilet, ſed qui dormiat.

Oſtendit quid obſeruandũ eſt ei quantum ad delectationes corporales, & dicit, ꝙ circa delectationes corporales debet contrariũ facere q̃ faciant nunc quidã tyranni. Sunt enim quidam qui nõ ſolum volunt proſequi huiuſmodi delectationes etiã multis diebus, ſed volunt videri ab aliis proſequi eaſdẽ tanquã ſint beati & felices ꝓpter ipſas & reputenꝭ ab aliis tales, & ex hoc habeantur in

A admiratione apud eos: ſed debet magis aut moderatus eſſe circa eas, aut ſi non ſic tñ debet ſe talẽ exhibere, ꝙ videaꝭ fugere eas, quia ille qui ſobrius eſt in proſequendo huiuſmodi, nõ de facili inuaditur nec contemniꝭ: ſed ille q eſt ebrioſus inuaſibilis eſt de facili, & de facili contemnitur. Ille etiam q vigilat circa actus virtutum, nõ de facili inuadiꝭ, nec contemnibilis eſt: ſed ille q dormit hoc eſt qui non operatur ſm virtutem de facili inuaditur & contemnitur. Qui.n. operatur ſm virtutem, reputatur aliquid magnum ꝓpter virtutem quam oẽs reputant & boni & mali quãuis ſm maius & minus. Qui autem reputatur magnus, is non inuaditur de facili nec contẽnitur: nullus.n. contemnit quem reputat: qui autem inordinate operatur econtrario ſe habet. Deinde cum di.

Cõtrariumq; agendum eſt ſupradictorum ferè omnium. Corroboranda.n. & ornanda ciuitas eſt ab eo, tanquã à curatore, ac nõ tyranno.

B Oſtendit quid obſeruandum eſt in cõparatione ad totam ciuitatem & diuina: & primo qd in comparatione ad totam ciuitatem. Secundo cum dicit. {Videri etiam oportet &c.} Quid in cõparatione ad diuina. In prima dicit, ꝙ ad ſaluandum tyrãnidem faciendum eſt contrarium eis q̃ dicta ſunt prius. ſ. ꝙ tyrãnus debet ꝑparare & ornare ciuitatem. ſ. faciendo turres & muros & ædes & habitacula & alia hmõi cõia, & ordinando ciues tanquam ſit ꝓcurator ciuitatis & non tyrãnus: ſic.n. beniuolus apparebit & non tyrannus. Deinde cum dicit.

Videri etiam oportet ipſum erga religionẽ deorum affici vehementer, minus.n. formidabunt populi, ne quid contra iuſtitiã fiat, ſi religioni deditum illum exiſtimabunt, ac deorum timorẽ habere, minuſq; cõtra illũ audebunt inſurgere, quaſi Deos habeat ꝓpitios, & fauẽtes.

C Oſtendit quid obſeruandum eſt in ordine ad Deum, & dicit, ꝙ ad ſaluationem tyrãnidis tyrãnus in his quæ ad religionem & cultum diuinũ pertinent ſtudioſe & reuerenter ſe debet habere, & tanto magis differenter ab aliis quãto magis excellit. cuius rõ eſt quia ſi ſubditi exiſtiment ꝑncipantem religioſum & deicolã eſſe, nõ timebunt male pati ab ipſo. A diuino.n. nullus expectat malum ꝑ ſe & minus inclinabuntur inſidiantes opinantes ipſum Deum eſſe ſibi ꝓpitium & propugnatorem ꝓ eo contra machinantes in eum. Deinde cum dicit.

Veruntamẽ oportet ſibi improbitate talem videri, atq; eos viros qui aliqua in re laudabiliter ſe geſſerint, honorare: ita vt non exiſtiment vnquam ſe magis honorari à ciuibus ſuis in libertate degentibus potuiſſe.

D Oſtendit quid obſeruandũ eſt quãtum ad diſtributionem honoris, & diuidiꝭ in quatuor ſm ꝙ quatuor tãgit. Secũda. ibi. {Hos autem.} Tertia ibi. {Cõmunis vero.} Quarta ibi. {Quod ſi quem.} In prima dicit ꝙ oportet tyrãnum eſſe ſapientẽ vt ſciat cõſiderare finem & dignitatẽ hominis vel ſaltẽ vt videatur eſſe probus & ſine improbitate: & oportet ꝙ bonos & virtuoſos ciues quantũ ad actus aliquarum virtutum honoret, & ſic vt putent ſe magis honorari ab eo q̃ á conciuibus propriis, quia ſic maxime erit beniuolus ſubditis. Deinde cum dicit.

Hos autẽ honores ipſemet tribuere debet tyrãnus. Pœnas vero & aĩaduerſiones ꝑ alios infligere, per magiſtratus videlicet & iudicia.

Tangit ſecũdum & dicit, ꝙ ad beniuolentiã maiorem honores debent diſtribui per ipſum, ſed ſupplicia debent infligi per alios principes & iudicia. Deinde cum dicit.

Communis

Cõmunis vero cuſtodia omnis dominationis vnius eſt, neminẽ vnũ præ cæteris magnũ facere, ſed plures, nam ſe inuicem cuſtodient.

Tangit tertiũ dicens, ꝙ ad cuſtodiam cõem omnis monarchiæ multum expediens eſt nullum virum facere magnum valde aut in potẽtia aut diuitiis. Magnus.n. exiſtẽs in potẽtia aut in diuitiis facilius inſurget. Si aũt oportet facere, magis expedit facere plures. Vix.n. erunt vnanimes & vnus iuuabit contra alterũ. Deinde cum dicit.

Quòd ſi quem extollere oporteat, nõ tamen eũ qui ſit moribus audax, nã huiuſmodi homines aptiſſimi ſunt ad inuadendũ circa res oẽs.

Tangit quartum & dicit, ꝙ ſi oportet facere aliquem magnum ſm potẽtiam, nõ debet facere illum qui audax eſt ſecundum morem & inclinatur ad audaciam, quia talis eſt maxime inuaſiuus ſm omnes actiones: et ideo quia inclinatur ad magna, cum haberet potẽtiam de facili inſurgeret. Deinde cum dicit.

Si vero cuiuſquam potentia minuenda eſt, modice ac non vno ſimul impetu, omnis poteſtas eſt auferenda.

Oſtendit quid obſeruandũ eſt in demiſſione à principatu vel honore, & dicit, ꝙ ſi oporteat aliquẽ demittere à potẽtatu, gradatim debet deponi, vt non primo auferatur ei poteſtas tota, ſed pars aliqua: deĩde alia vſquequo totã amiſerit, quia minus contriſtabit illum, & per cõſequens minus inſurget & poterit minus inſurgere auferẽs ſm paruum, quia quod paruum eſt reputatur vt nihil. Si autem totum ſimul vellet auferre, multum cõtriſtaretur & poſſet inſurgere. Deinde cum dicit.

Inſuper ab omni contumelia abſtinendum, præcipue tamen à duabus, ne in corpus flagris, ne ve in ętatẽ libidine inſultet. Maximeq; id ca- G uendũ in illis hominibus, qui honorẽ magnifaciunt. Nam in pecunias illatam iniuriam auari homines grauiter ferunt, in honorẽ vero illatam & qui boni ſunt viri, & qui honorem magnifaciunt permoleſte patiuntur. Quapropter, aut non huiuſmodi hominum opera vtendum eſt, aut animaduerſiones in illos patrio more, ac ſine vlla contumelia ſunt faciendæ. In ætatem vero ex amore ſit conuerſatio, non ex licentia. Deniq; hoc dedecoris impẽſione maiorum honorum eſt redimendum.

Oſtendit quid maxime obſeruandũ quantũ ad iniurias. & primo ꝙ omnes iniuriæ ſunt cauendæ. Secundo cũ dicit. {Eorũ autem.} quorum ſunt maxime cauendę. H In prima dicit ꝙ tyrãnus volẽs ſaluare tyrannidẽ, omnẽ iniuriam debet prohibere & nullã facere. Præcipue autẽ duas debet vitare ne faciat eas. Prima eſt flagellatio corporis, & alia eſt iniuria, quæ eſt ſm ætatem. ſ. inhonoratio. Flagellationem quidem corporis, quia iſte ſeruilis eſt, ciues autem liberi volunt eſſe, & ideo ſi iniuriaretur eis flagellando, poſſent inſurgere. Iniuriã quæ eſt ſm ætatẽ nõ debet facere, ſed exhibere maximã reuerentiã ſenibus ſm virtutem & amatoribus honorũ, quia vnuſquiſque grauiter fert iniuriã circa illud quod multũ diligit, quia amatores pecuniarũ grauiter ferunt, ꝙ pecunia ipſorũ diminuatur, & amatores honores grauiter ferũt ſi inhonorentur, vel ſi non reddãtur eis honores debiti, & virtuoſi eodẽ modo, propter quod ſimiliter oportet, ꝙ ipſe honoret virtuoſos & amatores honoris, vt ſi inferat eis ſupplicia & inhonorationẽ oportet ꝙ videat hoc facere pp bonũ pacis & nõ propter paruipenſionem & cor-

E reptiones per verba vel increpationes quæ ſolẽt fieri ad aliquos facere ad virtuoſos & ſenes ſm ætatem, non propter oſtenſionem poteſtatis, ſed propter amorẽ, vt videatur eos diligere, & ſi alicui fierẽt, aliquæ inhonorationes huiuſmodi debent, poſtmodũ ei exhiberi maiores honores ad mitigationem ipſorum. Deinde cum dicit.

Eorum autem qui ad vim inferendã contra corpus tyranni inſurgunt, illi ſunt formidandi & cauendi qui ita diſpoſiti ſunt, vt amplius viuere non curent, cum occiderint. Quapropter maxime cauẽdum eſt ab his, qui vel ſeipſos, vel eos quos habebant cariſſimos, contumelia affectos putant: ſine vlla.n. cura proprie ſalutis irruũt, qui per indignationẽ et iram aggrediunt: quemadmodũ et Heraclitus inquit, durum eſſe F dicẽs, pugnare aduerſus iram, vita enim id emi.

Oſtendit quorũ iniuriæ ſunt maxime cauendæ, & dicit ꝙ iniurię illorũ q inclinãtur ad inuadendum perſonã principis maxime ſunt cauendę: nã iſti ſunt maxime terribiles, & cõtra ipſos oportet exhibere maiorẽ cuſtodiã, qui non curant de vita ſua ſi poſſint principẽ interficere. Et ideo maxime ſunt cauendi ne iniuria fiat eis vel illis, quorum curam gerunt. Si.n. fiat eis aliqua exacerbatio nõ parcunt inuadẽtes per furorẽ. Sicut.n. dixit Heraclitus. Difficile eſt pugnare cõtra furioſum, qa talis pro precio paruo ponit animam ſiue vitã. Deinde cum dicit.

Cũ vero ciuitates ex duabus cõſtiterint partibus, ex inopibus. ſ. & opulentis, maxime quidem de vtriuſq; partis ſalute cogitãdum eſt ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunq; tamen eorũ ſint potentiores, hi præcipue ſunt à gubernatione vendicandi, ac velut proprij efficiẽdi: nam ſi hoc extiterit, neq; ſeruorum liberationem facere cõpelletur tyrannus, neq; arma adimere. Altera nanq; pars tyranni potentiæ adiuncta ſufficiens erit ad ſuperandũ eos, qui cõtra inſurgere vellent.

Oſtendit quid faciendũ eſt ſi ciuitas fuerit diuiſa, & dicit, ꝙ cũ ciuitas conſtituta ſit ex duobus, ſ. ex pauperibus & diuitibus, oportet iſtos & illos ſaluari propter principatum, ita ꝙ tyrannus nec iſtis nec illis iniuriam faciat. Et debet cauere ne inuicem iniurientur. Meliores autem debet aſſumere ad principatum. Si.n. ita fieret, non oporteret tyrannum manumittere ſeruos, nec auferre arma à ſubditis. Si.n. vna pars velit inſurgere contra ipſum, alia pars cum principe ſufficiens erit ad repellendum ipſam ſi fuerint diuiſi. Deinde cum dicit.

H Superfluum autem, particulariter dicere de omnibus iſtis. Intentio.n. manifeſta eſt, quòd oportet non tyrannicum, ſed tanquam patrem familias, & regem eſſe putari ab illis, qui ſub eo ſunt, nec pro ſe capientem, ſed pro communis vtilitatis tutela & cura, & mediocritates in vita ſequi, non & exceſſus.

Recolligit quædam dicta excuſans ſe ab vlteriori conſideratione, & primo facit hoc. Secundo cũ dicit. {Præterea egregios viros per familiaritatem ſibi &c.} adiũgit quædam. In prima dicit ꝙ diſcurrere per ſingula quæ faciunt ad ſaluationẽ tyrannidis ſuperfluum eſt, ſed aliquis per rationem poterit diſcurrere. Eſt enim manifeſtũ, ꝙ oportet principatum non eſſe tyrannicũ, ſed tãquam patremfamilias. Et ꝙ videatur regalis ſubditis & nõ gratia ſuiipſius principari ciuitati, & potius oſtendere ſe procu

ratorem

ratorem & tenere ſtatum mediocrium non excellentium. Deinde cum dicit.

Preterea egregios viros p familiaritatem ſibi coniungere: plebem verò ac multitudinem p fauorem & gratiã in obſequio retinere. ex his enim neceſſe eſt, nõ ſolum dñationem eius eſſe pulchriorem, & optabiliorem, ex eo quia melioribus imperet & non abiectis neq; afflictis, neq; ex eo qđ ipſe neq; odio ſit, neq; formidet: verũetiam ex eo quod longiorem, ac durabiliorem eius dominationem fore contingat.

Adiungit quædam, & primo adiungit vnum quãtum ad inſignes. Secundo cum dicit. {Inſuper moribus} quãtum ad ipſum tyrãnum. In prima dicit q debet tyrãnus eſſe affabilis inſignibus & magnis viris in ciuitate: multitudinem aũt debet retinere in obſequio p gratiam: ſic enim principatus nõ ſolum erit pulchrior & magis amabilis, ſ. ſi melioribus principetur & non humilibus nec odio habebitur princeps, nec perſeuerabit in timore, immo principatus erit durabilior. Deinde cum dicit.

Inſuper moribus talem eſſe, vt vel rectè ſe habeat ad virtutem, vel ſemibonus quidam ſit, & non malus, ſed ſemimalus.

Adiungit aliud quintum ad tyrãnum, & dicit, q tyrannus ad ſaluationem tyrãnidis ſeipſum debet diſponere bene principalr ſm mores & ſm virtutem, & magis debet ſeipſum facere ſemibonum q̃ malignum, & ſemimalignum q̃ malignum, & ſi non ſm virtutem: tamen ſm apparentiam: quanto enim erit mitius malus vel ſm virtutem vel ſecundũ apparentiam, tanto minus odiene ipſum. Deinde cum dicit.

Atqui omnium gubernationum breuiſſime durare ſolent paucorum potentia & tyrannis.

Declarat quæ iſtarum rerum p. ſunt breuis durationis per ſe, & quæ non: & primo proponit. Secundo probat. ibi. {Quippe illa quæ plurimo.} In prima dicit q inter reſpublicas minoris per ſe durationis ſunt paucorum ſtatus ſm vltimam ſpẽm, & tyrãnis. Et ratio huius eſt, quia plus recedunt á regno quod per ſe diuturnius eſt, & ſunt præter voluntates ſubditorum. Tales autem reſpub. minoris temporis ſunt q̃ aliæ. Deinde cum dicit.

Quippe illa quæ plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorum q̃ apud Sicyonios tyrãnidem habuere ad centeſimum vſq; annum peruenit. Durationis verò cã fuit, q mediocritate quadã ergã ſubditos vtebantur, multaq; legibus ſeruientes agebant: & q aptus rei militari fuit Cliſthenes non facile contẽnendus habebatur. Plurimum verò conuerſatione & vſu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebant. Fertur. n. Cliſthenes coronaſſe iudicem qui victoriæ illius contradixerat. Aiunt quidã huius iudicis ſtatuam eſſe illam, quæ in foro ſedet. Piſiſtratus quoq; fertur aliqñ apud conſilium Ariopagi citatus, iudicium ſubiiſſe.

Probat & primo oſtendit q quædam iſtarum ſunt durationis longæ propter dictas cauſas. Secundo oſtendit oppoſitum, ſ. q quædam ſunt breuis durationis. ibi. {Ex reliquis.} Prima in tres ſm q inducit in tribus quæ fuerunt longæ durationis ppter dictas cauſas. Secunda ibi. {Secunda vero} Tertia ibi. {Tertia} In prima dicit, q tyrannis quę fuit circa Sicyone ciuitatem multo tpe durauit vbi tyrãnizauit Orthagoras & filij eius. Durauit. n.

A centum annis. Et rõ huius fuit, quia moderate ſe habuerunt ad ſubditos & ſm aliquas leges diſponebant tyrannidem, & ſeruiebant ſubditis. Cliſthenes. n. qui fuit filius Orthagoræ, quia fuit bellicoſus non fuit contẽptibilis & ducebat populum cum fauore in multis. Et ideo quia iſte moderate vtebatur ſubditis diu tyrannizauit, & intantum moderauit tyrãnidem vtens legibus quibuſdam & ordinatione ſapientum, q qñq; de propriis factis ſubibat iudicium ſeniorum ſicut & alij, & ſuſtinebat ſententias: & ideo dicunt adhuc in ciuitate illa, qũo Cliſthenes coronauit iudicem qui victoriæ eius contradixit, quia cum requireretur in iudicio de victoria: reſpondit, ſicut quicunq; alius de ſubditis non velut tyrãnus. Dixerunt autem quidam ſtatuam q̃ erat in foro eſſe imaginem iſtius iudicis, q iudicauit, quẽ coronandũ iudicauit. Dr etiam q Piſiſtratus, cum tyrãnizaret, cum vocaretur ad Ariopagum, vbi reddebantur ſniæ, ſententiam ſuſtinuit: & iõ tyrannizauit longo tempore. Deinde cum dicit.

B Secunda verò apud Corinthum Cypſellidarum tyrãnis: nam ea durauit annis tribus & ſeptuaginta, & menſibus ſex. Cypſellus. n. ipſe tyrãnidem exercuit annis triginta. Periandrus verò quadragintaquatuor. Pſammetius autem Gordij annis tribus. Cauſa verò durationis eadem fuit. Cum. n. popularis eſſet Cypſellus, ac gratia apud multitudinem præualeret, ſine vlla corporis cuſtodia in dominatione perſeuerauit. Periander autem eius filius magis tyrannice ſe geſſit, ſed vir erat bello egregius.

Tangit ſecundam & dicit, q ſecunda tyrannis q̃ multum durauit fuit circa Corinthum quæ fuit Cypſellidarum ſic dictorum á genere. Iſta. n. durauit ſeptuagintatribus annis & ſex menſibus, quia Cypſellus tyrãnizauit

C triginta annis, Periander quadragintaquatuor: imperfectis tñ. Pſammetius qui dicitur Gordij filius tribus annis ſlr imperfectis. Et eſt intelligendum q ſex menſes p vno anno accipiebant. Cauſæ aũt quare tantum durauit eadem ſunt cum prædictis. Cypſellus. n. ductor populi erat, & in principio non fecit cuſtodiam armorum. Periander autem fuit tyrannus, ſed fuit valde bellicoſus: & ideo non fuit contemptibilis. Deinde cum dicit.

Tertia Piſiſtraditarum Athenis. Hęc autem non fuit continua: bis. n. tyrãnide pulſus fuit Piſiſtratus. Itaq; ex annis trigintatribus, ſolum annis ſeptem & decem tyrãnidem exercuit: filij verò eius annis decẽ & octo, atq; ita omnes ſimul anni fuerunt quinque & triginta.

Tangit tertiam, & dicit, q tertia tyrãnis quę multum

D durauit fuit Piſiſtratidarum Athenis. Iſta autẽ non fuit continua, quia Piſiſtratus bis tyrannizauit ibidem. Ex trigintatribus enim annis ipſe ſeptem & decem primo tyrãnizauit. Filij verò eius cõſequenter tyrãnizauerunt decem & octo, & ſic fuit in vniuerſo quinque & triginta anni, quibus durauit iſta tyrannis. Deinde cum dicit.

Ex reliquis verò illa q̃ apud Syracuſas fuit Hieronis & Gelonis, ſed non lõga fuit hęc: annis. n. non amplius q̃ duo de viginti durauit. Gelon. n. ſeptem annis cum tyrannidem exercuiſſet, octauo defunctus eſt. Hieron aũt decẽ. Thraſybulus verò menſe decimo excidit. Cęterarum verò tyrannidem plereque breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur ſint tam circa gubernationes plurium q̃ circa guberna-

tionem vnius ſolius, per quę & corrumpantur illæ, & ſeruentur, ſcię dictum eſt.

Oſtendit propoſitum principale, ſ. quæ reſp. tyrānicæ fuerunt minoris durationis, & dicit, ꝙ illa tyrannis, qua Hieron & Gelon tyrannizauerunt in Syracuſis non fuit multum diuturna: non enim durauerunt niſi in 18 annis, quia Gelon 7 annis tyrannizauit, in 8 mortuus eſt. Hieron verò 10 annis ſolum. Thraſybulus 9 menſe mortuus eſt: multæ etiam aliæ tyrannides pauci temporis fuerūt, quia tyrannis contra naturam eſt, quæ autem contra naturam ſunt, per ſe breuis durationis ſunt. Et tunc recapitulat, & dicit, ꝙ quæ ſint principia & cauſæ quibus corrumpantur reſpu. & monarchiæ: & iterum quæ ſint principia ex quibus ſaluentur ferè dictum eſt.

LECTIO XIII.

Diſcuſſio de interitu rerumpublicarum à Platone in octauo de republica aſſignato.

IN repu. verò Platonis Socrates de mutationibus loquitur, nec tamen rectè. Illius.n. reipu. quæ eſt optima atque prima, mutatio nulla propria aſſignatur. Inquit.n. cauſam eſſe mutationis, quia ſic natura comparatum ſit, vt nihil permaneat, ſed in ambitu quodam tēporis mutationem recipiat. Eſſe verò principium horū inquit, quorū ſeſquitertius qnario coniugatus fundus duas exhibet harmonias. Inquiens qñ numerus diagrāmatis huius, efficiatur ſolidus.

Poſtquam Philoſophus determinauit de ſaluatione & corruptione rerump. ſm intentionem propriam, hic intendit reprobare opinionem Platonis de corruptione earūdem: & circa hoc primo præmittens intentionem ſuam, ionuit opinionem eius. Secundo cum dicit. {Vt pote natura.} approbat eam in quodam bene dicto. Tertio cum dicit. {Sed hæc &c.} improbat in male dictis. Circa primum eſt intelligendum ꝙ opinio Platonis de corruptione rerump. non eſt bene cognita à nobis, tum quia non venit ad nos per libros eiuſdem, nec expoſitorum eius. Tum quia dicta Ariſt. hic de ea obſcura ſunt valde ꝓpter breuitatem ipſorū. Vnde magis videtur eam ſupponere quaſi manifeſtam tempore ſuo ꝙ expreſſe ponere, exceptis quibuſdam paucis. Sed ex ſuppōnibus quibuſdam Platonis in aliis & ex illis breuibus quæ hic ponit Ariſt. & obſcuris, & ex ipſa reprobatione poterit aliqualiter videri opinio ꝑdicta ipſius. Poſuit aūt Plato ſicut ex aliis apparet, ꝙ ipſum vnum ſit ſubſtantia eorum quę dicunt non diſtinguens inter vnum quod eſt ꝑncipium numeri, & vnum quod eſt ſubſtantiale. Et quia ex replicatione vnius quod eſt principium numeri cauſatur numerus, conceſſit ꝙ ex replicatione vnius ſubſtantialis cauſetur numerus. Ex replicatione autem ſubſtantiæ non generat niſi ſubſtantia: & ideo conceſſit ſubſtantiam eorum q̄ ex pluribus ſunt eſſe numerum quēdam, & formas eorum ſubſtantiales eſſe numeros quoſdam ſicut formam hoīs, leonis, cęli, & etiam aliæ. In numeris autem primo inuenitur ꝓportio, q̄ eſt certa habitudo vnius quantitatis ad aliam. Proportionum aūt numeralium quędam ſunt tēperatæ magis, in quibus extrema magis accedunt ad naturam vnius: quædam aūt intemperatę magis, ſicut ſexquialtera magis tēperata eſt q̄ ſexquiſexta vel ſexquiſeptima vel dupla vel tripla: & iō ſubſtantias entium compoſitorum poſuit cōſiſtere in quadam ꝓportione numerali principiorum ex quibus ſunt: ſed quorūdam in temperata magis, quorūdam aūt in intēperata, quorūdam autem in mediis. Et quia reſpub. ex pluribus cōponitur ſicut ex materia: eſt.n. ordo inhabitantium ciuitatem ad ꝑ ſe ſufficiētiam vitæ: iō poſuit rōnem eius conſiſtere in

E proportione aliqua, cuiuſdam quidem in ea q̄ maxime temperata eſt quā dixit eſſe optimam & maxime vnam, vt apparuit ex ſecundo huius: alterius aūt in intēperata valde, quā dixit eſſe peſſimam. mediarum aūt in mediis, quarum q̄ magis accedunt ad tēperatam primam, meliores ſunt: quæ aūt ad intemperatam, peiores. Secundo aliud ꝑncipiū poſuit, ꝙ in entibus cōpoſitis ex pluribꝰ: illud qđ magis vnum eſt, minus ex ſe eſt corruptibile, tū qa magis accedit ad ſm ſe vnum ſeparatum, qđ eſt ex ſe ipſo, eſt incorruptibile: tū qa etiam quod magis eſt vnū magis eſt ens in actu ſm quod hmōi, quia vnum & ens conuertuntur: & qđ magis eſt ens in actu, minus eſt ens in potētia ex ſe: & qđ minus eſt in potentia ex ſe, minus eſt corruptibile: propter qđ rēp. primam & optimam q̄ maxime vna eſt poſuit minime corruptibilem ex ſeipſa. Tertio poſuit ꝙ oīa quæ fiunt hic ſm naturam reducunt in ſuperioribus in aliquā figuram cæleſtem: ita ꝙ cū incipit ſenſibilis gnātio figurę in cęlo ꝑ motum ſtellarum

F incipit trāſmutatio ad ſubſtantiam gnandam hic: & tunc generata eſt figura ꝑdicta, generatum eſt ens naturale ab illa: & cum incipit receſſus ſtellarum à prædicta figura, ſlr incipit hic declinatio ſequentis figuram illa diſpōne naturali. Et cum corrupta eſt figura corruptum eſt & illud, ita vt ꝓfectus & defectus rei naturalis menſuret ſm quātitatem acceſſus ſtellarum ad figuram determinatā, & receſſus ab eadem. Et quātitas iſtius motus cæleſtis in ordine ad rem naturalem dr̄ periodus eius naturalis. Et quia tēpus acceſſus & receſſus ſtellarum ſm naturā ſunt æqualia, qa vniformiter mouentur; ideo tempus profectus ſeu generationis rei eſt æquale tempori defectus ſeu corruptionis eiuſdem quāuis multotiens in maiori accidit corrūpi q̄ generari, vel econtrario propter inæqualitatem materiæ, ſicut Ariſt. dicit 2. de Gñone. Corruptio autem rei quæ accidit ſm declinationem à ꝑdicta figura cæleſti dicitur corruptio ſm tempus à philoſopho, quia igitur reſp. eſt aliquid cauſatum: hic dixit eam cauſari ab

G aliqua figura cæleſti & corrūpi ꝑ receſſum ab ea in quodam periodo tp̄is determinato. Et ſic poſuit optimam remp. corrūpi in eam, quæ Lacedæmoniorum quæ fuit quædam ſpēs ſtatus optimatum non in aliam. De tyrānide aūt non dixit ſi corrumpitur, an non, nec ſi corrumpitur q̄o corrumpatur, nec potuit rationabiliter dicere. Poſuit etiam ꝙ in ſtatu paucorum fiebat trāſmutatio ex optimatum ſtatu ſeu populari, vel aliis hmōi, quia principantes erant amatores pecuniarum. Et pecunioſi facti participantur aliis ꝓpter pecuniam cogentes eos ſeruire ad vtilitatem ꝓpriam. Hæc igitur vt vr̄ eſt opinio Plat. in ſumma, quā recitat & reprobat philoſophus dicens ꝙ de trāſmutationibus rerūp. dictum eſt à Socr. i. à Platone introducente Socr. loquentem in repu. ſua non tā ſm rōnem, & bene. Dixit.n. ꝙ cum multæ reſpub. eſſent & altera earum eſſet optima illius optimæ & primæ ſimpliciter ſm naturam non eſſe tranſmutationem propriæ. i. ex ſe minime eſſe corruptibilem, quia prima &

H optima reſp. maxime eſt vna ſm ipſum, illud aūt quod maxime vnum eſt, minime ex ſe eſt corruptibile, ſicut dictum eſt prius. Dixit tñ corruptionem eius eſſe per accñs & ab alio, cuius cauſam dicit eſſe, quia nihil eorum, quæ ſunt hic cōpoſita ex pluribus ex ſe natum eſt manere ſempiternum: Sed neceſſe eſt trāſmutari in aliqua periodo determinata, hoc eſt in aliqua quātitate motus cæleſtis menſurantis durationem ipſius, ſicut dictum eſt prius: principium autem eſſe & permanentiæ illarum rerump. quarum fundus. i. ſubſtantia ſuper quā fundantur omnia accidentia eſt epitritus, i. numerus continens proportionē ſexquitertiam q̄ inuenitur primo inter quatuor & tria, quæ aggregata faciunt ſeptem coniunctus quinario qui cōtinet ꝓportionem ſexquialterā, q̄ primo reperit inter tria & duo ex quibus aggregatū: puta ex 7. & 5. ſ. 12. cōtinet duas ꝑdictas harmonias ſexqualterā & ſexqtertiā dixit eſſe cauſam eſſe, quia numerus hmōi diagrāmatis, id eſt

ideſt figurationis ſolidus eſt. Conſtat.n.ex ductu vnius ſui lateris in alterum i puta tria in quatuor, entia autem illa quorum ſubſtantia eſt numerus aliquis ſolidus, ſunt maioris durationis. Et non vult aliud dicere vt videtur niſi ꝙ reſpub. illa cuius ſubſtantia eſt duodenarius numerus continens proportionem ſexquialteram & ſexquitertiam, quæ magis ad vnitatem videntur accedere ſolidus exiſtens, eſt maioris durationis, quia numerus iſte ſolidus eſt. Deinde cum dicit,

Vtpote natura producẽte prauos & meliores diſciplina. Hoc ergo forſan inquit non male: fieri.n.poteſt vt ſint aliqui, quos diſciplina inſtitui, ac bonos fieri viros, impoſſibile eſt.

Approbat ipſam in quodam bene dicto dicens, ꝙ Plato dixit quaſdam reſp. eſſe maioris durationis ꝑpter cauſam prædictam, ac ſi natura producens eas in eſſe produceret quaſdam prauas & quaſdam meliores ſm diſciplinam, hoc ipſum dicens forte non male. Contingit.n.eſſe aliquos gubernantes, quos ex natiuitate & figura cœleſti in hora natiuitatis impoſſibile, hoc eſt, difficile eſt fieri ſtudioſos & bonos. Sunt.n.aliqui qui ex diſpoſitione naturali quam acquirunt ex figura cœleſti in principio inclinantur ad turpia & ea quæ præter rationem ſunt. Alij autem qui ex diſpoſitione naturali inclinantur ad honeſta & ea quæ ſm rõnem. Talem.n.inclinationem ad honeſta vel turpia cauſari ex figura cœleſti neceſſe eſt dicere, quãuis neceſſitatem non imponat in his, quæ operantur ſm intellectum. Deinde cum dicit,

Sed hæc nõ propria mutatio foret illius reſpub. quam optimam eſſe vult, magis q̃ aliorum omnium, & vniuerſorum quę fiunt, & ex tempore, per quod inquit omnia mutari, & ex eo quia quæ non ſimul incipiunt, ſimulq; mutantur. Ceu, ſi pridie mutationis facta eſſent ſimul forte mutarentur.

Reprobat eam in male dictis. Et primo quãtum ad ea quæ dixit de corruptione optimæ reip. Secundo quantum ad ea quæ de corruptione quarũdam aliarum, cum dicit. {Præterea tyrannidis &c.} Circa primum primo reprobat eam quãtum ad hoc ꝙ dixit ipſius nõ eſſe trãſmutationem proprie. Secundo cũ dicit. {Præterea &c.} quãtum ad terminum tranſmutationis. In prima parte dicit, ꝙ non bene dixit non eius eſſe tranſmutationem ꝓprie, ſed per trãſmutationem figuræ cœleſtis in periodo determinata. Hæc.n. tranſmutatio cauſata á motu cœli quæ eſt omnium eorum quæ fiunt natura & per tempus ſaltem ſm accidens inquantum tempus, eſt menſura motus qui facit diſtare, quod eſt, vt dicitur 4. Phyſic. propter quod dicit omnia quæ fiunt hic naturaliter tranſmutari: & illa quæ ſimul inceperunt tranſmutari: & illa quæ non ſimul, ſimul corrumpi. Sicut ſi aliqua facta fuerunt in die præcedente tropicum, hoc eſt conuerſionem ſolis á ſignis meridionalibus ad ſeptẽtrionalia, vel econtrario ſimul terminantur & finiuntur, magis eſt propria optimæ reipu. quam aliarum. Iſtud.n. quod ſimpliciter generatur, ſimpliciter corrũpitur: & quod ſm quid generatur, ſm quid corrũpitur, ſicut apparet ex 1. de Generatione. Vnde ſubſtantiæ cuius eſt generatio ſimpľr, eſt corruptio ſimpliciter. Et accidentis cuius eſt generatio ſm quid, eſt corruptio ſm quid. Reipublicæ autem optimæ primæ eſt ſimpliciter generatio, quia cum generatio ſit vna in eſſe eius, magis erit generatio quæ magis eſt ens in generabilibus dico. Optima autem & prima in genere rerumpub. maxime eſt ens. Ergo ipſius erit corruptio & magis q̃ aliarum. Sed iſtud quod concludit ratio iſta ſtat cum dicto Platonis qui dixit, ꝙ reſpu. optima & prima ex ſe minime eſt corruptibilis, qa maxime vna & actu incorruptibilis eſt & corrumpitur ab alio: & illa corruptio eius eſt corruptio ſimpliciter, quia entis ſimpliciter, quod concludit ratio Ariſt. Et ideo ſm rem non reprobat ipſum, ſed ad illos, qui intelligerent Platonem dixiſſe reipub. primæ non eſſe corruptionem ſimpliciter decipi per æquiuocationem huius termini proprie, quod vno modo ſignificat illud qđ ſimpliciter eſt. Alio autem modo illud quod eſt ex ſe, in qua ſignificatione hic vtebatur ipſe. Deinde cum dicit.

Pręterea quã ob cauſam ex illa tranſit ad Lacedæmoniorum rempub. Sæpe.n. in contraria tranſeunt reſp. omnes, q̃ in ea quę ſint propinqua. Eadem rõ eſt de alijs quoq; mutationibꝰ. Ex Laconica.n. inquit mutatio fit ad paucorũ potentiam. Ex iſta verò, ad popularem ſtatum ex illo rurſus ad tyrãnidem. Atqui & cõtrario mutantur, ceu ex populari, in paucorum potẽtiam. Et magis quidem q̃ in tyrannidem.

Reprobat eam quantum ad terminum tranſmutationis, dicens, ꝙ adhuc quærendum eſt á Platone propter quam cauſam ex optima repub. fit trãſmutatio ſm eum in eam q̃ Lacedæmoniorum, q̃ fuit quædam ſpecies ſtatus optimatum, ſicut apparuit ex quarto ꝓpinqua optimæ. Nos.n. videmus ad ſenſum ꝙ ſæpius trãſmutatio fit in contrariam remp q̃ in propinquam, ſicut á regno in tyrãnidem. Eadem aũt ratio eſt de tranſmutationibus aliarum conſequentium ſm ipſum. Dixit.n. ꝙ ex repub. Lacedæmoniorum fit tranſmutatio in paucorum potentiam, ſicut in propinquiorem ei, & ex iſta in popularem ex qua in tyrãnidem, ſicut in peſſimam & vltimam: & tñ nos videmus econtrario fieri ſæpius trãſmutationem ex ſtatu populari in paucorum q̃ in tyrãnidem. Et eſt intelligendum, ꝙ ſi Plato intellexit optimam remp. corrũpi in eam quæ propinqua eſt ei natura: & ſimiliter conſequentes in propinquiores eis. ſolum, falſum intellexit, & procedit dictum Ariſt. contra eum. Si aũt non intellexit ſolum, ſed quod facilius verum dixit, nec Ariſto. hoc improbat: immo dicit in 2. de Gñone, ꝙ in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. Deinde cum dicit. T.c.25.

Præterea tyrãnidis vtrum mutatio ſit, vel nõ ſit: nil dicit, propter quam cauſam nec in quam reip. ſpẽm tranſit. Huius verò cã eſt, ꝙ non faciliter dicere valebat. Infinitum enim. Nam ſm eum oportebat in primam & optimam: ſic.n. vtiq; fieret continuo circulus. Sed mutatur in tyrãnidem tyrannis, vt ea quæ apud Sicyonios ex Mironis tyrãnide in Cliſthenis. Et in paucorum potentiam, vt illa quæ in Chalcide fuit Anticleonis. Et in popularem ſtatum, vt illa, quæ Gelonis fuit Syracuſis. Et in optimates, vt illa q̃ Charilai apud Lacedæmonios, & Carthaginẽſes. Et in tyrãnidem fit mutatio ex paucorũ potentia, vt in Sicilia, plurimæ vetuſtarũ: in Leõtinis, in Panetij tyrãnidem: & apud Gelam in Cleãdri, & apud Rhegium in Anaxali, & in aliis complurибus ciuitatibus eodem mõ.

Reprobat quantum ad alias. Et primo quia nõ dixit nec potuit bene dicere de corruptione tyrãnidis. Secundo cum dicit. {Abſurdum etiã} qa non dixit de trãſmutatione paucorũ potentiæ in alias vel aliarũ in ipſum. In prima parte dicit, ꝙ adhuc Socr. ſeu Plato non determinauit ſi tyrannidis eſt aliqua tranſmutatio, vel non eſt. Et ſi eſt, propter quam cauſam & in quam rempub. eſt:

Et cauſa huius eſt, quia non facile poſſet illud dicere ſm rationem, quia non eſt determinatum, nec determinatur ab eo bene ſuppoſitis dictis ipſius, qm̃ ſm ipſum, ſi corrumpatur tyrãnis, oportet eam corrumpi naturaliter in ptimam & optimam. Quia ſic erit circulus quidam in corruptionibus ipſarum: puta ſi optima corrumpatur in ſtatum optimatum, & hæc in repub. quæ in ſtatu paucorum: & iſta in ſtatum popularem q̃ in tyrannidem, & tyrãnis in optimam ꝑ conſequens. Sed nos videmus ꝙ non ſic tranſmutatur tyrãnis in optimam ſemꝑ, ſed trãſmutatur qñq; tyrannis in tyrãnidem, ſicut illa, quæ eſt apud Sicyonios ex Mironis in eam quæ eſt Cliſthenis, Tranſmutatur etiam qñq; in paucorum potentiam, ſicut in Calcide tyrannis q̃ Anticleontis tranſmutata fuit in eam. Item in ſtatum populare ſicut illa q̃ fuit Gelonis in Syraculis. Et in optimatum, ſicut illa, q̃ fuit Charolai apud Lacedæmonios. Et econtrario ex paucorum potentia tranſmutatio facta in tyrãnidem, ſicut in Sicilia plurimæ antiquæ paucorũ gubernationes trãſmutatæ ſunt, ſicut in Leontinis in tyrãnidem Panetij. Et in ciuitate, q̃ dicitur Gela in illam quæ Cleandri. Et in Regio, quæ eſt ciuitas Calabriæ, in eam quæ Anaxali. Similiter autem ſe habet in aliis ciuitatibus multis. Deinde cum dicit.

Abſurdum etiam putare in paucorum potentia ideo tranſire, quia hoĩes cupidi & pecuniarum ſtudioſi in magiſtratibus verſentur, ac non q̄a plurimi diuitiis ſuperabundantes, non iuſtum exiſtimant par habere in ciuitate eos, q̄ non habent facultates, & eos qui habent.

Reprobat opinionem eius quãtum ad hoc quod dixit de tranſmutatione paucorum potentiæ in paucorum potentiam. Et primo reprobat cauſam ipſam trãmutationis quam poſuit. Secundo cum dicit. {In multiſq; &c.} propter inſufficientiam. Cauſam autem improbat per tres rõnes, quarum ſecundam ponit cum dicit. {In multiſq;} tertiam cum dicit. {Abſurdum etiam dicere &c.} In prima parte dicit, ꝙ inconueniens eſt credere & dicere ꝙ trãſmutatio fiat in paucorum potentiam ex aliis: puta ex ſtatu populari vel optimatum, vel hmõi, quia principãtes ſunt amatores pecuniarum. Et iõ acquirentes vndecũq; & qualitercũq; pecunioſi fiunt. Pecunioſi autem facti æſtimantes quaſi ſe habere omnia, & pręcellere oẽs faciunt ſe dominos per potentiam pecuniarum, & non magis præter hoc, quia excedentes in ſubſtantiis: puta diuites exiſtimant non iuſtum eſſe ſeipſos & pauperes q̄ nihil poſſident habere ęquale de honoribus & bonis cõmunibus, ſed ipſos debere plus habere ſm præeminentiam diuitiarum propriarum ad eas quæ pauperum. Et eſt intelligendum ꝙ cauſa quam aſſignat Ariſto. huius tranſmutationis: puta non æſtimare eos, & pauperes nõ habere æquale, eſt cauſa proxima ipſius. Cauſa autem quam aſſignauit Socrates eſt magis cauſa remota & prima. Ex abundantia enim diuitiarum concipiunt æſtimationem prædictam, ad quam ſequitur voluntas tranſmutationis reipub. Deinde cum dicit.

In multiſq; paucorũ potentiis nõ licet pecunias quærere, ſed leges ſunt ꝓhibẽtes. Et apud Carthaginem quæ populariter gubernatur, pecuniis ſtudent, nec tamen adhuc mutati ſunt.

Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ adhuc multę ſunt potentiæ paucorum, in quibus non licet ſuperexcedentẽ acquirere pecuniam: ſed ſunt leges aliquæ prohibentes excedere quãtitatem determinatam: & tñ tranſmutatio ad eas fuit facta, ergo non per acquiſitionem pecunię: & hoc eſt intelligendum cum tranſmutatur vnus paucorũ ſtatus in alium. Item in Carthagine regnantes in populari ſtatu efficiuntur multi pecunioſi: & tñ non tranſmu-

E tantur in paucorum ſtatum: ſed in aliam remp. magis: ergo abundantia pecuniæ non fuit proxima cã & ꝑ ſe trãſmutationis in paucorum ſtatum. Deinde cum dicit.

Abſurdum etiam dicere eſſet duas ciuitates ſub paucorum gubernatione, opulentorum & inopum. Quid. n. aliud huic, quam Laconicæ accidit, vel alteri cuicũque, vbi non oẽs æqualia poſſideant, aut non omnes, æqualiter ſunt boni viri? Nullo autem pauperiore facto, nihilominus ex paucorum tranſmutantur gubernatione ad popularem ſtatũ, ſi plures ſint inopes. Et ex populari in paucorum potentiam, ſi potentiores ſint opulenti, q̃ multitudo. Et alteri negligant, alteri intendant.

Ponit tertiam rationem, dicens, ꝙ irrationabile eſt ciF uitatem quæ regitur ſm paucorum potentiam habere duas ciuitates, hoc eſt duas cõgregationes ciuium, vnam videlicet diuitum, & aliam pauperum quæ ſibi inuicẽ contrariantur: non. n. eſt ratio, quare hoc magis inueniatur in iſta q̃ in Lacedæmonia quæ fuit optimatum potentia quædam, vel in quacũq; alia repub. vbi non omnes habent æquales poſſeſſiones ſeu diuitias, vel vbi omnes nõ ſunt æqualiter boni viri: & ideo ſi in vna non eſt principium corruptionis, nec in aliis. Videmus autem ꝙ nullo facto pauperiore, q̃ prius eſſet ex paucorum ſtatu fit trãſmutatio in ſtatum popularem, ſi pauperes ſint plures & potentiores. Et econtrario nullo facto ditiori fit tranſmutatio ex populari repub. in paucorum, ſi opulenti ſint potentiores q̃ multitudo egenorum, & adhibeant curam ad tranſmutandum rempub. alij aũt negligant. Quare proxima cauſa tranſmutationis in paucorũ ſtatu ex populari non eſt ob hoc ipſum ꝙ principantes ſint facti magis pecunioſi. Deinde cum dicit.

G Cũque plures ſint cauſę ex quibus mutationes fiunt, eas non dicit, ſed vnam ſolũ ꝙ prodigaliter viuentes, vſuris confecti, pauperes efficiuntur. Quaſi verò fuerint oẽs ab initio diuites, vel plurimi eorum, ſed hoc falſum. At qñ ipſorum potentium q̄dam patrimonia cõſumpſerint, res nouas moliuntur. Qñ autem alij, nihil graue accidit, & mutãtur nihilo magis in popularem ſtatum, q̃ in aliam ſpẽm gubernationis. Inſuper verò, & ſi honores vna cũ aliis non capiãt, ſi iniurias inferãt, ſi cõtumeliis afficiant, ſeditiones oriunẽ, & mutationes in repu. Fiunt etiam, ſi nulla diſſipatio patrimonij intercesſerit, ex eo ꝙ liceat quicq̃d volũt efficere,
H cuius rei cauſam eſſe ferunt, nimiam libertatẽ.

Reprobat ipſum propter inſufficientiam cauſę. Et primo ex hoc ꝙ cum ſint multæ cauſæ prædictæ tranſmutationis, vnam tm̃ aſſignauit. Secundo cum dicit. {Cũque plures ſint paucorum &c.} Quia cum plures ſint paucorum ſtatus & populares, tm̃ aſſignauit vnam cauſam oĩum. In prima parte dicit, ꝙ adhuc cum multæ exiſtãt cauſæ & principia tranſmutationis popularis ſtatus in paucorum potẽtiam, & econtrario, non dixit niſi vnam tm̃: quia videlicet vſurarij, hoc eſt diuites præter rõnem ſm prodigalitatem expendentes ꝓpria, efficiuntur pauperes: & deinde volentes ditari corrũpunt rempub. hoc autem dicit, ac ſi oẽs vel plures eſſent ęqualiter diuites à principio: hoc aũt falſum eſt, ſed magis videtur eſſe cã vna, ꝙ qñ aliqui magni & ꝑ̃ſidentes in ciuitate perdunt ſubſtantias & volũt eas innouare, trahunt ad ſe rẽp. trãſmutantes,

mutantes, vt ex hoc ditentur. Et tunc fit trāſmutatio non magis in popularem rempub. q̄ in quācunq; aliam. Quā autem aliqui cōium & popularium ditantur, nihil fit duorum per quod reſp. trāſmutetur, vt frequentius, quia nō non ſunt ita magnanimi. Adhuc autem & ſi reputent ſe dignos honoribus & nō participent ipſis, & ſi iniuſtum reputent ſe pati in rebus vel iniurias in perſonis, ſeditiones mouent in ciuitate, & tranſmutant remp. ſicut dictū eſt prius. Item quāuis non conſumpſerint ſubſtantiam ſeu diuitias, aliquā tranſmutant ipſam propter hoc q̄ reputant ſibi licere facere quodcūque voluerint. Cuius cauſam dixit Plato eſſe eam quæ libera eſt, hoc eſt ipſam libertatem. Inſufficienter enim aſſignauit cauſam tranſmutationis prædictarum rerump. Deinde cum dicit.

Cumq; plures ſint paucorum, plures etiam populi gubernationes, tanq̄; vtraque vna ſit, mutationes aſſignat Socrates.

Reprobat ex eo q̄ cum ſint multæ, aſſignauit cauſam ſicut vnius tantum dicens, q̄ inſufficienter dixit Socr. quia pluribus exiſtentibus ſpeciebus ſtatus popularis & paucorum, ſicut dictum eſt prius in Quarto, aſſignauit cauſas earum tanq̄; vtraque earum eſſet vna ſm ſpēm, & ſpecies earum adinuicem non differrent. hoc autem falſum eſt. Hæ. n. diuerſæ ſunt & ſpecies diuerſas habēt, quare & cauſas diuerſas. Diuerſorum enim oportet eſſe diuerſas cauſas proprias aliquo modo. Et in hoc terminatur intentio Ariſtotelis in hoc Quinto.

POLITICORVM ARISTOTELIS

LIBER SEXTVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Quibus obſeruationibus popularis ſtatus cōſeruari queat, & paucorum gubernatio tractari, ne ad aliud genus tranſeat, ac poſtremo de magiſtratibus in vrbe regenda neceſſariis.

LECTIO PRIMA.

Popularis ſtatus varietas non ſolum pendet à diuerſitate operationum, ſed etiam ab inſtitutis in eundem finem minus tendentibus.

QVot igitur ſunt differētię & quales, eius quod deliberandum habet poteſtatem, & in quo ſumma reipub. conſiſtit, & circa magiſtratuum ordinationem circa iudícia: & qualía ad qualem ordinentur rempu. & præterea de corruptionibus & conſeruationibus rerūpub. ex quibus proueniant, & quas ob cauſas, dictum eſt prius,

POſtquam Philoſophus determinauit de principiis & cauſis corrūpentibus & ſaluantibus reſpub. & in vniuerſali & in particulari: intēdit nunc oſtēdere ex quibus & quomodo ſunt inſtituendæ: & primo declarat ex quibus & quomodo inſtituendę ſunt reſpub. tranſgreſſæ: & in ſecunda parte ex quibus & quomodo reſpu. optima & recta in principio Septimi. ibi. {De optima repub.} Reſpub. autem tranſgreſſæ erant tres. Paucorum, popularis & tyrānis, inter quas tyrānis peſſima eſt, nec alicui expedit ſimpl'r,

A qa nihil malignitatis ei deficit, ſicut dicebatur ī quinto. Et ideo de ipſa non determinat ex quibus & quomodo ſit inſtituenda. Vnde tantum in iſto ſexto intendit determinare, qualiter aliæ duæ ſint inſtituendæ: & diuiditur in duas, quā in prima parte pręmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. In ſecunda cum dicit. {Propoſitum igitur.} proſequitur. Circa primum duo facit, quā primo dat intentionem ſuam. Secundo dat ordinem conſiderandi cum dicit. {Et primo de populari.} Circa primum duo facit. Primo. n. continuans ſe quædam dicta recolligendo, dat intentionem ſuam in vniuerſali. Secundo cum dicit. {Qualis igitur popularis.} in particulari. Circa primum duo facit. Primo recolligit quædam determinata prius, Secundo cum dicit. {Sed cum plures ſint.} tangit quæ reſtant conſideranda in vniuerſali. In prima dicit. In præcedentibus, puta in fine quinti huius determinatum eſt, quæ & quot ſpecies differentiæ ſunt eius quod conſiliatur in repu. & etiam eius quod dñatur
B ſimpliciter: & etiam ipſorum principantium v'r, & etiā iudiciorum, qui reddunt ſententias diſceptantibus. Iterum etiam dictum eſt q̄ iſtarum cui reip. conueniunt p̄ncipaliter, quia non omnia omnibus competunt. Iterum etiam dictum eſt ex quibus & qualibus cauſis & principiis & quō ſe habentibus contingit ſaluari & corrumpi reſpu. & in v'li & in particulari. Deinde cum dicit.

Sed cum plures ſint ſpecies popularis, & ſimiliter aliarum gubernationem, de illis ſiquid reſtat, non peius fuerit cōſiderare, ac ſimul vnicuique earum proprium & conuenientē modum reddere, ac præterea conſiderare coniunctiones ſimul ipſorum modorum.

Tangit in vniuerſali quædam quę reſtant conſideranda: & diuiditur in duas. In prima tangit illa. In ſecunda reddit cauſam cuiuſdam dicti cum dicit. {Nam eorū.}
C In prima dicit q̄ quia plures ſunt ſpecies reip. ſicut dictū eſt prius: puta popularis & paucorum, & ſic de aliis. Adhuc etiam plures ſunt ſpecies popularis & plures etiam aliarum rerump. de quibus aliqua cōſiderata ſunt prius ſi aliquid remanſerit de illis non conſideratum & nō declaratum, & quod minus expediens eſt cognoſcere: conſiderandum eſt nunc de illo: puta de inſtitutione ſm vnā quamque ſpeciem. Item conſiderandus eſt modus qui congruit vnicuique illarum, & confert ad conſequutionem finis vniuſcuiuſque: adhuc autem & commixtiones modorum rerumpub. Deinde cum dicit.

Nam eorum coniunctio parit rerumpu. varietatem, vt & optimatum gubernationes ad paucorum declinant potētiam, & reſpu. magis populares exiſtant. Dico aūt coniunctiones, quas conſiderare oportet: & nūc vſq; conſide-
D ratæ non ſunt, ceu ſi pars illa q̄ in deliberando verſatur: & ea q̄ circa electiones magiſtratuū, ita inſtituta ſit, vt conferat paucorum potētiæ, Et circa deliberandum illo modo, circa electiones verò, ad optimatum gubernationē magis declinet, vel per alium quēdam modum non omnia inſtituta ſunt reipub. congruentia.

Reddit cauſam cuiuſdam dicti immediate. Ad cuius intellectum ſciendum, q̄ ſunt quędam partes materiales in habentibus materiam quæ non pertinent ad ſpeciem, ſicut aurum vel cuprum non pertinent ad ſpēm circuli. Alia aūt ſunt quæ pertinēt ad ipſam, ſicut carnes & oſſa ad ſpeciem animalis vel hominis & quia tales partes ad ſpeciem pertinent: ideo ſm diuerſitatem iſtarum accidit diuerſificari ſpeciem, in repub. ſunt quædam partes

ſic non pertinentes ad remp. ſicut iſte homo vel ille, vel E hoc officium, vel illud· quędam autem ſm ſpeciem, ſicut principans & conſiliatiuum iudicium, & ſic de aliis: & ideo ſm diſtinctionem iſtorum diuerſificantur ſpēs rei-pub. Contingit autem cōmixtiones vel combinationes iſtarum fieri: puta ꝙ accipiatur conſiliariuum vnius & judicium alterius, & ſic de aliis, & ſm hoc contingit diuerſimode miſceri reſpub. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ꝙ conſiderandæ ſunt cōbinationes partium pertinentium ad ſpeciem diuerſarum rerump. Iſtæ.n. partes diuerſimode combinatæ faciunt diuerſitatem rerump. ita ꝙ illæ quæ ſunt optimatum ſm aliquid videntur eſſe paucorū, ſm aliquid quidem & illæ quæ ſunt reſp. ſm aliquid videantur populares ſm aliud. Dico aūt exponendo prædictas combinationes quæ reſtant conſiderandæ, & ab aliis ſunt omiſſæ, vt ſi in aliqua repub. vel in aliqua ciuitate conſilium & ea quę pertinent ad electionem principum accipiantur ex paucorum ſtatu: id aūt quod pertinet ad iudicia ex optimatum ſtato, aut ea quæ ſunt circa F iudicia, aut etiam circa conſilium ex paucorum ſtatu: ea verò q̄ ad electiooem ptinent ex optimatum, aut ſm aliquem alium modum talem, quo nūc accipiantur omnia quæ conueniunt vni reip. ex propriis eius, ſed ex his quę conueniūt aliis vel aliis. Secundum.n. diuerſitatē iſtorū cōtingis diuerſimode miſceri reſp. Deinde cum dicit.

Qualis igitur popularis, quali congruat ciuitati, & qualis paucorum potentia, quali multitudini, & aliarum gubernationum quæ quibus conferant, dictum eſt prius.

In ſpeciali magis dat intentiooem. Et primo recolligit iterum quædam determinata prius. Secundo cum dicit. {Verūtamen.} Declarat quæ reſtant determinanda nunc in ſpeciali. Primo igitur dicit, ꝙ in præcedentibus, puta io quarto dictum eſt qualis ſpecies ſtatus popularis quali multitudioi conueniat, & qualis ſpecies paucorum quali multitudini inſignium conueniat: & ſimiliter de reliquis rebuſpub. dictum eſt quæ cui vel qualibus cōueniat: non enim quælibet cuilibet expedit, ſicut nec quodlibet genus fiſtulæ cuilibet fiſtulatori, ſed determinatum determinato. Deinde cum dicit.

Verūtamen oportet fieri manifeſtum non ſolum quænam iſtarum gubernationum optima ſit ciuitatibus: ſed etiam qūo conſtituendę ſint & iſtæ, & aliæ, breuiter eſt explicandum.

Tangit quæ ſunt conſideranda nunc dicens, ꝙ quamuis iſta conſiderata ſint, tamen oportet manifeſtari non ſolum qualis reſpub. cui multitudini conueniat: ſed etiā qualiter & ex quibus, & quomodo, vnaquæque illarum ſit inſtituenda: & ideo de hac pertractandum eſt nunc breuiter. Conſequenter cum dicit.

Et primo de populari dicemus. Nā per hāc H etiā de cōtraria illius gubernatiōe patebit. Hęc eſt aūt quā vocant q̄dam paucorum potentiā.

Dat ordinem conſiderandi, & diuiditur io duo, q̄m primo tangit ꝙ de populari ſtatu primo eſt conſiderandum. Secundo cum dicit. {Capienda} oſtendit quo ordioe ſit conſiderandum de ea. In prima dicit, ꝙ p̄mo conſiderandum eſt ex quibus & qūo inſtituendus ſit popularis ſtatus. Simul.n. quātum ad vnitatem tractatus cooſequenter manifeſtum erit de repu. q̄ opponitur illi, quā vocant paucorum potentiam. Poſt hæc autem io ſequēti tractatu dicemus de optima. Deinde cum dicit.

Capienda ſunt autem ad hanc diſciplinam cuncta popularia, & quæ vidētur popularium eſſe ſequentia.

E Tangit ordinem conſiderandi de populari ſtatu, quod facit primo. Secundo cum dicit. {Ex his enim} aſſignat rationem ordinis. In prima dicit, ꝙ io conſiderando ex quibus & qualibus inſtituenda eſt reſpub. accipienda ſunt illa quæ ſuot, ſicut principia & hypotheſes & omnia quæ aſſequuntur, ſicut proprietates vel accidentia ipſi: deinde determinandum eſt, ex quibus & qualibus ioſtituatur. Deinde cum dicit.

Ex his enim ſimul poſitis reſultant ſpecies gubernationis popularis, & plures eſſe eas, q̄ vnam & differentes continget. Duæ ſunt cauſæ per quas plures exiſtunt populares. Primum, illa quæ dicta fuit, quia inter populos differentia eſt: ſunt enim alij agricolæ, alij opifices, alij miniſtri: quorum primi à ſecundis, & tertij ab vtriſque non in eo modo differunt, ꝙ F melior aut deterior popularis ſtatus: verūetiam in eo, ꝙ non idem ſit. Secunda verò cauſa eſt, de qua nunc dicimus. Quæ enim popularem ſtatum ſequuntur, ac videntur eſſe propria ipſius, coniuncta ſimul faciunt varietatem: nam alicui pauciora conſequentia ſunt, alicui plura, alicui omnia.

Aſſignat rationem propoſiti ordinis, & diuiditur in duas ſm ꝙ duas rationes aſſignat, & incipit. ſecūda ibi. {Vtile verò.} In prima dicit, ꝙ bene dictum eſt, ꝙ prius conſiderandum eſt proprietates & accidentia popularis ſtatus, q̄m ex diuerſa compoſitione iſtorum contingit fieri plures modos popularis reipub. differentes ſ ſeinuicēm, & etiam ſpecies plures: propter.n. duas cauſas contingit eſſe plures ſpecies ipſius, quarum vna dicta eſt prius, ſ. diuerſitas multitudinis: reſpub.n. diuerſificatur G ſm diuerſitatem eius, ꝙ principatur in eis: multitudo autem in populari repub. principatur: & ideo ſm diuerſitatem multitudinis contingit eam diuerſificari. Eſt.n. quædam multitudo agricolarum: alia aūt opificum, & tertia miniſtrorum quę mercedem accipit pro labore, in quibus ſi agricolarum multitudo accipiatur cum ſecunda: puta cum opificibus ſeorſum: & iterum tertia multitudo: puta miniſtrorum cum duabus aliis ſeorſum faciēt populares ſtatus differentes: non tñ ſm melius & deterius: ſed etiam ſm ſpeciem, q̄m iſta combinatio & illa diuerſum ordinem multitudinis ad fioem faciunt, & diuerſitas multitudinis in ordine ad finem diuerſitatem inducit ſm ſpeciem popularis reip. Alia autem cauſa eſt, de qua diximus nunc, q̄m in popularibus potentiis ſunt quædam hypotheſes & accidentia propria diuerſa, quæ diuerſimode compoſita diuerſas reſpub. populares inducunt: puta ſi in aliqua accipiantur plura, in alia autem pauciora, in alia autem omnia: iſta enim diuerſificant H eas, ſicut apparebit conſequenter. Deinde cum dicit.

Vtile verò horum ſingula cognoſcere, & ad conſtituendum quam velit quis, & ad corrigendum. Quærunt enim qui rempub. inſtituunt, cuncta, quæ illi propria & conuenientia ſint in vnum colligere ad propoſitum ſuum: ſed aberrant dum hoc faciunt, vt ſupra dictum eſt à nobis. vbi de corruptionibus & conſeruationibus rerump. tractauimus. nunc autem dignitates & mores, & quæ flagitent, dicemus.

Aſſignat ſecundam rationem dicens, ꝙ expediens eſt cōſiderari principia & proprietates popularis ſtatus ad inſtituendam vnamquāque ſpeciem ipſius ad votum, & ad hoc vt aliquid dirigatur in ea: cognoſcere enim

principia

principia & ꝓprietates alicuius operabilis: principium eſt ad operandum illud & dirigendum in eo: illi aūt, qui reſpu. quærunt inſtituere, volentes congregare oīa conuenientia reip. ad inſtituendum vnāquāque peccant, ſicut dictum eſt in quinto huius, vbi dictum eſt quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia reſp. Quædam.n.reſpu. congregant omnia conuenientia ad ſuppoſitiones: quædam autem vel plura, quædam pauciora, ſicut iam dictum eſt prius. Nunc aūt conſequēter dicamus exigentias vel ꝓprietates conuenientes & conſuetudines & ea quę appetunt, ſicut fines, vel ea quę ſunt ad fines popularis ſtatus.

LECTIO II.

De fine popularis ſtatus & aliis quibuſdam in ipſum tendentibus.

PRopoſitum igitur popularis reip. eſt libertas: hoc.n.dicere conſueuerunt, quaſi in hanc ſolūmodo rempu. libertatem quærentes. Ad hāc.n.reſpicere dicūt oēm popularē ſtatū.

Poſtquam Philoſophus præmiſit intentionem ſuam proſequitur intētum. Et circa hoc duo facit. Qm̄ primo oſtendit ex quibus & quomodo inſtituantur popularis ſtatus & paucorum. In ſecunda cum dicit. {Conſequēs eſt &c.} determinat de principantibus pertinentibus ad huiuſmodi reſp. Circa primum duo facit. Primo oſtēdit ex quibus & qūo inſtituatur ſtatus popularis. Secundo cum dicit. {De paucorum quoq; &c.} ex quibus paucorum ſtatus ſibi oppoſitus. Circa primum duo facit. Primo præmittit ſuppōnes & conditiones popularis ſtatus. Secundo cum dicit. {Cum verò &c.} determinat ex quibus & qūo eſt inſtituenda. Circa primum, primo facit, quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod maxime videtur &c.} mouet dubitationem. Circa primū duo facit. Qm̄ in prima præmittit quaſdam ſuppoſitiones ſtatus popularis. Secundo cum dicit. {His præſuppoſitis &c.} concludit multas conditiones ipſius. Circa primum duo facit. Qm̄ primo præmittit vnam ſuppoſitionem primam & principalem. Secundo cum dicit. {Libertatis verò &c.} ſubdiuidit eam in duas. In prima igitur dicit, ꝙ vna & principalis ſuppoſitio ſtatus popularis eſt libertas, quod probat ex cōmuni dicto aliorum, quia ſicut oēs conſueuerunt dicere, ac ſi ſolū in iſta repu. ciues participarent libertate. Dicunt.n. ꝙ oēs in ſtatu populari intēdunt libertatem aliqualiter. Si igitur dictum cōmune veritatem habet, oportet libertatem eſſe ſuppoſitionem in ipſa. Et eſt intelligendum ꝙ libertas dicit, quæ aliquid poteſt ex propria voluntate mouere ſe, & ad finem ſibi poſitum, quod apparet. Quia liber eſt ſm philoſophum qui eſt ſuiipſius cauſa, vel in ratione mouentis, inquantum ex propria voluntate mouetur & ex propria ratione, vel etiam inquantum mouetur vel agit gratia finis proprij non ad finem alterius. Accipitur etiā libertas pro ipſa operatione vel actu, quo aliquis dicitur à ſe moueri vel agi ad finem proprium. Hoc aūt ſiue illo ſiue hoc modo ſumatur, aliqui habent ex naturali diſpoſitione: & tales ſunt liberi natura, ſicut dicebatur in primo huius. Aliqui aūt habent hoc ex ordine reip. ꝙ non generatur ab alio, q̄ſi à ſe, nec ad finem alterius: ſed ex ſe, & ad finem reip. Et ſic appropriant ſibi popularis ſtatus fautores libertatem. Conſequenter cum dicit.

Libertatis verò ipſius pars vna in eo cōſiſtit, vt per vices imperent & pareant. Nam iuſtum populare, eſt ęquum habere ſm numerum, nō ſm dignitatem. Ex quo fit, vt ſm hoc iuſtum, multitudo ex neceſſitate dominetur, & quicquid decreuerit populus, id eſſe ratū, & id eſſe iuſtum. Aiunt.n. oportere, vt vnuſquiſq; ciuiū æquum habeat, atque ita contingit in popula-

A ribus gubernationibus, inopes plus poſſe, q̄ opulentos: plures.n.ſunt, & id obtinēt, quod pluribus videatur.

Subdiuidit & ponit quoſdam effectus ipſius. Et diuiditur in duas ſm duos effectus quos ponit, vel ſm duo membra in qua diuidit. ſecunda ibi. {Vnum igitur &c.} In prima dicit, ꝙ vna pars libertatis vel vnus effectus in populari ſtatu eſt nullum ſimplr̄ ſubiici vel principari: ſed omnes ſm partem: ita ꝙ quilibet ſm aliquod tēpus ſubiiciatur, ſm aliud principetur, aut principetur vno principatu particulari, & ſubiiciatur alij. Ratio autem huius eſt, qm̄ iuſtum populare eſt omnes habere de honoribus, vel bonis cōmunibus ſm æqualitatem quantitatis, non ſm dignitatem perſonæ, vel æqualitatem proportionis, ſed tantum pauper, quantum diues, tantum idiota, quantum ſtudioſus. Cum autem cuiuslibet iuſti oporteat eſſe aliquem inſtitutorem & conſeruatorem: &

B hoc ſit illud quod principale eſt in multitudine ciuili, cū multitudo popularis ſit principalis in populari ſtatu, neceſſe eſt in ea multitudinem eſſe dominam huius iuſti popularis. Et quia finis in multitudine ciuili eſt illud qđ intendit principans, & iuſtum, quod conſiderat in ordine ad finem: manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt illud eſſe finem in populari ſtatu, & iuſtum quod videtur multitudini. Dictum autem eſt prius omnes debere habere ęquale ſm quantitatem: & quia multitudo eſt domina iuſti, & ſimpliciter principatur in ea, & ipſa eſt maior egenorum q̄ diuitum: accidit egenos magis principari in tali repub. q̄ diuites, quia dominans eſt, quod videtur pluribus. Egeni autem ſunt plures q̄ diuites, quia igitur neceſſe eſt aliquos principari: non poſſunt autem omnes ſimul ꝑncipari, neceſſe eſt omnes in parte principari, & ſubiici. Vnus igitur effectus vel ſignum libertatis eſt, quod dictū eſt, quem omnes in populari ſtatu ponunt, ſicut terminū & finem in ea. Deinde cum dicit.

C Vnum igitur libertatis ſignū hoc eſt, qđ ponunt oēs populares reip. finem. Alterum verò, viuere vt quiſq; velit. Hoc.n. aiunt opus eſſe libertatis, ſiquidem ſerui eſt viuere non vt vult. Hic eſt igitur ſecundus popularis reip. finis.

Ponit ſecundum effectum vel ſignum. Et primo ponit ipſum. Secundo cum dicit. {Hinc profectum &c.} Infert primum ex iſto. In prima dicit, ꝙ aliud ſignum vel effectus libertatis eſt viuere ſm voluntatem: ita ꝙ vnuſquiſque operetur ſm motum proprię voluntatis non coactus ab aliquo, nec determinatus ad aliud determinate operandum. Hoc enim eſt ſm ꝙ dicunt operatio libertatis, quod apparet, quia opus ſeruitutis eſt viuere, vel operari, non ſm voluntatem propriam, ſed ſm alterius libitum, vel votum, non ad finem proprium, ſed ad finem alterius: ergo per oppoſitum opus libertatis eſt ope-

D rari ſecundum voluntatem, & ad finem proprium. Iſte igitur eſt ſecundus terminus, quem ponunt populares in ſua repub. Deinde cum dicit.

Hinc ꝓfectum eſt, nemini potiſſimum ſubeſſe velle. Quod ſi hoc non datur, at ſaltem per vices ſubeſſe ac præeſſe, idq; pertinet ad libertatem, quæ eſt ſm æquum.

Infert primum ex ſecundo dicens, ꝙ ex iſto effectu qui eſt operari, vt vult aliquis: ſequitur primus effectus, ſ. nō velle ſubiici, aut ſimpliciter ſub nullo eſſe, ſi poſſibile eſſet: ſed quia hoc non eſt poſſibile, ſubiici, ſ. & principari, omnes ſimpliciter, expedit ſubiici & principari ſm partem: & ſic ſubiici & principari facit ad libertatem, quæ attenditur in hoc, vel quantum ad hoc, ꝙ omnes ſunt æquales. Deinde cum dicit.

His præſuppoſitis, ac tali exiſtẽte principio popularia huiuſmodi ſunt, ſumi ad magiſtratus oẽs ex omnibus, ac præeſſe oẽs vnicuique, & vnũquẽque viciſſim omnibus per ſortem tribuere magiſtratus, vel oẽs penitus, vel illos ſaltem, q non imperitia indigent & arte, à nullo cenſu eſſe magiſtratus, vel ſaltem à minimo.

Concludit ex prædictis multas proprietates popularis ſtatus. Et diuiditur in duas. In prima ponit eas. In ſecunda recolligit cum dicit. {Hæc igitur &c.} Circa primum tria facit. Q̃m primo ponit conditiones vel ꝓprietates quæ attenduntur circa aſſumptionem principatus, & eorum qui principantur, & ex quibus & q̃n. Secundo cum dicit. {Deinde mercedem capere &c.} illas quæ attenduntur quantum ad remunerationem principantium. Tertio cum dicit. {Præterea &c.} quæ attendunẽ quantum ad conditiones eorum qui ſunt in hac repub. Circa primum facit duo. Q̃m primo tangit conditiones pertinentes ad aſſumptionem principatus, ſ. tempus & poteſtatem. Secũdo cum dicit. {Inter magiſtratus &c.} tãgit quis debet eſſe maximus principatus in hac repu. Circa primum primo tangit eas, quæ pertinẽt ad aſſumptionem principatus. Secundo cum dicit. {Non niſi ſemel &c.} eas quæ pertinent ad durationem ꝑncipatus. Tertio cum dicit. {Et concionem &c.} eam q̃ pertinet ad potentiam eius. Circa primum tangit quatuor conditiones. Dicens primo, ꝙ p̃dictis ſuppoſitis in populari ſtatu, & multitudine ꝑncipante in eadem, neceſſe eſt has conditiones quæ ſequunẽ obſeruari in ea. Primo quidẽ, oĩs principatus tam maiores q̃ minores eligere, i. accipere ex oĩbus indifferenter, non conſiderando ad dignitatem aliquam: ſic. n. omnes magis habebunt quoddam æquale quod eſt iuſtum in eo. Secundo oẽs principari ſuper vnũquẽque, hoc eſt oẽs coniunctim, ſuper vnũquẽꝗ diuiſim: & iterum vnũquẽque diuiſim, cũ acceptus fuerit in alio & alio principatu, diuiſim ſuper oẽs. Sic. n. oẽs principabuntur & ſubiicientur ſm partem: id autem eſt effectus libertatis primus. Tertio principatus eligi p ſortem, vel vſr omnes, vel ſaltem illos, in quibus non indigetur multa ſapientia & prudentia, puta ducatum exercitus vel conſilium. Tales. n. non expedit eligi ſorte. Contingeret. n. ad tales principatus aſſumi idiotam quẽcũque, quod eſſet periculoſum reipu. Quarto principatus aſſumi, non ab aliqua excellentia, vel dignitate virtutis, vel diuitiarum: aut ſaltem à minima, quod dicit propter primam ſpeciem popularis ſtatus, in qua aſſumuntur ad principatum ab aliqua dignitate diuitiarum, vel virtutis, ſicut apparuit in quarto: ſic. n magis æquales erunt, & minus ſubiicientur. Deinde cum dicit.

Non niſi ſemel eũdem magiſtratũ ab aliquo geri poſſe, vel perraro, & paucos, exceptis his qui verſantur in bello, parui tẽporis eſſe magiſtratus, vel oẽs, vel quot recipiũt, iudicare oẽs, & ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis, & maximis, & principaliſſimis: puta de corrigendo, & de repu. & de priuatis contractibus.

Ponit conditiones duas pertinentes ad durationem principatus, dicens, primo ꝙ in repu. hac expediens eſt, eundem bis non principari in aliquo ꝑncipatu, vel raro, & in paucis ꝑncipari: ſic. n. plures poterunt attingere ad principatum, p̃terq̃ in ducatu exercitus, in quo periculoſa eſt mutatio frequens, propter experientiam longã, quæ exigitur in illo. Secundo expedit paruæ in eadem, & breuis durationis eſſe ꝑncipatus, vel ſimpliciter oẽs, vel illos ſaltem, qui habent iudicare de omnibus caſibꝰ, quantum ad oẽs ciues, vel ſaltem de pluribus, vel de ma-

E ximis, & principaliſſimis, ſicut de correctione principatuum aliorum, & de ordine reip. & de cõmutationibus regulandis ſm legem iuſtitiæ. Expedit aũt principatus eſſe breuis temporis, ſi poſſibile ſit, vt plures attingere poſſint ad eos, & principari ſm partem. Maxime autem hoc expedit in magnis, ne nimis ditati inſurgant contra multitudinem tyrannizantes. Deinde cum dicit.

Et cõcionem eſſe oĩum dominam, magiſtratum vero nullius, aut dominã eſſe concionẽ rerum maximarũ, magiſtratum vero minimarũ.

Tangit conditionem pertinentem ad potentiam. Dicens ꝙ expediens eſt in hmõi repu, cõgregationem multitudinis eſſe dominam ſimpl'r omnium in hac repub. Principatus autem expedit habere nullius dominium ſi poſſibile ſit, aut ſaltem paucorum, & nullo modo maximorum. Sic. n. magis ſaluabitur æqualitas multitudinis. ſi. n. principatus dominarentur ſimpliciter, aut in ma-

F gnis excederent alios præter proportionem & æqualitatem, quæ in ipſa intenditur. Deinde cum dicit.

Inter magiſtratus autem populariſſimũ eſt conſilium, vbi non omnibus eſt mercedis facultas. Nam tunc quidem adimunt, & huius magiſtratus potentiam. Ad ſe enim reducit iudicia cuncta populus, mercede abundans, vt diximus ſupra, vbi de hac parte tractauimus.

Manifeſtat quis principatus magis neceſſarius eſt in ipſa. Dicens ꝙ ꝑncipatus maxime neceſſarius in populari ſtatu eſt illud quod vocatur cõſilium quod habet poteſtatem deliberandi de magnis & arduis. Cuius rõ eſt, quia multitudo popularis, quæ in ipſa dominatur, vt in pluribus, imprudens eſt & ſine virtute: & iõ ſequitur impetum voluntatis in operationibus ſuis, quare ſi debeat recte agere, oportet habere dirigens & regulã: hoc aũt eſt

G conſilium, & iõ conſilium maxime neceſſarium eſt in ſtatu populari, pręterquam in illa, in qua laborantes in cõmunibus p̃mium accipiunt magnum. Hęc. n. multitudo remouet potẽtiam huius ꝑncipatus, & reducit ad ſe oĩa iudicia & deliberationes propter p̃cium, ſicut dictũ fuit in præcedentibus in quarto huius. Deinde cum dicit.

Deinde mercedem capere, potiſſimum quidem oẽs, concionem, iudicia, magiſtratus, vel ſaltem magiſtratus & iudicia, & conſilium, & cõciones principales, vel eos magiſtratus, quos neceſſe eſt in eadem ſimul eſſe comeſſatione.

Ponit conditionem quæ ꝑtinet ad retributionem, dicens, ꝙ poſtea quæ dicta ſunt expediens eſt remunerari oẽs venientes ad congregationes, vt libẽtius veniant, & ad iudicia, vt plures iudicent, & firmior ſit ſententia, & principatus, vt fidelius & magis laborent, & hoc dicunt

H ſi poſſibile eſt ciuitati. Si autem non eſt poſſibile oẽs remunerari, ſaltem oportet præmiare principatus & iudicia & conſilia, & congregationes maximas, & præcipuas, & principatus cum quibus neceſſe eſt alios plures ciuitatis cõuiuare. Tales. n. principatus nullus acciperet propter magnitudinem expenſarum, niſi bene præmiaretur, ſicut eſt dux exercitus. Deinde cum dicit.

Præterea cum paucorum gubernatio genere, & diuitiis, & eruditione diffiniatur, videntur quæ popularitatis ſunt, contraria eſſe, ignobilitas, inopia, ſordidum opificium.

Ponit proprietatem quæ pertinet ad conditionem gubernantium. Et primo facit hoc. Secundo cũ dicit. {Præterea poteſtatem &c.} reſumit quandam condĩonem dictam prius de principatu, vt aliquid addat. In prima dicit, q̃m ſtatus paucorũ & popularis ſunt reſp. adinuicem

contrariæ

contrariæ quodammodo, & contrariorũ ſunt contrariæ proprietates, oportet eas proprietates habere cõtrarias. Cum igitur in paucorum ſtatu gubernantes determinentur per nobilitatem generis, & per diuitias, & per virtutem, neceſſe eſt, ꝙ gubernantes in populari ſtatu determinentur per contraria, puta per ignobilitatem generis, paupertatem & ignorantiam, ſeu per ſordidum opificiũ, ita ꝙ ſicut in paucorum ſtatu ſunt principantes nobiles & diuites & virtuoſi, ſic in ſtatu populari viles & pauperes & inordinati. Deinde cum dicit.

Præterea poteſtatem nullam perpetuam eſſe, ꝙ ſi reliqua ſit aliqua ex antiqua mutatione illius, auferre potentiam, & ex electione ad ſortem reducere.

Reſumit quãdam proprietatem dictam prius de principatu, & adiungit alias dicens primo, ꝙ expedit in populari ſtatu nullum eſſe principatum durationis perpetuæ. Si.n. eſſet aliquis perpetuus, pauciores poſſent attingere ad ipſum, & habere æquale & populare, & iterum poſſent ditari improportionabiliter & per diuitias, & potentiã tyrannizare. Adiũgit autem ꝙ ſi aliquis principatus deuiet vel declinet ab eo, quod ordinatũ eſt inantiqua lege ipſorum, amouatur ab ea potẽtia vel principatus ſm legis ordinationem, iterũ ſi fuerint aliqui principatus eligibiles, expedit mutare modũ aſſumptionis eorum, & facere ꝙ accipantur ſorte: ſic.n. magis aſſumentur ex quibuſcunque. Sed hoc eſt intelligendum de illis principatibus, in quibus non indigetur prudentia magna, & expientia, ſicut eſt conſiliũ & ducatus exercitus: tales.n. oportet eligere conſiderando ad dignitates prędictas, ſicut prius dixit philoſophus. Deinde cum dicit.

Hæc igitur omnia cõmunia ſunt gubernationum popularium. Contingunt autem ex eo iuſto, quod fatentur eſſe populare, hoc eſt æquũ habere omnes ſm numerum. Quod maxime videtur eſſe popularis ſtatus & populi. Æquũ eſt.n. cum nihil magis gubernant diuites q̃ pauperes, nec ſoli poteſtatem habent, ſed omnes ex æquo ſecundum numerum. Sic.n. demum exiſtimant paritatem in rep. eſſe ac libertatem.

Recolligit dicta addẽdo cauſam dicens, ꝙ ea quæ dicta ſunt, ſunt quædã cões proprietates popularis ſtatus. Omnes autem huiuſmodi proprietates quæ videntur eſſe popularis ſtatus, & ordinatio populi in ipſo, ſequũtur ex diffinitione iuſti popularis, prius poſita quæ eſt omnes habere æquale ſm quantitatem, nõ ſm dignitatem aliquã, æquale.n. ſm quãtitatẽ eſt non magis principari diuites q̃ pauperes, nec virtuoſos q̃ idiotas, nec aliquos ſolitarios eſſe dominos, ſed omnes æqualiter ſecundum numerum, ſi enim hoc modo ſe habeant, exiſtimabunt ſe habere ſecundum æqualitatem, & etiam libertatem.

LECTIO VI.

Quo modo in populari ſtatu quippiam iuſte decernatur.

SEd quæritur poſt hæc quemadmodum habebunt æquũ, vtrum oportet partiri in mille eos cenſus qui ſunt quingentorum, & mille æqualiter poſſe quingentis, vel non, ſic ponere oportet iſtã paritatẽ vel partiri quidẽ ſic. Deinde ex quingentis pares accipientẽ, & ex mille hos poteſtatem habere partitionum et iudiciorum. Vtrũ igitur reſp. iſta iuſtiſſima eſt ſm populare iuſtũ, vel magis illa q̃ ſm multitudinẽ.

Poſtquam philoſophus præmiſit ſuppoſitiones & cõditiones popularis ſtatus, in parte iſta mouet quandam A dubitationẽ. Et circa hoc tria facit. Primo.n. mouet eã. Secundo circa eius diſſolutionẽ tãgit opinionem quorũdam & reprobat. ibi. {Aut enim populares &c.} In tertia cum dicit. {Quæ igitur.} ſoluit eam intenſionẽ ſuam. In prima igitur mouet dubitationẽ, quæ oritur ex pręcedentibus. Dixerat.n. ꝙ ſi omnes æqualiter principentur non magis diuites q̃ pauper in populari ſtatu habebũt ſm æqualitatẽ & libertatẽ, dicit igitur ꝙ illud quod dubitationem habet ex præcedentibus eſt hoc quomodo. ſ. cum in qualibet ciuitate vel republica etiã populari ſtatu ſint diuites & pauperes, habebunt tam hi q̃ illi illud quod eſt æquale & iuſtum, vtrum. ſ. in diſtribuendis honoribus tantum oportet diſtribuere vel dare mille pauperibus quantum quingentis diuitibus, & ipſos mille tantã habere poteſtatem in tractatibus cõibus, quantam habẽt quingenti diuites, aut non ſm hunc modum, ſed accipiendo mille pauperes ex vna parte & quingentos ex alia diuidendo ſm modum prędictum, vlterius ex B quingentis diuitibus accipere aliquos paucos per electionem. deinde ex mille pauperibus aliquos, ſimiliter paucos qui in eadem proportione ſe habeãt ad ipſos mille, de quibus eliguntur, ſicut illi pauci qui accipiuntur ex iſtis quingentis ad illos quingentos, & iſti ſimul congregati ſint domini in diuidendo bona cõmunia, in iudicando & eligẽdo. Eſt igitur dubitatio, vtrũ aliquod iſtorũ iuſtũ & æquale in rep. populari, aut nonnulla iſtorũ, ſed magis omnia attribuere maiori multitudini, ita ꝙ multitudo maior ſit omnium domina. Deinde cum di.

Aiunt.n. populares id eſſe iuſtũ quod videtur vtiq; pluribus. Potentes vero, quod videtur his qui plus poſſident. Pro multitudine.n. facultatum aiunt eſſe ſtatuendum.

Tangit quorundam opinionẽ primo. Secundo cũ dicit. {Sed habent hæc &c.} reprobat vtranque. In prima dicit ꝙ de iſta dubitatiõe aliter videtur popularibus, aliter dominantibus in paucis. C Populares.n. dicunt illud eſſe iuſtum & æquale ſimpliciter, quod videtur pluribus, multitudo.n. principatur in tali rep. & ideo iuſtum attenditur per comparationẽ ad ipſam, ſicut dicebatur prius, in paucorum: potẽtia autẽ illud dicũt eſſe iuſtum ſimpliciter quod videtur habentibus ampliores diuitias. Dicũt.n. debere omnia determinari ſm habitudinem ad diuitias, quæ ſunt principales in ea. Deinde cum dicit.

Sed habent hæc vtraq; imparitatem & iniuſtitiam. Si.n. quod pauci, tyrãnis eſt, nã ſi vnus habeat plura, q̃ alij opulenti, ſm paucorum iuſtum is ſolus dignus eſt qui gubernet.

Reprobat vtranque. Et primo ſecundũ. Secundo cum dicit. {Si vero &c.} primũ. In prima dicit ꝙ vtraq; iſtorum, quæ dicta ſunt inæqualitatẽ quandam habent in re & iniuſtitiã in comparatione ad finem. Si.n. illud eſt iuſtũ D fieri in ciuitate quod videtur diuitibus paucia exiſtẽtibus, tunc ſequitur rempublicã conuerti in tyrãnidem. Cuius ratio eſt, quoniã ſi illud eſt iuſtũ quod videtur ditioribus, & oportet omnia ſm quantitatẽ diuitiarum determinari, tunc ſi vnus habeat ampliorem ſubſtantiam q̃ alij, iuſtum erit quod videtur huic ſoli, & omnia oportet determinari ſm voluntatem eius. & per conſequens ipſum ſolũ principari ſm volũtatem eius. Hoc autem eſt tyrãnis. ſi igit oĩa oporteat determinari ſm iudicium diuitum, reſp. cõuertetur in tyrannidem. Deinde cum di.

Si vero quod plures ſecundum numerũ, iniuriabuntur, publicantes bona opulẽtorum ac paucorum, vt ſuperius dictum eſt.

Improbat primum dicens, ꝙ ſi illud eſſet iuſtũ, quod videtur pluribus, & oportet ſequi iudiciũ plurium cum plures habeãt potentiã maiorẽ, & etiã ſeqtur impetum voluntatiã

voluntatis in iudicando cōuertentur ad opera iniuſtitiæ diripentes ea quæ ſunt diuitum paucorum exiſtentium, ſicut dictum eſt in quarto prius. Deinde cum dicit.

Quæ igitur ſit æqualitas quā ambo profitentur conſiderandum eſt, ex his, quæ vtriq; diffiniunt iuſta. Inquiunt.n. quicquid videtur maiori parti ciuium, id oportet eſſe ratum. Sit quidem hoc, attamē nō penitus, ſed cum duæ partes ſint ex quibus ciuitas conſtat, diuites.ſ.& pauperes, quod ambabus videatur, ac pluribus id ratū ſit: Quod ſi contraria videanī, quod pluribus & habentibus maiorem cenſum, puta ſi alij decem, alij viginti, videatur autem diuitum ſex, pauperum vero quindecim. accidant vero pauperibus quatuor diuitum. diuitibus autem quinque pauperum, quorumcunq; cēſus exuperat, cōnumeratis ambobus, vtriſq; id ratū ſit, quod ſi forſan ęquales eſſe contigerit, cōem eſſe hanc ambiguitatē, putandū eſt, vt nunc accidit, ſi vtrinq; paria ſuffragia concionis ſint, aut pares in iudicio ſententiæ. Nam aut ſorte dirimēdū eſt, aut aliud quidē huiuſmodi agēdū.

Diſſoluit eam ſm intentionem ſuam primo. Secundo cum dicit. {Sed de ęquo &c.} remouet obiectionem quę poſſet fieri. In prima dicit reſumendo dubitationē & dādo intētum in determinando eā dicens, q ex diffinitione vel determinatione iuſti ſiue æqualis, quā ponunt vtriq; accipiendum eſt, quæ ſit æqualitas ſiue iuſtitia, quā intēdunt ſm quam oportet diſtribuere ſingula. Conueniunt enim in hoc vtriq; quod iuſtū eſt eſſe illud dominans & principās in republica, quod videtur pluribus partibus reipu. Hoc enim ſupponatur, non tamen ſimpliciter, ſed cū determinatione quadam. Duæ.n. ſunt partes ex quibus ciuitas de neceſſitate cōponitur, ſ. diuites & pauperes, quod igitur videbitur iſtis & illis ſimul conſentientibus vt pluribus, non dico totius multitudinis, ſed pluribus de diuitibus, & de pauperibus, hoc ſit principans, & fiat in tota repu. Si autē contingat q contrariētur adinuicē, ita q nō omnibus diuitibus idem videatur, ſed quibuſdam vnum, quibuſdam aliud, ſimiliter nec omnibus pauperibus, ſed quibuſdam vnū, quibuſdam aliud. verbi gratia, Si ponamus q ſint decē diuites & viginti pauperes, vnum aūt videatur faciendū ſex diuitibus et qnq; pauperibus, adiunctis eius. Oppoſitū autē videatur qndecim pauperibus & quatuor diuitibus, tunc iuſtū determinandum erit nō ſm prædictum modum, ſed ſm aliq̄ excellentiam aliam vel virtutis vel deſiderij ad bonum cōe. Et tunc illud quod videbitur parti, qui excellit ſm illud collatione facta iuſtū erit. Si autē æquales inueniantur, puta in virtute, tūc remanet dubitatio eadem, ſi debētes iudicare in iudicio ſint diuiſi in duas partes: ita q nō inueniatur excellentia, quorum ſententiæ ſtandū erit, & tūc in vtroq; iſtorum aut determinandū eſt ſorte cui illorū ſit, aut aliquo alio accidente ſimili ſorti. Deinde cū di.

Sed de æquo & iuſto, quanquā ſit admodū difficile in illis reperire veritatem, tamen facilius eſt ſortiri, quam perſuadere his qui plus habere poſſunt. Semper.n. qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quærunt, ſed qui plus poſſunt, iſta non curant.

Remouet obiectionē quæ poſſet fieri, diceret enim aliquis, q electio principatus & diſtributio bonorū cōium maxima ſunt in ciuitate, maxima aūt committere ſorti

E & viæ per quā contingit accipi deteriorē, incōueniens eſt, ergo inconueniens videtur quod dictū eſt, q vbi non inuenitur præeminentia ſit ſortiendū, hoc intendens remouere dicit, q cū difficillimū ſit inuenire æqualitatem quid ſit iuſtum & æquale in caſibus prædictis & determinare ſm rationē rectā: tamen melius eſt per ſortem dirimere cōtrouerſias q̄ permittere q ſoli diuites principentur: ſemper.n. de duobus malis minus malū præeligēdum eſt: malum eſt autē ſorti committere et ſolos diuites principari: minus autem malum eſt ſorti committere q̄ diuites principari, quia pauperes quos quandoq; contingit per ſortem principari, magis volunt cōmuniter iuſtitiam & æqualitatem q̄ diuites. Diuites.n. ex ipſa abundantia diuitiarum inclinantur ad contumeliā & elationem, & ad alia iniurioſa, & ideo nihil curant de iuſtitia, propter quod ſi oporteat alterum ipſorum eligi, magis eſt eligendum committere ſorti q̄ permittere diuites ſolos principari in ſtatu populari.

F

LECTIO IIII.

Quibus inſtitutis optimus popularis ſtatus conſeruetur.

CVm vero quatuor ſint gubernationes populares, optima eſt illa, quā primo gradu poſuimus, vt ſuperioribus libris dictū eſt. Eadem quoq; antiquiſſima omnium. Dico autē primam ſm diſtinctionem popularem. Nam optimus populus eſt ille, q ex agricolis cōſtat.

Poſtquam philoſophus præmiſit hypotheſes & proprietates ſtatus popularis, intendit hic determinare, ex quibus & quomodo ſpecies ipſius inſtituantur. Et diuiditur in duas, quoniā in prima parte oſtendit ex quibus, & qūo inſtituitur optima reſp. popularis. In ſecunda cū dicit. {Quomodo ergo &c.} ex qbus et quomodo alię. Prima in duas. Quoniam primo facit quod dictū eſt. Se-
G cundo cū dicit. {Quibus vero &c.} oſtēdit vbi facile eſt eā inſtituere. Prima diuidiť in partes tres. Quoniā in prima parte dicit ex qbus eſt optima reſp. popularis. In ſecunda cum dicit. {Ad conſtituendum autem &c.} declarat quibus legibus firmanda & inſtituenda. In tertia cū dicit. {Poſt agricolarū &c.} declarat qualr alię multitudines populares ſe habēt ad illā, ex qua inſtituiť optima reſp. popularis. In prima duo facit. Quoniam in prima parte declarat ex quibus eſt optima reſp. popularis. In ſecūda eum dicit. {Negocioſa quidē &c.} probat quoddā ſuppoſitū. In prima primo facit quod dictū eſt. In ſecunda cum dicit. {Itaq; & popularis ſtatus &c.} cōcludit correlarium. In prima dicit cum ſint quatuor ſpecies ſtatus popularis, optima eſt quæ eſt prima ſm ordinem inter illas, ſicut dictum eſt prius. Optima.n. reſp. ſimpliciter regnum eſt, in qua vnus principatur, deinde ſtatus optimatum, in quo pauci virtuoſi. Deinde autem reſp. in qua adhuc plures bellicoſi. Deinde autem hęc ſpecies po-
H pularis ſtatus, in qua plures agriculturam colentes principanť. Deinde autem aliæ ſpecies ipſius plus & plus deficientes ab ea, ſicut dictum eſt in quarto huius. Iſta autem eſt antiquiſſima omniū ſtatuū populariū, & antiquior multitudo & magis naturalis eſt agricultiua. Dixi autem ipſam primam eſſe, quia eſt ex prima multitudine & optimo popuo euiuſmodi eſt terræcultiuus, ſiquis ſupponat diſtinctionem multitudinis popularis in terræcultiuā & non terræcultiuam, & conſiſtit virtus rationis ſuæ in hoc, optima & prima reſp. popularis eſt ex optima & prima multitudine populari: optima autē & prima multitudo eſt terræcultiua, ergo prima & optima eſt reſp. popularis ex multitudine agricultiua. Deinde cum dicit.

Itaq; & popularis ſtatus effici datur, vbi multitudo viuit ab agricultura vel paſcuo.

Concludit correlariū dicens, q quia optimus populus eſt agricultiuus, ideo de facili cōtingit fieri optimā rempublicam

publicam popularem, vbi eſt talis populi multitudo, ex optima enim materia bene diſpoſita contingit fieri optimum compoſitum, & in his quæ fiunt natura, & in his quæ fiunt arte. Deinde cum dicit.

Negocioſa quidem, qui nondum multũ habet, ex quo ſit, vt raro concionem agant. Cum enim laborandum ſit illis circa neceſſaria ad victum, operibus diſtinentur ſuis, & aliena non appetunt, dulciusq; illis eſt opus facere, q̃ in rep. verſari, niſi magna in gubernãdo ſint emolumenta ſuſcepturi. Plerique.n. magis lucrum appetunt, q̃ honorẽ. Signum huius eſt, ꝙ tyrannides antiquitus pertulerunt, & nunc paucorũ potẽtiam perferũt, modo ſuam rẽ agere illis ꝑmittatur, neq; diripiãtur quæ habẽt. Cito nãq; alij eorũ diuites efficiuntur, alij egere deſiſtũt. B

Probat, ꝙ ſuppoſuit, ſcilicet, ꝙ multitudo agricultiua ſit optimus populus. Et primo facit hoc. Secũdo cum dicit. {Quod igitur &c.} concludit concluſionẽ principaliter intẽtam. Primum probat ex tribus, & ſm hoc poteſt diuidi in tres partes. Primo.n. probat, ꝙ agricultiua multitudo eſt optima, quia nõ eſt machinatiua. Secundo cum dicit. {Cum enim laborandũ &c.} quia non eſt concupiſcitiua. Tertio cũ dicit. {Præterea ſi qua cupido honorum &c.} quia nõ eſt ambitioſa. In prima parte dicit, ꝙ multitudo agricultiua, quia nõ habet diuitias multas nõ multũ poteſt vacare ab operationibus exterioribus, ſed neceſſe eſt intendere ad culturã terræ ex qua ſuſtentatur, & ad alia neceſſaria, & quia nõ poteſt vacare ab exterioribus non appetit facere congregationes, & ideo minus machinari poteſt. Solent enim in congregationibus propter mutuam collocutionẽ & adinuicem cõfidẽtiam machinari inueniendo vias & modos inſurgendi contra C diuites, aut principãtes, & quia minus machinatiua eſt, melior eſt ad politizãdum. Secundo cũ dicit. {Cum.n. laborãdum ſit illis circa neceſſaria &c.} probat ꝙ eſt optima, quia nõ eſt concupiſcitiua, dicẽs ꝙ huiuſmodi multitudo propter hoc ꝙ nõ habet neceſſaria ad bene viuendum, neceſſe habet intendere circa exteriora opera exterius in regione, & quia operationibus exterioribus intẽdunt minus concupiſcunt aliena. Habitantes.n. exterius in regione, intendẽtes propriis operibus, nõ percipiunt diuitias & bona principantiũ, & quia non aduertunt minus concupiſcunt, imo magis delectabile eſt eis intẽdere negociationi circa ꝓpria q̃ intromittere ſe de repub. aut principatu, & vbi tũc non contingit multum lucrari in principatu vel rep. multitudo.n. popularis magis intendit & appetit lucrum proprium q̃ honorem. Hoc.n. eſt eis magis neceſſarium & ſignum eius, quod dictum eſt, eſt quoniam multi tales antiquitus tyrannides crudeles ſuſtinuerunt, & ſtatus paucorum potẽtatus, & adhuc etiam D multi ſuſtinẽt cum nõ prohibẽtur ab operibus propriis, nec multum auſertur de ſubſtantia eorum, ſic.n. intendẽtes propriis operibus, quidam eorum faciliter fiunt diuites, alij vero nõ egentes & quia ſic aliena nõ cõcupiſcũt, meliores ſunt ad gubernãdũ, quia minus inſurgũt & minus rapiunt, aut furantur hoc.n. erat vna cauſa corruptionis rerump. determinata. in quinto huius. Deinde cũ di.

Præterea, ſi qua cupido honorum eis ineſt, facile adimpletur per poteſtatem, quam in concionibus habẽt creandi magiſtratus, & corrigẽdi delicta. Nam in quibuſdam ciuitatibus, & ſi nõ eligit populus magiſtratus, ſed quidam per partes deputati ex omnibus, vt apud Mantineã, tamẽ ſatis eſſe putant, ꝙ conſulendi delibe-

A randiq; habent poteſtatẽ, ac putandum eſt hãc eſſe tanq; formam aliquam popularis gubernationis, vt fuit quandoq; apud Mantineam.

Probat idẽ propter hoc ꝙ non eſt ambitioſa. Et primo facit hoc. Secundo concludit correlariũ cũ dicit. {Quapropter vtile eſt.} In prima parte dicit, ꝙ ſi huiuſmodi multitudo habeat aliquẽ appetitũ honoris ꝙ neceſſe eſt, homines naturaliter honorẽ appetunt, vt apparet ſecũdo rhetoricæ, appetitui eorũ ſatisfit per hoc quod in quibuſdam rebuſp. popularibus dominiũ habet in eligendo & corrigendo principatus, quod eſt maximũ. In aliis autẽ popularibus, ſtatibus, quãuis nõ attingatur ad electionẽ principatuũ, eum principatus per partes, hoc eſt particulares eligibiles ſunt ex omnibus, indifferẽter, ſicut in Mãtinea. vbi hoc ſeruabatur. In aliis autẽ poteſtatem habet huiuſmodi multitudo ſuper conſiliũ reipublicæ, quod ordinat de omnibus, & hoc ipſum quod dominiũ habet ſuper B ipſum conſilium multis eſt ſufficiens ad ſupplẽdum, appetitum prædictum, & eſt opinandũ, ꝙ iſta quę dicta ſunt ſcilicet multitudinẽ habere poteſtatem in eligendo & corrigendo principatus, & ipſos attingere ad aliquos principatus minores, & habere dominiũ ſuper cõſiliũ, eſt ſicut quidam ornatus & bona diſpõ ſtatus popularis, ſicut fuit in ciuitate Mãtinea prædicta. Deinde cũ dicit.

Quapropter vtile eſt prius dictę populari gubernationi, & ita conſuetudo fuit, eligere quidẽ magiſtratus, & corrigere, & iudicare omnes, magiſtratus autem maximos geri per eos, qui electi ſint & à cenſibus maioribus, maiores, vel à cenſibus, nullum, ſed per eos qui poſſunt.

Concludit ad manifeſtationem eius, quod dictum eſt, quoddam correlarium primo. Secũdo cũ dicit. {Neceſſe eſt autẽ quæ ita gubernatur &c.} aſſignat rationẽ eius. C Primo ergo dicit, ꝙ quia ea quæ dicta ſunt, ſunt ornatus quidam ſtatus popularis & bona diſpoſitio. Diſpoſitio. Expediens eſt in prædicta ſpecie ſtatus popularis, & conſueuit obſeruari in ea agricultiuã multitudinem habere poteſtatem ſuper electione principatus & correctione, & iudicare cum errauerint & principatus maiores eligi ab a ex eis qui habent honorabilitates maiores vel virtutũ vel diuitiarum, vel ex maioribus ſm nobilitatem, aut nõ eligi per eos qui habẽt tales honorabilitates magnas, ſed eos qui poſſunt intendere non coacti propter indigentiam circa neceſſaria vacare. Deinde cum dicit.

Neceſſe eſt autem cum ita gubernatur reſp. eam bene gubernari, nam magiſtratus ſemper ab optimis gerentur, populo ita volente, neq; præſtantioribus inuidente, nobilibus autẽ ipſis & præſtantibus hic gradus ſufficiet, non enim D ſuberunt aliis deterioribus. Ipſi vero magiſtratus gerent iuſte, quia pœnam formidabũt, quoniam corrigere ad alios pertinet, cõpeſci.n. ac non licere facere quicquid quis velit, vtile eſt, nam licentia agẽdi quod quiſq; velit, cuſtodire nõ poteſt ingenitam vnicuiq; hominum prauitatẽ.

Aſſignat rationẽ huius dicti primo. Secũdo cũ dicit. {Itaq; neceſſe eſt.} infert correlariũ ex ipſa. In prima parte dicit. ꝙ ſi hoc obſeruetur quod dictũ eſt, neceſſe erit in tali rep. optime gubernare, ex hoc enim multæ vtilitates contingent in rep. Primo quidem ex parte principis, ſic enim magiſtratus per meliores regentur, cũ aſſumuntur ab aliqua honorabilitate, iterũ ex parte populi contingit populum conſiſtere & non inſurgere, nec etiam inuidere excellentibus viris & inſignibus ſufficiet hæc ordinatio, ſi enim

ſi.n. principatus aſſumantur ab honorabilibus nõ ſubiicientur deterioribus ipſis, ſi quidẽ eos nõ cõtingat principari, iterum principantes magis iuſte principabuntur conſiderãtes, ꝙ ſunt alij in rep. qui poſſunt corrigere eorum delicta ſi iniuſte egerint. Hoc enim expediens eſt in tali ſtatu populari corrigere & ſuſpendere delictũ principantium, ita ꝙ non liceat eis facere quodcunqꝫ videbitur ipſis. Habens.n. poteſtatem agendi quodcunque videbitur ei, non habet potentiã obſeruãdi ſm rationẽ exceſſus, qui ſunt in vnoquoqꝫ hominũ. Deinde cum di.

Itaqꝫ neceſſe eſt illud euenire, quod optimũ eſt in rebuſpublicis, vt magiſtratus à pręſtãtioribus gerantur, ſine vlla populi diminutione.

Ex iſtis concludit correlariũ dicẽs, ꝙ ex his quæ dicta ſunt ſi obſeruentur neceſſariũ eſt accidere in repu. maxime perfectum, ſcilicet bonos & iuſtos principari, & non delinquere, timẽtes punitionem & correctionem & multitudinem, nihil minus habere quàm debeat, eſt.n. domina maiorum. Deinde cum dicit.

Quod igitur hæc popularium gubernationũ eſt optima, patet: & qua de cauſa, quia ob talem aliquem eſſe populum.

Concludit concluſionem principaliter intentã dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex dictis, ꝙ hæc ſpecies ſtatus popularis quæ dicta eſt, optima eſt, & propter quam cauſam; quoniam propter hoc ꝙ populus ex quo conſtituitur optimus eſt. Deinde cum dicit.

Ad cõſtituẽdum autẽ populum agricolam, tum leges quædam antiquitus apud multos latæ vtiliſſimæ ſunt, tũ illud vniuerſaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri, q̃ menſuram certã, vel ab aliquo loco ad oppidũ & ciuitatẽ.

Declarat quibus legibus vtendũ eſt ad conſiſtentiam ipſius, & diuiditur in partes quatuor ſm quatuor leges, quas dicit expedire ad conſiſtentiam ipſius. ſecunda ibi. {Erat antiquitus &c.} tertia cũ dicit. {Eſt aũt lex &c.} quarto ibi. {Dirigere etiã &c.} In prima dicit, ꝙ ad inſtituendum populum agricultiuũ in populari ſtatu prædicto ſunt vtiles quædã leges apud antiquos quoſdam poſitæ. Prima quidẽ eſt non licere poſſidere aliquem in ciuitate quantamcunqꝫ quantitatẽ terræ, ſed ſm menſuram determinatam. nam ſi liceret poſſidere quãtamcũqꝫ poſſent acquirere, & ditarentur nimis, & non remaneret populus agricola, aut ſi pmittatur habere quãtãcũqꝫ menſuram terræ: non tñ in loco propinquo municipio ciuitatis, ſed in remoto magis: hoc.n. modo neceſſe haberet magis habitare in loco remoto à ciuitate q̃ in ipſa, & minus poſſet machinari & nocere. Deinde cum di.

Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, non licere venditionem facere bonorum primæ hæreditatis.

Ponit ſecundam legem, & dicit, ꝙ antiquitus ſtatutũ fuit in multis ciuitatibus & lege ordinatum, ꝙ aliquid quod ad ꝓpoſitum expedit, ſ. non licere vendere vel alienare primas ſortes quas acceperunt à progenitoribus, ſicut filiis Iſrael non licebat ſm legem alienare ſimplr̃ hęreditates, ſed tantum obligare ad tempus: ſic enim per alienationem poſſeſſionum aliqui nõ efficiebantur pauperes, nec alij per acquiſitionem ditiores præter proportionem. Deinde cum dicit.

Eſt etiam lex, quam dicunt Oxyli fuiſſe, ne liceat cuiquam fœnerari ſuper aliqua fundi parte, quam quis haberet.

Ponit tertiam, dicens, ꝙ eſt quædam alia lex quam dicunt fuiſſe Oxyli legiſlatoris quæ eandem potentiã ha-

E bet cum ꝑcedenti. ſ. non mutuare aliquid ſuper portionẽ terræ quã aliquis habet, nec etiam ipſam poſſe obligare, & eſt eadem rõ iſtius legis & præcedentis, niſi ꝙ iſta magis reſtringit q̃ illa: illa .n. prohibet alienationem terræ ſimpliciter in qua transfertur dominium: iſta aũt obligationem retento dominio etiam. Deinde cum dicit.

Dirigere etiam id oportet Aphytalorũ lege, eſt enim vtilis id quod dicimus, illi.n. quãquam ſint per multi, poſſideãt autem exiguam regionem, tamen omnes agricolæ ſunt, quoniã precia conſtituunt, non totarum poſſeſſionum, ſed per tales partes diuidentes, vt etiam pauperes faciliter eas preciis ſuperare poſſint.

Ponit quartam dicens, ꝙ adhuc oportet populũ agricolam dirigere ſm legem & ſtatuta Aphytalorum, i. illius gentis: ipſa enim vtilis eſt ad hoc: illi enim quamuis
F multi exiſterent & haberent paucam terram, oẽs erant agricultores: illi enim ſi haberent terras vel poſſeſſiones vltra determinatam menſuram in lege, dabant ad precium vel ad cenſum pauperibus, vel minus habentibus non totam: ſed diuidentes eas ſm aliquas partes, & retinebant ſibi quãtum determinatũ erat à lege, reſiduum tradentes ſm dictum modum, vt ſic etiam pauperes per terram acceptam ad cenſum aliqualiter venirent ad aliquem exceſſum diuitiarum. Deinde cum dicit.

Poſt agricolarum multitudinem, optimus eſt populus, vbi paſtores ſunt, & viuunt ex animalibus. In multis vero hæc cum agricultura conuenientiam habet, vtrique.n. corporibus exercitati ad bellicas expeditiones, vtiliſſimi ſunt ac potentes ſub diuo conſiſtere.

Declarat qualiter multitudines populares aliæ ſe ha-
G bent ad iſtã: & diuidit in duas. In prima declarat ꝙ multitudo paſtoralis melior eſt poſt iſtã. In ſecunda cũ dicit. {Cæteræ verò &c.} declarat ꝙ oẽs aliæ deteriores ſunt ipſa. In prima parte dicit ꝙ optima multitudo popularis poſt agricultiuam eſt illa, q̃ eſt ex paſtoribus viuentibus ex pecudibus. In multis.o. conſimiliter ſe habet ad agricultiuam: ſicut.n. illa neceſſe habet immorari extra ciuitatem circa agriculturã, ſic iſta circa cuſtodiam & ꝓcurationem aĩalium. Item iſta multitudo eſt magis exercitata in actionibus bellicis ſm habitus: ſunt.n. exercitati in cuſtodiendo à lupis & latronibus. Item corpora habent bene diſpoſita, & ſunt fortes ſm corpus, aſſuefacti frigoribus & exercitati circa venationes: tales aũt bene diſpoſiti ſunt ad actus bellicos. vnde Vegetius in lib. de Re militari, dicit meliores milites eligẽdos eſſe ex venatoribꝰ, & carnificibꝰ, & fabris malleatorib. Deinde cũ d.

Cæteræ vero multitudines quaſi omnes, ex
H quibus alij ſtatus populares conſtant, multo q̃ hi deteriores ſunt. Nã opificum quidem ac forenſium, & mercenariorũ, vilis eſt vita, nullũqꝫ virtutis opus eorum quæ tractat multitudo.

Declarat, ꝙ aliæ multitudines deteriores ſunt multo: iſta aũt diuiditur in duas ſm ꝙ hoc probat per duas rationes. Quarum ſecundam ponit cum dicit. {Et inſup.} In prima dicit, ꝙ oẽs alię multitudines popularis ſtatus, puta mercenariorum in ſuis operationibus, & forenſis, q̃ negociatur circa forum venalium & vilium ꝑſonarum, quæ locat opera ſua mercede, ſunt multo deteriores his quæ dictæ ſunt: parum.n. participant de vita, quæ eſt ſm rationem, & nullæ operationes eorum ſm ꝙ huiuſmodi ſunt exercitantes ad virtutem. Contrarium autem inuenitur in prædictis multitudinibus, quare iſtæ ſunt multo deteriores illis. Deinde cum dicit.

Et

Et inſuper, quia huiuſmodi genus hominũ circa forũ vrbẽq; vt ita dixerim, aſſidue hæret, faciliter cõciones agitat: At agricolæ qa ſparſim habitant per agros, neq; in vnũ coeũt faciliter, neq; ſimilr̃ indiget hmõi congregatione.

Ponit ſecundam rationem dicẽs, ꝙ præter illud quod dictũ eſt, multitudo forẽſis & mercenaria, quæ circa municipium ciuitatis moratur, vt in pluribus volunt facere congregationes in quibus colligationes & cõſpirationes faciunt contra principẽ, & etiã peruerſe ſententiant ꝓpter hoc ꝙ ab ipſis cõgregationibus lucrum recipiunt. Iſta autem ſunt corruptiua reip. & ideo peiores ſunt ad gubernandum: terræcultores autẽ qui habitacula habẽt diſperſa per regiones iuxta terras quas excolunt, nõ cõueniunt libẽter ad huiuſmodi cõgregationes, quia per hoc retardarentur ab operibus neceſſariis, nec indigent, ſimiliter hac congregatione, propter hoc ꝙ magis habent ad vitam neceſſaria curare. Deinde cum dicit.

Quibus vero contingit ſitum regionis talẽ eſſe, vt longe diſtent ab vrbe, in his facile eſt popularem ſtatum laudabilẽ conſtituere, ac rempublicam: vi.n. ipſa cõpellitur multitudo quaſi colonias, per agros efficere.

Concludit ex præcedentibus, vbi contingit fieri bonã remp. popularẽ. Et primo facit hoc. Secundo concludit documentum cum dicit. {Quare eſi.} Dicit igitur primo ꝙ ſi in aliquo loco regio ſic ſit diſpoſita aut terra cultiua multum remota ſit á municipio ciuitatis, facile eſt in illa ciuitate bonum ſtatum popularem facere & inſtituere. Cuius ratio eſt, quia multitudo agricolarum cogitur ædificare in locis magis remotis á ciuitate & habitare in illis, propter quod raro veniẽt ad cõgregationes: & ideo contra principantes non machinabũtur, & ipſi principantes in pace principabuntur. Deinde cum dicit.

Quare & ſi forenſis turba ſit, tamen conciones in populari ſtatu non faciet abſq; multitudine illa, quæ per agros habitat.

Concludit documentũ quaſi ad remotionẽ obiectionis quę poſſet fieri. Diceret.n. aliquis ꝙ quamuis agricolæ non multum curent venire ad cõgregationes propter cauſam prædictam, forenſis tamen multitudo & mercenaria nolent frequenter facere congregationes, & incidet incõueniens cõtra prędicta, quaſi ad huius remotionem dicit, ꝙ ſi turba forẽſis, & mercenaria ſæpe velit cõgregari, expedit ordinari per legẽ vel tenere per conſuetudinem non facere congregationes aliquas, in quibus habeant poteſtatem de magnis non vocatis illis, qui habitãt extra ciuitatem in regione: ex hoc enim ſequuntur duo commoda. Primum ꝙ pauciores erunt cõgregationes, illi.n. non ſæpe conuenire poſſunt propter remotionẽ & neceſſaria. Secũdo quia iſti minus malitioſi ſunt & meliores vt frequentius reprimunt aliqualiter malitiam & aſtutiam forenſis multitudinis.

LECTIO V.

Quo pacto ſit adminiſtrandus popularis ſtatus qui omnes indifferenter admittit.

QVomodo ergo cõſtituenda ſit optima illa, ac ptima popularis gubernatio, dictũ eſt, patet etiam quomodo aliæ: ſubſequenter enim eſt deſcẽdẽdum, & deterior ſemper multitudo ſeparanda.

Poſtquam philoſophus declarauit, ex quibus & quomodo inſtituẽda eſt optima reſp. popularis, declarat ex quibus & quomodo ſunt inſtituendæ aliæ ſpecies ipſius deteriores vel inordinatiores, & circa hoc duo facit. Pri-
A mo enim breuiter tãgit ex quibus & quomodo inſtituantur prædictę ſpecies. In ſecũda cũ dicit. {Poſtrema &c.} inſiſtit circa vltimam & inordinatiſſimã. In prima parte dicit, ꝙ ex prædictis manifeſtũ eſt quomodo inſtituẽda ſit optima reſp. popularis, quantũ ad bonam ordinationem & primam ſm naturam. Ex quo poteſt eſſe manifeſtum quomodo aliæ ſpecies ipſius ſint inſtituendæ, ſi enim optima reſp. popularis ex multitudine optima inſtituenda eſt, & ſm ordinationem optimã ſibi conueniẽtem, cum aliæ deficiant ab ipſa quædã minus, & quædã plus, manifeſtum eſt ꝙ oportet tranſgrediendo & á bona multitudine deteriorem accipiẽdo multitudinem, & & á recta ordinatione permittendo maiorem inordinationem ſm plus & minus: ita ꝙ minus inordinata reſp. popularis poſt primam ſit ex multitudine minus inordinata, & magis inorditata ex magis inordinata, & maxime inordinata: puta vltima ex maxime inordinata. ſic enim differunt ſpecies ſtatus popularis ſm, ꝙ apparuit
B in quarto huius. Deinde cum dicit.

Poſtremam vero ſpeciẽ, quia omnis multitudo ad illã recipitur, neq; cuiuſcunq; ciuitatis eſt eam perferre, neq; facile permanere eam, niſi legibus, et moribus bene ſtabilitã. A quibus vero labefactari contingat, & hanc, & alias reſpublicas, fere dictum eſt prius in plurimis.

Inſiſtit circa vltimam, & primo tangit ꝙ non eſt bene manſiua de ſe. Secundo cũ dicit. {Sed ad &c.} declarat ex quibus maxime contingit eã firmare. In prima dicit, ꝙ vltima ſpecies popularis ſtatus non poteſt bene ſuſtineri á tota ciuitate: puta á diuitibus & pauperibus, nobilibus & ignobilibus, niſi ſit bene ordinata legibus & conſuetudinibus conuenientibus ei. Et ratio huius eſt, quia in hac rep. populari tota multitudo, quæcunq; ſit in ciuitate principatur ſicut aliquis vnus, & ſm ꝙ ei videtur.
C Nunc autẽ huiuſmodi multitudo quantũ ad maiorẽ ſui partẽ imprudẽs eſt & inorditata & in operibus ſuis ſequitur impetum magis ꝗ rationẽ, propter quod opprimunt maiores & meliores & corrũpunt iudicia, ex quo cõtingit corruptio reip. Quæ autẽ ſunt quæ poſſunt corrumpere hanc remp. & etiam alias reſp. in vniuerſali & in particulari dicta ſunt prius ꝓ maiori parte fere: dicit autem fere, quia poſſunt eſſe aliqua, quæ prius non tangebantur. Deinde cum dicit.

Sed ad conſtituendam hanc popularẽ gubernationem, & ad populum roborandum, cõſueuerunt præſidẽtes recipere complures, ac ciues efficere, nõ ſolum legitimos, verũ etiã ſpurios ex quouis ciue.i. ſiue ex patre ſiue ex matre, omne.n. hoc huic populo magis conueniens eſt.

Oſtendit per quæ contingit firmare huiuſmodi remp.
D Et diuiditur in partes duas, quoniã primo docet per quę contingit eam firmare intendendo ipſam. Secundo cum dicit. {Eſt autem.} opus per quæ cõtingit eã firmari remittẽdo. Circa primũ ponit quatuor obſeruãda, ꝑ quæ contingit eã firmare intendendo. Et ſecundum ponit cũ dicit. {Inſuper} Tertium cũ dicit. {Præterea tyrãnica} Quartum cũ dicit. {Vt ſine metu &c.} Circa primũ ponit primo documentũ illud. Secundo cũ dicit. {Conſueuerũt igitur &c.} docet ipſum moderari. In prima dicit, ꝙ principes in hac repu. populari ad faciendũ eã firmiorem, & ad faciendum multitudinem popularẽ valde potentem conſueuerunt coadiungere plurimos extraneos: & aliquando aliquos qui non ſunt legitimi ciues, ſed ſpurij qui ſunt eſt alterutro ciue patre vel matre: hoc.ti. conueniẽs eſt huic reipublicæ: pluribus enim adiunctis reipublicæ fortior eſt multitudo: fortior autem exiſtẽs magis poteſt reprimere exceſſus diuitum & volentium tyrannizare. Deinde cum dicit.

Conſue-

Conſueuerunt igitur hi qui populos ducũt;
ita conſtituere, oportet tamen id facere quo ad
exuperet nobilium medioꝝꝗ; multitudo, neq;
vltra progredi, nam ſi tranſcendunt, turbatio-
rẽ efficiunt rẽpublicam, ac nobilitatẽ exaſperã
do magis irritãt, quæ cauſa ſeditionis fuit apud
Cyrenem. Paruum.n. inconueniens, conniuẽ-
do tranſitur, magnum vero in oculis hæret.

Declarat qualiter moderandũ eſt iſtud documentum,
quia nõ quocunq; modo obſeruatũ expedit dicens, ꝙ du
ctores populi conſueuerunt facere, ſicut dictũ eſt, hoc ta
men aliqualiter expedit, aliqualiter autem non, quãdiu
enim poteſtas diuitũ & nobilium & mediorum inter di-
uites & pauperes excedit poteſtatẽ ipſius multitudinis,
expedit adiungere extraneos vſq; quo potẽtia multitudi
nis excedat, ſed vltra hoc notabiliter adiungere ꝗ̃ pluri-
mos, non ſimpliciter expedit propter duo. Primo quia ſi
numerus aduenarum excedat multũ, accidit rempublicã
magis inordinatã eſſe, quia extranei adiuncti aut impru
dẽtes ſunt & ſine virtute, vt in pluribus, aut nõ aſſuefacti
in ordine reipublicæ, & ideo ipſis habitis additur quidẽ
ad potentiam & ad indiſcretionẽ. Exceſſus autem poten
tiæ ſine diſcretione rempub. corrũpit. Secũdo quia cum
multi extranei adiunguntur turbãtur nobiles & inſignes
& magis grauiter ſuſtinent rẽpub. propter hoc ꝙ deterio
res ipſis aſſumuntur ad dominiũ reipublicæ, & hæc fuit
cauſa ſeditionis factæ in repu. Cyrenenſium. ſ. notabilis
multitudo multitudini aſſumptorum ad remp. ſi.n. pau-
ci adiuncti fuiſſent, non eſſent ita nobiles, nec ita cura-
rent. Paruum enim malũ negligitur, quia illud quod eſt
paruum reputatur quaſi nihil, quia proprium ineſt ei,
aut quia omnino nõ cognoſcitur, magnum aũt magis eſt
manifeſtũ propter quod magis curatur. Deinde cũ di.

Inſuper, talia conſtituta, vtilia ſunt ad popu-
larem ſtatum huiuſmodi, & ad populi corrobo
rationem, qualia Ciſthenes Athenis factitauit,
quo populi gubernationẽ augeret, & apud Cy
renẽ qui populũ conſtituerunt. Tribus enim
aliæ conſtituendæ ſunt plures, & ſoliditates pri
uatorum ſacrorum redigendę ſunt ad pauca, &
publica, & cuncta diligenter excogitanda, quo
ꝗ̃ maxime omnes ſimul admiſceantur, familia-
ritates, conuerſationesq; primæ diiungantur.

Ponit ſecundum documentum dicens, ꝙ præter hæc
inſtituta vel ſtatuta quæ Cliſthenes inſtituit Athenienſi-
bus ad agendũ vel ad fortificandũ ſtatum popularẽ ipſo
rum ſunt conuenientia ad firmandũ prædictam rempu.
ſimiliter & illa quæ inſtituerunt popularis reipu. condi-
tores circa Cyrenem. Vnum quidem eorũ eſt, ꝙ aliquæ
tribus de nouo faciendæ ſunt in ciuitate per aliquorum
eiuſdem generis receptionem & in exiſtentes augmentã
dæ ſunt per coniugia. Secundũ vero ꝙ fraternitates & ſo
cietates circa aliqua particularia & propria plures exi-
ſtẽtes reducendæ ſunt in paucas & cões magis, ita vt ſint
pauciores ſm numerum ſocietates, pluriũ autem homi-
nũ, & ſic omnia ſunt excogitanda, vt oẽs adinuicẽ in ciui
tate ſint permixti, vel ſm tribus quod fit per cõiugia vel
ꝑ ſodalitates, quod fit vel per conuerſationes vel congre-
gationes cões: ſic enim magis adinuicem erunt vniti per
dilectionem, & per conſequens fortiores, quia omnis vir-
tus coniuncta fortior eſt ſeipſa diuiſa, tamen hoc faciendo
obſeruandũ eſt, ꝙ eædm leges & cõſuetudines obſeruẽ-
tur nunc & prius, ſi enim mutatis tribubus & ſodalitati-
bus mutarentur leges & cõſuetudines, neceſſe eſſet rem-
publicam mutari, quia leges & conſuetudines in repub.

E inſtituendæ ſunt ſecundum ordinem ad rempublicam.
ſicut dicebatur prius in tertio libro. Deinde cum dicit.

Præterea, tyrannica machinamenta omnia
videntur eſſe popularia, ceu licentia ſeruorum,
& mulierum, & puerorum.

Ponit tertium dicens, ꝙ cum his ſtatuta tyrannorum
videntur eſſe vtilia ad ſtatũ popularem huiuſmodi, quia
iſte ſtatus eſt, ſicut quædã tyrannis, ſicut licẽtia ſeruorũ,
hoc eſt principatus ſuper ſeruos, ſimiliter principatus ſu-
per mulieres & ſuper pueros corã quibus cõpetat actio
ſeruis contra dominos, & mulieribus cõtra viros, & pue-
ris contra parentes: iſta.n. inſtituunt tyranni, vt per hoc
magis habeant beniuolentiã puerorum, mulierum & ſer
uorum, quæ ſunt magna pars ciuitatis. & per eandem ra
tionem hoc expediẽs eſt in prædicta populari republica.
Sed intelligendum ꝙ hoc vtile eſt vſq; ad aliquid, nõ au
tem quantum ad omnia: inſtituere.n. principatus prędi-
F ctos coram quibus competat actio mulieribus ſeruis &
pueris quantum ad omnia quæ poſſent proponere cõtra
viros dominos & parentes inconueniens eſt & diuidere
ciuitatem, tamẽ inſtituere aliquos principatus corã qui-
bus competat actio contra prędictos, tamẽ quantum ad
pauca, & magna non eſt inconueniens in iſta repu. quis
ſimpliciter inconueniens ſit & malum. Deinde cum di.

Vt ſine vllo metu viuãt, vt velint, permulti
enim huiuſmodi ſtatum ciuitatis amabant, cũ
pleriſq; dulcius ſit, diſſolute viuere, ꝗ̃ modeſte.

Ponit quartum dicens, ꝙ adhuc ad firmandum ſtatũ
popularem talẽ vtile eſt, ꝙ principantes in ea diſſimu-
lent viuere ſubditorum vt volunt non puniendo malas
actiones omnes voluntarias, hoc enim multum auxilia-
tur tali reip. quia multis delectabilius eſt inordinate viue
re ꝗ̃ temperare & ſm virtutẽ. Homines enim vt in plu-
G ribus à ratione recta deficiunt. Ad defectionẽ autem ra-
tionis ſequitur viuere præter rationẽ & ordinem: pauci
autem ſequuntur rationem rectam, & ideo pauci tempe
rate aſſueſcunt viuere, multi autẽ inordinate, & ideo de-
lectabilius eſt pluribus inordinate viuere, quia magis aſ-
ſueſcunt: & ideo magis diligunt remp. in qua permittũ
tur in delectationibus viuere. Et eſt notandum ꝙ non
dicit philoſophus ꝙ præcipiendum ſit in iſta rep. quan-
tumcunq; ſit male ordinata viuere vt quis voluerit, nec
etiã permittendũ cũ ſcitum fuerit, ſed diſſimulandum
quod minus eſt. In nulla.n. ſocietate hominum ſi debet
manere præcipiendum eſt hoc, nec permittẽdum vſque-
quaq; & paſſim, ſed diſſimulandum quandoq; propter
qualitatẽ perſonæ, vel alicuius alterius circunſtantiarũ;
& ideo rationabiliter dixit Commẽtator ſuper. 6. Eth.
illum non eſſe verum legiſlatorẽ, ſed corruptorẽ magis,
qui tales delectationes ſequendas lege ſtatuit vel permi-
ſit paſſim, ſicut fecit Macometus: propter quod in breui
H tempore adheſerũt legi ipſius multi, quia delectabilius
fuit eis viuere inordinate ꝗ̃ ſm ordinẽ. Deinde cũ di.

Eſt autem opus legis poſitoris, & eorum qui
volunt ſtatum aliquem talem cõſiſtere, nam vt
conſtituatur talis ſtatus, nõ magnum negociũ
eſt, neq; ſolũ, ſed magis vt ſeruetur, vno enim
vel duobus, vel tribus diebus permanere, quo-
modocunq; gubernantibus haud difficile eſt:
Quapropter opus eſt ex his, quas ſupra retuli-
mus cõſeruationibus, & corruptelis rerũpubli
carum, cautelam aſſumere, cauẽdo illa quę cor-
ruptiua ſunt, ac leges tales ponendo, & ſine ſcri
pto, quæ & ſcriptas conſeruationes ſtatus ma-
xime comprehendãt, neq; putare id eſſe popu-

lare

lare, neq; paucorum potentiæ, quod efficiat ciuitatem, maxime à multis, vel à paucis gubernari, ſed q, q̄plurimum tempus.

Docet ex quibus firmanda eſt per remiſſionē magis, & circa hoc primo tangit præeminētiā huius viæ ad præcedentem. Secundo cū dicit. {At nunc hi.} ponit documēta. In prima dicit q ad legiſlatorem, & ad eos qui volūt permanere rempublicam iſtam talem qualē pertinet nō multum laborare inſtituendo magnum opus, neq; ſolum, i. nullum intendēdo eam, ſed magis pertinet ad eos laborare vt ſaluetur plurimo tempore, non.n. difficile eſt rempu. qualitercunq; ordinatam permanere pauco tempore vno vel paucis diebus, ſed difficillimū eſt ipſam manere multo tempore, & ideo oportet reducere ad memoriam quæ ſunt ſaluantia & corrumpentia reſpublicas, de quibus conſideratū eſt in quinto, & per ea tētare quomodo ſaluetur reſp. fugientes ea quæ corrumpunt ipſam, & inſtituētes leges & cōſuetudines nō ſcriptas & ſcriptas, B in quibus comprehenduntur illa quæ ſaluēt eandem, & q non debet aliquis credere, q illud ſtatutum ſit magis populare vel paucorum potentiæ, quod magis facit ciuitatem populariter viuere vel ſm ſtatum paucorum, ſed illa quæ faciunt eā permanere plurimo tempore, ſicut philoſophus ſcripſit prius, in quinto, vbi dixit multa eorū, quę videnē popularia ſoluūt populares ſtatus & paucorum, ſi igitur illa expeditiora ſunt, per quæ magis contingit ſaluari ſtatū popularem, talia autē ſunt remittētia vel quæ attenduntur ſm remiſſionem. Deinde cum di.

At nunc hi qui ſunt potētes in populis, gratificantes multitudini, multa populariter agunt per publicationes bonorum in iudiciis factas, quare oportet eos, qui curā ſalutis habēt reipublicę, contra moliri, leges ponendo, vt damnatorum bona ſacra ſint & nō in publicum, ſed in C ſacrum referantur. Hæc.n. lex nihilominus iniurias compeſcet, nam pœna eadem erit. Populus autem minus cupide dānabit, cum nihil ſit vtilitatis ex damnatione ſuſcepturus.

Ponit documenta quæ attenduntur penes remiſſionē ipſius, & circa hoc primo ponit documentū ſumptū ex diſtributione cōmunium acceptorū ex cōdemnatione. Secundo cū dicit. {Inſuper &c.} ponit documētū aliud ſumptum ex his quę ſunt attendenda circa publicas vindictas. Tertio cum dicit. {Cum vero poſtremæ &c.} ponit alia quæ accipiuntur ex his quæ circa congregationes & iudicia ſunt ſeruanda. In prima dicit q illi qui ſunt ductores populi qui intēdunt habere gratiam ipſius multa inſtituūt in ſtatu populari faciendo in iudiciis ad vtilitatem pauperum apparentem & damnū diuitum, puta q illa quæ obueniunt ex condēnatione aliquorum diſtribuātur multitudini pauperum, propter quod contin- D git multitudinē male quandoq; ſententiare propter dilectionē pecunię, & ideo oportet illū qui habet cordi ſaluationē popula. is ſtatus obuiando contrariū intendere & ordinare lege vel ſtatuto, q nihil eorū quæ confiſcantur ex bonis condemnatorum diſtribuatur multitudini, ſed dedicetur Deo & fiat ſacrum. Ex hoc.n. contingit, q iniuſta volentes agere, non minus dubitabunt q̄ ſi deberent diſtribui multitudini: æqualia.n. amittent modo vtroq; & iterum multitudo minus corrumpet iudicia & ſententias circa ea, circa quæ iudicatura eſt non ſperans inde lucrum aliquod accipere. Deinde cum dicit.

Inſuper, publicas accuſationes quārariſſimas facere, magna pœna cōſtituta aduerſus eos qui falſo accuſarint: non.n. populares in iudicium vocare conſueuerūt, ſed nobiles, oportet autem A erga ſtatum reip. quantum fieri poteſt, omnes reddere beniuolos, quod ſi id fieri nequeat ſaltē conari ne hoſtes exiſtimēt eos, q gubernāt.

Ponit documentū quod ſumitur ex his quæ obſeruanda ſunt circa publicas vindictas. Circa quod eſt intelligēdum q cum pœnæ quātitas debeat reſpōdere quantitati delicti ſm legem iuſtitiæ, delictorū autem quædā ſunt occulta, quædam autē manifeſta & publica, oportet pœnā aliquando eſſe occultam, aliquando autē manifeſtam, occultorum.ſ. occultam, & publicorum publicam, homines autem naturaliter magis verentur publicam, contingit autem quandoq; q in ſtatu populari multitudo pro minori & occulto delicto inducit publicā pœnā, ex quo contingit inimicitias fieri inter ciues, & hoc eſt quod prohibet philoſophus in hoc documēto di. q expedit ad ſaluationē reip. publicas vindictas cauere, puta ſuſtigationem & eiectionem à rep. vel ad minus valde paucas face- B re, prohibendo eos qui tales faciunt vel ſcribunt timore magni damni: tales.n. vindictas publicas magis aſſueuerant populares inducere contra inſignes q̄ contra populares, propter quod periculoſiores ſunt. vnde dicit philoſophus, quia ſunt principia magnæ diſſenſionis quia ſm philoſophum in quinto huius, totaliter inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt & totā ciuitatem, & prius dixerat de diſſenſione dominorū loquens q oportet ſubditos vereri & diſſoluere præſidia & potentū diſſenſiones. expedit.n. in rep. ciues omnes ſi poſſibile eſt beniuolos eſſe, ſi autem non eſt poſſibile ad minus cauere q nunquam ſint aduerſarij illis qui debent dominari ſubditis, facere autem tales publicas vindictas multas, principiū eſt maliuolētiæ, & ideo vitandæ ſunt. Deinde cum di.

Cum vero poſtreme illę ſpeciēs gubernationum popularium in multitudine conſiſtant, ac difficile ſit vt concionibus vacare poſſint, ſine C alicuius mercedis ſuſceptione, hoc autem niſi redditus habet ciuitas, maxime inimicū eſt præſtantibus viris, nam ex tributo & publicatione bonorum, & ex iudiciorū improbitate, neceſſe eſt prouenire q multas iam popularium reſp. ſubuertit, vbi ergo publici redditus non ſunt, facere oportet cōciones raras, & iudicia magna quidem, ſed paucis diebus duratura. Hoc autē cōfert ad illud quod non formidabunt impēſas opulenti, ſi diuites nō capient mercedē iudicij, ſed pauperes. Confert etiā ad recte iudicādum multo magis. Nā qui magna patrimonia habēt multis diebus abeſſe nolunt, à rebus ſuis. Modicū vero abeſſe tempus, non moleſte ferunt.

D Ponit documenta ſumpta ex his, quæ accidunt circa congregationes & iudicia, & circa hoc primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Per talem aliquem modum &c.} inducit exempla ad manifeſtationē quorūdā dictorū. Circa primum declarat primo qualiter ſe habēdum eſt quantū ad congregationem & iudicia vbi non exiſtunt redditus. Secūdo cum dicit. {Vbi vero publici ſunt redditus &c.} qualiter ſe habendum eſt vbi exiſtūt. In prima ipſe dicit, q vltima ſpecies popularis ſtatus, de qua nunc eſt ſermo eſt multorum hominum, quoniā ipſi oēs cōicant & difficile eſt omnes congregari ſine mercede. multos.n. & pauperes congregari ſine mercede difficile eſt, mercedē autem dare omnibus vbi redditus non ſunt, non poteſt eſſe ſine præiudicio diuitum. Neceſſe eſt enim mercedē tribuere ex his quæ inferuntur ab illis, vel quæ accipiuntur ab eis depauperando eos, & ex hoc fiūt mala iudicia malorū propter quæ deſtructæ ſunt multæ reſp.

E reſp. populares, oportet in populari ſtatu, in quo nō ſunt redditus cōes, ꝙ pauciſſimas & tantū neceſſarias facere cōgregationes & iudicia fieri quidē ex multis, ſed paucis diebus, & iſtud quidē expedit propter duo: ſi.n. fiant paucę congregationes, pauciora expēdentur in ipſis, & diuites non timebunt paucas expenſas, quamuis ipſi nō accipiunt, ſed pauperes tantū. Secundo quia multo melius ſi conueniāt multi & inſignes & pauperes iudicabūt ſm legē iuſtitiæ: plures autē poterunt conuenire ſi paucę fiant cōgregationes & pauca iudicia, diuites.n. vbi non lucrentur nec honorem reportant, nolunt dimittere propria multis diebus vel ſæpe, pauco autem tempore magis ſuſtinent. Deinde cum dicit.

Vbi vero ſunt redditus publici, nō id facere quod nunc magni quidā in populo faciunt. Superflua.n. diuidunt, ac ſimul capiunt, moxq; rurſus indigent eiſdem. Eſt.n. pauperibus ceu vas perforatum, huiuſmodi emolumentum. F

Declarat quomodo ſe habendum eſt vbi redditus exiſtunt: & primo quid cauendum eſt. Secundo cum dicit. {Sed oportet eū.} qd ſit obſeruādū. In prima dicit ꝙ in ſtatu populari vbi redditus ſunt, cauēdū eſt ne fiat illud quod ductores populi vel procuratores in eo conſueuerunt facere. Illa.n. quæ obueniūt diuerſis temporibus, cū obuenerint diſtribuūt multitudini per partes, & ipſi ſic accipientes de facili conſumunt & ſtatim indigent: hoc enim tale auxilium eſt iſtis, ſicut lagena perforata pauperibus, quicquid.n. paulatim immittitur ex vna parte, effunditur ex alia, nec vnquam hoc modo cōtingit eam repleri. Deinde cum dicit.

Sed oportet eum qui vere popularis ſit, videre ne multitudo pauperie nimia prematur. Nā egeſtas prauā reddit populi gubernationē.

G Tangit quid eſt obſeruandū magis, & primo facit hoc. Secundo tangit vias, per quas cōtingit deuenire ad illud cum dicit. {Conādū eſt &c.} In prima dicit, ꝙ ita dictū eſt, ꝙ non oportet facere ſicut ductores populi faciūt, ſed oportet cum quis habet curam popularis ſtatus prouidere qualiter multitudo popularis pauperū abūdet vel nō egeat: egeſtas.n. ipſius facit eam eſſe prauam, difficile eſt enim indigentem exiſtentem operari bene, ſicut dicitus 1. Eth. & ideo laborandum eſt multum qualiter ſint abūdantes continue. Deinde cum dicit.

Conandum eſt igitur ingenioſe, vt abundātia aſſit diuturna. Nā id prodeſt etiā diuitibus. Congregantes vero illa quæ ex redditibus ꝓueniunt, ſimul omnia egenis tribuere oportet,

H Tangit vias aliquas per quas cōtingit eos fieri diuites, & diuiditur ſm tres vias quas tangit, & incipit ſecunda pars, ibi. {Sed oportet &c.} tertia ibi. {Et ſi non &c.} In prima dicit ꝙ expediens eſt ad vitandū indigentiam in ſtatu populari congregare in aliqua quantitate notabili ea quæ obueniunt ex redditibus cōibus, & tunc ſimul pauperibus diſtribuere ſm aliquas magnas partes ſimul vt vnuſquiſque de multitudine ſi poteſt fieri tantum accipiat ſimul, ꝙ poſſit ſibi acquirere fundiculū aliquē, hoc eſt paruam menſuram terræ ex qua vlterius lucrari poſſit: hoc.n. expedit diuitibus, quia non grauantur per hoc, & ēt pauperibus magis ꝙ ſi ſm paruas partes, & ſæpe reciperent quod nunc obſeruant ductores populi ſm quod dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

Præſertim ſiquis poſſit tantum congregare, quātum ſat eſt ad agelli comparationem, vel ſaltem ad facultatem negociādi, & agrum colēdi.

Ponit ſecundam di. ꝙ ſi hoc non poteſt fieri commode ſaltem dandæ ſunt eis occaſiones inducentes eos ad negociationes & agriculturam, vt ſic ex altero iſtorum, vel ex vtroque ditentur. Deinde cum dicit.

Et ſi non omnibus poſſibile, at ſecundum tribus aut partem aliquam id facere. In hoc aūt ad neceſſarios cōuentus mercedem diuites conferre cupidos inanium munerum.

Ponit tertiam dicens ꝙ ſi non eſt poſſibile ſingulis diuitibus aliquid inferre ad diſtribuēdum pauperibus, ſaltem expedit ipſos immittere aliquam quantitatem pecuniæ, vel ſm tribus vel ſm fraternitates, vel ſm aliquam aliam talem collectionem ad diſtribuēdum pauperibus in congregationibus neceſſariis, & vt libentius hæc faciant tollendæ ſunt expenſæ ſuperuacuæ, quas ſolent facere diuites, puta expenſæ conuiuiorum & oblationum vanarum. Deinde cum dicit.

Per talem aliquem modum Carthaginēſes gubernantes, amicum retinent populum. Semper.n. quoſdam à populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciūt. Gratioſorum vero ac mentem habentium nobilium, eſt ſuſcipere egenos, & occaſionem præbentes conuertere ad res agendas.

Manifeſtat per exemplum prædicta, & primo per exēplum Carthaginenſiū. Secundo cum dicit. {Recte quoq; ſe habet Tharentinorum exemplū imitari &c.} per exēplum Tharentinorum. In prima parte dicit, ꝙ Carthaginenſes bene politizantes acquiſiuerunt amicitiam populi ſm modum prædictum: ſemper.n. inſignes & diuites accipiebant aliquos de pauperibus deſtinantes eos ad negocia domuum ſuarum procuranda, & mercedem dantes faciebant eos diuites. Iterum inſignes magis gratioſi & magis ſm intellectum agentes aſſumebant pauperes dantes eis occaſiones aliquas, per quas prouocabantur ad operationes, ex quibus ditabantur. Deinde cum di.

Recte quoq; ſe habet Tarentinorum exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes communia ad pauperum vſum, beniuolam per hūc modum ſibi plebem conſtituunt. Magiſtratus inſuper omnes duplices faciunt, vt ſint alij per electionem, alij per ſortē. Quo enim populus capiat, per ſortem. Quo autē melius gubernentur, per electionem. Eſt autem hoc facere etiā in vno eodemq; magiſtratu, vt alij ſorte, alij electione ad eum gerendum aſſumantur. Quemadmodum ergo oporteat gubernationes multitudinis inſtituere, dictum eſt.

Ponit ſcdm exemplum dicens, ꝙ adhuc expedit ad ſaluādum ſtatū popularē imitari Tharentinos. Principantes enim inter eos diuites exiſtentes iumēta & fructum poſſeſſionum ſuarum faciebant communem multitudini dominium retinentes per actum liberalitatis, & ſm hoc fecerunt multitudinem pauperum beniuolam ſibi, iterum omnes principatus duplices inſtituebant, alteros aſſignatos per electiones, alteros autem per ſortem: per ſortem quidem aliquos, vt pauperes participarent: per electionem autem vt meliores poſſent accipere qui melius regerent rempub. Continget autem hoc facere & de diuerſis principatibus vnum accipere ſorte, reliquum electione: & etiam in eodem vnum principatum ſic. alium autem illo modo, & tunc recapitulat dicens, quòd quomodo oportet inſtituere ſtatum popularem, & ex quibus, & qualiter firmare maxime infirmum, circa illas dictum eſt.

Lectio

LECTIO VI.

Paucorum ſtatus adminiſtrationem continet.

DE paucorum quoque gubernationibus quomodo agendum ſit, patet ferè ex eiſdem. Nam per contrariũ agendum eſt in omni paucorum gubernatione ad oppoſitam ſibi popularis gubernationis ſpeciem.

Poſtq̃ Philoſophus oſtendit ex quibus & q̃uo inſtituenda eſt reſpub. popularis: nunc oſtendit ex quibus & q̃uo inſtituenda eſt reſpu. paucorum: & primo circa hoc dans intentionem dicit, ꝙ oſtenſo ex quibus & q̃uo inſtituenda eſt reſpu. popularis, manifeſtum eſt fere q̃uo inſtituendæ ſunt reſpub. paucorum. Fere autem dicit propter aliqua quæ ſunt propria reipub. paucorum: cum. n. ſpecies ſtatus paucorum quodãmodo contrarientur ſpeciebus ſtatus popularis, & contraria ex contrariis inſtituãtur & contrario modo: oportet vnãquãque ſpeciem ſtatus paucorum ex his inſtitui quæ contrariantur illis ex quibus componitur contraria reſpub. popularis, & modo contrario illi. Deinde cum dicit.

Reputando meram illam ac ſummam cæterarum gubernationem paucorum, & primam. Hæc autem eſt propinqua illi, quę reſp. nuncupatur, in qua oportet cenſus diuidere & alios minores, & alios maiores facere. Minores quidem à quibus neceſſarij magiſtratus capiantur. Maiores verò, à quibus capiantur hi magiſtratus, qui ſunt principaliores, & qui tantum adepti fuerint cenſum, habiles ſint ad rempub. gerendam, afferente populo tantam multitudinẽ per ipſum cenſum, vt cum illa potentiores ſint qui gubernant remp. q̃ illi qui non gubernãt. Semper. n. ex meliori populo capiendi ſunt illi, qui ad ſocietatem reſpub. capiuntur.

Proſequitur, & primo declarat ex quibus & q̃uo optima reſpu. paucorum eſt inſtituenda. Deinde cum dicit. {Sīr autem &c.} ex quibus & q̃uo ſpecies conſequentes. In prima parte dicit, ꝙ ſpeciem ſtatus paucorum q̃ reputatur maxime temperata inſtituenda eſt modo conſequenter: hæc aũt ſpecies ſtatus paucorum eſt propinqua ei quæ vocatur reſpu. nomine cõi, in qua principanẽ habentes arma & dignitatem aliquã diuitiarum, ſicut dictum eſt in quarto etiam, & in qua honorabilitates, quę attenduntur penes diuitias diſtinguuntur in maiores & minores: ſunt. n. quidam habẽtes maiores diuitias, quidam minores. Sīr principatuum ſunt quidam magis neceſſarñ & minores: quidam aũt principaliores & maiores: minores aũt habentes diuitias inter ipſos participãt principantibus magis neceſſariis, & maiores principalioribus, & licitum eſt in ipſa oẽs habentes aliquam dignitatem diuitiarum attingere ad rempu. Ad inſtituendum igitur iſtam oportet introducere tantam multitudinem habentium honorabilitatem diuitiarum determinatam, vt cum ipſa ſint potentiores his qui non participant repu. & vīr oportet iſtam multitudinem aſſumi ex meliori populo: melior. n. ſtatus paucorum ex meliori populo habẽte diuitias inſtituitur, ſicut in omnibus aliis ex melioribus fit melius. Deinde cum dicit.

Sīr autem, in ea gubernatione paucorum, q̃ ſequitur, intendentes, parũper eſt inſtituendũ.

Declarat & qualiter & quomodo inſtituuntur aliæ: & primo tangit modum inſtituẽdi omnes in vniuerſali. Secundo cum dicit. {In ea verò &c.} inſiſtit circa vltimam & peſſimam ordinatam. In prima parte eſt intelli-

A gendum ꝙ ſpecies ſtatus paucorum quatuor conſequenter ſe habent ſm ordinem. prima. n. eſt ex ampliori multitudine & minori honorabilitate diuitiarum & magis ſm rationem & legem ordinatã: ſequens aũt ex pauciori multitudine & maiori abundantia diuitiarum & minus vtẽs legibus. tertia aũt adhuc ex minori & ampliori multitudine diuitiarum: vltima aũt & peſſima ex quã pauciſſima multitudine, & maxima honorabilitate: & ideo non recta legibus, ſed voluntate principantium: & ideo conſequens ſemper attenditur reſpectu antecedentis. Dicit igitur ꝙ ſīr ſpeciem reip. paucorum conſequẽtem poſt primam & conſequentem poſt illam vſq; ad vltimã: oportet inſtituere per intentionem eius quod obſeruaẽ in inſtitutione præcedentis, vt verbi gr. ſi prima ex multitudine magna & parua honorabilitate diuitiarum inſtituitur; ſequens ex minori multitudine & maiori honorabilitate: & ſic vſq; ad vltimam incluſiue, quæ inſtituiẽ ex q̃ pauciſſima multitudine paucorum & maxima ho-

B norabilitate diuitiarum. Deinde cum dicit.

In ea verò quæ oppoſita eſt extremæ popularitati, quæ eſt paucorum potentia, tyrannidi perſimilis: quanto deterrima eſt, tanto maiori opus eſt cuſtodia.

Inſiſtit circa vltimam & peſſimã: & circa hoc primo oſtendit ꝙ indiget multa cautela. Secundo cũ dicit. {Populares igitur gubernationes &c.} oſtendit q̃uo contingit ipſam firmari melius. Circa primum primo proponit. Secundo cum dicit. {Vt. n. corpora &c.} probat. In prima parte dicit, ꝙ illa ſpẽs ſtatus paucorum opponiẽ vltimæ ſpeciei ſtatus popularis, q̃ maxime eſt poteſtatiua & etiã tyrãnica, q̃a in ipſa totus populus, tota multitudo velut vnus tyrãnus pncipaẽ, tãto indiget ampliori cautela, quanto ipſa eſt peſſima oĩum. Conſeq. cum di.

C Vt enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatem, & nauigia bene inſtructa ad nauigãdum, multos ferunt errores, nec ob eos ſuccumbunt: valitudinaria autem corpora, & nauigia parũ firma, nautisq; inſtructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores. Ita rerumpub. hæ quę deterrimæ ſunt plurima indigent cuſtodia.

Declarat hoc per ſimile, & in his quæ fiunt arte, & in his quæ fiunt natura, quę ſunt nobis magis nota, dicens, ꝙ ſicut corpora aĩalium quæ bene diſpoſita ſunt ad ſanitatem propter bonam adinuicem primorum compoſitionem vel ꝓportionem, & naues quæ bene cõpaginatæ ſunt in ordine ad nauigationem poſſunt ſuſtinere plures errores: vt puta ictus vel paſſiones ab extrinſecis, ita vt non de facili corrũpantur propter illa. Illa autem corpora aĩalium quę male diſpoſita ſunt propter malam diſpoſitionem humorum, & naues non bene cõpaginatæ, ſed quaſi reſolutæ habentes prauos nautas, non poſſunt etiã

D ſuſtinere modicos errores: immo corpora aĩalium taliũ à modicis paſſionibus corrũpuntur: naues verò huiuſmodi ad modicum impulſum venti, vel vndæ, vel ictum rupis franguntur: ita eſt & de rebuſp. illæ quæ optime ordinatæ ſunt ſm rationem multos impulſus & magnos ſuſtinere poſſunt. Male autem ordinatæ à modicis corrũpuntur, & ideo maiori indigent cautela: ciuitatem enim oportet intelligere compoſitam ex pluribus adinuicem ordinatis, ſicut animal ex pluribus membris, & nauem ex pluribus lignis. Deinde cum dicit.

Populares igitur gubernationes per multitudinem hoium omnino ſeruanẽ. Hoc. n. opponitur ad illud iuſtum, quod eſt ſm dignitatem. Paucorum verò potentium contra, videlicet ꝑ rectam ordinationẽ oportet aſſequi firmitatẽ.

Docet ex quibus contingit eam firmari melius: & primo in generali. Secundo cum dicit. {Cum verò &c.} in ſpeciali. In prima parte dicit, ꝙ reſpub. populares tyrãnice & peſſime ordinatę ſaluantur ꝓpter multitudinem hominum gubernantium in eis. talis.n.multitudo potentiam quãdam habet: propter.n.multitudinem iſtam opponitur iuſto ſm dignitatem: ita vt per potentiã eius ſuppeditetur huiuſmodi iuſtum ſm rationem in ipſa: ſtatus autem paucorum ei oppoſiti qui potentatus dicunt, & ſunt tyrannice non ſaluantur per potentiam multitudinis, quia talem non habent: & ideo oportet ꝙ econtrario ſaluetur propter bonam ordinationem ſm rationem & iuſti ſaluationem. Deinde cum dicit.

Cum verò ſint multitudinis potiſſimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negociatores, mercenarij. Quatuor etiam vtiles ad bellum, eqtes, pedites grauis armaturæ, expediti leuis, & turba naualis. Vbi contingit regionem eſſe ad equitatum aptam, ibi locum habet aptiſſimum paucorũ potentia, illa ſumma. Nam conſeruatio habitatorum ab equitibus prouenit. Equos verò nutrire, eorum eſt, qui magnas habeant facultates. Vbi autem regio ad peditatũ eſt apta, alteram ſpeciem affectat paucorũ potentiæ. Nam grauis armatura, diuitum eſt magis ꝗ pauperum.

Docet in ſpeciali ex quibus firmatur: & primo declarat ex quibus cõtingit fieri fortem paucorum ſtatum & minus fortem. Secundo cum dicit. {Conceſſio aũt &c.} Ponit elementa ad firmandum ipſam: adhuc circa primum duo facit, qm̃ primo declarat ex quibus contingit conſtituere magis fortem ſtatum paucorum & cõſequenter. Secundo cum dicit. {Expediti autem} ponit ex qbus minus fortem, & magis inordinatam. In prima parte ad declarandum intentum pręmittit diſtinctionẽ multitudinis in ciuitate, & dicit, ꝙ quãuis ſint plures partes multitudinis, ſicut tactum eſt prius maxime inueniũtur quatuor ad quas aliæ reducuntur: puta agricultiua, ad quã reducatur paſcualis, naualis, & illa quæ circa forum negociatur, & mercenaria, ad quã reducuntur viles artifices. Iterum quatuor ſunt modi hominum qui bene diſpoſiti ſunt ad bellum: puta eqtes qui pugnãt in equis, & pedites qui bene armati pugnant, & nautæ qui in nauibus pugnant, & expediti, leues armaturas habentes, vbi igitur accidit eſſe regionem, in qua ſunt multi bellãtes in equis ſm artem contingit fortem ſtatum paucorũ facere maxime ſi fuerint vnanimes inter ſe, cuius rõ eſt, quia ſtatui paucorum inſidiatur potentia multitudinis: ab ipſis autem poteſt ſaluari per potentiam equeſtrem, quæ præualet in armis: & iterum nutritiuæ equorũ ſunt factiuæ diuitiarum: & ideo pertinent ad eos qui habent ſubſtantias magnas, cuius modi ſunt in ſtatu paucorum. vbi autem eſt multitudo vtentium armis ad pedes & ad defenſionem, ad impugnationem cõtingit facere fortem ſtatum paucorum poſt primam, quæ dicta eſt: habere.n. multitudinem talium armorum & vſum eorum magis pertinet ad diuites, ꝗ ad egenos, qui diuites dominantur in ſtatu paucorum. Deinde cum dicit.

Expediti autem leuis armaturæ, & nautica turba à plebe eſt omnis. Nunc autem vbi talis turba multa eſt, quando ſeditio fit: deterius certant. Sed oportet huius medicinam capere à belli ducibus, qui ad equitum ac peditũ robur, expeditos leuis armaturæ ſolent coniungere, & cũ his ſuperant populi in ſeditionibus opu-

E lentos. Nam leues & expediti, contra equites & contra grauis armaturæ pedites, facile pugnant. Inſtituere igitur ex his potentiam iſtã, contra ſeipſos eſt inſtituere.

Declarat equę eſt multitudo, ex qua non contingit fieri fortem ſtatum paucorum: & primo facit hoc. Secundo tangit remedia per quæ contingit illam melius ordinari ad fortem ſtatum paucorum cũ dicit. {Sed oportet &c.} In prima dicit, ꝙ potentia multitudinis, quæ non vtitur armis, ſed ordinatur ad leues operationes: puta ad curſum, ad aſcenſum murorum, & naualis, quæ in aqua pugnat, omnino ſunt populares non paucorum: tales aũt propter defectum virtutis & rationis ſequuntur impetum: & ideo vbi eſt multa multitudo talium, ſi diſſenſionem habeant ad ſuperiores, pugnant, contendentes decertius contra eoſdem: & ideo non bene ordinabiles ſunt
F ad ſtatum paucorum. Secundo cum dicit. {Sed oportet &c.} tangit remedia. Primo vnum. Secundo cum dicit. {Sed oportet &c.} aliud. In prima dicit, ꝙ contra inordinationem & malitiam ꝓdictæ multitudinis oportet duces exercitus adducere remedium, videlicet adiungendo ad equeſtrem multitudinem, & etiam ad pedeſtrem: vtentem tamen armis tantum de multitudine expeditorum quantum eis congruit, & non plus, vt videlicet ad tantam multitudinem equeſtrium apponatur tanta multitudo expeditorum quãta eſt eis neceſſaria ad finem: ſic tamen ꝙ non præualeat in potentia & non ſit maior. Similiter autem & ad armatiuam: ratio autem quare expedit talem multitudinem ordinari bene in exercitu eſt, quia nos videmus, ꝙ popularis multitudo quã diſſentit à diuitibus, præualet contra eos propter virtutem expeditorum, quia expediti faciles exiſtentes, faciliter inſurgunt contra equeſtres, & etiã contra pedeſtres armatos, quia ipſi diuites ſunt & oppreſſiui ſuiipſius: &
G ideo expedit paucorum potentię diuitibus retinere ſibiipſis hanc potentiam expeditorum contra populares, & eos conſtituere & ordinare ſic, vt per beniuolentiam & bonam ordinationem cum eiſdem expeditis præualeant contra eos. Deinde cum dicit.

Sed oportet diuiſis ætatibus, cum alij ſeniores, alij iuniores exiſtant. In iuuenili adhuc ætate conſtitutos filios ſuos erudire ad leues & expeditas operationes. Delectos quidem ex pueris, Athletas eſſe ipſos operationum.

Ponit ſecundum remedium, quod etiam eſt ad declarationem dicti, dicens, ꝙ adhuc expedit paucorum ſtatui ad bonam ordinationem expeditorum diſtinguere ſm ætates, videlicet in iuniores & ſeniores ipſorum, & iuniores filios ipſorum exercere ad curſum, ſaltum, aſcẽſum: vlterius autem magis prouectos & fortiores conſti-
H tuere Athletas ad opera facienda: puta vel ad onera portanda, vel ad duellum, vel ad aliquod aliud tale, & ex hoc ſequuntur duo. Primo ꝙ beniuolentiam expeditorum habebunt quaſi habentes curam & ſolicitudinem de bona ordinatione ipſorum. aliud autem, quia ipſi iuuenes magis exercitati erunt in eis, quę expediunt ſtatui paucorum. Deinde cum dicit.

Conceſſio autem reip. populo facienda eſt, vel cum ad cenſum peruenerint, vt dictum eſt prius, vel vt faciunt Thebani, cum certum tẽpus à mercatura, & huiuſmodi exercitiis deſtiterint, vel vt apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſint, ad rempub. recipi, & qui excludi.

Ponit elementa ad ſaluandum potentatum paucorũ & primo ponit huiuſmodi elementa. Secundo cũ dicit.

{Sed

{Sed hoc &c.} tangit dicta non obſeruari nunc in paucorum ſtatibus. In prima ponit vnum elemētum. Secundo cum dicit. {Præterea &c.} ponit. Tertio cum dicit. {Congruit aūt &c.} ponit aliud. In prima dicit, ꝙ ad ſaluandum potentatum paucorum expedit aliquos de popularibus apponi reip. vt puta de his qui aliquam honorabilitatem habēt diuitiarum, vel ſicut fiebat Thebis: puta, ꝙ nullus accipiebatur ad remp. ipſorum qui non abſtinuiſſet á foro venalium per decēnium, ſicut dicebaẗ prius in quarto, vel ſicut obſeruabant in Maſſilia quadā alia ciuitate, qui diſtinguebant inter dignitatem eorum qui attingebant ad rempub. & eorum qui non participabant: & ſi inueniebant aliquos non participātes digniores vel æque dignos quibuſdam, qui participabant, aſſumebant ipſos vel aliquos ex eis: per talem enim appoſitionem populariū ipſi reipublicę magis diligunt ipſam: & ideo magis nituntur eam ſaluare: hoc tñ eſt obſeruandum ſicut dicebatur prius, ꝙ non aſſumatur magna multitudo talium: poſſunt.n. in ordinatione facere paucorū potentiam: ſed tanta, vt cum ipſa valētiores ſint reliqua multitudine regionis. Deinde cum dicit.

Præterea, dignitatibus his, quæ ſunt principaliſſimæ, quas ſuſcipere oportet eos q in reip. gubernatione verſantur, adiungenda ſunt onera publica, vt populus ſponte ſua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt, vtpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluentibus.

Ponit ſecundum elementum, dicens, ꝙ expediens eſt eos qui aſſumuntur ad pręcipuos & honorabiliores ꝓncipatus in tali repub. facere oblationes denariorum magnorum vel Deo vel communitati: ex hoc.n. ſequuntur duæ vtilitates, vna ꝙ populares non affectabunt principatus propter magnitudinem denariorum: & ideo magis quieti erūt, alia quia multum cōpatientur principantibus videntes eos multa expendere in eis: pauperes.n. diuitias maximum bonum reputāt, ex quo ſequitur maior quietatio ipſorum. Deinde cum dicit.

Congruit autem cum huiuſmodi magiſtratus ineunt, & ſacra magnificentiſſime facere, & publica quædam ędificia ad vſum populi cōſtruere, vt multitudo cernens vrbem ornari, tū muneribus erga deos, tum ędibus ad vſum publicum, libenter aſpiciat præſentem ſtatum ciuitatis. Continget etiam præſtantibus viris hęc eſſe monumenta ſuæ largitatis.

Ponit tertium, dicens, ꝙ adhuc expedit aſſumendos ad principatum ſacrificia magnifica facere & magnitudinem expēſarum, & facere aliquod conuiuium magnū toti ciuitati vt ſit populus participās conuiuio, & vidēs ciuitatem bene diſpoſitam & ornatā, & ſm ędificia communia & propria: & etiam multa ſeorſum poſita & dedicata ad honorem Dei gaudeat: & per conſequens velit manere rempub. & iterum magnitudo expenſarum expediens eſt inſignibus ſicut memoriale, & ad diffuſionē famæ, ſicut enim dicit Ariſt. in 4. Ethic. amantur maxime liberales omnium aliorum qui aliis præſtant virtutibus: vtiles enim ſunt & proſunt dando, propter quod magis diffunditur fama hominis per actum dationis liberalis. Conſequenter cum dicit.

Sed hoc non fit nunc ꝑ eos homines qui magni ſunt in paucorum potentia: ſed contrariū. Lucrum.n. quærunt non minus, ꝗ̃ honorem. Itaqꝫ dici poteſt recte, hos eſſe populares ſtatus paruos. Quomodo igitur inſtituendæ ſint, &

A paucorum gubernationes, & multitudinis, in hunc modum determinatum ſit.

Tangit contrarium eſſe in cōſuetudine modernorum, dicens, ꝙ ea quæ dicta ſunt non obſeruant moderni: qui regunt in paucorum repub. vel inſignes: non.n. quęrunt bonam famam magis, aut etiam honores, ſed magis extorſiones pecuniarum calumnioſe, ſeu qualitercunque, propter hoc modernæ reſp. paucorum ſunt prauæ reſp. populares, in quibus quæritur magis extorſio pecuniæ, ꝗ̃ honor: & tunc recapitulat, dicēs, ꝙ ex quibus, & quo modo contingit bene firmare ſtatus populares, & paucorum, male ordinatos intantum eſt determinatum.

LECTIO VII.

De magiſtratibus á quibus ciuitates adminiſtrandæ ſunt.

COnſequēs eſt circa magiſtratus videre di-
B ligenter quod hi ſint, & quales, & quibus de rebus, vt ſupra dictum eſt.

Poſtquam Philoſophus declarauit ex quibus & qualiter inſtituantur reſpub. minus rectæ: determinat nunc de principalibus earūdem, ſupplendo quod in fine quarti omiſerat: & circa hoc primo dat intentionem & rationem eius. Secundo cum dicit. {Primum ergo} proſequitur. Circa primum primo dat intentionem ſuam, dicens, ꝙ poſt ea quæ dicta ſunt oportet determinare ea q pertinent ad principatus: puta quot ſunt principatus neceſſarĳ in huiuſmodi rebuſpub. & qui ſecundum ſpeciē, & quorum ſint domini, ſicut dicebatur prius in fine quarti. Deinde cum dicit.

Sunt enim quidam magiſtratus, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Sunt etiam quidam ad cultum ornatumqꝫ pertinentes, ſine quibus be-
C ne habitari ciuitas non valet.

Dat neceſſitatem huius conſiderationis, & diuiditur in duo. Primo enim aſſignat rationem vnam. Secundo cum dicit. {Præterea &c.} aliam. In prima parte intendit rationem hanc de illis ſine quibus aut impoſſibile eſt eſſe ciuitatem, aut bene habitari: & conſequenter oportet determinare vel conſiderare rempub. ſed ſine principibus, aut non eſt poſſibile ciuitatem, aut non bene habitare, ergo &c. maiorem ſupponit ſicut manifeſtum, minorem ſubiungens, dicens, ꝙ ſine principatibus neceſſariis: puta ſine principatu principali & ducatu exercitus, & etiam iudicio & aliis huiuſmodi nō poteſt eſſe ciuitas ſine principatibus, aut qui curāt de bono ornatu ciuium quantum ad exteriora vel accidentia magis non poteſt bene habitari. Deinde cum dicit.

Præterea, neceſſarium eſt & in paruis quidē ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus. In ma-
D gnis autem, plures, vt prius oſtendimus. Quales ergo congruat ſimul coniungere, & quales ſeparare, non debet eſſe clam.

Ponit ſecundam rationem, dicens, ꝙ præterea in ciuitatibus paruis neceſſe eſt pauciores principatus & plures in vnum coniungi: tum quia pauciores ſufficiūt, tum quia non plures inueniuntur eſſe ſufficientes. In magnis autem ciuitatibus oportet plures eſſe & vnum diuidi in plures, ꝓpter oppoſitas cauſas, ſicut dictum fuit in quarto huius: oportet igitur ciuem non ignorare quales principatus conuenit coniungere in vnum, & quales diuidere in plures: hoc autem non contingit niſi ſciatur, qui & quot ſunt, & quorum domini, & quam habitudinem habent adinuicem, & qui propinquiores, & qui remotiores ſecundum naturam: ergo neceſſe eſt iſta præconſiderare. Deinde cum dicit.

Primum ergo cura rerum neceſſariarum, vt in foro aſſint, venũdenturque. Super qua quidem cura magiſtratus quidam eſt conſtituendus, cuius officium ſit circa contractus, & circa honeſtatem. Nam cunctis ferè ciuitatibus neceſſarium eſt emptiones venditionesq; fieri inuicem, pro vſu rerum neceſſariarum: & hęc facultas maxima, & expeditiſſima eſt, ad eãdem ſufficientiam conſequendam, cuius gratia, in vnam videntur conueniſſe reip. ſocietatem.

Proſequitur, & eſt intelligendum ꝙ ſimul determinat qui, & quorũ, & quot. Et diuiditur in partes duas, quia primo facit quod dictum eſt. In ſecunda com dicit. {Horum verò} ad quã rempub. pertineant quidam illorum magis. Adhuc circa primum primo declarat de neceſſariis magis. Secundo cum dicit. {Curam facere} de his q̃ ad bonum ornatum. Adhuc primo facit, quod dictũ eſt. Secundo cum dicit. {Neceſſarium ergo} Circa primum adhuc primo determinat de principantibus rebuſp. Secundo cum dicit. {Alia ſpecies} de his qui curant de diuinis. Circa primum adhuc primo determinat de principãtibus minoribus particularibus. Secundo cũ dicit. {Præter hos} de vľi & ſummo. Adhuc prima in duas. Primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Cum verò} de eo qui habet curam ſuper correctione & emendatione ipſorum. Circa primum adhuc primo determinat de principãtibus qui habent curam ſuper rebus exterioribus. Secundo de his qui habent curam de perſonis ciuium cum dicit. {Qui verò poſt} Circa primum duo facit. Qm̃ primo determinat de his qui habent curam ſuper rebus exterioribus. Deinde cum dicit. {Altera verò} de eo qui habet curam de reſcriptis ſuper prædictis & acceſſoriis. Prima diuiditur io tres. Primo determinat de eo qui habet curam de his quæ circa forum. Secundo cum dicit. {Alia verò &c.} de his quæ circa ædificia & immobilia. Tertio cum dicit. {Eſt & alius} de eo qui habet curam ſuper redditibus cõmunibus. In prima parte dicit, ꝙ primo oportet eſſe quendam principatum circa forum eorum quæ ſunt neceſſaria ciuitati, qui aſpiciat ꝙ contractus talium iuſte & legitime fiant, & etiam ædificia circa forum bene ornata ſint: puta in quibus fiunt huiuſmodi contractus, cuius ratio eſt, quia in omnibus ciuitatibus fere neceſſe eſt aliqua recipere per emptionem, & aliqua emittere ꝑ venditionem: & quãtum ad totam ciuitatem & reſpectu aliorum, & quãtum ad ciues inter ſe: fere autem dicit, quia contingit eſſe aliquam ciuitatẽ per ſe ſufficientem, in qua hoc noo eſt neceſſariũ, & hoc eſt conuenientiſſimum ad per ſe ſufficientiam: eſt enim ciuitas cõmunitas perfecta omnis per ſe ſufficientiæ terminum habens, vt dicebatur in primo, propter quã conuenerunt in vnam ciuilitatem: quia. ſ. vna domus non eſt ſibi ſufficiens: ideo cõiungitur aliĳ in vico, & q̃a vnus vicus nec pauci ſufficiunt ſibi omnino, ideo plures coniunguntur in ciuitate vna quæ per ſe ſufficiens eſt: per ſe autem ſufficiens oon poteſt eſſe niſi per commutationes mutuas, quæ fiunt per emptionem & venditionem, vel inter ſe vel ad alios legitime factas: hoc autem noo eſſet niſi eſſet aliquis dirigens & reducens inæquale ad æqualitatem per ſapientiam & publicam poteſtatem: hoc aũt eſt principatus: eſt igitur neceſſarius principatus quidam circa contractus. Deinde cum dicit.

Altera verò cura huic coniuncta ac propinqua eſt, circa vrbẽ de publicis priuatisq; rebus, de ędificatione decenti, de viarum cõſeruatione ac directione, de finibus regẽdis vt ſine querela ſint, & de ſimilibus. Vocant autem pluri-
E mi huiuſmodi magiſtratum ędilitatem, partes eius verò ſunt plures, vt in magnis ciuitatibus aliæ ſuper alias incidunt, ceu mœnibus reficiẽdis præfecti, & fontium curatores, & pontum ac portuum conſeruatores.

Determinat de principaribus, qui curant de ædificiis publicis & propriis: & primo de his qui curant de his, quæ in ciuitate. Secundo cum dicit. {Alia verò} de his quæ extra. In prima parte dicit, ꝙ alius eſt priocipatus conſequenter ſe habens ad iſtum & propinquus eidem, qui habet curam de ędificiis communibus, & propriis, & ſtratis, & aquæductibus, & aliis huiuſmodi qualiter fiant vt expedit & bene diſpoſita ſint, ſm ꝙ expedit ciuitati, & qualiter ruinoſa ædificia reparentur, & qualiter confinia ædificiorum ſic determinentur vt ſint ſine querela, & de aliis huiuſmodi, quæ ſunt ſimilia huic curæ: quidam autem vocant hunc principatum ædilitatem:
F prædictus autem principatus plures partes habet ſecundum modum, quarum aliæ & aliæ ad alia & alia ordinantur in ciuitaribus magnis: puta factores mororum, & curatores fontium, & cuſtodes portus, & fortiliciorum ciuitatis. Deinde cum dicit.

Alia verò eſt cura & quidem neceſſaria atq; huic ꝓpinqua: nam de eiſdem rebus cæterum non in vrbe, ſed extra vrbem in agro verſatur. Vocant autem huiuſmodi magiſtratum, aliĳ diffinitores, aliĳ cuſtodes agrorum. Hæ igitur procurationes ſunt tres.

Determinat de his, quæ in regione dicẽs, ꝙ alius principatus eſt neceſſarius conſimilis prædicto: de illis enim eiſdem, de quibus curat prædictus eſt iſte extra ciuitatẽ in regione: puta ille qui curat de caſtris, & ædificiis, & aquæductibus, & confinibus agrorum, & aliorum quæ
G ſunt extra ciuitatem. Appellant autem quidam iſtos diffinitores, aliĳ cuſtodes agrorum: iſti igitur ſunt tres principatus oeceſſariĳ. Deinde cum dicit.

Eſt & alius magiſtratus ad quẽ redditus publici referuntur, qui apud eos conſeruati, mox diſtribuuntur ad ſingulas opportunitates. Vocant verò iſtos receptores & quæſtores.

Determinat de eo qui habet curam circa redditus cõmunes dicens, ꝙ alius eſt principatus, qui habet curam circa communes redditus, ad quem tria pertinent, ſ. recipere ipſos á differentibus & cuſtodire receptos & diſtribuere quod oeceſſarium eſt in vnaquaq; diſpenſatione ſm ordinationem ciuitatis vel ſuperiorum, & vocantur á quibuſdam receptores á recipiendo, á quibuſdam aũt quæſtores. Deinde cum dicit.

Alter verò magiſtratus eſt apud quem præ-
H ſcribi oportet priuatos contractus & ſentẽtias iudicum, apud quos etiam poſtulationes, vocationesq; in ius præſcribi debẽt. Quibuſdam in locis huiuſmodi magiſtratum diuidunt in partes plures: ſed eſt vna eademque auctoritas iſtorum omnium, appellãtq; eos qui hunc magiſtratum gerunt, tum præfectos, tum memoriales, vel ſimilibus nuncupationibus.

Determinat de eo coram quo fiunt reſcripta de contractibus & iudiciis, dicens, ꝙ alius eſt principatus, ad quẽ referuntur oĩa reſcripta circa cõtractus & iudicia vt habeant auctoritatem. ſ. per ſigni eius appõoem, apud quos etiam oportet manere regiſtrum cũ reſcripto contractuum & ſententiarum, & etiam eorum q̃ inducuntur

in

in ciuitate. Iſte verò principatus in ciuitatibus maioribus diſtinguitur in plures: ſed vnum oportet eſſe principalem oīum, ſicut nunc videmus in curiis magnatum aliquē eſſe cancellarium ꝑncipalem & alios plures eſſe ſub eo: puta notarios & regiſtrarios, & hmōi: & vocantur à quibuſdam ꝑfecti vel memoriales, quia apud eos debet remanere memoria magnorum quæ fiunt in ciuitate. Ab aliis aūt aliis nominibus propinquis. Deinde cum dicit.

Qui verò poſt hunc ſequitur, ſumme neceſſarius eſt, ac difficillimus oīum magiſtratuum. Verſatur aūt circa executiones eorum q damnati ſunt, & circa eorum pœnas atq; cuſtodias.

Determinat de eo qui principatur ſuper ipſa ſubſtantia ciuium: & primo de eo qui habet curam ſuper actionibus condēnandorum & præſcribendorum. Secundo cū dicit. {Poſt hos} de eo qui habet curam ſuper cuſtodia ciuium. Circa ꝑmum primo oſtendit, ꝙ principatus talis grauis & neceſſarius eſt. Secundo cum dicit. {Contingitq;} tangit quoddam accidens circa ipſum. Primū primo facit, quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Præterea melius eſt} tangit quædam expedientia ad mouendum grauitatem ipſius. Circa primum primo proponit. Secundo cum dicit. {Eſt autem grauis} ꝓbat. In prima dicit, ꝙ poſt præcedentem principatum qui maxime neceſſarius eſt, ſicut primum principium in vnoquoq; genere, & eſt maxime difficilis inter omnes: puta ille qui curat de exactionibus condemnandorum ad mortem, & relegandorum ſm accuſationes inſcriptas: & circa cuſtodiam corporum ipſorum antequam condemnentur, aut proſcribantur. Deinde cum dicit.

Eſt autem grauis huiuſmodi adminiſtratio, propter multas quæ inde proueniunt, inimicitias. Itaq; niſi magna emolumenta ex eo capiātur, gerere illum omnes recuſant. Et ſi gerant, ſm leges facere non tolerant.

Probat vel aſſignat rationem iſtorum: & primo grauitatis ipſius. Secundo cum dicit. {Sed eſt neceſſaria} aſſignat rōnem neceſſitatis. In prima dicit, ꝙ principatus prędictus grauis eſt valde, ꝓpter multas inimicitias multorum: amici.n. condemnandorum & proſcribendorum habent ad ipſum odium vt in pluribus: ſiquidem ille vel illi qui diligunt aliquos, ſunt inimici inimicorum illorū: & tanta eſt inimicitia ad ipſum, ꝙ vbi non cōtingit multum lucrari, pauci aut nulli ſuſtinerent pręeſſe in iſto ꝑncipatu: & ſi ſint aliqui qui ſuſtineant, nolunt procedere in ipſo ſm rigorem legum, timentes inimicitias vel offenſionem: timor enim & amor ſæpe ſolent peruertere iudicium principantis. Deinde cum dicit.

Sed eſt neceſſaria res. Nam nihil prodeſſent iudicia, aut ſententiæ, niſi forent qui eas executioni mandarent. Quare ſi hęc deſint, communio inter ſe ciuium permanere non poteſt.

Probat vel aſſignat cauſam neceſſitatis, dicens, ꝙ neceſſarius quidem eſt huiuſmodi principatus: quia nihil proficuum eſt recte ſm iuſtitiam ſententiare de actionibus, & ſententias rectas non deducere ad finem per executionem. In operabilibus enim iudicium rectum eſt ꝓpter operationem ſicut propter finem: agere autem aliquid eorum quę ſunt ad finem per ſe & non deducere ad finem vel attingere, non eſt proficuum: propter quod ſi impoſſibile eſt cōmunicationem ciuium inuicem ſaluari non factis ſententiis rectis de controuerſiis ſuborientibus inter ipſos: impoſſibile eſt eādem cōmunicationem ciuium adinuicem ſaluari, niſi ſententiæ latæ recte executioni demandentur. Si igitur neceſſarium eſt in ciuitate communicationem ſaluari neceſſitate, quæ eſt in ordine

A ad finem: neceſſarium eſt eadem neceſſitate, iuſtas ſententias demandare executioni: hoc aūt principaliter fit per huiuſmodi principatum, quare hmōi principatus neceſſarius eſt ſi debeat ſaluari cōicatio. Deinde cum dicit.

Præterea, melius eſt non vnum hunc eſſe magiſtratum: ſed partiri in plures, vt alij de aliis iudicia exequantur. Et circa actiones eodem modo conandum eſt diſtinguere: adhuc etiam magiſtratus alios aliis exequendis, & nouorū, magis nouos. Et præſidentium alio condemnante, alij ſint qui exigāt, ceu prætores vrbani, ędilium condēnationes, ac rurſus iſtorum, alij.

Tangit quędam expedientia circa ipſum: & diuiditur in partes duas. Primo tangit quædam documenta & rationem aſſignat. Secundo cū dicit. {In multis etiā &c.} B adiungit aliud. Circa primum primo tāgit documenta. Secundo cum dicit. {Quanto enim} aſſignat rationem. In prima dicit ꝙ quia huiuſmodi principatus eſt neceſſarius & grauis, & expedit iſtum principatum nō eſſe vnū tantum: ſed diſtingui in plures & alios ex aliis iudiciis accipere: vt puta ꝙ alius ſit qui audiat accuſationē, alius qui inquirat: alius autem qui ſententiat, & ſimiliter eos qui circa reſcripta intendunt oportet tentare, diuidere: puta vt vnus ſcribat accuſationem, alius inquiſitionem, alius ſententiam. Iterum expedit quoſdam de iſtis agere aliqua, & quoſdam alia: puta eos qui magis fuerunt in principatu iudicare minus periculoſa: nouos autem noua, & veteres magis periculoſa: & iterum negociorū inſtantium, ſi alter condemnauerit alterum exequi. verbi gr. eos quos principantes intra ciuitatem condemnauerint, principantes extra ciuitatem magis puniant exequendo, & econtrario. Deinde cum dicit.

Quanto enim minus inimicitiarum ſit illis, C qui executioni demandant, tanto magis res finem ſuſcipient. Si ſint ergo iidem qui cōdemnant, & qui condemnationes exigunt, duplex cōtrahitur odium: in omnibus autem eoſdem cunctis inimicum eſt.

Aſſignat rationem, dicens, ꝙ iſta obſeruanda ſunt: quoniam quanto minor erit inimicitia huiuſmodi, principatibus, tanto ſentētię & executiones magis de fine accipient. Eoſdem autem eſſe condemnantes & exequētes inimicitiam habent propter duo, tum quia condemnat, tum quia exequitur: eos autem omnia tractare, quę pertinent ad dictum principatum, inimicitiam habet quātum ad omnia: ſi autem diuidantur, ita ꝙ alter ſit condemnans, & alter ſit exequens, & diuerſa diuerſis attribuantur: diuidetur inimicitia, quare minor erit ad ſingulos, & ſententiæ, & executiones magis finem accipient, quod eſt expedientius. Deinde cum dicit.

D Multis etiam locis ſeparatur ille qui cuſtodit reos, ab illo q animaduertit in eos, vt Athenis illi qui vndecim viri nuncupantur. Quapropter melius eſt hunc quoq; diuidere magiſtratum, & quaſi adumbrare, & mitigare: eſt.n. neceſſarius non minus ꝙ ſuperior.

Adiungit aliud, dicens, ꝙ in multis ciuitatibus diuiſi ſunt, ille qui cuſtodit illos qui condēnandi ſunt: & ille q exequitur ſententiam, ſicut Athenis illi qui vocabantur vndecim viri: & ideo expedientius eſt & iſtos ſeparare, & alia ſophiſmata & adūbrationes circa hoc facere per quæ contingat minorem eſſe inimicitiam: & per conſequens minus grauem principatum: neceſſarius enim eſt & non minor prædicto. Deinde cum dicit.

Cõtingitq́ꝫ in eo, vt viri boni maxime vitẽt hoc officium: prauos autem nequaquã tutum ſit ei præficere, cum ipſi potius indigeãt cuſtodia, & carcere, q̃ alios debeant cuſtodire.

Tangit accidens inducens impedimentũ circa ipſum: & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Itaq; oportet} tangit remedia. In prima dicit, q; propter difficultatem, quæ eſt in iſto principatu viri boni fugiunt huiuſmodi principatum: malos aũt non eſt ſecurum apponere in ipſo: mali.n.magis indigent regula & cuſtodia aliorum q̃ poſſint alios regere, vel etiã cuſtodire regulans.n.aliũ in ſe oportet eſſe regulatum prius. Deinde cum dicit.

Itaq; oportet hoc, non vnum eſſe officium, neq; continuo ab eiſdem fieri: ſed vbi eſt aliqs iuniorum ordo aut cuſtodũ aut magiſtratuũ, deputandi ſunt pro tempore alij, atq; alij, qui F horum officiorum ſuſcipiãt curam. Hos ergo magiſtratus tanquam ſumme neceſſarios, ponendum eſt eſſe primo.

Tangit remedia, dicens, q; quia boni fugiunt principatum iſtum propter cauſam prædictam, expediens eſt non eſſe tantum vnum principantem in huiuſmodi negocio, nec etiam continue eoſdem principari: ſed modo hos, modo alios, quia etiam nos videmus, q; vbi eſt aliquis ordo iuniorum, vel vbi eſt ordo cuſtodiarum ciuiũ & principatuum, oportet iſtorum curam facere particulariter, nunc quidem hos, nunc autem illos. Iſti autem principatus qui dicti ſunt, ponendi ſunt neceſſarij & primi reſpectu prædictorum prius. Deinde cum dicit.

Poſt hos autem alij ſunt magiſtratus, nec ſanè minus neceſſarij, & maioris quidem dignitatis: nam plurima indigent experiẽtia & fide. G Tales vero ſunt circa cuſtodiam vrbis; & circa illa omnia, quæ ordinantur ad bellicas expeditiones. Opus eſt enim. & in pace, & in bello, pro multis: nam & mœnia ciuitatis curanda, tuendaq́ꝫ ſunt, & diſqſitiones, deſcriptionesq́ꝫ ciuium agendæ.

Inquirit vel proſequitur de eo qui habet curam ſuper cuſtodiam ciuium, & circa hoc primo dat neceſſitatem ipſius. Secundo cum dicit. {Alicubi ergo} tangit eius diuiſionem. In prima ipſe dicit, q; poſt prædictos principatus neceſſe eſt ponere alios non minus neceſſarios ſi debeat ſaluari cõmutatio ciuilis: ordinatos tñ in excellentiori gradu dignitatis, qm̃ indigent ad executionem principatus prudentia multa, quæ habetur per experientiam longi temporis, & multa fide, i. multa fidelitate. H Iſti autem ſunt qui cuſtodiunt ciuitatem, & ordinantur ad opportunitates bellicas contra inimicos ciuitatis. Expedit.n.ſi debeat ſaluari eſſe curatores ipſius, & in tẽpore pacis, & in tempore belli. Tales etiam ſunt illi ad quos pertinet cuſtodire portas & muros: ſimiliter illi q habent curam exquirendi inſidias, & de ordinatione ciuium adinuicem pacifica. Tales autem ad recte operandum indigent prudentia multa & fidelitate, quia indiſcretio & infidelitas ipſorum de facili induceret corruptionem ciuitatis. Deinde cum dicit.

Alicubi ergo ſuper his plures ſunt magiſtratus. Alicubi pauciores, veluti in paruis quidẽ vrbibus, vnus ſuper omnibus. Appellant verò hos prætores, vel cõſules. Inſuper ſi ſint equites, aut pedites, aut ſagittarij, aut turba naualis, E ſuper vnoquoque eorum præfecti quidem ſtatuuntur: appellanturq́ꝫ præfecti equitum, præfecti legionũ, præfecti nauales, & ſeorſum ſub his, præfectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huiuſmodi particularia. Totum verò, vnum aliquid eſt, procuratio, ſcilicet rerum bellicarum. Et erga huiuſmodi, magiſtratum hoc modo ſe habet.

Tangit diuiſionem ipſius dicẽs, q; iſta cura in quibuſdam ciuitatibus continet principatus plures, ſicut in magnis & magis ordinatis ad bellum. In aliis autem pauciores, ſicut in paruis ciuitatibus contingit aliquẽ vnum de ciuibus præfici in tota cura vel aliquos paucos, & aliqui vocant iſtos principatus, ducatus exercitus, alij principes belli. Iterum ſi in ciuitate inueniantur equites multi, aut pedites, ſicut expoſitum eſt prius, aut ſagittarij, q ordinantur ad pugnam ſagittando, vel nautici, qui pugnãt in nauibus, aut aliqui alij tales ſuper vnumquodq; iſtorum ſi in maioribus ciuitatibus ordinantur aliqui principantes, ex hoc nominationem habentes, ſicut præfecti nauales, & equitum, & legionum. Et adhuc magis particulatim ſub vnoquoque iſtorum ſunt multi principatus particulares: puta in nauticis præfecti triremium, ſiſt & ille qui habet curam ſuper diſpoſitione inſidiarũ: & illi qui dicuntur præfecti cohortum & tribuni militum: & quicunq; alij tales diuerſitatem talem habent. Omnia tñ iſta habent vnam ſpeciem curæ cõmunem, quæ dicitur cura belli: & per conſequens vnum principatum ſupremum ad quem omnes alij ordinantur: hoc ergo modo ſe habent circa principatum. Deinde cum dicit.

Cum verò quidam magiſtratuum, & ſi nõ omnes pertractent multa negociorum publicorum: neceſſe eſt eſſe altum magiſtratum qui G rationes repetat atque corrigat, ipſe verò nihil tractet. Vocant verò hos alij correctores, alij rationales, alij ſcrutatores, alij procuratores.

Proſequitur de eo, cuius eſt corrigere alios quoſdam principatus dicens, quoniam quidem principantes in ciuitate, quãuis non omnes habent tractare bona communia, ſ. colligendo & diſpenſando. Difficile autem eſt huiuſmodi bona tractare ſine aliqua inquinatione vel appropriatione: eo q; omnes habent appetitum huiuſmodi bonorum, ſi non ſint ſtudioſi & fideliſſimi viri, neceſſarium eſt eſſe aliquem principatum ſuper iſtos, cuius ſit ſumere rationem ſuper receptis & expenſis, & corrigere vbi inuenerit delinquentes. Aliter enim contingeret diſtractio in bonis communibus ciuitatis & iniuſtitia: expedit autem, q; ille principatus ſuper nullo alio habeat curam, vt diligentius poſſit curare de prædictis: vocantur autem iſti principatus à quibuſdam correctores, eo H q; corrigere habent delinquentes: à quibuſdam verò rationales, eo q; debent audire rationes, à quibuſdam ſcrutatores: eo q; habent exquirere diligenter, ab aliis procuratores. Deinde cum dicit.

Præter hos verò omnes magiſtratus, vnus eſt maxime principaliſſimus omnium: idem enim plerũque habet finem & introductionẽ, qui præſidet multitudini, vbi populus dominatur. Oportet autem id quod cogit ſummam habere in repub. auctoritatem. Appellantur verò quibuſdam in locis præconſultores, ex eo quia ante deliberant: vbi verò multitudo eſt, conſilium magis. Ciuitatum igitur magiſtratus ferè tot aliqui ſunt.

Determinat

Determinat de maximo principatu dicens, ꝙ præter prædictos principatus eſt alius neceſſarius,ille.ſ.qui habet dominium ſuper omnibus, & ad quem omnes alij ordinantur á quo accipientes rationem operandi diriguntur in eis quæ ſubſunt curæ ipſorum, & ad quem finaliter reducuntur omnes operationes ciuitatis:oportet autem id quod cogit ſummam habere in repub. auctoritatem: appellant autem quibuſdam in locis præconſultores: ex eo quia ante deliberant: vbi veró multitudo eſt, conſilium dicitur. Deinde cum dicit.

Alia ſpecies curationis eſt circa rem diuinam, ceu ſacerdotes, & æditui circa templa, vt conſeruentur quæ ſunt, & erigantur ruinoſa ædificia, & cætera omnia,quæ pertinent ad diuinum cultum.

Determinat de principatu qui dirigit in his quæ ad Deum pertinent,& circa hoc duo facit. Primo.n.præmittit opportunitatem ipſorum. Secundo cũ dicit. {Euenit autem} ponit diſtinctionem iſtius principatus vel vnionem in diuerſis ciuitatibus. In prima dicit, ꝙ alia eſt ſpecies principatus neceſſaria in ciuitate: puta eorum quæ ad diuina pertinent, cuius ſunt Sacerdotes ſacra tractantes, & eorum qui curant de ædificiis ſacrarum domuum qualiter ſalua maneant: & ſi aliqua decidant erigantur, & etiam aliorum quorumcũque, quæ ad cultum diuinũ ordinantur. Deinde cum dicit.

Euenit autem alicubi curam hãc eſſe vnam, vt in paruis ciuitatibus: alibi veró plures ſeparata á ſacerdotio, vt ſacrificuli, ac æditui, & cuſtodes ſacrarum pecuniarum. Huic conſequẽs eſt illa quæ circa ſacrificia publica, quotcũque ſacerdotibus lex non cõmittit, ſed ex publico fiunt. Vocant aũt eos qui iſtis præſunt, alij reges ſacrorum, alij pontifices maximos.

Ponit diuiſionem & vnionem eius rebuſp. diuerſis, dicens, ꝙ iſte principatus alicubi eſt vnus tantum curans de omnibus quæ pertinent ad prædictum cultum, ſicut in ciuitatibus paruis: alicubi autem ſunt multi & ſeparati principatus: puta ſacrificia offerentes & cuſtodes templorum & ærarij ſacrarum pecuniarum Deo dedicatarũ: conſequenter autem ille qui ordinatur ad diſpenſandas immolationes cõmunes, quas non aſſignauit lex ipſis ſacerdotibus, ſed recipiunt ipſas á menſa cõmuni. Erant.n. apud Gentiles quædam quæ immolabantur, quæ ſacerdotes accipiebant de propriis: quædam autem quæ miniſtrabãtur eis á cõi. & iſti á quibuſdam vocabant reges, á quibuſdam veró pontifices maximi. Deinde cum di.

Neceſſaria ergo officia ſunt circa hæc, vt illa repetamus circa rem diuinã, circa rẽ bellicam, circa redditus publicos, & impenſas circa forũ, circa vrbem, & portus, & regionem. Inſuper circa iudicia, & cõtractus, poſtulationes & executiones, & cuſtodias, & ſuper rõnibus & diſquiſitionibus, & ſuper correctionibus eorum, quæ quis geſſerit in magiſtratu: & finalr̃ circa conſilia hæc cõia: propriè aũt earum ciuitatũ, quæ magis pacatæ atq; tranquillæ ſunt.

Recolligit prædictos principatus, dicens, ꝙ principatus neceſſarij, vt contingit dicere, in ſumma ſunt de his: & circa hoc, puta principatus circa rem diuinam: & principatus circa bellica, & ille qui curam habet ſuper acceptione reddituum & diſpenſatione eorum, & ille qui habet dominium circa forum quantum ad cõmutationes,

A & ille qui circa municipium ciuitatis & exterius circa portum & regionem ſubiectam ciuitati: iterum ille qui circa iudicia & circa ſcripturas cõmutationum, & circa executiones ſententiarum, & ille qui habet curam ſuper cuſtodia ciuitatis & regionis, & ille qui habet audire cõpoſitum & corrigere delinquentes, & finaliter circa conſilia. In ciuitatibus autem, quæ magis vacant ab exterioribus bellis, & intendunt ſpeculationi, & magis delectãtur circa talia: ſunt alij proprij principatus, de quibus nunc dictum non eſt, nec de repub. talium ciuitatum: ſed tantum dictum eſt de principatibus pertinẽtibus ad ſtatum paucorum & popularem, de quibus erat prius determinatum, quamuis quædam iſtorum pertineant etiã ad prædictas ciuitates. Deinde cum dicit.

Curam facere de mulierum diſciplina, de legibus ſeruandis, de diſciplina iuuentutis, de gymnaſiorum gubernatione. Præterea de lu- B dis gymnicis ac muſicis, & ſiqua alia huiuſcemodi ſpectacula continget fieri.

Determinat de principatibus non neceſſariis magis, dicens, ꝙ adhuc præter principatus prædictos & neceſſarios ſunt alij principatus curantes de bono ornatu ciuitatis & ciuium: de mulierum diſciplina, & de cuſtodia legum: ita ꝙ nullus trãſgrediatur, & de lege puerorum: puta diſciplina & cura ipſorum, de gymnaſiorum gubernatione: iterum de ludis gymnaſticis, in quibus homines exercebant ſe nudi: & de muſicis, & aliis huiuſmodi ſpectaculis. Deinde cum dicit.

Horum veró quædam manifeſte ſunt non popularia, veluti diſciplina mulierum & puerorum. Nam pauperibus neceſſe eſt vti mulieribus, & pueris, tanquam miniſtris, quoniam C ſeruos non habent.

Declarat ad quas reſpublicas pertineat quidẽ horum principatuum: & primo declarat hoc de quibus minus principalibus. Secundo cũ dicit. {Cũque tres ſint &c.} de principalibus. In prima dicit, ꝙ quidã iſtorum principatuum non competunt ſtatui populari: puta principatus mulierum, puerorum lex, vel principatus: & ratio huius eſt, quia in populari ſtatu eſt multitudo egenorum: egeni autem neceſſe habent vti mulieribus & pueris tanquam quibuſdam cõſequentibus de neceſſitate ad operationes neceſſarias & ſeruiles propter carentiam ſeruorum: hi enim quia ſeruos non habent vtuntur mulieribus & pueris ſicut ſeruis. Deinde cum dicit.

Cumq; tres ſint magiſtratus, per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates, conſeruatores legum, & præconſultores, & conſilium. Cõſeruatores legum optimatum magiſtratus D eſt: præconſultores veró, paucorum potentiæ. Conſilium autem, populare. De magiſtratibus ergo, vt in figura, ferè dictum eſt omnibus.

Declarat hoc idem de quibuſdã principatibus dicens, ꝙ cum ſint tres principatus ſm quos eligunt alios principales principatus, ſ. conſeruatores legum, præconſultores & conſilium: legum conſeruatores pertinent ad ſtatum optimatum, quia legum conſeruatores prudentia indigent & virtute quæ ſunt principalia in ſtatu optimatum. Præconſultores autem pertinent ad paucorum ſtatum. Conſilium veró ad popularem: ſic igitur in typo, & figuraliter dictum eſt fere de omnibus magiſtratibus.

POLITICORVM ARISTOTELIS

LIBER SEPTIMVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Optimam abſolute ciuitatem oſtendit, tum felicitatis habita ratione quã per optimum virum conſequitur, tum eorum quæ ad felicitatem ducunt, moderata ciuium multitudine, ſufficienti regionis vbertate, accõmodato vrbis ſitu, eximia magiſtratuum moderatione, promptu tam in bello q̃ in pace ſubditorum miniſterio, conuenienti fœminarum obſeruatione, & apta liberorum educatione.

LECTIO PRIMA.

Quòd optima vita, & priuatim vnicuique, & publice, ciuitatibus, eſt ad virtutem viuere reliquis bonis ad id adiuuantibus.

DE optima repub. recte quærere volenti neceſſarium eſt prius determinare, quæ vita ſit maxime expetenda. Nam ſi id ignotũ ſit, neceſſe eſt & optimam rempub. ignorari. Optime.n.agere conſentaneum eſt, qui ſub optima reipub. diſciplina reguntur ex his, quæ ſibi aſſint, niſi quid accidat præter rationem. Quare primo ſtatuẽdum eſt quæ vita ſit cunctis, vt ita dixerim, maxime optanda. Deinde vtrũ publice & priuate eadẽ ſit, an alia.

POſtquam Ariſtoteles declarauit ex quibus, & qualibus, & qũo inſtituenda eſt reſpu. minus recte ordinata, intendit nunc declarare qũo, & ex quibus inſtituenda eſt ſimplr̃ optima, ſiue ſit reſpub. cõmuni nomine nominata, ſiue reſpu. optimatum, ſiue regnum. Et circa hoc primo pręmittit quędam pertinentia ad declarationem intenti ſui. Cũ dicit. {De repu. aũt ipſa &c.} oſtendit ex quibus & qualibus eſt inſtituenda. Ad inſtituendum autem rempu. optimã oportet præcognoſcere quædam ex parte formæ ipſius reip. quæ ſumitur ex rõne ipſius finis. Quædam aũt ex parte materiæ, quæ ſunt ciues ipſi, & locus, & habitatio. Et ſm̃ hoc circa primum duo facit, quĩ primo inquirit de fine ipſius reip. Secundo cum dicit. {De reliquis dicendum &c.} inquirit de materia. Circa primum adhuc primo præmittit intentionem ſuam. Et ſecundo cũ dicit. {Putantes &c.} proſequitur. Circa primũ dat intentionem ſuam reſpectu duorum, dicens primo, ꝙ qui vult facere inquiſitionem certam & conueniẽtem materię ſubiectæ de repu. optima ſimplr̃ non ex ſuppoſitione, neceſſe habet prius conſiderationem facere, quæ vita ſit eligibiliſſima ſimplr̃, i. quę ſit actio optima ſimpliciter. Dicitur.n. vita vno modo de hoc, quod eſt principium motus ex ſe, ſicut dicitur ꝙ anima & vita ſunt idem. Conſequenter autem dicitur de operatione procedente ab huiuſmodi principio intrinſeco, ſicut dicimus, ꝙ ſentire & intelligere ſunt vitæ quædam: & ſm̃ hoc eligibiliſſimum hominis eſt vita optima, vel actio eius ſm̃ excellẽtiorem animæ potentiam. Et rationem huiuſmodi aſſignat, quĩ ſi non fuerit manifeſtum, q̃ ſit optima operatio hominis ſimpliciter, non erit manifeſtum q̃ ſit optima reſpu. ſimpliciter: quĩ optime verſantes in rep. neceſſarium eſt attingere ad optimam vitam ſeu actionem hoĩs, aut ſimpliciter, aut ſm̃ exigentiam diſpoſitionum inexiſtẽtium, ſm̃ quarum diuerſitatem neceſſarium eſt actionem ſeu finem diuerſificari, ſicut actionẽ artificis optimã neceſſe eſt diuerſificari ꝑ diuerſitatem materiæ, ex qua operat. Dico aũt ꝙ optime verſantes in rep. oportet attingere ad optimam operationẽ, niſi fuerit aliquid qđ accidet p̃ter rõnem: puta vel defectus naturæ, vel alicuius exteriorũ, q̃ neceſſario exigunt ad optimam actionẽ. Igitur volentem conſiderare de optima rep. oportet primo p̃accipi, ſicut manifeſtum eſt, q̃ ſit vita optima, vel etiam actio eligibiliſſima omnibus hoĩbus, vt eſt dicere, ꝙ adiungit ꝓpter hoc, ꝙ qdam ſunt male nati, vel in malis cõſuetudinibus nutriti, q̃ vix aut nunq̃ poſſunt attingere ad optimam vitam ſeu actionem hoĩs. Conſiſtit aũt virtus rationis eius in hoc, quia ad cognitionem cuiuſcũq; oportet p̃cognoſcere ea, ex quibus per ſe ſumitur rõ. Per hanc enim cognoſcitur vnũquodque. Rõ autem optime reip. ſumitur ex optimo fine hominis, ſicut vr̃ ratio operabilium ex rõne finis. Finis aũt optimę reip. eſt optimus finis hominis, quia reſpub. non eſt aliud q̃ ordo ciuitatis,

F ſicut dicitur tertio huius. Ratio aũt ordinis ſumitur ex fine, & iõ ad cognitionem optimæ reip. oportet præcognoſcere q̃s ſit optimus finis hominis ſeu actio. Deinde dat intentionem ſuã reſpectu alterius dicens, ꝙ poſt hoc erit conſiderandum vtrum eadẽ ſit optima vita vel actio vniuſcuiuſq; ſeorſum viuẽtis ciuis & totius ciuitatis, an alia & alia huiuſmodi & illius. Deinde cum dicit.

Putantes igitur multa ſufficienter eſſe dicta de optima vita, etiam in externis ſermonibus: & nunc illis vtendum cenſemus. Nẽpe aduerſus hanc diuiſionem nemo vtiq; refragabiť, ꝙ tria cũ ſint bonorũ genera, externa, corporis, & animi, iſta omnia adeſſe felici homini oportet.

Proſequitur, & primo inquirit quæ ſit optima vita hominis, vel optimus finis. Secundo cum dicit. {Vtrum autem &c.}

G Vtrum eadẽ vnius & totius ciuitatis, optima autem vita, ſeu actio eſt felicitas. Primo igitur inquirit, q̃ ſit felicitas hoĩs. Secundo q̃ ipſius ciuitatis cum dicit. {Conſequens eſt &c.} Circa primum primo præmittit ſuppoſitionem prædictam. Secundo cum dicit. {Nemo enim dicere &c.} manifeſtat eam quantum ad alteram partem. Circa p̄mum intelligendum eſt, ꝙ bonum hoĩs eſt eſſe perfectum ipſius hoĩs, quia bonitas ꝑfectio quædam eſt. Homo aũt cõpoſitus eſt ex corpore ſicut ex materia & ex aĩa ſicut ex forma: & iõ quoddam eſt eſſe eius perfectum quo ad corpus. Quoddam aũt ſm̃ aĩam, & adhuc q̃a ad perfectionem aĩæ & corporis indiget q̃buſdam exterioribus, ſicut organis puta nutrimento & aliis hmõi. Eſt aliud eſſe perfectum hois quantum ad iſta bona exterius: & iõ eſt triplex bonum hominis, ſ. bonum ſm̃ aĩam, & ſm̃ corpus, & exteriora bona. Felicitas aũt cum ſit bonum perfectiſſimum ipſius hominis aggregat omnia iſta. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ nos putamus multa

H ſufficienter dixiſſe de vltimo fine hoĩs, in his quæ ſunt dicta in extrinſecis ſermonibus, hoc eſt in lib. Ethic. qui eſt extrinſecus ab his, quę conſiderantur in hoc lib. per ſe: & nunc vtamur eis ad ꝓpoſitum, & vt ad vnam diuiſionẽ reducamus, nulli dubium eſt quin bonis hominis diſtinctis in tres partes, videlicet in ea quæ exterius puta diuitias & amicos, & in ea quæ ſm̃ corpus: puta ſanitatem & viuacitatem ſenſuum & hmõi, & in ea quæ ſm̃ aĩam, quin omnia iſta neceſſe ſit ineſſe beatis. Beatitudo.n. eſt perfectiſſimum bonum hominis. Si ergo omnia iſta ſunt bona hominis, neceſſe eſt omnia iſta in eo exiſtere. Si.n. aliquod iſtorũ deficeret, ex illa parte contingeret imperfectio. Et hoc eſt quod Boetius dicit tertio de Conſolatione quod felicitas eſt ſtatus aggregatione omnium bonorum perfectus. Deinde cum dicit.

Nemo enim felicem diceret eũ, qui nullam partem fortitudinis habeat, neq; temperantiæ,

neque

neque iuſtitiæ, neq; prudentiæ, ſed timentem etiam circumuolantes muſcas. Temperantem vero à nulla penitus edendi bibendiq; extrema cupiditate, & gratia quadrantis vnius, dilectiſſimos interficientem. Similiter & mente tam ſtultum atque ignarum quaſi puerum quendam, vel inſanum.

Probat quantum ad alteram partem. ſ. quantum ad ea quæ ſunt ſm animam ex quodam, ꝙ omnes concedunt dicẽs, ꝙ hoc manifeſtũ eſt de bonis ſm animã, quia nullus bene diſpoſitus diceret illũ ſimpliciter eſſe felicẽ, qui non attingeret ad aliquã partem virtutis: puta fortitudinis, vel temperantiæ, vel iuſtitiæ, vel prudẽtiæ, quę ſunt quatuor virtutes principales: nullum. n. diceret illũ felicem eſſe, qui non aggrederetur aliqua terribilia, vel formidaret muſcas volantes, & paueret ad ſonũ folij, vel ad apparitionem vmbræ, nec etiam illum qui in vſum ciborum vel venereorum nõ abſtinet ab aliquo extremorum, ſed appeteret comedere vel bibere quodcunq; vel quomodocunque, & vteretur venereis quomodocũq; vel quãtũcunque. Similiter autem nec illum qui nullam habens æquitatem iuſtitiæ, ſed gratia quadrantis, quæ eſt quarta pars denarij habendi quomodocunq; vellet perimere amicos dilectiſſimos. Similiter autẽ ſe habet in his quæ circa prudentiam. Nullus. n. diceret illum eſſe beatum, qui ſit imprudens & ſine diſcretione, & mendax eſt ſicut puer aliquis ſenſum non habens, nec vſum rationis. Hoc autem non eſſet niſi ad beatitudinem pertinerent operationes virtutis. Deinde cum dicit.

Sed iſta quidem ſic, vt dicta ſunt, omnes concederent. Diſcordent tamen in quanto, atq; exceſſu. Nam virtutis quidem ſatis habere ſe putant, quãtulumcunq; habeant. Diuitiarum vero atq; pecuniæ, potentiæq;, & famæ, & huiuſmodi omnium infinitum exceſſum ſequũtur.

C Inquirit hoc ſuppoſito, in quo iſtorũ principaliter conſiſtat felicitas. Et primo tangit errorem quorundam. Secundo cum dicit. {At. n. nos &c.} reprobat ex quo apparet intentum ſuum. In prima parte dicit, ꝙ omnia prædicta bona pertinere ad felicitatem concedunt vt omnes, quod dicit propter aliquos ſyluester, qui ẽt nihil ſciunt de felicitate. Differenter tñ dicunt iſta pertinere ad ipſam ſm quantitatem & exceſſum virtutis vel aliorum. Quidam. n. dicunt ſufficere ad felicitatẽ perfectam quãtumcunq; virtutis etiam modicum: diuitiarũ autem & pecuniarum, quæ ſunt diuitiæ accidentales, & potentię, & gloriæ, & famæ, & omnium talium dicũt pertinere ad exceſſum infinitum. & ideo ipſam dicunt conſiſtere principaliter in bonis exterioribus. Si quidã in diuitiis, qdã in gloria, quidam etiam in bonis corporis, puta in voluptate, vel in aliquo hmõi ꝑncipaliter. Per poſterius aũt in virtute. ſ. ſm ꝙ ordinantur ad illa. Deinde cum dicit.

D At. n. nos illis dicemus, quia facile eſt de his ẽt per opera ipſa fidem ſuſcipere, cernentes, quia homines acquirunt & conſeruant non virtutes externis bonis, ſed externa virtutibus. Ipſaq; beata vita, ſiue in gaudio poſita eſt, ſiue in virtute, ſiue in ambobus, magis exiſtit moribus & intellectu in exceſſum ornatis. Mediocria vero externa poſſidentibus, q̃ his qui in externis plura poſſident q̃ opus ſit, & in illis deficiunt.

Reprobat opinionẽ iſtam oſtendens contrarium, ſcilicet ipſam principaliter conſiſtere in virtute. Et circa hoc primo ponit rationes hoc oſtendentes. Secundo cũ dicit.

A {Quod igitur felicitatis &c.} inducit cõcluſionẽ ſubiũgendo quaſdam perſuaſiones. Circa primum ponit quatuor rationes. Secunda. ibi. {Quinetiam &c.} Tertiã. ibi. {Omninoq; patet &c.} Quartã ibi. {Inſuper animi gratia &c.} Circa primum dicit ꝙ nos reprobantes dictum iſtorum dicemus, ꝙ eſt facile facere fidem ex ipſis operationibus nobis magis manifeſtis de his, ꝙ felicitas ſiue conſiſtat in opatione virtutis, ſiue in delectatione, ſiue in vtroq; magis exiſtit, & principalius in moribus, ideſt in conſuetudinalibus operationibus ordinatis ſm rationẽ, & in excellentia operationis perfecte intellectualis, cum mediocri poſſeſſione bonorum exteriorum q̃ in abundãtia præter opportunũ huiuſmodi bonorum exteriorum, & deficientia virtutis vel intellectualis operationis. In illo. n. bono principalius felicitas conſiſtit quo acquiruntur & conſeruantur, & bene ordinãtur alia q̃ in illis, quę acquiruntur, conſeruãtur, & dirigũtur per alia. Illud. n. quo aliquid dirigitur & menſuratur principalius videtur, ſed nos videmus ad ſenſum ꝙ bona exteriora & quędam corporis acquiruntur, conſeruantur, & diſpenſantur ſm rationem rectam per operationem virtutis & intellectus, & non econtrario. Vnde dicitur in 4. Ethic. ꝙ ſine virtute non eſt facile bene ſuſtinere bonas fortunas. Diuitiarum. n. abundantia ſm ſe inclinat ad id, quod prę ter rõnẽ eſt. Vnde ſecũdo Rhetoricorum dicitur, ꝙ diuites contumelioſi & elati & iactatores ſunt patientes aliquid à poſſeſſione diuitarum. ergo principalius conſiſtit felicitas in excellentia virtutis & operatione intellectus q̃ bonorum exteriorum. Deinde cum dicit.

B

Quinetiã ratione licet hoc intueri. Nam externa quidem bona fidem habent tanq̃ inſtrumentum quoddam. Omne autem vtile tale eſt, vt eius exceſſus vel noceat habenti, vel certe nil proſit. At bona animi quanto magis excedũt, tanto magis vtilia ſunt. Siquidem nõ ſolum honeſti, verum etiam vtilis appellationem tribuere illis oportet.

C

Ponit ſecundam rationẽ dicens, ꝙ inſuper facile poteſt videri volentibus conſiderare ſm rationẽ, ꝙ felicitas cõſiſtit per ſe & principalius in actione aliqua ſm virtutẽ. In illo enim bono per ſe & principalius conſiſtit felicitas, cuius appetitus nullum terminũ habet q̃ in eo quod habet appetitum determinatũ, ſicut. n. dicitur in primo huius. Finis medicinalis eſt ad ſanare in infinitũ, & cuiuſlibet artium finis eſt in infinitum, q̃ maxime. n. illum volunt facere. Eorum autem quæ ad finem nõ in infinitũ, ſed appetitus bonorum exteriorum terminum habent. Appetitus autem eorum quæ circa animam nõ habent, ergo principalius conſiſtit in bonis animæ q̃ in exterioribus. Minorem iſtius rationis probat ſic dicẽs, ꝙ bona exteriora terminum quẽdam habent in ordine ad appetitũ, quæruntur. n. ſicut organum quoddam neceſſarium ad operationem. Omne autẽ quod rationem organi & vtilis habet ſi excedat ab eo, quod eſt ſm rationem, neceſſariũ eſt eſſe nociuum, aut nihil proficere, ſicut de fiſtula apparet, qm̃ ſi ſint maiores, aut plures q̃ poſſint moueri à fiſtulante nocent, aut non proficiunt. ergo de neceſſitate terminum quendam habent vſq; ad quem quærunt & non vlterius. Bona autem ſm animam quãto magis excedunt tanto vtiliora ſunt, ſic oportet iſta nõ ſolum bona dicere, ſed etiam vtilia, quod adiũgit, quia ſm veritatẽ in bonis ſm animam eſt aliquid quod habet rationẽ boni & non vtilis, puta vltimus finis qui nõ eſt propter aliud: vtile aũt dicimus quod ordinatur in finem alium. Hoc aũt non eſſet niſi appetitus bonorum, ſm animam infinitus eſſet, & quærerentur ſine termino. Sic igitur patet, ꝙ bona exteriora terminum quendam habent. In illa autem quæ ſunt ſm animam nullum in ordine ad appetitum. Et hæc fuit minor propoſitio. Deinde cũ dicit.

D

Omninoq;

Omninoq́ꝫ patet quod ſequi dicemus, diſpoſitionem optimam cuiuſqꝫ rei adinuicem ſm exceſſum diſtantiæ illorum, quorum dicimus eas eſſe diſpoſitiones. Quare ſi eſt anima precioſior corpore & pecuniis, & ſimpliciter & nobis neceſſariũ eſt, & diſpoſitionem vtriuſqꝫ optimam eodem modo illis correſpondere.

Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ vniuerſaliter manifeſtum eſt, ꝙ optimam diſpoſitionem cuiuslibet adinuicem reſpectu alterius dicimus attendi ſm exceſſum, quẽ habet diſpoſitio reſpectu diſpoſitionis alterius, diſtãtiã, id eſt per diſtantiam quã ſortitur. Per diſtantiam illarum rerum, quarum dicimus eſſe illã diſpoſitionem & aliam, & per hoc totum nihil aliud intendit vt videtur, niſi ꝙ illa diſpoſitio in vnoquoqꝫ eſt optima, quæ cõſequitur naturam optimam. Si igitur anima melior & excellẽtior eſt q̃ poſſeſſiones exteriores, & q̃ ipſum corpus, & ſimpliciter ſm rem: & quo ad nos, neceſſe eſt diſpoſitionẽ animæ ad diſpoſitionem corporis & poſſeſſionis exterioris proportionabiliter ſe habere: & ideo ſicut anima eſt optima pars hominis, neceſſe eſt diſpoſitionem eius ſm ſe eſſe optimam, quare ſi optima diſpoſitio hominis eſt felicitas ipſius, neceſſe eſt felicitatem ipſius conſiſtere in aliquo bono animæ. Deinde cum dicit.

Inſuper animi gratia illa expeti nata ſunt, & ita recte ſentientes expetere omnes oportet. Non autem animum gratia illorum.

Ponit quartam rationẽ dicens. Felicitas conſiſtit principaliter in illo bono, cuius gratia quæruntur alia, & nõ econtrario. Hoc.n.dicimus finem vltimũ, ſicut dicitur 1.Ethic. Sed bona corporis & exteriora eliguntur gratia ipſius animæ, & tãtum quæruntur inquantum ſunt vtilia ad actionem & opus. Et hoc videmus omnes & bene prudentes eligere, & nõ econtrario animam, & bona ipſius quærere gratia iſtorum. In bonis igitur animæ principalibus conſiſtit felicitas. Deinde cum dicit.

Quod igitur felicitatis tantum vnicuiqꝫ contingit quantum virtutis, atqꝫ prudentię, et quãtum ſm has operatur, confeſſum nobis exiſtat, teſte deo fretis, dicente, felicem eſſe atqꝫ beatum non per aliquod externorum, ſed per ſeipſum, quia talis eſt ſm naturam. Cum & bonam fortunam aliud eſſe q̃ felicitatem propter hæc neceſſarium eſt. Nam externorum quidem bonorũ cauſa eſt fortuna & caſus. At iuſtus & temperatus nemo à fortuna eſt, neqꝫ per fortunam.

Inducit concluſionem principaliter intẽtam cum quibuſdam perſuaſionibus dicens, ꝙ ſic igitur propter prædictas rationes tantum vnicuiqꝫ adiacere fidelitatis practicæ quantum virtus moralibus, & prudentiæ, & virtutis intellectualis, & actionũ quæ ſunt ſm has virtutes ſic nobis conceſſum, & manifeſtũ inuocantibus Deum in teſtẽ, qui Beatus eſt ſimpliciter. Attingit enim ad optimũ ſuum non propter aliquod extrinſecum ſibi, ſed propter ſeipſum, quoniam ſi felicitaretur propter aliquod extrinſecum cum felicitas ſit finis, haberet aliquem finem diuiſum à ſeipſo, & eſſet aliquid melius ipſo. Finis.n.melior eſt eis, quæ ſunt ad finẽ, quod eſt nephas dicere. Et ideo felix eſt propter ipſam naturam ſuam, ita ꝙ felicitas eius ſit ipſa natura eius differẽs ratione tantum. Si.n.non eſſet ipſa natura eius, ſed aliquid additum ei, ſequeretur in eo eſſe compoſitionem, & ꝙ eſſet aliquid prius eo, quod eſſet principium compoſitionis, & aliquid melius eo ſicut dictũ eſt, quę valde abſurda ſunt. & ideo felix eſt ſm naturã ſuã & non per aliquod extrinſecũ. Et propter hoc.ſ.

E quia felicitas nõ cõſiſtit in exterioribus bonis, ſed in his quæ ſunt ſm animam, dicimus bonam fortunam eſſe diuerſam à felicitate. Bonorum.n.quæ ſunt extra animam fortunam & caſus ſunt cauſa, vnde & dicuntur bona fortunæ. Virtuoſus autẽ, puta iuſtus, aut temperatus nullus eſt nec à fortuna, nec propter fortunã, ſed propter conſuetudinẽ & rationẽ rectã. Et ideo huiuſmodi bona animæ altera ſunt à bonis fortunæ. Deinde cum dicit.

Conſequens vero eſt, & iiſdẽ rationibus cõſentaneum, ciuitatem quoqꝫ beatam eſſe, quæ optima ſit, & quæ bene agat. Impoſſibile autẽ bene agere eos q bona nõ agãt. Nulla vero bona actio eſt neqꝫ viri, neqꝫ ciuitatis, ſine virute, atqꝫ prudẽtia. Fortitudo autem & iuſtitia et prudentia ciuitatis eandem habent vim ac formã iis, ſm quas vnuſquiſque hominum dicitur iu-
F ſtus, & prudens, & temperatus.

Oſtendit quæ ſit felicitas, ſeu vita optima ciuitatis. Et primo facit hoc. Secũdo cum dicit. {Hæc hactenus.} excuſat ſe à certiori conſideratione de iſtis. In prima parte dicit, ꝙ cõſequenter opportunum eſt oſtẽdere, & per virtutem quarſidã rationum earundẽ de felicitate ciuitatis quæ eſt. Illam.n.ciuitatem dicimus eſſe felicem, & etiã optimam quæ optima operatur. Felicitas.n.ſupponatur eſſe optima operatio ex.1.Ethic. Impoſſibile autem eſt optime operari illos, qui non optima operantur. bonum enim in operatione ſequitur bonitatem obiecti ſiue operati. Sed nullum bonũ opus eſt, neqꝫ vnius viri ſm ſeipſum, neqꝫ ciuitatis ſine virtute morali & prudentia intellectuali. ergo impoſſibile eſt ciuitatẽ eſſe felicem & optimam ſimpliciter ſine virtute morali & intellectuali. cõſiſtit igitur felicitas in aliquo pertinente ad virtutem.

Sed quia aliquis poſſet dicere, ꝙ fortitudo & iuſtitia, et aliæ virtutes morales non ſunt vnius naturæ, & ideo non
G oportet ꝙ ſi felicitas vnius hominis conſiſtat in actionibus illarum, ꝙ propter hoc felicitas ciuitatis conſiſtat in actionibus earũdem: quaſi hoc volẽs remouere, dicit, ꝙ fortitudo ciuitatis, & iuſtitia, & prudentia, & aliæ virtutes eãdem habent potentiam in ordine ad operationem, & formam quãtum ad naturam ipſam in ſe cum fortitudine, & iuſtitia, & prudentia, & aliis virtutibus, quibus informatur vnuſquiſqꝫ homo ſm ſeipſum: & dr̃ iuſtus, prudens, temperatus. Et eſt intelligendum, ꝙ virtus totius ciuitatis, & virtus vniuſcuiuſqꝫ eſt eiuſdẽ naturæ in ſe & in ordine ad operationẽ non differens, niſi ſicut totũ à parte & amplius à minori. Virtus.n.moralis ciuitatis aggregatur ex virtutibus partialibus ciuium: & ideo ſicut vnius naturæ eſt riſibilitas in vno hoĩe & in centum: ita eadẽ eſt virtus in vno & in tota ciuitate. Deinde cum d.

Hæc hactenus præmiſſa ſint, neque.n.non attingere illa poſſibile fuit, neqꝫ omnino oẽs
H eorũ proprias rationes explicare. nam alterius ocij iſta ſunt. Nunc autẽ ſupponatur nobis, ꝙ vita optima & priuatim vnicuique, & publice ciuitatibus eſt cum virtute intantum externis facultatibus adiuta, vt actiones ſtudioſas cõficere poſſit. Sed de his nũc prætermiſſis poſtea cõſiderãdũ erit, ſiquis forſan dictis nõ acqeſcit.

Excuſat ſe à certiori conſideratione de iſtis, dicens, ꝙ de felicitate vnius hoĩs & totius ciuitatis tantum dictũ ſit ratione per modum procemij reſpectu ſequentium. Non.n.declaratione dictorum de ipſa poſſibile eſt intelligentem effugere omnem rationem: ſunt.n.quędam manifeſta ex ſe, ex quibus declarantur prædicta. Nec etiam poſſibile eſt pertranſire oẽs rationes, quę poſſent adduci propter multitudinem earum, & breuitatem tractatus.

Omnes

Omnes.n.iſtas dicere alterius ſtudij eſt opus. Iſtæ.n. pertractatæ ſunt in 1.& in 10. Ethic. de felicitate quæ eſt ſm ſe ipſum: nunc vero ſupponatur ad propoſitã intentionem, ꝙ vita optima, & felicitas, & vniuſcuiuſq; ſm ſeipſum & totius ciuitatis eſt perfectio, quæ eſt cum virtute nõ ſm ꝙ habitus quidã eſt: ſic enim in potentia eſt ad vlteriorẽ perfectionem, ſed ſm ꝙ redundat in opus intantum vnũquemque, vel ciuitatem contingat participare actionibus virtutis dimittentes in præſenti conſideratione alia, quæ conſiderari poſſunt, conſiderantes ipſa poſterius ſi aliquis non credat rationibus prædictis.

LECTIO II.

De felicitate cuiuſq; & ciuitatis, deq; vita contemplatiua, actiua, & dominante.

VTrum autem eadem ſit dicenda felicitas ſingulorum hominum, et ciuitatis, vel nõ eadem, reliquum eſt videre.

B Poſtquam philoſophus oſtendit quæ ſit optima vita vnius, & quæ optima ciuitatis, vult inquirere nunc, vtrũ eadem ſit vnius ſm ſeipſum. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Sed hæc iam duo &c.} mouet quaſdã dubitationes. Et circa primum præmittit intẽtionem ſuam. Secundo cum dicit. {Manifeſtum vero &c.} proſequitur. In prima dicit ꝙ poſt prædicta relinquitur conſiderãdũ, vtrũ felicitas vniuſcuiuſq; hominis ſm ſe, & ciuitatis cõmuniter ſit eadem ſm rationem, vel altera. Hoc.n. fuit ſm propoſitorum prius. Deinde cum dicit.

Manifeſtum vero, & hoc, omnes enim faterentur, eſſe eandẽ. Nã quicunq; in diuitiis beatam vitã poſuerunt hi ciuitatem quoq; totam, ſi opulenta ſit, beatam fatebũtur. Et quicunq; tyrannicam vitam aliis præferunt, hi ciuitatem late dominantem beatiſſimam eſſe dicent, quiſq; id vnum per virtutem recipit, is & ciuitatẽ beatiorem dicet, ſi ſit ſtudioſior.

C Declarat ipſam eſſe eãdem quaſi ex cõi opinione omnium dicẽs, ꝙ manifeſte apparet felicitatem vnius hominis & ciuitatis eſſe eandem & vnius rationis, quoniã omnes loquentes de felicitate hoc videntur dicere. Quicũq; enim ponunt felicitatem hominis in diuitiis conſiſtere. Iſti etiam dicunt ciuitatem beatam eſſe ſi fuerit abundãs diuitiis. Qui autẽ vitam tyrannicam qua aliquis viuit principans tyrãnice aliis, dicũt eſſe excellẽtiſſimam. Iſti ciuitatem feliciſſimam eſſe dicunt, qui plurimis ciuitatibus & regionibus principantur tyrannice. Si ẽt aliquis dicit aliquẽ vnũ felicẽ eſſe propter operationẽ virtutis, ille dicet ciuitatem eſſe optimã, quæ magis ſtudioſa eſt, & magis participat actionibus virtutis, et ſic de aliis. Per quodcũq; enim dicit aliquis aliquem felicitari, per illud idem dicit & totam ciuitatem. Omnes igitur confitentur vnam eſſe felicitatem vniuſcuiuſq; hominis ſeorſum & ciuitatis. Et hoc rationabiliter cõtingit, quoniam quorũ
D eſt vna natura, eorum eſt vnus vltimus finis. Vnus autẽ homo & oẽs ciues ciuitatis ſunt vnius ſpeciei. ergo vnius & omniũ ciuiũ eſt vnus vltimus finis. Deinde cum di.

Sed hæc iam duo ſunt, quæ indigent conſideratione. Vnum, nunquid vita illa præferẽda ſit, quæ verſatur in repub. & in cõi ſocietate, an potius vita peregrina & à ciuili ſocietate remota. Præterea quam ſpeciem reipublicæ, & quam diſpoſitionem ciuitatis optimã putare debeamus ſiue ab omnibus expetenda ſit cõmunio ciuitatis, ſiue à quibuſdam nõ, ſed tamen à pluribus.

Mouet duas dubitationes ad declarationẽ dictorum. Et primo mouet eas. Secũdo cũ dicit, {Quod igitur ne-
A ceſſariũ ſit &c.} proſequitur eas. Et circa primũ primo facit quod dictum eſt. ſecundo cum dicit. {Cum vero ciuilis intelligẽtiæ &c.} manifeſtat modũ cõſiderandi de eis. In prima dicit, ꝙ circa prædicta incidunt duæ dubitationes, quę ſunt dignæ conſideratione ad euidentiam dictorum & dicendorum conſequenter. Quarũ vna eſt, cum ſint duæ vitæ hominis magis principales. ſ. practica, & ſpeculatiua, quæ iſtarum ſit eligibilior, vtrum illa quæ conſiſtit in cõicatione ciuili inſimul viuendo ciuiliter. i. actiua, vel illa, quæ peregrina eſt & abſoluta ab huiuſmodi cõicatione ciuili. ſ. contemplatiua. Vocat autẽ vitam contemplatiuam abſolutam & peregrinam, quia principaliter conſiſtit in applicatione hominis ſm intellectum ad primum obiectum eius & optimũ, quæ non poteſt eſſe ſine ſedatione motuum & perturbationũ, ſine quibus non eſt vita ciuilis: & ideo oportet ipſam eſſe abſolutam à cõicatione ciuili, & per conſequẽs peregrinã. Peregrinum.n. dicitur quod longe ab habitudine con-
B ſueta eſt. Magis autem cõſueta vita cõiter eſt vita ciuilis. Et propter hoc dicit Euſtratius ſupra 1. Ethic. ꝙ ſpeculatiuus ſeparatus eſt à corpore & ſenſibilibus ſm electionem, quamuis non ſm rem. Secunda dubitatio eſt, quæ ſit optima reſp. ſimpliciter, & quæ optima ordinatio ciuitatis ſuppoſito ꝙ ſit magis eligibilis vita ciuilis vel omnibus hominibus, vel ſi nõ omnibus: ſed tamẽ pluribus, et ſi oẽs homines non eligant viuere ciuiliter. Sunt.n. quidam qui aut non poſſunt cõicare ciuiliter propter defectum naturę vel conſuetudinis, ſicut beſtiales homines, aut quia reputant ſe per ſe ſufficientes non eligunt vitã ciuilẽ, ſicut homines diuini, ſicut dicitur in primo huius plures tamen eligunt ipſam. Deinde cum dicit.

Cum vero ciuilis intelligẽtiæ & ſpeculationis hoc ſit opus. non autem circa vnũquodq; expetendum, præferamus & nos hanc conſiderationẽ. Nam illud quidẽ extra propoſitũ eſſet.
C Hoc aũt ſm ꝓpoſitum huius inueſtigationis.

Dat modũ cõſiderandi de iſtis dubitationibus dicẽs, quoniam cõſiderare de hoc, quod eſt eligibile omnibus, aut etiam plurimis eſt opus intellectus ciuilis, & pertinet ad ſpeculationẽ eius: nõ autẽ cõſiderare illud quod eſt eligibile huic vel illi, quoniam conſiderat bonũ cõe per ſe, bonum autem huius vel illius nõ niſi in ordine ad bonum cõe. Ideo nos intẽdimus hunc modum ſpeculationis circa prædictas dubitationes conſiderãdo eas ſm ꝙ referuntur ad totam ciuitatẽ, & non ſm ꝙ referuntur ad hunc vel ad illum ciuem. Hoc.n. modo conſiderare de ipſis eſt acceſſorium. Primo autem modo principalis intentionis eſt, ita ꝙ intẽdit philoſophus vt videtur quantum ad primam dubitationem, vtrũ vita ſpeculatiua totius ciuitatis non minus ſit eligibilior ꝙ reſpub. Et quãtum ad ſecundam quę ſit optima diſpoſitio ciuitatis nõ huius vel illius. Deinde cum dicit.

D Quod igitur neceſſariũ ſit illã eſſe optimam rempublicã, per cuius inſtitutionẽ vnuſquiſq; optime agat, & beate viuat, manifeſtum eſt.

Proſequiẽ iſtas dubitationes. Et primo p̃mittit quandam ſuppoſitionem dicens, ꝙ ex ſe manifeſtũ eſt, ꝙ illa reſp, & ille ordo ciuitatis optimus eſt ſm quem quilibet vel plurimi operãtur optime & viuunt feliciter. Optima enim operatio & felicitas finis ſunt optimæ reip. & ideo ex hoc habet rationem ciuitas. Deinde cum dicit.

Sed dubitatur etiam ab his, qui vitam cũ virtute maxime eligendã putant, vtrum vita ciuilis & actiua ſit pręferẽda, aut potius illa vita, q̃ ſit ab omnibus externis ſoluta, ceu cõtemplatiua, quam ſolam putant quidã eſſe ſapiẽtis. Fere

enim

enim has duas vitas pręſtantiſſimi ad virtutem homines anteponere vidētur, & antiqui & recentes. Dico autem duas, ciuilē, & philoſophicam. Sed refert nō parū, vtrū hoc vel illo modo veritas ſe habet, neceſſe eſt.n.illum qui recte ſapit ad melius ꝓpoſitū ſe diſponere, & priuatim vnumquenq; hominem & publice ciuitatem.

Proſequitur, & primo proſequitur eas ratiocinando. Secundo eum dicit.{Ad cōſitentes autem &c.}determinando. Prima adhue in duas, quoniā primo arguit ad primam. Secundo cum dicit.{Sunt etiā qui &c.}arguit ad ſecundā. Prima adhuc diuidit in partes duas. Primo.n. adhue reſumit dubitationem. Secūdo cum dicit.{Putāt quidam &c.}arguit ad ipſam. In prima parte dicit, ꝙ ab illis qui dicūt optimam vitā hominis eſſe in optima operatione virtutis, dubitatur vtrū vita ciuilis, quæ cōſiſtit in cōicatione ciuili & actiua, quæ conſiſtit in directione vel ordine operationū, quæ ſunt ad alterū ſit eligibilior, vel illa quæ eſt abſoluta à turbatione ciuili & actionibus exterioribus magis, quam dicimus cōtemplatiuā, quam ſolam intendimus philoſophos intendere: has.n.duas vitas homines excellentes, qui honoratiſſimi ſunt propter virtutē, & q nunc ſunt, & qui nos præceſſerunt videntur fere præeligere ſicut præcellentes. Fere autem apponie, quia ſunt quidam homines beſtiales rectū vſum rationis non habentes, qui vitam pecudū eligunt, puta voluptuoſam non aliquam prædictarū duarum. Dico autem duas vitas.ſ.ciuilem & philoſophicam, ſiue contemplatiuam, nec refert parum ſcire quæ iſtarū eligibilior ſit, & quomodo veritas ſe habet. Neceſſe.n.eſt ſapientem & optimum virum, & ciuitatem optimā ad meliorem ipſarum dirigere intentionem ſuam: non poteſt autem ad meliorē intentionem dirigere, niſi ſciatur quæ ſit melior, & ideo neceſſe eſt ſapientem cognoſcere, quomodo ſe habeat veritas circa prædictam dubitationem. Deinde eum dicit.

Putāt quidam in gubernādo alios, ſi cum dominatu fiat iniuriā eſſe ſummā, ſi ciuiliter ceſſare quidā iniuriā, ſed impediri vitę trāquillitatē.

Arguit & primo, ꝙ abſoluta ſit melior. Secundo cum dicit.{Alij vero contra hæc omnino &c.} quod ciuilis. In prima parte arguit dupliciter, ꝙ cōtemplatiua ſit melior dicēs, ꝙ quidā opinantur ꝙ principari dominatiuę. hoc eſt principatu domini ad ſeruū, & alios ciuiles actus exercere, nō poteſt eſſe ſine iniuſtitia magna. Optima aūt vita huiuſmodi iniuſtitiā, quę magis accidit in ciuili cōicatione non habet, quia optima vita nihil præter rōnem habet, igiť optima vitā non eſt ciuilis ſed abſoluta magis. Secundo hoc idem arguit. Illa vita, quæ præſtat impedimentū delectationi, quę circa ipſum, nō eſt optima: optimam.n.vitam oportet habere maximam delectationē, ſed vita ciuilis impedimentum præſtat huie delectationi, nō eſt igiť optima, ſed magis abſoluta. Deinde cū di.

Alij vero cōtra hæc omnino putant ciuilē et actiuam vitā ſolam eſſe viri, in ſingulis.n.virtutibus nulli eſſe maiorē operandi facultatem, ꝙ̄ his qui in reipublicæ gubernatione verſantur.

Ponit rationem in oppoſitum dicens, ꝙ alij ecōtrario opinantur dicentes, ꝙ ad virum optimum pertinet ſola vita actiua & ciuilis. Illa.n.vita pertinet ad optimum virum, in qua ſunt plures actiones & excellentiores virtutes: nunc autem plures actiones ſm vnamquamq; virtutem nō ſunt ducētibus vitam ſolitariam ꝙ̄ hic qui ducūt ciuilem & tractantes cōia. Iſti enim exercent opera fortitudinis & liberalitatis quæ non multum pertinent ducentibus vitam ſolitariam, ſed magis econtrario. ergo ciuilis vita magis pertinet ad optimum virum. erit

E igitur optima. Hi quidem igitur habent hanc opinionem. Deinde eum dicit.

Sunt etiam qui aliis dominari, & tyrannicū reip. modum putant ſolum eſſe beatum, & in quibuſdam ciuitatibus hic eſt finis legū, vt finitimis dominentur. Itaq; cū pleraq; cōſtituta paſſim, vt ita dixerim, iaceāt apud plurimos: tamē ſiquid vnum leges reſpiciunt, id cōiectant omnes vt ciuitas dominetur, ſicut in Lacedęmone & Creta ad bellum fere ordinata eſt diſciplina iuuentutis & legum multitudo.

Videtur arguere ad ſecundam dubitationem. fuerunt enim quidam qui dixerūt optimam ciuitatē & optimā diſpoſitionem ciuitatis eſſe vitam dn̄atiuam & tyrannicam, quia quis principatur pluribus tyrannice. De hoc F igitur intēdit inquirere hic, et primo arguit, ꝙ talis diſpoſitio reipub. ſit optima. Secundo cum dicit.{Atqui videtur forſan &c.}arguit in oppoſitum. Tertio eum dicit.{Patet igitur &c.}ex rationibus concludit veritatē. Prima pars diuiditur in tres partes. Primo enim adducit rationem ſumptā ex termino legis & reip. Secundo cū dicit.{Prætere a apud gentes &c.} ex honoratione dominantium. Tertio cū dicit.{Quibuſdam enim &c.}ponit rationem ſumptam ex prouocatione quę per leges eſt. In prima parte dicit, ꝙ quidam fuerunt qui dixerunt ordinem rep. tyannicum & dominatiuum, quo aliquis principatur principatu dominatiuo ſolum ſelicem eſſe & maxime homini eligibilem. Quorū vna ratio videtur, quoniam ille videtur optimus modus reip. & optimus finis, ad quod ordinantur leges & reſpub. & lex enim & reſpu. rationem ſumunt ex fine. Nunc autem videmus, ꝙ apud quoſdam leges & reſpu. ad hoc ordinātur finaliter, quatenus pluribus principentur dominatiue, propter quod quamuis legalia pluribus ſint diuerſa (vt eſt dicere) & nō G ordinata ad vnum finem, ſed quædam ad vnum, quædā ad alium, ſi tamen alicubi ordinantur ad vnum, videmus ꝙ omnes intendunt finaliter hoc vt principentur vicinia pluribus, ſicut apparet in legibus Lacedæmoniorum & Cretenſiū, tota.n.diſciplina iuuētutis & legū multitudo ad hoc coordinata ſunt fere, vt plures eis ſubiiciantur, & ipſi pluribus ꝑncipentur tyrānice ad vtilitatē ipſorū nō ſubditorū. ergo talis modus reip. eſt optimus. Dein. cū d.

Præterea apud gentes oēs, quæ poſſunt præualere huiuſmodi honoratur potētia, ceu apud Scythas & Perſas, & Thraces, & Gallos.

Ponit ſecūdam rationem quæ videtur eſſe. Ille modus reip. optimus videtur propter quem homines maxime honorantur. Excellentiæ enim boni debetur honor, ſed nos videmus ꝙ in omnibus gentibus, quæ poſſunt alios ſupergredi principando, talis potentia ſupergrediēdi vel H dominandi honorata eſt, ſicut apud Scythas, & apud Perſas, & Thraces, & Gallos. ergo talis modus reipub. optimus eſt. Deinde eum dicit.

Quibuſdā.n.leges ſunt ad huiuſmodi prouocationes virtutum, vt apud Carthaginenſes ornatum ferunt annulorum accipere pro numero expeditionum, in quibus militauerint. Fuit etiam quādoq; in Macedonia lex, eū q nullum hoſtem interfeciſſet capiſtro cingi. Apud Scythas vero non licebat ſolennibus epulis pateram circūlatam accipere ei, qui nullum occidiſſet hoſtem. Apud Hiberos quoq; pugnacē gentem tot obeliſcos erigere circa ſepulchrum mos eſt, quot homines ex numero hoſtiū necauerit.

cauerit. Et alia apud alios ſunt huiuſmodi complura legibus, aut moribus conſtituta.

Ponit tertiã rationem, cuius virtus eſt, ille modus reipub. optimus ad quem legis maxime intendũt prouocare: legis enim latoris eſt ciues quales quoſdam facere, qm̃ boni operatores prouocando per remunerationem bene operantes, ſed ad talem modum reipu. plures leges prouocant. ergo talis modus reipub. optimus eſt. Minorem ꝓpoſitionem ipſe declarat quaſi in quatuor legibus obſeruatis apud diuerſos, dicẽs primo, ꝙ apud aliquos ſunt aliquæ leges prouocãtes ad virtutem, qua aliquis poteſt ſupergredi pluribus, ſicut dicitur quandam legem fuiſſe apud Carthaginẽſes tot ornatus ex annulis accipe quot militiis militauerit vincens aduerſarium. Fuit etiam lex in Macedemonia militem, qui nullũ inimicum occidiſſet circũcingi capiſtro in vituperiũ. Item apud Scythas non licebat ſm legẽ & cõſuetudinẽ in quodam feſto pateram circumlatam exhibere ei, qui nõ interfeciſſet aliquẽ inimicorum in vituperium, ei autem qui interfecerat licebat ad laudem & ad honorem ipſius. Inter Hyberos quoque, quæ ſunt gentes bellicoſæ multum tot obeliſcos numero apponunt circa ſepulchrum alicuius militis, quot interfecerit inimicos, & alia talia multa apud alios diuerſos, quorum quædam ordinata ſunt legibus, alia ſola conſuetudine obſeruantur. Deinde cum dicit.

Atqui videretur forſan nimis abſurdum eſſe ſiquis conſiderare velit, an hoc propoſitum eſſe debeat eius qui legibus inſtituit ciuitatẽ, ꝓuidere. ſ. vt illa dominetur finitimis & volentibus & inuitis. Quomodo. n. id ciuile, aut lege ſanciendum, quod ne legitimum quidem eſt, neque. n. legitimum non ſolum iuſte, verumetiam iniuſte dominari, ſubdere vero eſt & nõ iuſte. Atqui nec in aliis ſciẽtiis ita videmus, nec enim medici, neq; gubernationis eſt perſuadere ęgrotis & nautis, vel vim afferre, ſed plerięq; videntur exiſtimare ciuilẽ diſciplinã eſſe dominari, & quod in ſeipſos fieri nollẽt, hoc in alios facere nõ erubeſcunt. Ipſi pro ſe iuſtitiam quærunt, pro aliis vero nulla eis iuſtitiæ cura eſt.

Ponit rationes tres in contrarium, quarum ſecundam cum dicit. {Hoc autem abſurdum.} Et tertiam cũ dicit. {Enimuero.} In prima parte dicit ita, quidam dixerũt, ꝙ modus reipu. tyrannicus eſſet optimus, quãuis videatur valde inconueniens, & præter rationem eſſe ſi aliqui voluerunt conſiderare hoc eſſe opus ad ciuẽ pertinẽs, ſ. poſſe conſiderare qualiter principetur principatu dominatiuo quocunque, ſiue volentibus ſiue nolẽtibus: hoc. n. non videtur. Illud. n. quod illegale eſt, vel illegitimum non eſt ciuile, aut lege ordinabile, leges enim ordinantur de legitimis & legalibus. Principari autem vicinis non ſolum iuſte, ſed etiam iniuſte, manifeſtum eſt, ꝙ legale nõ eſt, nec legitimum, & principari contingit non ſolũ iuſte, ſed etiam non iuſte. ergo principari quocunq; modo nõ eſt ciuile, aut ordinabile ſm legem. Et iterum ſicut eſt in aliis artibus operatiuis, ita in rep. & legislatiua. In aliis autẽ ſic eſt, puta in medicina opus medicorũ eſt non ſuadere ægroto vt ſanetur, ſed ipſum ſanare. Similiter in gubernatiua, opus eſt gubernantis nõ curare nautas ab infirmitate, ſed dirigere ad gubernandũ nauẽ. ergo ſimiliter in repub. & legislatiua opus erit ciuilia & legalia ordinare nõ illegalia, & principari eis, qui nati ſunt & debẽt ſubiici. Adiungit autem increpationem cõtra contrariũ opinantes, dicens, ꝙ quamuis ita ſit, ſicut concluſum eſt prius ſm veritatem, tamen plures vidẽtur opinari modũ reipub. dominatiuum optimum eſſe, non verecundantes

A ordinare ſicut iuſtum & expediens, quod ſibiipſis non credunt iuſtũ eſſe & expediens ad finem. ipſi. n. volunt ſibiipſis iuſte principari & fieri, quæ ſunt expedienda: ꝙ aũt aliis principent iniuſte non curãt, & hoc valde verecundũ eſt. Siquidẽ verecũdi eſt de turpi. Turpe aũt eſt homini præter rõnem rectam agere. Recta aũt ratio dr̃ non facere alij quod ſibi non vult fieri. Deinde cum di.

Hoc autem abſurdum, niſi tales ſint natura, vt alter dominari debeat, alter non. Quod ſi eſt ita, non eſt conandum omnibus dominari, ſed illis dũtaxat qui dominabiles ſunt, ſicut nec venari hominis ad menſam, vel ſacrificium, ſed illud quod venabile eſt. Eſt autẽ venabile omne animal, quod ſit natura ferum, & eſui aptum.

Ponit ſecundam rõnem & eſt. Inconueniens eſt & irrationabile illis principari dominatiue, q non ſunt nati B ſubiici dñatiua ſubiectione. Hoc. n. contra naturã videt, & per conſequens violentum, & violentum præter rationem eſt: quidam autem ſunt, qui non ſunt nati ſubiici tali ſubiectione. Inconueniens enim eſt ſi ſint aliqui nati ſubiici tali ſubiectione, & alij non nati nec diſpoſiti ad hoc, ſicut inconueniens eſt aliquem non eſſe ſeruum, & aliquem liberum naturaliter, ſed oẽs ſeruos: ergo irrationabile eſt principari omnibus dominatiue. Quare ſi veritas hoc modo ſe habet, non oportet ſm rõnem tentare velle dominari oĩbus: ſed illis qui nati ſunt, ſicut nec optimum eſt homines venari ad menſam vel ſacrificiũ quodcunq; animal: ſed illud quod ad hoc venabile, q̅ ad hoc conueniens eſt, puta eſibile & mundum. vnde venabile animal dicimus quodcũq; ſylueſtre fuerit aptum ad generandum nutrimentum. Deinde cum dicit.

Enimuero fieri poteſt vt ſit ciuitas vna ſeorſum ꝑ ſeipſam beata, videlicet ſi gubernetur re- C cte, nã poteſt eſſe ſita in loco penitus ſeparato, & legibus vti laudabilibus, cuius reip. conſtitutio nõ ad bellum, neq; ad ſuperãdum hoſtes ſit.

Ponit tertiam rõnem, dicens, ꝙ adhuc poſſibile eſt eſſe aliquã ciuitatem ſm ſeipſam, ab aliis ſeparatã, vnam bene gubernantem & felicem exiſtentem: puta ſi contingat aliquã eſſe talem ciuitatem remotã ſm ſitum ab aliis q̃ regatur legibus rectis ordinabilibus in finem rectum: & tñ ordo reipu. illius, & leges hanc ſignantes, non ordinantur ad bellum, neq; ad ſubiiciendum vicinos, neq; ad dominandum aduerſantibus qualitercũque. Supponatur. n. ꝙ non ſint aliqui propinqui, quibus poſſint & velint dominari, ſed habet bonum ſuum in ſeipſa. Hoc aũt non eſſet ſi optimus modus reipub. eſſet principari aliis qualitercũq; iuſte vel iniuſte. Non eſt igit optimus ordo reip. dominatiue principari vicinis. Deinde cum di.

D Patet igitur ꝙ omnia rei bellicæ ſtudia bona ſunt exiſtimanda, ſed nõ vt finis ſupremus, ſed gratia illius. Studioſi autẽ legum poſitoris eſt conſiderare vrbem ac naturã hominum, & omnem aliam cõmunionem vitæ laudabilis quo participent quantũ fieri poteſt felicitatẽ. Differentia tamen erit in quibuſdam legum inſtitutis cõſtituendis, & hoc pertinet ad eam diſciplinam, q̃ eſt de legibus ponẽdis videre, ſiqui ſunt finitimi populi, qualia ad quales exercẽda ſint, & quemadmodum cum ſingulis conuerſandum. Verum de hoc poſtea ſuo loco conſiderationem faciemus, ad quem finem debeat optima reipublicæ conſtitutio tendere.

Ex

Ex rationibus prædictis cõcludit veritatem. Ad cuius euidentiam eſt intelligendum, ꝙ actiones bellicæ in ciuilibus per ſe ordinantur ad duo.ſ.ad repellendum inſurgẽtes & iniuriantes, ne ſeruiant iniuſte, & ad compellendũ ſeruire illos, qui nati ſunt & debent ſeruire, & cũ ordinantur ad alterum iſtorum duorum bonæ ſunt & eligibiles ſm rationem rectam: per accidens autem contingit ꝙ ordinentur ad repellendum eos, quibus nati ſunt ſeruire, vel ad impugnandum non natos ſeruire, & ſic nec bonæ, nec ſm rationẽ eligibiles, & ideo actiones bellicæ & præparatiõ curæ earũ abſolute, nec bonæ, nec eligibiles ſunt: ſed tantum ſm primum modum, & adhuc tunc non ſunt querendę, ſicut vltimus finis, vel ſicut illud quod ordinatur in finem.ſ.in pacem & tranquillitatem ciuitatis. Et hoc eſt quod intendit concludere primo, dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex rationibus prædictis, ꝙ omnes curæ & præparationes eorum quæ ad bellum ad repellendum violentias, vel ad impugnandũ alios ſm rationem rectam, bonæ & quidem ſunt & eligibiles, ſicut dictũ eſt prius, non tamen in hoc conſiſtit optimum reipub. vel ciuitatis. Nõ enim gratia huius quæruntur alia, & ipſum non ꝑꝑ aliud ſed ipſum gratia alterius finis. Nullus. n. eligit bellare eius quod eſt bellare gratia, neq; præparare bellum, videtur enim quis occiſor violẽtus eſſe, ſi amicos oppugnatores faceret, vt pugnę & occiſiones fierent, ſicut dicitur in 10. Ethic. & ideo ad legiſlatorem, cuius eſt bonũ ciuitatis procurare, pertinet cõſiderare ipſam ciuitatem, & quãtum ad fortitudinem quæ eſt ex ſitu, & quantum ad ordinationem reip. & etiã modum hominum, quem habent ex naturali inclinatione, & aliã cõicationem eorum adinuicem, & alios.ſ.ad quam vitam ordinabiles ſunt ex natura. Omnibus iſtis penſatis, ſiue ſit optima ſimpliciter, ſiue optima his: & tũc ordinare leges & ſtatuta, per quę poterunt attingere ad hãc optimam vitam & felicitatem conuenientem ſibi, differentiam tamen quãdam oportet eſſe huiuſmodi ſtatutorum legalium. Primo quidem ſm diuerſitatem finium & vitæ, ad alium & ad alium enim finem alias & alias oportet ordinare leges. Secundo quia quædam ſunt de his, quæ immediate ordinãtur in finẽ: quædam autem de his, quæ ordinantur ad aliud eorum ꝗ̃ ad finem: quædam autem ad remouendum prohibentia. iterum ad legiſlatorem pertinet conſiderare ſi aliqui ſint vicini ciuitatis, quales ſunt eorũ diſpoſitiones, ſi fortes vel effeminati, ſi liberi naturaliter vel ſerui, & tunc cõferendo conditiones ciuium & ciuitatis aliorum ad conditionem ciuitatis propriæ conſiderare qualiter ſe habendum ad illos, & qualiter vtendum ad quoſcunq; ex contingentibus: puta ſi ſint ſerui natura & effeminati debellandum eos, ſiquidem ciues ſint contrariæ diſpoſitionis. Si autem viriles & liberi ſm naturam ciuibus econtrario ſe habentibus, aut ſeruiendũ eis ſicut natura inclinat, aut pacem habendum. Sed de iſtis erit conueniens conſiderationem in ſequẽtibus facere, ad quem finem oportet tendere remp. optimam, & qualiter ordinanda ſunt ea quæ ad finem talem. Deinde cum dicit.

Ad confitentes autem vitam cum virtute eſſe maxime recipiendam, ſed contendentes de illius vſu dicendum eſt nobis. Sunt.n.qui deſpiciunt magiſtratus ciuitatis, putãtes ingenui hominis eſſe aliam vitam ꝗ̃ ciuilis & omnibus præferendam. Alij vero hanc optimam putãt. Impoſſibile.n.nihil agentem bene agere. Bene autem agere ac felicem eſſe idem eſt.

Intendit ſoluere prædictas dubitationes. Sed eſt intelligendum, ꝙ diſſolutio ſecundę pendet ex diſſolutione primæ, ſi.n.declaratũ fuerit quæ ſit eligibiliſſima vita ſimpliciter, ſtatim oſtenſum erit, quæ ſit optima reſpublica & optimus ordo eius: illam enim rempu. & illum or-

E dinem eius oportet eſſe optimum ſm ſe, quæ vnitur optime, & in quibus intenditur optima vita, & ideo tantum ſoluit principaliter primam. Sed quia circa primam dubitationem fuerunt opiniones ſubcontrarię, primo declarat, ꝙ vtraq; illarum quantum ad aliquid recte, & quantum ad aliquid nõ recte dicit. Secũdo cum dicit. {Quod ſi hæc &c.} diſſoluit eandem. Circa primum primo facit quod dictũ eſt. Secũdo cum dicit. {Quinimmo reſpõdebit &c.} remouet obuiationem quæ poſſet fieri. Et circa primũ primo proponit. Secundo cum dicit. {Vtriq; eorũ &c.} manifeſtat. In prima parte dicit ꝙ ad illos qui opinantur vitam, quæ cõſiſtit cum virtute eſſe optimam & eligibiliſſimam differunt tamen in vſu cuius virtutis exiſtat. Dicendum ad vtroſque, qm̃ vtriq; in aliquo dicunt recte, in aliquo autem nõ recte. Quidam.n.ipſorum reprobantes ciuiles principatus tanquam præter rationem exiſtentes, putant vitam liberi, hoc eſt abſolutam & contemplatiuam alteram eſſe, vel diuerſam omnino à ciuili & eſſe optimam & eligibiliſſimã inter omnes. Alij

F autem econtrario vitam ciuilem optimam dicũt eſſe, rationem adducentes, qm̃ vita contemplatiua in vacatione, & in vacando videtur conſiſtere. Nunc autem impoſſibile eſt eum, qui nihil agit bene agere. Bona autẽ actio & felicitas ſunt idem, hoc enim dicimus felicitatem. ergo impoſſibile eſt ducentem vitam contemplatiuam habere felicitatem ſimpliciter. Ciuilis autem vita multas actiones bonas & pulchras habet. ergo videtur ꝙ iſta vita ſit eligibilior alia. Deinde cum dicit.

Vtriq; eorum quædam dicunt recte, & quędam non recte: nam liberi quidem hominis vitam meliorem eſſe ꝗ̃ in dominando occupati, verum eſt. Nihil.n.egregium eſt ſeruo vti inquantum ſeruus. Iuſſus.n.domini in rebus neceſſariis nihil habet decorum.

G Manifeſtat in quo dicẽtes vitam cõtemplatiuam optimam bene & male dixerunt, ex quo apparet in quo alia opinio male dixit quodammodo per oppoſitũ, & primo in quo bene. Secundo cum dicit. {At putare omnem gubernationem &c.} in quo male. Ad euidentiam primi & quorundam poſterius dicendorum intelligendum eſt, ꝙ ſicut philoſophus dicit in primo metaphyſicæ. Liber eſt qui eſt ſuiipſius cauſa, quod non poteſt intelligi ſic, ꝙ aliquis ſit cauſa ſuiipſius primo. Nihil enim eſt cauſa ſui, ſed eſt intelligendum ꝙ liber ſit ille, qui ſm aliquid propriũ ſibi eſt cauſa ſibi operandi. & tunc veritatem habet, ꝙ liber eſt ſuiipſius cauſa in duplici genere cauſę, & in ratione agentis, & in ratione finis. In ratione agentis inquantum per aliquod principiũ quod eſt principale in eo operatur. In ratione autem finis inquãtum operatur ad finẽ ſibi debitum ſm principium illud. Et quia homo maxime in eſſe conſtituitur per intellectum, eſt enim intellectus, vel maxime ſecundum intellectum ſm Ariſt. in 10.

H Ethic. & ideo homo liber dicitur, qui per virtutem intellectualem exiſtentem in eo operatur non accipiens ab alio rationem operandi, nec impedimentum habens ex parte materiæ, & qui operatur ad finem, qui debetur ei ſm naturam prædictam. Et quãto magis natus eſt operari ſm illud, quod perfectius eſt in intellectu in eo & ad finẽ excellentiorẽ ſm idipſum, tãto liberior: & ideo qui ſimpliciter operatur ſm virtutẽ intellectualẽ, & ad finẽ ſm intellectũ perfectiſſimũ perfectiſſime liber eſt. Econtrario aũt homo ſeruus dicitur, qui nõ eſt ſtatus operari ſm virtutem intellectus proprij, ſed virtutem & rationẽ operandi accipiens ab alio obediens operatur. Et quia finis correſpõdet agẽti, ſeruus etiã eſt qui operatur principaliter ad finẽ alterius: & ideo ſicut liber homo eſt qui eſt ſuiipſius cauſa, & in ratione finis & agentis, ita ſeruus qui neutro iſtorum modorũ principatur ſibi, & hoc propter imperfectionem intellectus in eo ſm ſe, vel ex diſpo-

ſitione

ſitione materiæ, & ita vita liberi dicitur vita ſm rationē propriam, ſerui autem ſm rationē alienam. Dicit igitur ꝙ opinantes vitam contemplatiuam eſſe optimā, rationabiliter dicunt in hoc quod dicunt, ꝙ vita liberi eſt operatio ſm rationem propriam melior eſt ꝙ̃ vita dominatiua, hoc eſt ſeruilis. Semper.n. in vnoquoq; genere illud quod eſt per ſe, melius eſt eo, quod eſt per accidens. Iſtud enim ſimpliciter verum eſt, qm̃ ſeruus ſm quod ſeruus, deficiēs eſt: bonum autem honorabile eſt bonum excellens; iuſſio.n. paſſiue quæ eſt de his, quæ ſunt neceſſaria ad vitam, quæ ſit ei à dominio non eſt aliquid ſm ſe honeſtum, quia honeſtum eſt quod ſm ſe quæritur, vt in ſecundo Retho. dicitur: iuſſionem autem paſſiuam nullus bene diſpoſitus eligeret. Deinde cum dicit.

At putare omnem gubernationē eſſe dominationem, nequaquam eſt verum, non.n. minus diſtat liberorum gubernatio à dominatione ſeruorū, quàm differat natura libera à natura ſeruorum, de quo ſufficienter in ſuperioribus libris determinatum fuit.

Declarat in quo male & diuidit in duas ſm ꝙ declarat in duobus, in quo male dixerunt. Secunda. ibi. {Laudare magis.} In prima parte ipſe dicit, ꝙ vlterius in hoc, quod acceperunt omnem principatum vniuerſaliter eſſe dominatiuum, id eſt principatum domini ad ſeruum non recte dixerunt. Eſt enim quidam principatus liberorum & quidam ſeruorum, & differunt iſti principatus adinuicem, non minus ꝙ̃ natu aliter liberum & naturaliter ſeruum: oportet.n. principatus differre adinuicem ſm differentiam ſubditorum. Principatus enim ad ſubditum dicitur. Natura autem liberum & natura ſeruum differunt ſm rationem, & de hoc dictum eſt ſufficienter in primo tractatu libri iſtius. ergo principatum liberorum & ſeruorum ſm rationem differunt. Non igitur omnis principatus dominium vel ſeruitus. Deinde cum dicit.

Sed laudare magis nihil agere, ꝙ̃ agere non eſt rectum, nam felicitas actio eſt. Pręterea multorum & præclarorum finem habēt iuſtorum, temperatorumq; actiones.

Declarat in quo male dixerunt ſecundo dicens ꝙ vlterius in eo ꝙ dixerunt laudabiliorem vitam illam quę eſt ſine actione quam illam quæ eſt cū actione non recte dixerūt. Felicitas.n. actio quædam eſt, & felicitas optima eſt optima vita. Ergo optima vita eſt actio non priuatio actionis. Ad hoc operationes quæ ſunt ſm habitum iuſtitię & temperantiæ finem habent multorum bonorum et bene ordinatorum, ita ꝙ actio aliqua iuſtitię finis eſt eorū quæ ſm temperantiam quæ ſm iuſtitiam proximus, & actio aliqua ſm temperantiam finis eſt propinquus, et ſimiliter ſe habet de his quæ ſunt ſm alios habitus virtutum. Vlterius tamē iſtę actiones ad alium finem vlteriorem ordinantur, quæ eſt actio quædam, & ideo cum finis proximus agibilium ꝙ̃ finis remotus actio quædam eſt: finis autē actionis vita eſt optima. Ergo optima vita eſt actio & non priuatio actionis. Deinde cum dicit.

Quinimmo reſpōdebit fortaſſe aliquis ꝙ poteſtatē habere optimū eſſet, ſic enim plurimas ac pulcherrimas res agere poſſet. Itaq; is qui dominus agendi eſſe poteſt, hanc facultatē dimittere aliis nō debet, ſed ſibi arripere, & neq; filiū patris, neq; parētē filij, neq; amicū amici rationem habere: nā quod optimū ſit, id nobiſipſis aſciſcere debemus, optimū autē eſt bene agere.

Tangit obuiationem quam primo ponit. Secūdo cum dicit. {Hoc illi forſan &c.} remouet eam. In prima parte

A dicit ꝙ forte aliquis poterit opinari per ea quę determinata ſunt de optima vita ſcilicet ꝙ ipſa eſt actio, ꝙ optimū ſit eſſe dominium omnium qualitercūque. Optimū enim eſt attingere ad optimam vitam, optima autem vita videtur eſſe ſm prædicta ſm quam principatur omnibus. Optima.n. vita eſt optima actio, dominans autem omniū dominus eſt plurimarū actionū & pulcherrimarū, & ideo optimū videtur principari omnibus, propter quod ſi verum eſt optimum virū potentem aliis principari, nō expedit parcere cuicunq; quantumcunq; proximo, quin principetur eidem ſicut patet, neq; patrē reputare filios, neq; filios patrem, neq; vniuerſaliter amicus amicū vt non principentur eiſdem, nec curare, quantūcunq; ſint coniuncti vel boni vel qualiter aliter ſe habentes. Vniuerſaliter.n. id quod eſt optimum eligibiliſſimū eſt, optime autem agere optimū videtur eſſe, ergo eſt eligibiliſſimū. Si igitur principari qualitercūq; & quibuſcūq; eſt optime agere eſt eligibiliſſimū. Deinde cum di.

B Hoc illi forſan recte dicerent, ſi modo exiſteret auferentibus ac violātibus illud quod eſſet omnium maxime optādū, ſed fortaſſis id fieri non poteſt, falſoq; hoc ſupponunt, non.n. amplius bonas actiones illas eſſe contingit, niſi tātum ipſe præſtet quantum vir mulieri, & pater filiis, & dn̄s ſeruo. Quare is q violaret, nihil tantum proficeret poſtea, quantū iā à virtute ipſa receſſit: paribus.n. honeſtum & iuſtū in parte, hoc.n. iuſtum ac par, non par autem paribus, & non ſimile ſimilibus præter naturam eſt, nihil autem bonum, quod ſit præter naturam.

Remouet obuiationem quod primo facit. Secundo cū dicit. {Quapropter & ſi aliquis.} remouet obiectionem C quādam. Primo igitur remouet obuiationem prędictā, declarans non eſſe optimum principari omnibus qualitercunq; dicens, ꝙ hoc quod dictum eſt vere dictum eſt, forſitan ſi quidē ita eſſet ꝙ principantibus priuādo alios iure ſuo & inclinatione naturali et inferendo violentiam ineſſet illud quod eſt eligibiliſſimum homini. Sed hoc forte eſt impoſſibile quod adiūgit, quia magni opinabātur cōtrariū, ipſi tamen hoc ſupponūt, ſicut ſm ſe manifeſtū. Sed hoc eſt impoſſibile, qm̃ actiones principātis nō cōtingit eſſe optimas, niſi idem principās tm̄ differat ab eis, quibus principatur in diſpoſitione naturali & acquiſita, quantū diſtat vir à muliere aut pater à filiis, aut dominus à ſeruis. Actiones.n. diuerſificantur ſm diuerſitatē agentiū vt agentia ſunt. Si igitur aliquis trāſgrediatur volens dominari aliquibus nō habens hanc differētiam ad illos, quam vir habet ad mulierem, vel pater ad natū, vel dominus ad ſeruū nō optime operabitur principando, nec etiā poterit tm̄ recte agere in poſterioribus quā- D tum trāſgreſſus eſt in principio, volens principari non diſpoſitus ad hoc. paruus enim error in principio magnus eſt in principiatis, & iterū eos qui ſunt ſimiles & ęquales & ſm naturam & ſm virtutem, bonum eſt & iuſtū omnes principari nō ſimpliciter, ſed ſm partem, puta vnum in vno tempore, alium in alio, vel vnum in vno principatu, alium in alio. Iuſtum enim eſt ſimiles & æquales ſimile & æquale habere, non æquales autem neq; ſm virtutē neq; ſm naturam habere æquale, vel econtrario ęquales habere inæquales, & non ſimiles habere ſimiles, hoc eſt præter naturam: ſimiles enim & æquales ad ęqualia ſimilia inclinantur ſecundū naturam, ſed nullum eorum quæ ſunt præter naturam bonum eſt, quoniam quod eſt præter naturam eſt violentum, & nullum violentum eſt bonum, ergo aliquem principari quibuſcunq; qualitercunq; non eſt bonum. Deinde cum dicit.

Quapropter & ſi alius quidē ſit melior ſm virtutem,

virtutem, & ſm potẽtiam actiuã in rebus optimis, hunc ſequi honeſtum eſt, & huic parere, iuſtum. Sed oportet illi nõ vitutem ſolũ, verumetiam potentiam exiſtere per quam ſit actiuus.

Remouet obiectionem quæ poſſet fieri, crederet enim aliquis propter prædicta, ꝙ nõ expediret aliquem vnũ principari omnibus aliquo modo, ſed eſſet pręter naturã quod eſt contra regni rationẽ, quod eſt optima reſpub. Hoc intẽdens remouere dicit quaſi cõcludẽdo ex dictis ꝙ propter hoc, quia ſimiles & ęquales iuſtum eſt habere ſimile & æquale in principando ſm partem, ſi aliquis inueniatur in ciuitate qui fuerit melior alijs, etiã bonis exiſtentibus ſm virtutem & ſm potẽtiam actiuam in regẽdo, per quam poſſit coercere malos, huic bonũ eſt ſubijci, qui naturale eſt ꝙ deficiens ſupponatur perfecto in vnoquoque genere, & etiam iuſtum eſt obedire ſibi vni ſoli principanti. Iuſtum eſt enim vnumquẽq; ſm dignitatem propriæ virtutis habere: talis autem ponitur eſſe melior alijs ſm virtutem & ſm potentiam. Expedit aũt debentem bene principari habere non ſolum virtutem, per quam inclinetur in bonum & ſciat dirigere actiones ſubditorum, ſed etiam oportet ipſum habere potentiam, per quam poſſit agere coercendo, declinando á rectitudine rationis. Deinde cum dicit.

Quod ſi hęc vera ſunt, & felicitas in bene agẽdo eſt reponenda, & publice totius ciuitatis & priuatim ſingulorum vita illa erit optima quæ ſit actiua. Veruntamen actiuam non eſt neceſſarium eſſe ad alios, quemadmodũ quidã putant. Neq; eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ gratia eorum fiunt, quæ ex agendo proueniunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis finem habent, & ſuiipſius gratia fiunt cõtemplationes & meditationes. Bene agere.n. finis eſt, quare & actio quędam. Maxime aũt proprie dicimus agere etiã externis actionibus eos, qui intelligẽtia & cogitatione operibus pſunt vt architecti.

Diſſoluit primam dubitationem, ex cuius diſſolutione apparet diſſolutio alterius. & primo diſſoluit eam. Secũdo cum dicit. {Quinimmo neq; &c.} reſpõdet rationi adductæ in oppoſitum. Circa primum eſt intelligendũ ꝙ felicitas eſt operatio hominis ſm intellectũ. In intellectu autem eſt conſiderare ſpeculatiuum, cuius finis eſt cognitio veritatis & practicum, cuius finis eſt operatio. Et ſm hoc duplex felicitas aſſignatur hominis. Vna ſpeculatiua quæ eſt operatio hominis ſm virtutem perfectam contemplatiuã quæ eſt ſapientia. Alia autem practica quæ eſt perfectio hominis ſm perfectã virtutem hominis practicam quæ eſt prudentia. Eſt autem quædam operatio ſm prudentiam, & ſpeculatio ſm ſapientiam hominis ſm ſeipſum ſolũ. Et eſt quædã opatio prudentię & ſpeculatio totius ciuitatis: & ideo eſt quędam felicitas practica, & ſpeculatiua quædam hominis ſm ſeipſum, & eſt quædam felicitas practica totius ciuitatis, & quædã contẽplatiua totius ciuitatis. Felicitas autẽ ſpeculatiua ſm vnũ hominẽ, melior eſt practica quæ eſt ſm vnum hominem, ſicut euidenter docet Ariſt. in 10. Ethic. qm̃ illa perfectio intellectus eligibilior eſt, quæ eſt reſpectu obiecti magis intelligibilis, quia ratio perfectionis ſumitur ex obiecto, talis autem eſt ſpeculatiua. Felicitas enim eſt perfectio intellectus reſpectu primi & maxime intelligibilis. Felicitas autem practica eſt perfectio intellectus reſpectu agibilis ab homine, ꝙ multo deficit á ratiõe intelligibilis primi, ergo felicitas contemplatiua vnius, eligibilior eſt q̃ felicitas practica, & iterum magis eſt continua & ſufficiens & delectabilis hæc q̃ illa. Et eadẽ rõne

E cõtẽplatiua totius ciuitatis eligibilior eſt q̃ politica ſeu ciuilis, & contemplatiua totius ciuitatis ſimpliciter eligibilior eſt contemplatiua quæ eſt ſm vnum. Similiter ciuilis practica quæ eſt ſm vnum, & hoc eſt quod intẽdebat dicere Ariſt. primo Ethic. ſi idem eſt vni & ciuitati, maiuſq; & perfectius quod ciuitati videt & ſuſcipere & ſaluare. Amabile enim & vni, melius viuere & diuinius gẽti & ciuitati. Et ratio huius poteſt eſſe, quia contemplatiua & ciuilis ciuitatis, comparantur ad contẽplatiuã ſm vnũ, ſicut totum ad partem. totum autẽ rationem magis perfectũ & maioris boni habet q̃ pars, & ideo iſta q̃ illa, hoc ſuppoſito dicit Ariſt. ꝙ ſi ea quæ dicta ſunt prius bene dicta ſunt, & felicitas eſt optima operatio hominis ſm virtutẽ perfectã. Vita aũt pfecta eſt opatio optima & pfecta, neceſſe eſt optimam vitam & totius ciuitatis & ſm vnumquemq; eſſe actiuam & operatione conſiſtere. Sed optima vita actiua non exiſtit in directione operationũ quæ ſunt ad alium in principando & cõſeando qualitercunq; ſm ꝙ quidam credunt, Nec etiam illæ ſolæ meditationes intellectu, actiuæ ſunt quæ ſunt de operabilibus, vel gratia operabilium contingentiũ, ſed multo magis illæ cõſiderationes & meditationes optimę ſunt quę ſm ſe perfectæ ſunt, & ſm ſe quæruntur non propter aliquid aliud. Et ratio huius eſt, qm̃ optimus finis hominis & ciuitatis eſt bona actio. Non poſſunt autẽ duę vel plures actiones differentes ſpecie optimę eſſe. Quare optimus finis hominis eſt aliqua actio hominis, & illa ſm q̃ maxime agere dicitur. Maxime autem agere dicitur ſm intellectum ſpeculatiuum, maxime enim dicimus agere illos qui ſm quod huiuſmodi dominium habent extrinſecarũ actionum omnium, tales enim ſunt ſicut architectonici. Speculatiui autem maxime dominiũ habẽt operationum extrinſecarum, ſicut rationem imponentes & ſicut architectores. Intellectus. n. practicus qui dirigit in operationibus exterioribus ſupponit ſicut principium rectum appetitum finis. Et rectus appetitus finis non eſt

G ſine rectitudine voluntatis. Rectitudo vero volũtatis ſupponit rectitudinem intellectus bonum vel finẽ oſtendẽtis. Siquidem voluntas nihil vult, ꝙ non ſit intellectum prius, ſicut dicitur 1. Rhet. Iſte autem intellectus eſt intellectus non practicus, ſed ſpeculatiuus ſi practicus per ſe dependet á voluntate: iſte autem non, quare prima regula agẽdi vniuerſaliter eſt intellectus ſpeculatiuus ſm ipſum, agere dicimus, quare optima actio hominis eſt ſpeculatio, & per conſequens vltimus finis eius. Non igit̃ meditatio de agibilibus eſt optima opatio hominis, ſed cõſideratio vel ſpeculatio ſpeculatiua, & maxime illa quæ eſt de primis, aut de primo ſimpl'r. Deinde cũ di.

Quinimmo neq; ſine actione eſſe neceſſariũ eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine, & ita viuere eligentes. Fieri enim poteſt vt partibus inter ſe agere contingat, multæ. n. cõicationes adinuicem ſunt partibus ciuitatibus, ſimiliter autẽ hoc exiſtit vnicuiq; homini. Vix enim Deus bene ſe haberet, & mũdus totus, quibus nõ ſunt actiones externæ pter proprias ipſorũ.

H

Reſpondet ad rationem in oppoſitum quod primo facit. Secundo cum dicit. {Quod igitur &c.} inducit cõcluſionem principaliter intentam. Fuit autem ratio ꝙ optima vita hominis eſt vita actiua, ſed cõtẽplatiua vita ſiue abſoluta. ſine actione eſt. igitur &c. Ad quam reſpondet concedendo maiorem per interemptionem minoris, dicens ꝙ ciuitates ſm ſe locatæ non principantes exterioribus ciuibus, & ita viuere eligẽtes inter ſe inuicẽ cõicãtibus, et etiam ſpeculantes non ſunt ſine actione omnino, ſed habent multas et pulchras actiones: quãuis. n. non habeant actiones ad extrinſecos in principando vel ſubijciendo alijs inter ſe tñ habẽt vnã partẽ reſpectu alterius,

quoniam

qm̄ multas habent cōicationes partes ciuitatis adinuicem: ſil'r hoc ſe habet & circa vnūquēque hominem ſm ſeipſum: quāuis.n.non habeat actiones ad alterum: nihilominus tñ contingit ipſum habere actiones perfectas in ſpeculando ſm ſeipſum: talem.n.vacationem q̄ eſt in operationibus ſpeculatiuis, Deus q eſt maxime pſectus habet optime, & totum etiam vniuerſum operationes habet: & tñ Deus non habet operationem extrinſecam, q̄ ſit alia ab operatione ſua, nec etiā mundus habet operationes in aliqd extrinſecum ꝑter illas q̄ ſunt partium adinuicem. Non igit eſt verum ꝙ hō ſiue ciuitas ducens vitam ſpeculatiuam ſit ſine actione. Deinde cum dicit.

Quod igitur neceſſarium ſit eādem eſſe vitam optimam priuatim vnicuiqꝫ hoīum & publice ciuitatibus & hominibus, manifeſtū eſt.

Inducit concluſionem principaliter intentam prius, dicens, ꝙ ex his q̄ dicta ſunt eſt manifeſtum ꝙ optimam vitam vniuſcuiuſqꝫ hominis ſm ſeipſum & totius ciuitatis neceſſe eſt eſſe vnam & eādem ſm rōnem: puta ſpeculationem, differunt tamen differentia partis ad totum.

LECTIO III.

Quòd tanta debeat eſſe in ciuitate multitudo, vt ſibi ſatis ſit ad vitam optime degendam.

CVm verò iſta nūc præmiſſa ſint ac de aliis rebuſp. fuerit prius à nobis cōſideratū. De reliquis dicendi initiū faciamus quales aliquas ſuppoſitiones eſſe oportet, ꝓ ea ciuitate, quę maxime ſm votum ſit cōſtitutionem ſuſcepitura.

Poſtquam Philoſophus inquiſiuit de his q̄ ſupponēda ſunt ad futuram optimam remp. ex parte finis ipſius: inquirit nunc de his q̄ ſupponenda ſunt ex parte materiæ ipſius: & circa hoc primo ꝓmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderādi. Secundo cum dicit. {Putant plerique &c.} proſequit. Circa primum tria facit. Primo dat intentionem ſuā. Secundo cū dicit. {Neque.n.fieri &c.} ꝓbat ꝙ oportet aliqua ſupponi cōſiderantem de repub. optima ex parte materiæ. Tertio cum dicit. {Eſt aūt ciuilis &c.} tangit q̄ ſunt illa. In prima parte dicit qm̄ ea q̄ dicta ſunt prius de fine optimę reip. introducta ſunt ſicut quoddam proœmium ad euidentiam dicendorū, & de rebuſp. minus bene ordinatis: puta de ſtatu paucorū & multitudinis, determinatum eſt in pręced. libro ex qbus, & qūo ſunt inſtituendæ: relinquitur nobis conſiderandum nunc quales ſuppōnes ex parte materię reipub. oportet ſupponere ad optimam ordinationem futuram ſm votum ipſius reip. puta ex parte ciuium & regionis quæ ſunt ſicut materia ipſius. Deinde cum dicit.

Neque.n.fieri poteſt vt optima ſit reſp. niſi opportune aſſint facultates, ex quo neceſſe eſt multa præſupponere, quaſi optantes eſſe: tamē nullum eorum impoſſibile. Dico autem ceu de multitudine ciuium ac de regione.

Probat ꝙ oportet aliqua ſupponi per duas rationes, quarum ſecundā ponit cum dicit. {Vt.n.&c.} In prima parte intendit rōnem hanc, ad optimam remp. futuram oportet ſupponere oīa illa, ſine quibus non pōt inſtitui vel eſſe, ſicut ex ſe eſt manifeſtum. Sed non eſt poſſe eſſe optimam remp. ſine abūdantia multorum moderata: tñ ergo oportet multa ſupponi ſi debeat inſtitui optima reſpu. quaſi optātibus illa, quāuis non obtinentibꝰ: non tñ impoſſibilia haberi. Dico aūt multa oportere ſupponi quātū ad multitudinem ciuium & regionis. Deinde cū dicit.

Vt enim cæteris artificibus, puta textori, & nauiculario, materiam ſubeſſe oportet aptam ad opificium. Nam quanto melior hoc exiſtit, A tanto id quod fit ex arte erit præclarius, ſic & gubernatori reſpub. & legum poſitori, oportet propriam ſubeſſe materiam apte ſe habentē.

Ponit ſecundam rationem, & eſt, ſicut eſt de aliis conditoribus, hoc eſt artificibus, ita eſt de ciuili. De aliis aūt artificibus, puta textore, & nauiculario, & quocūqꝫ alio tali, ſicut videmus, ꝙ ſi debeant recte operari ſm artem: oportet præexiſtere materiam conuenientem exiſtentem & organa conuenientia ſicut textoris fila, nauiculari ligna & ſerram bene diſpoſitā. Videmus etiam ꝙ quanto huiuſmodi organa & materia melius diſpoſita ſumit, tātum operatio quæ ſm artem eſt melior & cōuenientior. Eſt ergo ſimiliter ciuili viro & legiſlatori ad ordinationē ciuium & ciuitatis conuenientem, oportet præexiſtere materiam & organa idonea. Deinde cum dicit.

Eſt autem ciuilis facultatis primo videre de B multitudine hominum, q̄ multos & quales natura eſſe oportet. De regione quoque eodem modo, & quanta, & qualis eſſe debet.

Tangit quæ ſunt illa q̄ ſunt ſupponenda, dicens, ꝙ ad ſucceſſum ciuilem pertinet primo & præexigitur multitudo hoīum, ſicut materia. ſ. qui & quot, & quales ſm diſpoſitionem naturalem debeant eſſe, vel oporteat eos exiſtere. Et ſecundo ad ipſum pertinet regio. ſ. quantā oporteat eſſe ſm quātitatem, & qualem ſm diſpoſitionem ad bonam ordinationem futuram. Deinde cum dicit.

Putant plerique magnam eſſe debere beatam ciuitatem, id & ſi verum eſt, ignorare tamen videtur qualis magna, & qualis parua dicenda ſit ciuitas. Exiſtimant enim magnam ex numero habitantium.

C Proſequitur & diuidit in partes duas, quia primo inquirit de his q̄ ſupponēda ſunt ex parte materiæ remotę reip. ſ. ciuium & regionis. Secundo cū dicit. {Cū verò} inquirit de illis q̄ ſupponenda ſunt ex parte materię propinquæ q̄ ſunt cōſiliatiuum, bellicum, agricolæ, loca munita & ædificia. Circa primum adhuc primo inquirit de magnitudine & multitudine ciuium & regionis. Secūdo cum dicit. {Nunc quales aūt &c.} de diſpōne nāli ipſorum. Circa primum adhuc ꝓmo inquirit de magnitudine ciuitatis quātum ad multitudinem ciuiū. Secundo cū dicit. {De regione aūt &c.} de ea q̄ regionis. Circa primū inquirendo ꝓmo ponit opinionē quorūdam de magnitudine ciuitatis, & reprobat eā. Secundo cum dicit. {Cū & bonū &c} determinat de ea ſm intentionē ſuā. Circa ꝓmum ponit opinionē aliorū. Secundo cum dicit. {Sed oportet &c.} arguit in cōtrariū. Circa ꝓmā partē dicit, ꝙ multi antiquorū opinati ſunt ciuitatē illā felicē eſſe q̄ magna eſt, quāuis hoc veritatē habeat. ſ. ciuitatē felicē magnā eſſe: ipſi tñ non bñ determināt cuiuſmodi ciuitas magna, & cuiuſmodi parua ſit, nec bñ accipiūt magnitudinē ipſius. Opināt.n. magnitudinē ciuitatis debere attēdi ſimpl'r ſm multitudinem ciuiū ſine aliqua determinatione, ſicut ſi magnum exercitum diceremus ſimpliciter q eſt ex pluribus bellatoribus. Deinde cum di.

D

Sed oportet non tantum ad numerum, ſed magis ad potentiam reſpicere. Eſt.n. ciuitatis opus quoddam, quare quæ maxime id efficere poteſt, hanc exiſtimandam eſt eſſe maximam ciuitatem, ceu Hippocratem non hominē, ſed medicum quis diceret eſſe maiorem q̄ alium q magnitudine corporis eum excedat.

Ponit rōnes in contrarium ꝑ quas probatur ꝙ magnitudo ciuitatis non cōſiſtit in multitudine ciuiū abſolute:

ſed cum determinatione aliqua, & ſunt tres. Quarum ſecũdam ponit cum dicit. {Quinimo &c.} Tertiam. {Quĩ etiam & re &c.} Circa primum eſt intelligendum ꝙ oĩs res eſt pp ſuam operationem p ſe. Hæc.n.eſt vltima eius perfectio. Omnes aũt diſpoſitiones rei, puta quantitas, qualitas ſunt pp ipſam rem: & ideo tam res q̃ diſpõnes eius ſunt ꝓpter operationem: & quia rõ eorum quę ſunt propter aliquid ſumitur ex eo pp quod ſunt: neceſſe eſt rõnem rei & omnium diſpõnum eius ſumi ex rõne operationis. Secundum rõnem autem operationis eſt ratio potentiæ q̃ eſt principium immediatum ipſius. Hoc igiẽ ſuppoſito, dicit, ꝙ in determinando magnitudinem ciuitatis: non oportet reſpicere ad multitudinem ciuium ſm ꝙ huiuſmodi: ſed magis ad potentiam ipſius, per quã poteſt in operationem ſuam. Ciuitatis.n.eſt aliqua ꝓpria operatio, puta illa quæ eſt ſm virtutem principalem. Si igitur rõ magnitudinis ſumatur ex ipſa operatione q̃ eſt ſicut finis, illam ciuitatem oportet dicere magnam ſimpliciter, quæ põt in operationem ſibi debitam perfecte, ſicut Hippocratem non dicimus eſſe maiorem hoĩem aliquo excedente ipſum ſm magnitudinem corporis: ſed dicimus eum maiorem medicum illo, quoniam excedit ipſum in arte medicinæ, quamuis excedatur ab illo magnitudine corporis. Deinde cum dicit.

Quinimmo ſi ex multitudine iudicandũ ſit, nõ ex quauis multitudine, id eſt exiſtimandũ: neceſſe eſt.n. forſan in ciuitatibus eſſe ſeruorũ, & inquilinorum: & hoſpitũ grandẽ numerũ. Sed ex his q̃ ſunt pars ciuitatis, & ex q̃bus ciuitas conſtat. Horum.n. præcellens multitudo ſignum eſt magnæ ciuitatis. Ex qua vero ciuitate operarij quidem permulti exeũt: bellatores aũt pauci. hanc impoſſibile eſt eſſe magnã. Non enim idem eſt magna ciuitas & populoſa.

Ponit ſecundam rõnem, & quia in eo quod componiẽ ex pluribus partibus, neceſſe eſt magnitudinẽ includere multitudinẽ quãdam partium. Dicit, ꝙ non ſolũ oportet magnitudinem ciuitatis attendi ſm rõnem operationis, ſed ſi oportet cõſiderare ad multitudinem ciuiũ ex q̃bus cõponiẽ: non tñ ad quorũcũq; multitudinẽ vel quãtãcũq; contingentẽ, qm̃ in ciuitatibus eſt quædã multitudo ſeruorũ, & q̃dã aduenarũ & extraneorũ cõfluẽtiũ ad ipſã: tales aũt non ſunt p ſe pars ciuitatis, ſicut conſequenter oſtendetur: & iõ magnitudo ciuitatis non eſt accipienda ſm multitudinem iſtorũ. Sed qm̃ magnitudo rei attendiẽ ſm multitudinem partiũ, ex q̃bus cõponitur ſm aliquẽ modũ, magnitudo ciuitatis debet attendi ſm multitudinem partium p ſe, cuiuſmodi ſunt liberi, & bellici, & cõſiliãtes. Exceſſus.n. multitudinis iſtorũ ſignũ eſt magnitudinis ciuitatis. Illam aũt impoſſe eſt magnam eſſe ſimpliciter, ex qua poſſunt egredi multi numero mercenarij aut ſerui: viri aũt bellici pauci, aut cõſiliãtes pauci: iſti.n. ſunt p ſe pars: illi aũt non. Non.n. dicimus idem eſſe ciuitatẽ magnã & multorũ hoĩum, q̃a magnitudo ciuitatis attẽdiẽ ſm multitudinẽ partiũ p ſe ipſius & nõ oẽs hoĩes inhabitãtes eam ſunt p ſe partes eius. Deinde cum d.

Quinetiã re & effectu patet, quia difficile eſt, & forſan impoſſibile, vt quę nimium populoſa ſit ciuitas optime gubernetur. Earũ certe quæ bene gubernari dicũtur, nullã videmus in populoſam multitudinem eſſe diffuſam. Patet etiã ex rationũ fide. Nã lex ordinario quædam eſt, & bonam legis poſitionẽ neceſſariũ eſt eſſe bonam ordinationẽ. At multitudo nimiũ magna nõ poteſt recipere ordinationẽ. Diuinę.n. potẽtiæ id opus eſſet, quæ & hoc totũ cõtinet.

E Ponit tertiam rõnem, dicens, ꝙ nõ ſolũ ex dictis manifeſtũ eſt, ꝙ magnitudo ciuitatis nõ attendaẽ ſm multitudinem hoĩum quãtãcũque: ſed etiã ex operibus accidentibus põt hoc videri: videmus.n. ꝙ difficile eſt vel etiam impoſſe ciuitatem q̃ eſt multorum hoĩum, valde bene legibus & conſuetudinibus bene regi, difficile quidem ſi ſint multi prudentes: impoſſibile aũt ſi pauci. In rep. aũt oẽs vel plures idiotæ ſunt, nulla etiam illarum ciuitatum q̃ bene gubernatur remittitur ad recipiẽdum quãtãcũq; multitudinem: & iterum per rõnem põt hoc idem apparere. Lex.n. ſm quã regitur ciuitas, ordo quidam eſt, & bona legiſlatio bona quædam ordinatio: & iõ ꝙ non eſt facile, aut non poſſe ordinari: non eſt facile, aut non poſſe bene legibus regi. Nunc aũt excellens multitudo hoĩum non põt participare ordinem. Excedentem.n. multitudinem ordinare ad opus diuinæ virtutis, quæ totum hoc vniuerſum continet & ordinat: ergo difficile aut non poſſibile eſt multitudinem excedentem hominum bene le-

F gibus regi. Sed hæc eſt operatio ciuitatis regi legibus rectis: ergo ciuitas non debet eſſe quãtęcũq; multitudinis excedentis hominum. Deinde cum dicit.

Cum & bonum quidẽ in multitudine ac magnitudine conſueuit fieri. Quapropter & ciuitatem illam cuius cum magnitudine dictus terminus exiſtit, optimam eſſe neceſſe eſt.

Inquirit de magnitudine ciuitatis: & primo declarat ꝙ magnitudo ciuitatis conſiſtit in quadam multitudinẽ determinata. In ſecunda cum dicit. {Quo circa &c.} cõcludit quæ ſunt illa. Prima in duas, quia primo cõcludit hoc ex præcedentibus. Secundo cũ dicit. {Sed eſt quædam &c.} ꝓbat hoc per ſimile in naturalibus. In prima parte dicit, ꝙ in oĩbus habentibus per ſe magnitudinem & multitudinem bonitas conſiſtit aliqualiter in multitudine partium ad ſeinuicem ordinatarum & ad finem: & in

G magnitudine aggregata ex multitudine, quã conſequiẽ virtus, per quã poteſt in finem, & hoc ſm aliquã rõnem. Ciuitas aũt habet per ſe multitudinem quãdam & magnitudinem: ergo ciuitatem illam dicemus optimam q̃ habet magnitudinem & multitudinem ſm dictum terminum, qui antecedit ſm tria q̃ apparent ex tribus rationibus præcedentibus, ſ. ſm ordinem ad finem & operationem quod accipiebaẽ in prima: & ſm partes principales quod accipiebaẽ in ſecunda, & ſm ꝙ bene regibilis legibus rectis quod in tertia: ita ꝙ ſm illam ciuitatẽ dicimus magnam ſimplr, q̃ habet multitudinem tãtam partium p ſe, ꝙ bene poteſt legibus regi & attingere ad operationem per ſe ipſius. Deinde cum dicit.

Sed eſt quædam menſura magnitudinis ciuitatis: quemadmodum & aliorum omnium animalium, plantarum, inſtrumẽtorum. Nam

H horum ſingula neq; parua nimium, neq; magnitudine exceſſiua, ſuam potentiam retinebunt. Sed aut deſtituta erunt omnino à natura, vel male ſe habebunt, ceu nauis vnius palmi, non erit penitus nauis, neq; duorum ſtadiorũ. Sed ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinem, quandoq; propter paruitatem male faciet nauigationem, quandoq; propter exceſſum.

Probat idem per ſimile in naturalibus: & primo ꝓponit ſimilitudinem. Secũdo cũ dicit. {Ita & ciuitas &c.} applicat eam ad propoſitum. In prima parte dicit, ꝙ magnitudinis ciuitatis eſt aliqua determinata mẽſura & ad maius & etiam ad minus quã non contingit tranſgredi ſm rationem, ſicut magnitudinis rerum naturalium. Naturalium.n. puta animalium & plantarum eſt terminus

nus quidam determinatus ad plus, & etiam ad minus, quē non eſt tranſgredi ſm naturam. Omnia.n.naturalia habent formas determinatas per ſe, ad quas conſequunē quãtitates & paſſiones determinatæ. Et hoc eſt qd Ariſto.dicit 2.de Anima. omnium natura conſtantium poſitus eſt terminus: & rō magnitudinis & augmēti. Et hoc quidem contingit videre ad ſenſum: qm̄ vnumquodque iſtorum ſi deficiat á magnitudine ſibi determinata ad minus, vel ſi excedat magnitudinem determinatam ad maius, non habet propriam virtutem, per quam determinatur. Sed aliquando quidem deficit á natura ſpeciei propriæ: puta cum multum deficit aut excedit. Aliqñ autē & ſi attingat ad naturam ſpeciei, prauæ: tñ attingit quãtum ad diſpoſitiones: puta cum parum deficit aut excedit, ſicut nauis ſi fuerit vnius palmi, ſpeciem nauis nō habebit omnino. Similiter nec ſi ſit duorum ſtadiorum: ſi aũt habeat aliquã magnitudinem parum deficientē aut parum excedentem magnitudinē ſibi naturalē, male ſe habebit ad operationem eius q̄ eſt nauigatio, aut ꝓpter paruitatem, aut ꝓpter exceſſum. Deinde cum dicit,

Ita & ciuitas ſi ex nimium paucis ſit, non eſt per ſe ſufficiens, ſin ex nimiũ multis ſufficiens quidem in neceſſariis erit, vt gens: ſed non vt ciuitas: rempublicam.n.non facile eſt in illis conſtitui. Nam quis dux eſſet tã exceſſiue multitudinis, aut quis preco non Stentorius.

Applicat ſimile ad propoſitum, dicens, ꝙ ſimiliter ciuitas cum ſit á natura inclinante & rōne perficiente quę imitatur eam habet magnitudinem determinatã ad minus & etiam ad maius. Illa.n.q̄ componitur ex paucis ciuibus non eſt per ſe ſufficiens, ſicut nec vicus. Ciuitas aũt eſt cõmunitas per ſe ſufficiens, ſicut dictum eſt prius: ergo illa q̄ eſt ex paucis ciuibus valde rōnem ciuitatis non habet. Illa autem q̄ eſt ex multitudine ſuperabundanti per ſe ſufficiēs eſt ſibi in neceſſariis ad vitam, ſicut regio aliqua, ſed nō ſicut ciuitas. Ciuitatem.n.oportet habere ordinem quendam ciuilem. Multitudinem autem ſuperabundantem habere ordinem ciuilē aut difficile eſt valde, aut impoſſibile: & ideo illa quæ ex multitudine ſuperabundanti eſt proprie rationem ciuitatis non habet. Sic ergo illa quæ deficit á multitudine determinata, & illa quæ excedit proprie ciuitates non ſunt. Nullus.n.dux exercitus poteſt principari multitudini excedenti ad maius ſed determinate, nec aliquis eſt preco qui non habet aliquam magnitudinem vocis, ſicut fuit quidam nomine Stentor. Deinde cum dicit.

Quo circa neceſſe eſt primam eſſe ciuitatem illam quæ ex ea multitudine conſtat, quæ multitudo prima per ſeipſam ſufficiens ſit ad bene viuendum in ciuili ſocietate.

Concludit quis eſt terminus magnitudinis ciuitatis: & primo quis eſt terminus eius ad minus. Secundo cũ dicit. {Recipitur &c.} quis eſt ad maius. In prima parte dicit, ꝙ ꝓpter hoc, quia ciuitatem oportet eſſe per ſe ſufficientem: & per ſe ſufficiens non eſt ex paucis exiſtens primam ciuitatem ſm viam generationis qua minor rationem ciuitatis nō habet, neceſſarium eſt eſſe illam quę ex tanta multitudine componitur quæ eſt per ſe ſibi ſufficiens ad bene viuendum ſm cõmunicationem ciuilem propter diuerſitatem officiorum & artificiorum, qua minor non eſſet per ſe ſufficiens. Deinde cum dicit.

Recipitur verò vt ea q̄ multitudinem hanc excedit ſit maior ciuitas: ſed hoc eſt, vt dixim⁹, infinitum. Quæ verò ſit huius exceſſus determinatio ex operibus intelligi faciliter poteſt.

Declarat quis eſt terminus eius ad maius: & circa hoc A primo proponit. Secundo cum dicit. {Sunt enim &c.} probat. Tertio cum dicit. {Patet igitur &c.} concludit intentum recapitulando. In prima parte dicit, ꝙ contingit ciuitatem quæ excedit eam quæ dicta eſt ſm multitudinem eſſe maiorem ciuitatem, ſed non contingit exceſſum eſſe in infinitum, ita vt quæ magis excedit magis ſit ciuitas. Quis autem ſit terminus talis exceſſus, vltra quem non eſt ciuitas facile eſt conſiderare ex operationibus. Deinde cum dicit.

Sunt.n.actus ciuitatis imperantium atq; parentium. Imperantis quidem opus eſt, iubere ac iudicare. Ad iudicandum vero ſm iuſtitiam, & ad magiſtratus demandandos ſm dignitatē, neceſſarium eſt, vt ſeinuicem cognoſcant ciues quales ſint. Quare vbi hoc non fieri cõtingit, neceſſe eſt vt male res procedãt circa magiſtra- B tus demandãdos, & circa iudicia. In vtroq; certe horum nequaquã eſt temere procedendum, quod in nimia multitudine manifeſte cõtingit.

Manifeſtat hoc ex duobus. Secundo ibi. {Inſup &c.} In prima parte eſt intelligendum ꝙ ſicut dicitur in primo huius, omnia quæcunque ſm naturam & artem ſunt diffinita, ſunt virtute quadam & operatione, in quã cum poſſunt dicuntur: cum autem non poſſunt, nō dicuntur, niſi æquiuoce. Ciuitas verò eſt aliquid eorum quæ ſm aliquid eſt á natura & ſm aliquid ab arte: & ideo operationem determinatam habet in quã cum poteſt dicitur ciuitas: cum autem non poteſt non dicitur. Operatio autem principalis ciuitatis attenditur ſm partem principaliorem in ea, quæ eſt ipſe principans. Operatio aũt principalis principantis eſt dirigere ſubditos ſm rationem præcipiendo & diſtribuendo bona cõmunia & iudicando recte, ad quæ præexigitur cognitio ciuium. Di- C cit igitur ꝙ ciuitatis ſunt aliquæ operationes quædam quas exercet per principantes: quædam autem qua; per ſubditos. Operatio autem principantis eſt iudicare & pręcipere recte & diſtribuere recte principatus, quia iſte competunt ſibi per virtutem quæ eſt prudentia quæ eſt propria ei. Ad hoc aũt ꝙ recte iudicet de iuſtis, & ꝙ recte diſtribuat principatus & bona cõmunia ipſis ciuib⁹, neceſſarium eſt ipſum cognoſcere ciues quales quidem ſunt ſm virtutem, & quã differentiam habent inuicem ſm virtutem, vt ſm exigentiam dignitatis virtutis diſtribuat principatus & iudicet & differenter ſm differentiam dignitatis eorum, aut ſi vbi non ſit ſm hunc modũ oporteat diſtributionem bonorum cõmunium & iudicia praue ſe habere. Circa enim iſta operari non ſm rationem rectam: ſed ſm proprium impetum periculoſum eſt & iniuſtum: & tamen hoc neceſſe eſt accidere in ciuitate quæ eſt ſuperabundantis multitudinis. Non enim omnes ciues á principante bene poſſunt cognoſci: tãtam D igitur oportet eſſe multitudinem ciuium ad plus in ciuitate quæ recte debet operari, quanta poteſt á principante cognoſci. Deinde cum dicit.

Inſuper hoſpitibus & inquilinis facile eſt ad rempub.reparare, cum non difficile ſit in tãta hominum multitudine latere.

Probat idem ex ſecundo ſic. In ciuitate ſuperabũdantis multitudinis contingit eſſe multos extraneos & aduenas, & alios non diligẽtes remp. Extraneis autem & aduenis & non diligentibus remp. facile eſt remp.trãſmutare propter multitudinem ipſorum. Non enim difficile eſt latere eorum machinationem propter exceſſum multitudinis. Magis.n.latent male operantes in maiori multitudine q̄ minori. Hoc aũt eſt malum ciuitati & cõtra naturam eius: ergo malum & contra naturã ciuitatis eſt ipſum eſſe ſupabundantis multitudinis. Deinde cum d.

E Patet igitur ꝙ hæc eſt optima determinatio ciuitatis, vt ſit maximus multitudinis exceſſus, q̃ ſit per ſe ſufficiens ad viuendum, & facile inter ſe cognoſci poſſit. De magnitudine ergo ciuitatis, determinatum ſit in hunc modum.

Inducit concluſionem intentam, dicens. Manifeſtum eſt igitur ex his quæ dicta ſunt, ꝙ optimus terminus ciuitatis eſt exceſſus multitudinis maximus qui eſt ſufficiens ad per ſe ſufficientiam vitæ, & eſt facile auxiliabilis & ordinabilis ſm rationem rectam: itaꝙ terminus ciuitatis ad minus accipitur á ratione per ſe ſufficiente: ad maius autem á ratione bonæ ordinationis. Sic igitur determinatum ſit de magnitudine ciuitatis.

LECTIO IIII.

De modo agri, vrbis ſitu, nundinatione & nautica turba.

F DE regione autem eadẽ fere dici poſſunt. Nã qualis eſſe debeat, clarum eſt, ꝙ ſufficientiam omnes laudabũt. Hanc autem neceſſe eſt feracem eſſe oĩum. Nam omnia in ſeipſa habere, & nullius indigere ſufficientis eſt.

Poſtq̃ Philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponẽda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis ciuilis: inquirit nũc de his quæ ſupponenda ſunt ex parte regionis adiacẽtis. Et circa hoc primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {De regione igitur &c.} recapitulat determinata. Regio autem quęritur ſm ꝙ vtilis eſt ad bene viuẽdum ciuiliter. Ad hoc aũt oportet ipſam eſſe quãtam & qualem & bene poſitam. Et ſm hoc diuiditur pars iſta in partes duas. Quia primo declarat qualem & quãtam oporteat eam eſſe. Secundo determinat de ſitu ipſius cũ dicit. {Formã veró &c.} Circa primum primo oſtendit qualem oporteat eam eſſe, Secundo cum dicit. {Multitudinem veró &c.} quãtam ſm quãtitatem. G In prima parte intelligendum eſt, ꝙ cum regio oĩs quæratur ꝑ ciues vel vſum ipſorũ: oportet ipſam eſſe ꝓportionatam ciuibus, & diſpõnem ipſius quærere ſm ꝙ cõpetit vſui ipſorum. Et iõ dicit, ꝙ illa q̃ ad regionem pertinẽt, proportionalr̃ ſe habent his q̃ dicta ſunt de magnitudine ciuitatis quo ad ciues: qualem.n.oporteat ipſam eſſe manifeſtum eſt, per ſe ſufficientem vſui inhabitantiũ. Quilibet.n.regionem talem laudat quæ ſufficiens eſt ad oĩa illa q̃ ſunt neceſſaria ad bene viuere. Talem aũt oportet fertilem eſſe & fere oĩa ex quibus ſuſtentaĩ natura humana quo ad potum & cibum, & quo ad prohibitionem intemperantiæ incontinentis. Hoc.n.dicimus per ſe ſufficiens quod oĩa habet & nullo indiget. Regionem igitur talem oportet eſſe ſm qualitatem ꝙ poſſit omnia ferre quę ſunt neceſſaria ad per ſe ſufficientiam vitæ. Hoc aũt poteſt facere ſi fuerit tẽperata ſm qualitates primas, calidum, frigidũ, humidũ, ſiccũ, qđ conuenit ei ꝑ conuenientem habitudinem ad ſig. cęleſtem & loci diſpõnem. Deinde cum d.

H Multitudine veró ac magnitudine tantam vt queat habitatores ocioſos nutrire, liberaliter ſimul temperateq; viuentes. Hoc aũt vtrum bene vel non bene dicatur, poſtea diligentius erit conſiderandum, vbi de poſſeſſionibus & facultatibus mentionem fieri continget, qualiter & quemadmodum ſe habere erga vſum ipſum oportet. Permultæ enim circa cõſiderationem iſtam dubitationes cadunt, propter trahentes in vtrãque partem vitæ exceſſum, alios ad tenuitatem, alios ad largitatem.

Declarat quãtam oportet eam eſſe, & quia non quęriĩ regio, vt dictũ eſt, niſi ſm ꝙ ordinatur ad vitam humanam, dicit, ꝙ oportet eſſe tantam ſm magnitudinem totius & ſm multitudinem conſideratam ſm diuerſitatem terræ ſatiuæ & non ſatiuæ, conſitæ & paſcualis. Et huiuſmodi, ꝙ homines in ea poſſint viuere ſm ꝙ competit homini ſm ꝙ homo: hoc aũt eſt ſm virtutem: & ideo tãtam oportet eſſe ipſam ꝙ habitantes in ea poſſint viuere, quæ eſt directiua eorum ex quibus ſuſtentatur natura q̃ eſt temperantia & liberalitas. Tẽperantia quidem ſm ꝙ ex ipſa ſuſtentatur natura abſolute, liberalitas in comparationem ad alterum. Tantam igitur oportet eſſe eam, ꝙ habitantes poſſint viuere temperate non declinantes ad delitias, & liberaliter non retracti per tenacitatem. Vtrũ autem iſte terminus magnitudinis ciuitatis bene aſſignatus ſit vel non, poſterius conſiderabimus diligentius, qñ conſiderabimus de poſſeſſione & abundantia ſubſtãtiæ. Quantam enim oporteat eam eſſe, & quomodo ordinare ad vſum, ſunt multæ dubitationes & contrariæ ꝓpter inclinationes naturales ad vtrũque exceſſum. Horum F quidem ad delitias & intemperantiam. Horum autem ad parcitatem: ſolent enim frequenter homines in agibilibus. Forte autem & in ſpeculabilibus formare ſibi opiniones ſm inclinationes, vt qui inclinantur ad delitias, opinantur in ipſis ſummum bonum eſſe, & diuitias debere quæri ſm ꝙ faciunt ad delitiandum, & ſimiliter in aliis vt frequenter. Hoc autem eis accidit propter infirmitatem intellectus eorum non potentis ſupergredi ſenſum, nec diſcutere veritatem propter naturæ inclinationem. Deinde cum dicit.

Formam veró regionis nõ eſt difficile perſcribere, credendumq; eſt in quibuſdam rei militaris peritis, aſſerentibus talem eſſe oportere, vt ab hoſtibus quidem non facile inuadi poſſit: ciuibus autem facilis ſit in aliena egreſſio. Pręterea vt hominum multitudinem facile inter G ſe cognoſci poſſe diximus oportere, ſic etiã regio ſit ſubiecta conſpectui.i.vt cognoſci & ſuccurri faciliter poſſit.

Determinat de ſitu regionis, & primo in ſe. Secundo cum dicit. {Vrbis autem &c.} In cõparatione ad mare & aridam. In prima parte dicit, ꝙ facile eſt conſiderare ſm rõnem, qualem oportet eſſe ſpeciem.i.diſpoſitionẽ vel ſitum regionis, & conueniens eſt perſuaderi ad hoc ab his qui obſeruãt vel dicunt hi q experti ſunt circa ducatum exercitus. Dux.n.exercitus circa diſpõnem regionis negociaĩ & expertus eſt. Dicendum eſt igitur ſm ꝙ ab ipſis ſuperſuaſi ſumus, qđ oportet ipſam eſſe difficilẽ adibilem ab impugnantibus & facile exibilem ab inhabitãtibus: ſi.n.eſſet facilis aditus aduerſariis faciliter deſtrueretur ab eis, ſilr & ſi eſſet difficilis exitus ipſis, non de facili poſſent repellere aduerſantes: fit aũt hoc per habitudinem locorum conuenientem in habitudinem ad H mõtes vel fluuios vel loca prærupta, adhuc oportet multitudinem hoſtum in ciuitate eſſe bene cõſpicacem: ita ꝙ quælibet pars: ſi indigeat poſſit de facili auxiliari á qualibet vel iuuare. Eſt aũt intelligendum, ꝙ ſicut aĩal eſt aliquod vnum cõpoſitum ex partibus diuerſis vnitis in toto: ita ꝙ operatio cuiuslibet ad bonũ cuiuslibet ordinaĩ ſicut operatio oculi ad bonum pedis: & illa q̃ pedis ad bonum oculi, & ſic de aliis: ita & ciuitas eſt cõmunitas ex pluribus cõpoſita, quorum operationes ad bonũ ſine ſingulorum ordinabiles ſunt, ſaltem ſm ꝙ ſunt partes ciuitatis: ita & ſilr regionem oportet eſſe aliquod vnum compoſitum ex pluribus partibus ſic diſpoſitis, ꝙ quælibet ordinabilis ſit ad bonum cuiuslibet: & ideo oportet ipſam eſſe ſic diſpoſitam ſm ſitum, ꝙ quælibet pars poſſit auxiliari á qualibet quantum ad defenſionem ab aduerſariis, vel quantum ad neceſſaria vitæ, vel aliquid aliud huiuſmodi. Deinde cum dicit.

Vrbis

Vrbis autem ſitus, ſi formanda nobis illa eſt A
ſm votum, opportune & ad terram, & ad ma-
re debet iacere. Vna iam determinatio pmiſſa
eſt, oportere ad auxilia ferenda cõmunem eſſe
locorum omnium, vndequaque aptitudinem.
Altera ad importationem fructuũ. Pręterea ad
lignorum materiem, & ſiquid aliud ſimile opi
ficium regio in ſe habeat facilem aduectionẽ.

Determinat de ſitu ciuitatis in comparatione ad mare
& aridam: & pmo facit hoc. Secundo cum dicit. {De na
uali aũt.} Inquirit de potẽtia & turba nauali vtrũ expe-
diat ciuitati vel nõ. Circa primum primo declarat quõ
oportet ciuitatem eſſe ſitã ad aridã & mare. Secundo cũ
dicit. {Cõio aũt} mouet dubõnem. In prima parte di-
cit, q ſi oportet poſitionẽ ciuitatis ad votũ habere, opor
tet q bene ſituetur in ordine ad aridã & ad mare: ita vt
aliqualr vtriq; cõicet ſi poſſe eſt. Et huius vna rõ eſt q̃ di- B
cta eſt prius, qm oportet ciuitatẽ bene & facile auxiliabi
lem eſſe cõtra ĩpugnantes: hoc aũt magis inerit ſi ſit cõis
duorũ. ſ. maris & aridę habẽs auxiliũ ab vtroq;. Alia aũt
eſt, qa oportet ciuitatẽ ſuſtẽtari ex fructibus regionis p-
prię vel alterius, qd nõ põt fieri niſi deferant ad ipſam:
facilius aũt deferunt, ſi fuerit cõis maris & aridæ. Iterũ
materia lignorũ & ſi aliqd aliud tale ſit, quod inueniat in
regiõe neceſſariũ ciuitati, expedit q poſſit de facili defer
ri ad ipſam: hoc autẽ fit ſi fuerit cõis maris & aridæ: &
ideo expedit eã eſſe cõem vtriuſq; iſtorũ. Deinde cũ di.

Cõio autem maris vtrum vtilis ſit ciuitatib⁹
vel damnoſa, permultæ ſunt diſceptationes.

Mouet dubitationem de propinquitate ad mare: & p
ponit primo circa hoc dubitationem antiquorum. Secũ
do cũ dicit. {Nam &c.} pſequitur ipſam. In prima par
te dicit q de propinquitate & cõmunicatione ciuitatis
ad mare: vtrum expediat ciuitatibus bene gubernanti-
bus & rectis bene legibus, multi dubitãt, multas adducẽ
tes rationes ad vtranq; partem. Deinde cum dicit.

Nam & frequentare aduenas quoſdam alie-
nis educatos legibus inutile putant, ad rectam
ciuitatis diſciplinam, & turbam popularẽ mul
tiplicari ex vſu maris tranſmittentibus & reci-
pientibus negociatorum multitudinem cõtra-
rium eſſe dicunt rectæ ciuium inſtitutioni.

Proſequitur eam, & primo tangit nocumenta quæ ac-
cidunt ex ipſa. Secundo cũ dicit. {Quod igitur &c.} vtili
tates maiores cõſequentes. Tertio cũ dicit. {Sibi. n. &c.}
docet vitare nocumenta ex propinquitate poſſibilia con
tingere. In prima parte tangit duo propter quæ videret
q nõ expediret ciuitatẽ eſſe ppinquam mari: neceſſe. n.
cõuenire multos inſtitutos vel inſtructos in aliĳs legibus D
& exercitatos in aliĳs cõſuetudinibus, ſicut videmus nũc
de omnibus ciuitatibus & villis ppinquis mari: nutriti
autem in aliĳs legibus & exercitati in aliĳs conſuetudini-
bus, diſtrahunt ciues ab obſeruãtia propriarum legum,
& ab his ad quæ ſunt aſſueti propter cõicationem & cõ
uictum: ex conuictu enim formantur mores: hoc autem
inconueniens eſt ciuitati & corruptiuum reip. ergo non
expedit eam eſſe propinquam mari. Secũdum eſt, qm in
ciuitate propinqua mari neceſſarium eſt aggregari mul-
titudinem nociuã reip. ppter opportunitatem. n. maris
emittẽtes in qb⁹ ſuperabũdant, & ſuſcipiẽtes in quibus
deficiunt, neceſſe eſt ſubintrare multitudinem negociato
rum ſeu mercatorũ: talis aũt multitudo cõtrariat ad be-
ne gubernare, qa lex ipſorũ facit diuitias magis eſſe pcio
ſas virtute, quare contrariat rectę reip. & ideo nõ vr ex-
pedire ciuitatẽ eſſe propinquam mari. Deinde cum di.

A Quod igitur ſi iſta non contingant, melius
ſit & ad ſecuritatem, & ad copiam rerum neceſ
ſariarum communionem maris habere vrbem
& regionem, non eſt obſcurum.

Arguit in oppoſitum tangens vtilitates prouenientes
ex propinquitate: & primo proponit eas. Secundo cum
dicit. {Nã ad facilius.} manifeſtat eas. In prima parte di
cit q non immanifeſtum eſt, q multo melius eſt regionẽ
eſſe propinquam mari vſq; ad aliquid & propter maiorẽ
abundantiam neceſſariorum ad vitam, & ad ſecuritatẽ
maiorem ipſius, ſi poſſent prædicta inconuenientia vel
nocumenta vitari. Deinde cum dicit.

Nam ad facilius ferendum hoſtes peroppor-
tuna facultas ſuccurrendi, auxiliandiq; ſuis ter-
ra & mari eſſe debet, & ad nocendum inuaden
B tibus, ſi non vtrinque poſſibile. At altera ex
parte magis exiſtit amborum participantibus,
& quæ apud eos non exiſtunt importari, & q̃
ſuperabundant deportari, ex neceſſariis eſt.

Manifeſtat, & primo primum dicens ciuitatem ſi non
debeat ſeruire: oportet ſic eſſe diſpoſitam q faciliter &
ſine damno poſſit ſuſtinere impetus debellãtium: ad faci
liter autẽ ferre ipſos, & cum minori damno facit, q poſ-
ſint ſe iuuare contra eos per mare & per terram: etenim
ſi non poſſunt lędere eos qui ſic debellant, tñ ſecundũ al
teram magis poterunt, ſi cõicent ambobus: ab arida eñ
iuuabunt ſe in mari & à mari in arida contra eos. Expe-
diens eſt igitur eam cõicare mari. Deinde cum dicit.

Sibi. n. ipſi mercabilem, non aliis ciuitatem
eſſe oportet: qui aũt oĩbus mercatum apud ſe
pbent, hi faciũt quęſtus cupiditate. Quòd ſi nõ
C expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neq;
mercatum certe huiuſmodi debet recipere.

Docet vitare nocumenta quæ videntur ſequi ex dicta
cõmunicatione. Duo autem illa q̃ tangebãtur ad vnum
videbantur reduci: q enim aliqui nutriti in aliĳs legibus:
aut multitudo negociatorum aduenientium per mare no-
ceant ciuitati: hoc eſt inquantum diſtrahunt ciues ab or
dine ciuili: & ideo ſimul docet vtrãq; vitare. Et circa hoc
duo facit, qm primo inquirit vſque ad quantum quæren
da eſt in ciuitate negociatio. Secundo cum dicit. {Nam
& nunc.} docet vitare prædicta nocumenta. Circa pri-
mum eſt intelligendum, q negociatio in ciuitate quærit
pp cõmutationem neceſſariorum ad bene viuẽdũ: huiuſ
modi aũt cõmutatio quæritur pp per ſe ſufficientiam vi
tæ: & iõ negociatio in ciuitate vſq; ad hoc quærenda eſt
per ſe, quod facit ad p ſe ſufficientiam ipſius & non am-
plius, ſicut ea q̃ ſunt ad finem quærũtur ſm q cõpetunt
D fini, & ppter hoc non eſt quærenda propter alios prin-
cipaliter. Dicit igitur q ciuitatem quæ non ſibi ſufficit
in omnibus ad bene viuendum expedit eſſe negociatiuã
ſibi, hoc eſt ſm q facit ad p ſe ſufficientiã ipſius, ſed non
aliis. i. non ad per ſe ſufficientiam aliarum ciuitatum vel
regionum principalr. Illi autem qui exhibent ſe nego-
ciatiuos ad oẽs quaſi facientes forum omnium in ppria
ciuitate, faciunt hoc gratia acquiſitionis diuitiarum, ni-
mis reputantes diuitias pcioſas, quod eſt nociuum reip.
rectę. Ciuitatem igitur illam quã non oportet participa-
re acquiſitione ſuperfluarũ diuitiarũ, non oportet recipe
re ſupexcedẽtẽ multitudinẽ negociatorũ, ſed tantã quã-
tam facit ad p ſe ſufficientia vitæ. Deinde cum dicit.

Nam & nunc quidẽ videmus multis regio-
nibus & ciuitatibus ſtationes ac portus oppor
tune iacere, vt neq; intra vrbem ſint, neq; valde.

E diſtantes: muriſq; circũdari, & alijs huiuſcemodi munitionibus. Clarum eſt enim ꝙ ſiquid boni ꝓueniet ex tali cõmunione, ciuitas id bonũ ſuſcipiet: ſin aliqd mali, caueri ab eo facile erit per leges iubentes ac determinãtes, quos oporteat, & quos non oporteat, inuicem admiſceri.

Docet vitare nocumenta prædicta, dicens, ꝙ ſic faciẽdum eſt in ciuitate bene ordinanda circa cõicationem ad mare, ſicut videmus fieri & exiſtere in regionibus & ciuitatibus bene ordinatis & ꝓpinquis ei: ſic aũt videmus ꝙ in talibus, & regionibus, & ciuitatibus municipium ciuitatis diſtantiam quãdam habet à mari, ita vt ſuburbia & portus in qbus recipiunt̃ negociatores ſint diſpoſita apte inter ciuitatẽ & mare: ita vt ipſa ciuitas nõ occupet̃ à mari, nec ſit valde lõge ab eo: ſed ſint muri & aliæ munitiones: puta turres vel caſtra interiacẽtia ciuitati &
F ſuburbio, ſimilr faciendũ eſt in ciuitate fienda ad votũ ſi poſſe ſit. Manifeſtũ eſt.n. ꝙ ſi ita ſe habeat & mare fuerit ſic ꝓpinquum ciuitati, vt dictum eſt, ꝙ ſi aliquod bonum poſſit contingere ꝓp cõicationem ad mare inerit ciuitati ſic diſpoſitæ: ſi aũt ad nocumentum poſſe ſit euenire, id cauendum eſt ꝑ leges diuerſas determinantes, quos oportet recipere ad municipiũ, & quos non oportet & vſq; ad qd & qbus oportet cõiungi ꝑ mercimonia & qbus non & q̃ro. Sic igit̃ apparet ꝙ ciuitatem eſſe cõiunctam mari oĩno non expedit: tum ꝓp dicta nocumẽta q̃ Ariſt. tãgit, tũ qa magis egrotatiua eſſet, & ꝓp alia multa, nec etiã expedit eã eſſe nimis remotã: multas.n. ab eo recipit vtilitates ſicut ipſe tãgit, & ſic medio mõ expedit eã poni ad mare vt vtilitates q̃ à mari ſunt inde recipiat de facili, & incõmoditates poſſit vitare. Deinde cum d.

De nauali autem potentia ꝙ melius ſit eam habere vſq; ad aliquam quantitatem, manifeſtum eſt: nõ ſolum enim ſibiipſis, ſed finitimis
G quibuſdã oportet & auxiliari poſſe, & eſſe terrori: quemadmodum terra, ſic etiam mari.

Inquirit de potentia & turba nauali q̃uo ciuitas ſe habet ad eas: & circa hoc duo facit. Primo.n. manifeſtat ꝙ potentia naualis vſq; ad aliquem terminũ expedit ciuitati. Secundo cum dicit. {Turbam verò &c.} Oſtendit ꝙ turba naualis non debet eſſe pars ciuitatis, quãuis neceſſaria ſit. Circa primum ꝑmo oſtendit ꝙ potẽtia naualis expedit ciuitati. Secũdo cũ dicit. {Magnitudo aũt &c.} declarat vſq; ad quem terminum. In prima parte dicit, ꝙ de potẽtia nauali q̃ ordinat̃ ad bellum ꝑ mare, manifeſtum eſt ꝙ optimũ eſt ipſam ineſſe ciuitati bene ordinatæ vſq; ad aliquem terminum multitudinis, qm̃ expedit ciuitatem nõ ſolum ſibiipſis viuere, ſed etiã ad alios: puta vicinos, debellãdo eos ſi iuſtũ ſit eis ſeruire, aut prohibendo inſultus eorum ſi velint debellare iniuſte. Quapropter oportet ꝙ ſint terribiles eis, & poſſint ſibi auxiliari
H multiplr contra eos. Hoc aũt erit ſi habeant potentiam, ſicut ꝑ terram pedeſtrẽ, ita ꝑ mare naualẽ. Expedit igit̃ ciuitati potentiam habere nauticam. Deinde cum di.

Magnitudo autem ac multitudo huius potentiæ ad mores ciuitatis erit accõmodanda: nã ſi ea fuerit ciuitas quæ magnam præſtantiã auctoritatemq; habere conſueuerit: neceſſarium erit hanc potentiam rebus eſſe conformem.

Declarat vſq; ad quid dicẽs, ꝙ de multitudine & magnitudĩe potentiæ naualis vſq; ad quem terminum expediat ciuitati conſiderandum eſt inſpiciendo ad vitã, i. ad finem ꝑ ſe intentum in ciuitate. Illud.n. quod ordinat̃ ad finem intentum quærendum eſt, inquantum vtile eſt ad ipſum & nõ amplius. Si igit̃ finis alicuius ciuitatis ſit vita ducalis & ciuilis, hoc eſt finis ad quẽ ordinatur ducatus exercitus, ſ. ſubiugare alios & ciuiliter regere illos: tunc potentia naualis debet eſſe cõmenſurata: ita vt tãta ſit vt ꝑ ipſam & pedeſtrem potentiã poſſint debẽtes ſibi ſeruire debellare, & inſurgẽtes in eos repellere, nõ maior neq; minor ſm̃ ꝙ poſſibile eſt. Deinde cum dicit.

Turbam verò nauticam, & huiuſmodi hominum multitudinem non neceſſarium eſt ciuitatibus exiſtere: nulla enim ciuitatis pars huiuſmodi homines eſſe debẽt: nam pugnatores qui naues conſcendunt, ingenui ſunt homines, terra quoque militare conſueti: hi præſunt nauali turbæ & imperant.

Declarat ꝙ turba nautica nõ debet eſſe pars ciuitatis, quod primo facit. Secundo cum dicit. {Exiſtente verò multitudine &c.} declarat ꝙ eſt neceſſariũ ei. In prima parte dicit, ꝙ multitudinem hominum q̃ eſt circa turbã naualem non expedit ineſſe ciuitatibus ſicut partẽ, neq; ipſos nauticos oportet eſſe partem ciuitatis: ſuperexceſſiuos.n. in iniuriis & qui volunt eſſe liberi omnino à ſubiectione quacũque, & q ſunt pedeſtres ad virtutem deficientes ab ipſa nõ debent eſſe pars ciuitatis, qm̃ illos qui ſunt pars ciuitatis oportet eſſe non iniurioſos, & ſubiici in parte, & ordinabiles ad virtutem. Nautica aũt turba quę dominatur nauigio & obtinet ipſum huiuſmodi eſt, quia iniurioſa eſt & ſubiici nõ vult & deficit à virtute, ſicut frequenter & in pluribus: ergo nõ expedit eam eſſe partem ciuitatis. Deinde cum dicit.

Exiſtente verò multitudine tenuis fortunæ hoĩum qui circa nos habitant, & agricolarũq; in regione rem ruſticam exercent, neceſſariũ eſt abũdantiam eſſe nautarum: videmus etiam nunc iſtud fieri in quibuſdam ciuitatibus, ceu
G Heracleotæ multas implent triremes, vrbẽ poſſidentes magis exiguam q̃ cæteri.

Declarat ꝙ multitudo naualis neceſſaria eſt ciuitati dicẽs, ꝙ cum in ciuitate ſit multitudo ſeruorum & tenuiorum hominum; neceſſarium eſt in ipſa exiſtere multitudinem agricolarum excolentium terram regionis & multitudinem nautarum. Et hoc quidem apparet per inductionem. Sic enim videmus in pluribus ciuitatibus bene ordinatis, & ſpecialiter in ciuitate Heracleotarum. Quãuis.n. ciuitas eorum ſit contractior, i. minor ſm̃ multitudinem multis aliis multas poſſunt de viris nauticis ordinatis ad bellum implere triremes, i. naues trium ordinũ remorum. Deinde cum dicit.

De regione igitur, & portubus, & vrbibus, & mari, & nauali potẽtia, in hũc modũ determinatum ſit: de multitudine quoq; ciuitatis, quã determinationẽ habere decet prius dixeramus.

H Recapitulat determinata, dicens, ꝙ iam in præcedentibus dictum eſt de regione, quãtam & qualem oportet eam eſſe, & de portu & ciuitate qualiter ſe debeat habere ad mare, & de potentia nautica quod neceſſaria eſt ciuitati & vſque ad quid. Prius autem dictum fuit de multitudine ciuili quantam oportet eam eſſe, & vſque ad quem terminum expediat ciuitati bene ordinatæ.

LECTIO V.

Quales eſſe debeãnt qui ciuitatem incolunt & regunt.

NVnc autẽ quales natura ciues eſſe oportet à nobis dicetur: forſan vero id deꝑhẽdet quis ſi inſpiciat ad ciuitates grecorum, quę bene gubernari dicuntur: & ad totum terrarũ orbem, vt à gentibus varijs incolitur.

Poſtq;

Poſtquam Philoſophus de ciuili multitudine determinauit, tranſit nunc ad inquirendum quales ſm naturam oporteat eſſe gubernantes recte: & circa hoc primo præmittit intentionem ſuam cum ordine conſiderandi. Secundo cum dicit. {Nam quę frigidas &c.} proſequitur. Tertio cum dicit. {De hominibus igitur &c.} recapitulat dicta. In prima parte ipſe dicit ꝙ determinatio de his q̃ ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis in generali: reſtat conſequenter dicere quales ſm naturalem diſpoſitionem oporteat eſſe futuros bene gubernātes qđ ſecundo ꝓponebatur prius inquirendum. Fere aũt fiet hoc manifeſtum, ſi aliqs voluerit cōſiderare inſpiciendo ad ciuitates Græcorū quas dicimus bene gubernare, & etiā ad totum orbē terrę, ſm ꝙ eſt occupatus gentibus & ciuitatibus cōſiderando diſpōnes naturales earū, ex iſtis enim aliqualr poterit concludi intentū. Deinde cum d.

Nam quæ frigidas regiones incolunt gētes, & quæ ꝑ Europam, animo quidem abundant: ingenij verò & artificij parum habent. Quapropter in libertate magis perſeuerant: diſciplinam verò reipub. difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non poſſunt. Quę verò Aſiā incolunt, ingenio & arte abundāt: ſed animoſitatem nō habent, propter quod & parere dominantibus, & ſeruire perſeuerant.

Proſequitur, & circa hoc primo præmittit diuerſas diſpoſitiones regionum ad gubernandum. Secundo cū dicit. {Patet igitur &c.} Ex hoc infert intentum: & circa primum adhuc primo tangit, q̃ ſunt inepti ad gubernādum naturaliter. Secundo cum dicit. {At græcorum genus} qui ſunt apti magis. Circa ꝓmum eſt intelligendū, ꝙ quāuis intellectus per ſe non cōicet corpori in operatione ſua: cōicat tñ corpori cōicanti ſm Cōmentatorem lib. de Anima. Quicquid.n. intelligit in fantaſmatibus ſenſibilibus intelligit, quia cum ſpeculatur neceſſe eſt ſimul fantaſma aliquod ſpeculari. Fantaſmata autem in actu ſenſibilia ſunt in actu, ſicut dicitur tertio de Anima. Sēſibile verò in actu & ſenſus in actu ſunt vnum in actu: & ideo ſm diuerſam diſpoſitionem ſenſus in actu diuerſimode diſponitur intellectus ad intelligendum. Senſus autem in actu diuerſimode diſponitur ſm diuerſitatem organi & ſpiritus, ſpecialiter in ſubtilitate & groſſitie, in quo primo videntur ſigillari formæ ſenſibilium. Et ideo ſm diuerſitatem ſpiritus in groſſitie & ſubtilitate, & aliis huiuſmodi diuerſimode diſponitur intellectus ad intelligendum: ita vt qui habēt ſpiritus ſubtiles & claros bene repreſentatiuos formarum ſenſibilium bene nati ſunt intelligere. Qui autem groſſos & turbidos praue. Multitudo etiā ſpiritus naturalis & ſanguinis: & per conſequens caliditatis facit homines robuſtos. Robur.n. facit ſpiritus ſm philoſophum lib. de Somno. Et multitudo calidi animoſos & exceſſiuos, quia calidum maxime actiuum eſt inter qualitates. Habitantes autem in regionibus calidis caliditate regionis poros aperiēte exhalat humidū trahens ſecum calidum intrinſecum: & iō ſunt pauci ſanguinis & caliditatis. Spiritus autem & ſi paucos habeāt, claros tñ & mundos habēt, & ideo bene intellectiui ſunt. Habitātes autem in frigidis frigiditate extrinſeca poros concludente fortificatur calidum interius, & ſunt fortis digeſtionis & plurimo indigent cibo. Spiritus autem multos habent propter multitudinem calidi: groſſos tñ propter groſſitiem & multitudinem alimenti, & ꝓpter minorem exhalationem. Et ideo propter abundantiam caliditatis & ſanguinis animoſi ſunt: propter groſſitiem autem ſpirituum & turbulentiam minus intellectiui. Qui autem habitāt in temperatis regionibus medio modo ſe habent inter iſtos mediocriter diſpoſiti ad animoſitatem & ad operationē intellectus. Hoc ſuppoſito, di-

A cit ꝙ habitantes in regionibus frigidis, & circa Europā quæ eſt regio protenſa ad aquilonem in parte remota à via ſolis ſunt naturaliter animoſi propter abundantiam ſanguinis & caliditatis propter cauſam dictam: in intellectu autem ſpeculatiuo, ſ. & arte, hoc eſt intellectu factiuo inueniuntur deficientes magis: & ideo quia animoſi ſunt & potentes libere viuunt in regionibus ꝓpriis, potentes & audētes repellere inſultus inſurgentiū: neſciunt autem bene gubernare nec principare vicinis ꝓpter defectum intellectus & prudentiæ, q̃ requiruntur ad bene gubernandum & principandū recte. Habitantes aũt in regionibus calidis, & circa Aſiā, q̃ eſt regio ꝓtenſa ad meridiem ꝓpe viam ſolis, bene intellectiui ſunt & artificioſi. multum ſm aīam ꝑꝑ ſubtilitatem & mūdiciam ſpirituū in eis cā prædicta: tñ timidi & ſine animoſitate ſunt ꝑꝑ defectum ſanguinis & caliditatis nalis: & iō ſubiecti ſunt & ſeruiunt aliis nō audentes nec potētes repellere debellantes, niſi forte qñqꝫ ꝑ fraudem & dolum excogitata ꝑ

B intellectum quē habent ſubtilem. Deinde cum dicit.

At græcorum genus vt mediam regionē locorum ſortitum eſt, ſic etiam amborum eſt particeps: nam & animoſum & ingenioſum eſt. Ex quo fit, vt in libertate degat, & diſciplinam reipub. optime recipiat, & vnius reip. conſtitutionem ſortitum, imperare omnibus poſſet. Eandem quoqꝫ differentiam habent Græcorū gentes inter ſe: quędam.n. habent naturam ad vnum illorum: quædam verò ꝑmixtę ac temperatæ ſunt ad vtrāque illarum potentiarum.

Declarat qui ſunt magis apti dicens, ꝙ illi q̃ medium locum tenent inter prædictas regiones Europam & Aſiā ſicut genus Græcorum, ſicut medium tenent ſm locum ita & ſm diſpoſitiones. Non.n. tantum eſt frigidū apud

C eos, ſicut in ſeptētrione, nec tantum calidum ſicut apud eos qui circa Aſiam: & ideo temperati exiſtentes ſm calidum & frigidum ambobus participant: ſunt.n. intellectiui: minus tñ q̃ qui circa Aſiam, & etiam animoſi minus q̃ qui circa Europam: & ideo permanent liberi in regione ſua potentes & audētes aliqualiter repellere debellantes, bene etiam nati ſunt gubernare inter ſe & principari aliis ſm aliquam vnam rempub. propter vigorē intellectus & rationis in eis. In ipſa etiam regione Græciæ inuenitur differentia gentis alicuius ad alias in eadē regione quæ totius Græcorum ad duas ꝓdictas: ita ꝙ in aliqua eius parte habitantes habent naturā quaſi vnius mēbri vel diſpoſitionis vnius: puta quia accedunt ad ſeptētrionem magis inter Græcos, magis animoſi ſunt inter ipſos naturalr. Habitantes autem in alia parte alterius diſpoſitionis ſunt, ſicut habitantes in parte propinquiori Aſiæ magis intellectiui ſunt inter eos. Alij autem ſunt bene mixti ſiue proportionati ad vtraſqꝫ potentias

D iſtas, ſ. intellectiuam & animatiuam, ſicut illi qui magis accedunt ad medium per æque diſtantia. Sed contra iſta argueret aliquis rationabiliter, ꝙ cum ea quæ ſunt naturalia ſemper vel in pluribus eodem modo ſe habeant, ſed græci ſunt nati principari aliis: non autem illi qui circa Aſiam vel Europam: ſequeretur, ꝙ Græci ſemper vel in maiori parte principarentur aliis & alij non ipſis, cuius contrarium apparet ex hiſtoriis antiquorum: Chaldęi.n. & Perſæ qui ſunt circa Aſiam multo tempore dominati ſunt ipſis & vicinis eorum monarchiam tenentes. Similr Romani qui circa Europam ſunt plurimo tempore dominati ſunt Græcis q̃ econtrario: diuturnior.n. fuit monarchia Romanorum q̃ Græcorum: ergo videtur ꝙ ipſi non ſint nati principari aliis, ſed magis econtrario. Ad hoc eſt intelligendum ꝙ diſpoſitiones naturales rerum naturalium quę ſunt hic reducunt in diſpoſitionem cęleſtem, ſicut dicit philoſophus in 1. Metheororum dicens.

Eſt autem ex neceſsitate cõtinua iſte mundus ſuperioribus lationib⁹, vt omnis ſui virtus gubernetur inde. vnde motus principium omnibus illam cauſam putandũ eſſe, & hoc ſatis oſtendit octauo Phyſicorum. Diſpoſitio autẽ cœleſtis per comparationem ad ea quæ ſunt hæc duplex eſt, vna communis quæ attẽditur ſm propinquitatẽ vel remotionẽ à via ſolis q maxime mouet iſta inferiora. Et ſm hoc quidam hic exiſtẽtes ſunt calidi: quidam frigidi quidam temperati: & inclinãtur ad ea ad quæ iſta diſponunt: & quãtum eſſet de inclinatione naturali græcorũ in tali diſpoſitione magis temperati eſſent natura & magis attingerẽt ad vtrunq; dictorum prius, ſcilicet animoſitatẽ & intellectũ proportionaliter, & magis nati eſſent gubernare & principari alijs & ſeptẽtrionales magis animoſi deficientes intellectu: qui autem circa Aſiam econtrario. Alia aũt eſt diſpoſitio cęleſtis in ordine ad ea quę ſunt hic: que attenditur ſm figuram ſtellarum erraticarũ ad ſeinuicẽ & ad fixas, & in ordine ad ea quæ ſunt hic: & iſta diſpoſitio vel iſta figura cõtinue alia & alia eſt aliquo **F** modo: quãuis non ſenſibiliter hoc appareat, & reſpectu alterius & alterius loci alia & alia: ita ꝙ ſi reſpectu hui⁹ regionis ſit nunc talis figura cæleſtis: cõſequenter in alio tempore erit alia, & ſi reſpectu huius regionis ſit talis, reſpectu alterius erit alia. Si igiť aliqua diſpoſitio inſit alicui ciuitati vel regioni ex tali figura cęleſte durãte figura inerit diſpoſitio alia naturaliter: & ſm hũc modũ poteſt dici ꝙ græci ex figura cæleſti tali aliquando nati fuerunt bene gubernare & principari alijs, aliquãdo autem alij: puta Chaldæi vel Romani, & ſi iſta figura nõ permanet nunc, nunc non ſunt nati ad eadem: ſed ad alia ſm exigẽtiam figuræ nunc exiſtentis. Vlterius etiam intelligendum eſt ꝙ diſpoſitio ciuitatis vel regionis naturalis non tantum conſideratur ex figura cæleſti abſolute: ſed etiam ex diſpoſitione partium regionis vel ciuitatis ſm habitudinem quam habet ad mõtes vel mare vel loca paludoſa vel munda. Virtus enim figuræ cæleſtis non recipitur in contento niſi mediante continente proximo. Et ſm hoc **G** poteſt contingere ꝙ quamuis aliqua ciuitas vel regio ſit frigida naturaliter & inclinetur ad ea quæ diſponit frigidum, quantũ eſt ex diſpoſitione figuræ cęleſtis cõmunis: tamen ſm diſpoſitionem regionis per cõparationem ad montes vel mare contingit eam eſſe calidam excellenter aut etiam temperatam vel econtrario. Ex quo contingit ꝙ quamuis exiſtentes in aliqua regione non inclinentur ad gubernandum bene ex figura cæleſti communi: tamẽ ex ſpeciali diſpoſitione ipſius hoc poteſt ei contingere. Tertio eſt intelligendum ꝙ virtus cæleſtis cum ſit materialis & corporea: intellectus autẽ immaterialis & ſeparatus non agit per ſeipſum: ſed tantũ per accidens inquátum dependet ex ſenſu: & ideo intellectus & voluntas nõ neceſsitãtur in operationibus ſuis à virtute cęleſti per ſe. Vnde poteſt contingere ꝙ quamuis aliqua ex virtute cæleſti vel naturali diſpoſitione non inclinenť ad gubernandum, nec ad operationes intellectus vel virtutis: ſi tamẽ **H** per electionem intendant ſtudio ſapiẽtiæ & exercitio virtutum, continget eos eſſe intellectiuos & bene gubernantes: & ecõtrario ſi bene nati ad iſta dent ſe ocio & exercitio in malis operationibus, efficiẽtur inſipientes & male gubernantes, & ſerui aliorum ſient. Et hoc forte fuit vna cauſa deſtructionis regni Romanorum & Græcorum: tenentes enim monarchiam viuẽtes in trãquillitate dederunt ſe ocio & voluptatibus carnalibus & auaritiæ, nolẽtes vacare ſapientiæ: & ideo facti minus intelligentes & minus exercitati in actionib⁹ ciuilibus & bellicis, nõ potuerũt gubernare nec principari bene alijs: & ideo rebellauerũt ſubiecti ipſis neſciẽtibus & impotẽtib⁹ obuiare. Per pdicta apparet ſolutio ad obiectũ. Deinde cum di.

Patet igitur, ꝙ oportet & intelligentiam & vigorẽ animi natura exiſtere illis, q futuri ſint idonei quos legum poſitor ad virtutẽ inſtituat.

E Infert ex præcedẽtibus quales nati ſunt bene gubernare & principari. & primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Nã quod de &c.} manifeſtat hoc ex dicto quorũdam. In prima parte dicit ꝙ quia græci bene gubernãt & principantur alijs naturaliter: quia animoſi ſunt & bene intellectiui. aſiani aũt ſerui ſunt aliorum, quia inanimoſi ſunt quamuis vigeant intellectu. Septentrionales autẽ alijs non principantur. quia deficiunt intellectu quamuis ſint animoſi. manifeſtum eſt, ꝙ oportet eos eſſe de numero legiſlatorum qui debẽt eſſe boni ductores ad virtutem & bene gubernare inter ſe & principari alijs eſſe animoſos, vt poſsint malos compeſcere & debellantes impugnare, & bene intellectiuos vt ſciãt ſe dirigere & alios in operationibus. Deinde cum dicit.

Nam, quod de cuſtodibus aiunt quidã oportere, vt beniuoli ſint erga notos, erga ignotos vero, infeſti. Vigor animi eſt q beniuolentiam **F** facit: illa eſt enim potentia animæ, per quã amamus, ac beniuoli ſumus. Cuius rei ſignũ eſt, ꝙ magis irritatur animus cõtra familiares & amicos, q̃ contra ignotos, ſi contẽptum ſe putet. Quapropter Archilocus recte cũ amicos incuſaret, ad animum loquiť, inquiens, Nõ tu quidem ab amicis lanceis transfixus es. Qđ dominatur & qđ libertatẽ ſeruat, ab hac potẽtia animi exiſtit. dominus.n. & inuictus eſt animus.

Probat hoc ex edicto quorũdam. & circa hoc primo ex parte illius dicti oſtendit intentum. Secundo cũ dicit. {Nec bene ſe habet &c.} Reprobat alterã partem euiſdem dicti. In prima parte dicit ꝙ illud quod quidam dicunt oſtendit ꝙ oportet bene gubernãtes eſſe animoſos. Dicunt.n. ꝙ oportet cuſtodes aliorum & principantes **G** eſſe amatiuos notorum: ad ignotos autem ſylueſtres & duros magis. Signum autem primi eſt, quia animus hominis magis attollitur colloquendo & bene faciendo reputãs ſe debere magis reputari ab eis reſpectu notorum & conſuetorum q̃ reſpectu ignotorum putans ſe paruipendi. Noti.n. & conſueti magis reputantur amici: ignotus autem quaſi nõ amicus: & ideo diſponitur homo ad notum & conſuetum ſicut ad ſeipſum: ad ignotos autem ſicut ad inimicum. & propter hoc ſicut quilibet reputat ſeipſum & magnipendit, ita vult reputari & magnipẽdi ab amico & noto: ab inimico aũt & ignoto putat non reputari & paruipendi. Non autem ꝙ cuſtodes oportet eſſe amatiuos, quia animus.i. voluntas eſt quæ facit homines amatiuos inuicem: hæc.n. potẽtia principium eſt dilectionis. Propter quod Archilochus querelans de amicis diſputat ad animum quaſi ad amicum dicens, ꝙ homines nõ ſuſtinent vulnerationes à lanceis ab amicis, ſed bona magis. Amare.n. eſt velle alicui bonum pp ipſum. **H** Velle aũt eſt actus voluntatis, ergo & diligere. Inclinatio autem ad principandum & ad actus libertatis eſt ab iſta potentia oĩbus qui ad hoc inclinãtur: principatiuum.n. & inuincibilem & liberum dicimus animum, quia principari primo & per ſe eſt agere. immediatum autem pncipium agendi in nobis eſt animus ſiue voluntas: & ideo animus eſt principatiuum quid. Libertas aũt eſt quæ in natura intellectiua p virtutem eius quod pncipale eſt in ea, & intrinſecum agit in finem pprium ſm illud idẽ. Agere aũt in natura intellectuali ad finem proximo competit animo & voluntati ſm Ariſt. 9. Methe. Et ideo libertas eſt virtus quædam voluntatis in ordine ad intellectum præcedentem & finem ſequentem. Si igitur animus eſt ſm quem pncipamur & liberi ſumus, & animus eſt quo amamus quod cõpetit principantibus & cuſtodibus, vt iã dictum eſt, conuenienter dictum eſt qđ principantes oporteret eſſe animoſos. Deinde cum dicit.

Nec

A Nec bene ſe habet dicere, ꝙ aduerſus ignotos debent eſſe infeſti, nam aduerſus neminem eſſe tales oportet. Neq; ſunt magnanimi homines natura infeſti, niſi contra iniuriantes, hoc autē magis cōtra notos familiareſq; patiūtur, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione cōtingit. A quibus.n.deberi ſibi beneficiū expectāt, ab eiſdē nō ſolū priuari beneficio, ſed inſuper ſe lædi putant. Vnde in prouerbio dicitur, fratrū contētiones & iræ ſunt acerbiſſimæ, & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderūt.

Reprobat alteram partem dicti aliorum dicēs, ꝙ non conuenienter dicunt in eo quod aiunt, ꝙ principātes vel ſupiores in ciuitate oportet eſſe infeſtos & diros ad ignotos, non.n.expedit ad aliquem hominem bonum eſſe tales, quia facto & verbo expedit magis ſe reddere amabi- B les, viri etiam magnanimi qui ſunt digni principari non ſunt ſeueri ſeu diri ad aliquos niſi contra iniuſtos, quia nō expedit eos eſſe diros, niſi eis qui contrariantur eis ſm, ꝙ huiuſmodi. Ipſi autem ſm ꝙ huiuſmodi virtuoſi ſunt vel debēt eſſe, magnanimitas.n.eſt ornatus virtutum, vt
Cap. 8. dicitur.4.Ethic. Virtuti autem contrariatur malitia ſeu iniuſtitia ſm ꝙ iniuſtitia ſe extendit ad omnem malitiā. Magis autem duri ſunt ad notos ſeu amicos ſi fuerint mali, ſiue putent ſe iniuſte pati ab eis, & hoc rationabiliter faciunt: ſi.n.ab amicis iniuſte patiuntur, nocumentum reportant ab eo á quo credebant ſe iuuari debere, & ipſo priuantur, propter quod indignantur magis, amicus.n. eſt velut alter ipſe, vt dictū eſt. Et ideo ſicut aliqs ad ſeipſum diſponitur, ita ad amicū. A ſeipſo autem expectat vnuſquiſq; bonum & nō nocumentum, propter quod & ab amico, vnde ſi putet reportare nocumētum, indignatur: & quanto magis amicus, tanto magis creditur teneri ad beneficentiam. Et ideo dicitur prouerbialiter ꝙ fra- D trum inimicitia crudelis eſt valde, & ꝙ illi qui valde diligunt ſeinuicem fiunt valde inimici ex caſu, ſicut eadem fiūt calidiſſima & frigidiſſima ſicut dicit Ariſt. 4. Me-
Tex. cō. 5. theo. Dicimus enim de magno amico magnum inimicū fieri. Sic igitur non expedit magnanimū vel principantem eſſe agreſtem ad aliquem, niſi ad iniuſtum, & magis ſi fuerit amicus prius. Deinde cum dicit.

De hominibus quidem igitur qui in rep.futuri ſint, & quot eſſe oportet, & quales natura, & de regione quātā & qualē, fere determinatū eſt, Non.n.eadem certitudo quærēda eſt in his quæ per rationes, & in his quæ fiūt per ſenſum.

Recapitulat dicens ꝙ de viuentibus in ciuitate determinatum eſt quot oportet eſſe ſm multitudinem in ciuitate ordinata & quales ſm naturalem diſpoſitionē. Iterum de regione dictum eſt quantam & qualem oportet eam eſſe ad bene habitandum in ciuitate per rationes veriſimiles, & concordantes ſenſui. Non.n.eandem certitudinem oportet quærere eorum quę ſunt manifeſta ratione ſola non conueniente vſquequaq; ſenſui, & eorum qui conueniunt cum ſenſu.

LECTIO VI.

Sex eſſe ſine quibus ciuitas conſiſtere non poteſt.

CVm vero, vt aliorum ſm naturam cōſiſtētium non hę ſunt partes totius cōſiſtentię ſine quibus totū eſſe nō poſſunt, palā ꝙ nec ciuitatis ponēdū eſt eſſe partes, quæcunq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet, nec alterius cuiuſquam cōionis, ex qua ſit vnū aliquod genus.

A Poſtquā philoſophus inquiſiuit de his quæ ſupponēda ſunt ad rempu.rectam ex parte materiæ remotæ. Inquirit nunc de his quæ ſupponenda ſunt ex parte materiæ propinquæ. Ciuitatis aūt materia propinqua eſt duplex. Vna proprie ſicut liberi principantes & ſubiecti q attingunt ad ciuilitatem. Alia autem domus & ædificia ciuitatis & regionis quæ magis ſe habent in ratione organi. Diuiditur igitur pars iſta in duas, quia primo inqrit quæ ſunt partes ciuitatis proprie dictæ. ſecundo de ædificiis & domibus & diſpoſitione ciuitatis & regionis cum dicit. {Vrbs autem.} Adhuc in prima parte oſtēdit primo quæ ſunt neceſſaria ad cōſiſtentiam ciuitatis. Secundo cum dicit. {Determinatis autem &c.} inquirit q̄ eorū ſunt partes ciuitatis. Circa primum adhuc oſtendit ꝙ non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ciuitatis ſunt partes ipſius. Secūdo cum dicit. {Cū vero &c.} declarat quæ exiguntur ad conſiſtentiam eius. Primum oſtendit duabus rationibus. Secūdū ponit.ibi. {Vnum B enim &c.} In pma parte dicit ſicut eſt in his q̄ fiūt & cōſtant ſm naturā, ita in ciuitate quæ eſt á natura inclinante & ratione perficiente. In his autem quæ fiunt & conſtant natura, non omnia quæ requiruntur ad conſiſtentiam ipſorum ſunt partes illorum, ſed quædam ſunt ſicut materia. quædam autem ad ornatum, & quædā ad alia, ſicut in animali alimentum & humores non ſunt partes in actu, ſed ſicut materia, pili autem ad ornatum ſunt ſeu ad protectionem. Sudores autem ſicut decidentia á natura: ergo manifeſtum eſt ꝙ neq; ciuitatis, neq; cōmunicationis alterius cuiuſcunq; ex pluribus ex quibus fit aliquod vnum ratione omnia dicenda ſunt partes ſine quibus non exiſtunt. Deinde cum dicit.

Vnum.n.quid & cōmune eſſe debet communicantibus, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiant, ceu ſi alimētum id ſit, ſiue agri quantitas, ſiue aliud tale. Sed quādo hoc gratia huius, hoc D autem non gratia nihil in his cōmune, ſed aut huic quidem facere, huic autem accipere. Dico autē veluti organo omni ad id opus quod fit, & opificibus. Domui.n.ad ędificatorē nihil eſt quod fiat commune, ſed eſt domus gratia ædificatorum ars. Quapropter poſſeſſione quidem indiget ciuitas, nulla tamē pars ciuitatis eſt poſſeſſio. Multa vero aīata ſunt poſſeſſionis partes. Ciuitas autem cōmunio quædam eſt ſimiliū, gratia vitæ, vt maxime fieri poteſt, optimæ.

Ponit ſecundā rationem ad idem quæ eſt hæc, omniū partium per ſe alicuius totius eſt ad vnum cōe, per quod determinātur & ſunt, & hæc eſt forma totius. Et ad hoc attingunt omnes ſiue æqualiter ſiue inęqualiter per trāſmutationem factam ad illud ex aliqua materia ſiue illa C ſit alimentum, ſicut in animalibus & plantis, ſiue multitudo hominum in regione ſiue in ciuitate, vel aliqd aliud ſicut in quibuſcunq; aliis: quando vero aliqua plura ſic ſe habēt ꝙ vnum eſt gratia alterius vt finis. alterum aūt eſt ſicut finis ipſorum nō eſt aliquod vnū cōe ſm rationem, ſed ad alterum iſtorum pertinet attingere aliquod principaliter. Ad alterum autem attingere accipiēdo virtutem ab alio ſicut ſe habet organum ad opus factum, et ad agens principale, quibus non eſt aliquid commune ſm rationem, ſicut domui & ędificatori nihil eſt commune ſm ꝙ huiuſmodi, ſed ars ædificatoria & organa ędificādi ſunt propter ipſam domum. Igitur quorum vnū eſt gratia alterius ſm ꝙ huiuſmodi nō ſunt partes alicuius vnius. Poſſeſſio vero in ciuitate eſt gratia poſſidentis, quāuis igitur ſit neceſſaria ciuitati non erit aliqua pars ciuitatis cuius partes ſunt poſſidētes p ſe, ſed multa ſunt aīata quæ ſunt poſſeſſio alterius, ſicut iumētū & ſeruus

qui

qui eſt organum animatū alterius poſſeſſio exiſtens, ſine quibus tamen non eſt ciuitas. ergo multa ſunt in ciuitate quæ non ſunt partes ipſius. Ciuitas enim eſt cōitas quędam ex pluribus ſimilibus ſm naturam compoſita gratia per ſe ſufficientis & optimæ vitæ. Deinde cum dicit.

Cum vero ſit felicitas optimū, ipſa tamē virtutis operatio, & vſus quidam perfectus. Cōtingat autem ita vt aliqui illius recipiant participationem, alij parum, aut nihil: manifeſtum eſt ꝙ hæc eſt cauſa, quare ciuitatis ſpecies & differentiæ exiſtūt. Pluresq; rerump. formæ, per alium enim modum, & aliis viis ſinguli hoc appetentes, et alios viuendi modos fecerunt, et alias reipub. diſciplinas.

Intendit declarare quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiā ciuitatis. Et circa hoc primo tangit ex quibus ſumitur diuerſitas rerump. & ciuitatū. Secundo cum dicit. {Conſiderandum &c.} Ex quibus ſumitur numerus eorū quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatē. Tertio cum dicit. {Primo quidem &c.} Sumit eorum numerum. In prima parte eſt intelligendum ꝙ ratio eorum quæ ſunt ad finem ex fine ſumitur, & ideo diuerſitas eorum primo eſt ex diuerſitate finis, deinde ex diuerſo modo ſe habēdi ad ipſum. finis autē ciuitatis felicitas eſt, et ideo dicit qm̄ felicitas eſt optimum quod intenditur, ſicut finis in ciuitate. felicitas autē eſt operatio ſm virtutem perfectam & exercitium illius perfectum. & contingit aliquos in ciuitate habitantes attingere ad huiuſmodi operationem perfectam. Alios autem contingit attingere modicum. Alios autem nihil, ſed ad contrarium magis, manifeſtum eſt quòd hæc eſt cauſa quare ſint diuerſæ ſpecies & differentiæ rerump. diuerſitas.n. rerump. eſt ex diuerſitate finis, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finem. Ex hoc.n. ꝙ diuerſos fines eligunt, vel eodem alio & alio modo, & per alia & alia venantur, diuerſas vitas faciunt, & per cōſequens diuerſas reſp. Diuerſi.n. modi viuendi diuerſæ reſpu. ſunt. Diuerſæ igitur reſp. ſunt ex diuerſitate finium, vel ex diuerſo modo ſe habendi ad finem. Deinde cum dicit.

Conſiderādum eſt quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Nam quas dicimus eſſe ciuitatis partes, eas neceſſarium eſt in iſtis ſubeſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus.

Declarat ex quibus ſumitur numerus eorum quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem. Et præmittens intentionē ſuam dicit, ꝙ poſt hæc cōſiderandū eſt nobis quæ & quot ſunt illa quæ ſunt neceſſaria ad cōſiſtentiā ciuitatis. Inter iſta enim inueniātur illa quæ per ſe ſunt partes illius. Et quia vnumquodq; eorum quæ ſunt natura vel arte determinatur aliqua propria operatione ſicut dicitur primo huius, ſumēdæ ſunt operationes eorum quæ ſunt in ciuitate. Ex diuerſitate.n. iſtarum manifeſta erit multitudo neceſſariorum ad eam. Deinde cum dicit.

Ex his enim illud apparebit. Primum igitur debent exiſtere, alimenta. Deinde, artes. Multis enim inſtrumētis indiget vita. Tertium, arma. Nam qui ſimul in communione viuunt, neceſſariū eſt ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobedientes compellātur, & quibus vis propulſetur externa. Præterea pecuniarum habendarum facultas quædam, quo illas habere poſſint, & ad proprias indigētias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rē diuinā cultus quod vocant ſacrificium. Sextum, quod

E eſt omnium ſumme neceſſarium, iudicium ꝓ vtilitate & iuſtitia contrahentium.

Primo aſſumit operationes neceſſarias ciuitati. Secundo cum dicit. {Neceſſarium eſt ergo &c.} cōcludit multitudinē eorum quæ requiruntur ad conſiſtentiam eius. Circa primū primo aſſumit operationes dictas. ſecundo cum dicit. {Hæc ſunt igitur &c.} probat eas eſſe neceſſarias. In prima parte dicit ꝙ ciuitati cuicūq; ſi debeat eſſe ciuitas, oportet præexiſtere ꝑparationem alimenti, ſiquidem debeant viuere & nutriri. Deinde autem operationes artium puta fabricationem & carpentationem & huiuſmodi, multis enim indigent organis exiſtentes in ciuitate quæ præparantur per huiuſmodi opera. Deinde tertio oportet in ipſis eſſe arma, cōmunicantibus.n. cōicatione ciuili ſunt neceſſaria propter duo. Primo quidem ad ſeipſos ad puniendum inſolentes & tranſgredientes leges vel principatus gratia inobedientium conſtituti mandatum. F ſecundo ad repellendum extrinſecos volētes inferre moleſtiam iniuſte. Deinde oportet eos habere pecuniarum abundātiam aliquā ſimiliter propter duo. Primo propter opportunitates ad commutationes inter ſe faciendas. ſecūdo ad expeditiones bellorū ſi emergāt. Deinde autem quinto expedit ineſſe ciuitati ꝙ principaliter eſt inter dicta curam & cultū diuinum quod appellatur ſacerdotium. Sexto oportet ineſſe rectam deliberationē de conferentibus & nociuis, & iudiciū iuſtum de his quę veniunt in diſceptatione. Deinde cum dicit.

Hæc ſunt igitur opera quibus indiget ciuitas omnis. Eſt.n. ciuitas multitudo nō quæcunq;, ſed illa quæ ad vitā ꝑ ſe ſufficiēs ſit, vt diximus. Si vero aliquod horum deficiat, impoſſibile eſt ſimplr̄ per ſe eſſe ſufficientem hmōi ſocietatē.

Probat huiuſmodi opera eſſe neceſſaria vna ratione G cōi, dicens ꝙ huiuſmodi operationes ſunt neceſſariæ ciuitati omni, vt ita dicatur, quod adiunctum eſt propter aliquas ciuitates quæ propter diſpoſitionem regionis non ſimiliter indigent omnibus prædictis, aut non indigent ſimiliter vt forte abundantia pecuniarum propter abundantiā diuitiarum naturalium: & ratio huius quod dictū eſt, qm̄ ciuitas communitas quędam multitudinis ciuiū eſt nō quæcunque, ſed per ſe ſufficiens ad bene viuere, vt eſt dicere. Si vero aliquod prædictorum operum contingat deficere in aliqua multitudine, vt puta præparationē alimenti vel artificiatorum, aut etiam arma, nō erit per ſe ſufficiens ad bene viuere, vt ex ſe manifeſtū eſt. ergo nō erit ciuitas. Si ergo debeat eſſe ciuitas, neceſſe eſt omnia huiuſmodi opera ineſſe ipſi. Deinde cum dicit.

Neceſſarium eſt ergo his operibus ciuitatem conſtare. Eſſe igitur oportet multitudinē agricolarum, qui victum cōferāt, & artifices, & pu- H gnatores, & locupletes, et ſacerdotes, & iudices neceſſariorum atq; vtilium.

Cōcludit numerū eorū quæ ſunt neceſſaria in ciuitate, dicēs, ꝙ ſi hmōi operationes ſunt neceſſarię & ipſę nō poſſunt eſſe ſine quibuſdā aliis: puta præparatio alimenti ſine agricolis, opera artiū ſine artificibus, opa armorū ſine pugnātibus, diuitiæ ſine opulentis, nec cultus diuinus ſine ſacerdote, nec iudicium ſine iudice: manifeſtum eſt ꝙ ad conſiſtentiam ciuitatis neceſſarij ſunt agricolæ, artifices, bellici, diuites, ſacerdotes, & iudices.

LECTIO VII.

Quinam in optima ciuitate habendi ſint pars ciuitatis.

HIs determinatis, reliquum eſt conſiderare, vtrum omnes communicare debeant. horum omnium (fieri nō poteſt vt iidem ipſi ſint

& agri-

& agricolæ, & artifices, & conſultores, & iudicantes) An in vnoquoq; opere ſupradictorum alios ponendum eſt: An quædam eſſe propria: quædam vero communia neceſſarium eſt:

Poſtquã philoſophus oſtendit quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiam ciuitatis, declarat quæ iſtorum ſunt partes ipſius, & quæ nõ, & gratia huiuſmodi inquirit quæ iſtorũ contingit attribuere vni, & q̃ non, & quomodo. Et circa hoc primo facit quod dictũ eſt. Secũdo cũ dicit. {De diſtributione &c.} Quia dixerat agricolas non debere eſſe partes ciuitatis optime, determinat de diuiſione regionis, & quos oportet eſſe agricolas. Circa primũ primo facit quod dictũ eſt. Secundo cũ dicit. {Quod quidẽ &c.} recapitulat. Circa primum adhuc facit quod dictum eſt. Secũdo cum dicit. {Videtur autem &c.} Declarat illud non eſſe nouum, ſed ab antiquis inuentum prius. Circa primum dans intẽtionẽ ſuam ponit dubitationem, vtrũ omnia prædicta vel quædam poſſent eidem conuenire. B Secunda ſoluit cum dicit. {Sed non &c.} Declarat intentum. Primo igitur dicit ꝙ poſt declarationem dictorum relinquitur cõſiderandum vtrũ omnia prædicta ſex ſint cõicanda omnibus in ciuitate, ita ꝙ idem ſit agricola, artifex & miles, & ſic de alijs. Hoc enim bene poſſibile eſt, ſ. eoſdem eſſe agricolas & conſiliarios, & ſic de alijs. Aut vnũquodq; iſtorum attribuendum eſt vni conditioni hominum, puta ꝙ quidam ſint agricolæ, alij autem & diuerſi milites, & ſic de alijs. An magis quædam iſtorum ſint attribuenda eidem. quædam autẽ omnino diuerſis. Hoc.n. dubitationem habet, cuius determinatio valet ad declarandũ intentum principale. Deinde cum dicit.

Sed non in omni rep. hoc, vt diximus, contingit. Nã fieri poteſt, vt oẽs participẽt omniũ, & non oẽs omnium, ſed quidam, quorundam; Hæc enim faciunt rerump. varietatem. Nam in C populari quidem participãt omnes omnium. In paucorum autem potentia, contrarium eſt;

Diſſoluit dubitationẽ, & primo ponit ſolutionem in generali. Secũdo cum dicit. {Cum autem &c.} manifeſtat eam in ſpeciali. Primo ergo in generali ſoluit eam dicens, ꝙ in ciuitate bene ordinata non expedit omnia prædicta cõmunicare oĩbus, ſed nec ſingula ſingulis, ſed quædam ipſorum oportet eſſe propria quorundam tantum & non aliorum. quędam autem cõmunia pluribus neceſſario. Sed hoc non habet veritatem in omni rep. ſed in bene ordinata, tantum ſicut enim prius dicebatur in tertio huius contingit omnia prædicta cõicare omnibus exiſtẽtibus in ciuitate & non omnia omnibus, ſed quædã quibuſdam, & hoc diuerſimode, & ſecundum hoc diuerſificari reip. in ſtatu populari. Igitur quæ male ordinata reſpu. eſt omnibus omnia prædicta neceſſe eſt communicare, quia ſ. in ea tota multitudo dominatur. In ſtatu autem D paucorum econtrario quædam quibuſdam, vt arma ſacerdotium opulentiorum, & iudicium eiſdem forte vt diuitibus, quia dominantur. agricultura autem quibuſdam alijs & artificialia omnino diuerſis. Deinde cum dicit.

Cum autem cõſideratio noſtra ſit de optima rep. Ea vero eſt per, quam ciuitas eſſet maxime felix. Felicitatem autem quod ſine virtute impoſſibile eſt exiſtere, primo diximus. Manifeſtũ eſt ex his ꝙ in ciuitate quæ optime guberne tur, & quæ iuſtos habeat ciues ſimplr, ac non ad ſuppoſitionem neq; ruſtices, neq; mercatores, ciues eſſe oportet. Vilis eſt.n. huiuſmodi vita, & virtuti aduerſa, nec certe agricolas eſſe oportet eos qui futuri ſunt ciues. Opus eſt.n. quiete A & ocio ad virtutem comparandam, & ad rempub. gerendam.

Manifeſtat ſolutionem in ſpeciali. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Quæ ſint igitur &c.} recolligit eã. Circa primum primo declarat quæ dictorum non ſunt partes ciuitatis. Ex quo apparet ꝙ q̃dã dictorũ nõ poſſunt eiſdem attribui. Secũdo cum dicit. {Cũ vero &c.} declarat quæ contingit eiſdem attribui. Ex quo apparet quæ per ſe ſunt partes ciuitatis. Circa primum conſiderandũ eſt ꝙ ratio partis per ſe conſiderãda eſt ex ratione totius, & ratio totius in his quæ ordinãtur ad finẽ ſumitur ex fine, & ideo ratio partium ꝑ ſe ciuitatis quærenda eſt ex ratione reip. Et ratio reip. ex ratione felicitatis quę eſt finis eius. Felicitatem autem impoſſibile eſt exiſtere ſine virtute quæ eſt principium eius, & propter hoc ratio partium ciuitatis optime per virtutẽ determinatur. Hoc ſuppoſito dicit, quoniam intendimus facere cõſiderationem de reip. optima ſimpliciter, non ex ſuppoſitio- B ne ſecundum quam dicimus partes per ſe ciuitatis attingere ad felicitatem ſimpliciter quæ eſt finis eius. Felicitas autem non poteſt exiſtere ſine virtute, ſicut dictum eſt prius, eſt enim operatio hominis ſecundum virtutẽ perfectam. manifeſtum eſt ꝙ mercenariorum vitam ducentes vel etiam forenſem ſeu mercatiuam non oportet dicere eſſe ciues vel partes ꝑ ſe ciuitatis optime ſe gubernantis, habentis viros ſimpliciter bonos non ex ſuppoſitione. Cuius ratio eſt, quia ciues in ciuitate optima oportet operari ad felicitatem, & habere illud quod eſt principium ipſius. Hoc autem eſt virtus ciuilis, ergo oportet ciues in huiuſmodi ciuitate virtuoſos eſſe. mercenariã autẽ vitam ducentes, aut forenſem virtuoſi non ſunt vt huiuſmodi. Vita enim eorum vilis exiſtẽs ad eam non dirigit nec ordinatur, immo magis eſt non conueniens vel ſubcontraria ei. ergo tales non ſunt ciues, neq; pars ciuitatis optimæ. Nec etiã agricolæ ſeu terram colẽtes, quoniã ciuibus neceſſaria eſt vacatio ab operationibus neceſſa- C rijs & vilibus, & intendere contemplationi quandoq; & operationibus liberalibus ad generationem virtutis, & ad actiones communes, per quas determinantur. huiuſmodi autem vacatio non poteſt ineſſe agricolis, cum ſint dediti agriculturæ & laboribus extrinſecis. ergo nõ ſunt ciues vel pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

Cum vero hi ſuperſint qui bello intendunt, & hi qui conſultant de vtilibus, & iudicant de iuſtis, & non iuſtis; qui quidem maxime videntur partes ciuitatis. vtrum & hos eſſe alios ponendum ſit, An eiſdem hominibus ambas partes tribuendum.

Inquirit quæ prædictorum poſſunt ineſſe eidem. Et primo declarat ꝙ bellicum & conſiliatiuũ debẽt eidem attribui aliquo modo. Et ſecundo cum dicit. {Reliquum eſt &c.} declarat ꝙ iſta eadem & ſacerdotiũ eidẽ aliquo D modo & alteri alio aliquo modo attribuenda ſunt. Circa primum primo mouet dubitationẽ. Secundo cum dicit. {Clarum eſt &c.} diſſoluit eam. Circa primum eſt intelligendum ꝙ aliquis bene conſiliatiuus eſt per habitum prudentiæ per quẽ ex fine bene ratiocinatur, & inquirit de his quæ ſunt ad finem, ſicut autem aliquis ſe habet ad prudentiam perfectam, ita & ad alias virtutes morales, quia ſimul ſunt & non ſunt: & ideo conſiliatiuum determinatur virtute. bellicum etiam oportet habere virtutem per quam ſit aggreſſiuus terribilium & per cõſequẽs prudentiam aliquam ad hoc neceſſariam, & alias aliq aliter virtutes. vnde & dicebat prius philoſophus in ſecũdo huius, ꝙ militaris vita multas habet partes virtutis, & ideo bellici & conſiliatiui ſimpliciter determinantur virtute, & quia illi qui determinant virtute ſunt partes ciuitatis optimæ, ideo tales ſunt partes ipſius ꝑ ſe: & ideo hoc ſuppoſito, dicit, ꝙ illi qui ordinantur ad bellum in ciuitate

ciuitate optima, & ad conſiliandum de conferentibus, & ad iudicandum iuſte inter diſceptantes, neceſſarĳ ſunt in eadem. Et maxime videntur eſſe partes ipſius propter rationem prædictam, inquirendum eſt dubitando, vtrum iidem ſint ordinādi ad bellum & ad conſilium, an alĳ ad hoc, alĳ autem & diuerſi ad illud. Deinde cum dicit.

Clarum eſt, q quodāmodo eiſdem, & quodammodo aliis. Quia.n.alterius vigoris vtrūq; opus & alterum prudentia, alterum viribus indiget aliis. Quia vero impoſſibilium eſt eos qui afferre vim, & phibere hos poſſunt ſubiectionem pati ſemper eiſdem. Qui enim armorū domini ſunt iidē etiā ſunt domini ſtatus, vel mutationis reipu. Reſtat igitur vt eiſdem quidem ambobus reſp. tradatur, non ſimul quidem, ſed vt natura fert. Vires quidē in iunioribus ſunt, prudētia vero in ſenibus. Sic inter eos diſtribui cōmodum eſt, & iuſtū eſſe videtur. Habebit.n. hæc diſtributio id, quod eſt ſm dignitatem.

Diſſoluit, & primo manifeſtat q. iſta duo aliquo modo eidem, aliquo modo alĳ ſunt attribuēda. Secundo cū dicit. {Atqui poſſeſſio &c.} oſtendit quot iſtorū eſſe debent poſſeſſiones. Et in parte iſta dicit, q manifeſtū erit ex dicendis, q & bellicū & conſiliatiuum ſunt attribuēda eidem vno modo, alio modo alteri. Dicitur.n ad præſens idem & diuerſum dupliciter. Idem, ſcilicet ſecundū ſuppoſitum & ſm formam, ſicut Sortes idem eſt ſuppoſito. Ipſe autem & Plato diuerſi. Sortes autē & Plato albi ſunt idem in forma. Sortes autē albus prius & niger poſterius eſt alter à ſeipſo, ſicut Porphyrius dicit, q Sortes ſenex differt à ſe puero differētia accidentali. Intendit igitur q bellicum & conſiliatiuum eidem ſecundum ſuppoſitum ſunt attribuenda, differenti tamen ſecūdum prius & poſterius, & ſecundum fortius & minus forte, magis prouectum & minus: ſecundum.n. q alteri ætati oportet attribuere bellicum: puta iuuentuti, & alteri conſiliatiuum: puta ætati magis prouectæ, & ſecundum conſiliatiuum indiget prudentia, quæ magis viget in ætate prouecta, & bellicum robore corporali, quod magis in iuuentute oportet ea alteri attribui. Bellicū quidem iuuenibus, conſiliatiuum aūt prouectis. Secundum vero q impoſſibile eſt eos, qui poſſunt violentiā inferre & deiicere principantes facere ſemper ſubiectō, oportet vtrūq; eidē attribui. Viri autem bellici, qui ſunt armorum domini potentiam habent faciendi manere rempub. & non manere propter armorum violētiam, & ideo relinquitur vtrūq; iſtorum dari debere eiſdem in rep. recta, ſed non ſecūdū idē tēpus ſed vnicuiq; dare illud tpe, in quo magis aptū eſt ad illud. Sed in iuuenibus viget virtus corporalis magis q̄ prudentia, vel virtus quæ maxime neceſſaria eſt in bellicis. & ideo bellicum attribuendum eſt ipſis in tēpore iuuentutis. Prudentia autem & virtus magis vigent in prouectis, quæ magis ſunt neceſſariæ ad conſilium & iudicium, & ideo conſiliatiuum & iudicatiuum attribuēda ſunt eis quando ſunt prouectæ ætatis. Sic igitur ambo oportet attribui eiſdem, in alia tamē & alia ætate, & hoc iuſtum videtur. Iuſtum.n. vnūquēq; habere ſecundum dignitatem. Diuidere autem ſic ſecundum dignitatem videtur. Dignum eſt.n. vnūquodq; ordinari ad illud, ad quod magis natum eſt, ac quando magis natū in aptum eſt. ſic enim facit natura. Iuſtum eſt igitur iſta diſtribui ſm prædictum modum. Deinde cum dicit.

Atqui poſſeſſiones quoq; circa hos eſſe oportet. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ciuibus, hi autem ſunt ciues. Nam turba quidem vrbana vilium miniſtrorum, nulla pars eſt ciuitatis,

E nec aliud genus quodcūq;, quod nō ſit virtutis effector. Patet hoc ex eo q præmiſimus. Felicitas.n. neceſſe eſt vt per virtutem fiat. Felicem vero dicere ciuitatem debemus, non ad partem aliquam eius reſpicientes, ſed ad omnes ciues. Manifeſtum igitur q horum eſſe poſſeſſiones oportet, ſiquidem neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos, vel barbaros, vel miniſtros.

Declarat quot iſtorum debent eſſe poſſeſſiones in eadem dicēs, q adhuc expedit in ciuitate optima poſſeſſiones eſſe circa hos, ita q ipſi ſunt earum domini, aut maxime, quia neceſſarium eſt ciues in ipſa abundātes eſſe. Siquidem ciuitas optima ordinatur per ſe ad ſufficientiam ſecundum diſpoſitionem ſuam. Iſti autem qui dicti ſunt ciues ſunt ſimpliciter. Artifices autē & quicunq; alĳ, qui non ſunt factiui operationum virtutis non participant F ciuilitate p ſe. Et huiuſmodi declaratio eſt ex ſuppoſitione, quoniam nullus poteſt felicitari niſi cū virtute, quæ eſt principium felicitatis. Ciuitatem autem optimam dicimus eſſe felicem ſimpliciter, non quantum ad aliquā partem, & quantum ad aliquam nō, ſed quātum ad oēs ciues, vt eſt dicere. Omnes igitur ciues oportet eſſe virtuoſos. qui ergo non ſunt virtuoſi ſecundum q huiuſmodi, non ſunt ciues. Si igitur ciues oportet eſſe abūdantes, vt prædictum eſt, & hoc non poteſt eſſe niſi ſint domini poſſeſſionum aut maxime, neceſſe eſt eos eſſe dominos poſſeſſionis, & hoc ſi ſupponamus q expedit in tali ciuitate agricolas eſſe ſeruos, & hos aut barbaros aliunde venientes, aut miniſtros. Deinde cum dicit.

Reliquū eſt ex his, qui ſupra memorati ſunt, genus eſſe ſacerdotum, quorum inſtitutio manifeſta eſt. Neque.n. agricola, neq; artifex, neq; G viliū exercitiorum quiſquā ſacerdos eſt deputandus. Honos.n. diis eſt à ciuibus impendendus. Sed cum diſtincti ſint ciues in partes duas, hoc eſt in eos qui arma tenent, & in eos q conſultant, & decens ſit diis cultum exhibere, & requiem ſuſcipere eos, qui pro tēpore in his laborauerūt, ac defeſſi ſunt, his vtiq; eſſet ſacrorum cura demandanda.

Declarat q ſacerdotium aliqualiter eſt attribuendum eidem, & aliqualiter diuerſis cū prædictis, & quibus nō eſt attribuendum dicens, q ex his quæ dicta ſunt neceſſaria ciuitati, enumeratis prius relinquitur genus ſacerdotum, cuius ordo ad alios factis eſt manifeſtus. Non enim expedit in rep. bene ordinata artificē, ſeu agricolam, vel forenſem ſacerdotem conſtituere. Sacerdos enim ordinatur ad cultum diuinum celebrandum, & honorē Deo exH hibendum pro ſubditis. Nunc autem conueniens eſt cultum exhiberi Deo & honorē à principalioribus ciuibus. Omnia.n. excellentiora exhibēda ſunt Deo propter eius excellentiam, à quo eſt omne bonum & quicquid eſt. Si igitur agricolæ, & artifices, vel forenſes ciues nō ſunt, vt probatum eſt prius nō expedit eos eſſe ciues in ciuitate bene ordinata, ſed quoniam ciues diſtincti ſunt in duos ſicut dictum eſt prius, videlicet, in ordinatos ad arma, & cōſiliarios, quos aliquando cōtingit abdicatos eſſe propter intolerātiam laboris, & emeritos propter exercitiū præteritum in bellicis & iudiciis, & oportet eos habere requiem maxime in ſpeculatiuis cūm motus paſſionum ſenſibilium ſint omnino in eis ſedati vt in pluribus. Eos autem qui intēdunt honori & cultui diuino oporteat habere requiem & vacationem contēplationis, expedit eos promoueri ad honorem ſacerdotii, & aſſignari ad ſanctificationem hāc eos, qui abdicati ſunt propter labores in

præterito

prẹterito paſſos, & emeriti propter honeſta exercitia in bellicis & conſiliis. Eſt autem intelligendum, ꝙ ſicut natura illud, quod eſt perfectius & in tempore, in quo perfectius eſt ad perfectionem ordinat operationẽ, ſeu finẽ, ſic & ratio vel ars, quæ imitatur naturã. Homines autẽ poſt tempus eruditionis & exercitij in diſciplinabilibus imperfectiorem prudentiam habent propter motum fortiorem paſſionum in eis. Robur autem corporale & magnanimitatem habẽt maiorem propter iuuẽtutem: hoc autem magis competit in bellicis, & ideo rationabiliter tales in ætate illa ad bellica docet ordinare philoſophus. Deinde autẽ procedẽte ętate repreſſo calido, & aliqualiter remiſſis motibus paſſionum remittitur robur & magnanimitas ſecundum aliquid. ratio autem & prudentia magis vigent. Sedendo.n. & quieſcendo fit anima ſciens & prudens. Iſtud autem conuenit deliberationi & iudiciis, & ideo ſm rationem tales ordinandi ſunt ad cõſilia & iudicia. Vlterius autẽ magis procedente ætate remiſſo calido propter tẽpus & ſere mortificatis paſſionibus, vt eſt dicere, aut regulatis propter longum exercitium, ſere B deficis robur corporale, & maxime viget intellectus. Illud autem maxime requiritur in his, quæ ordinantur ad cultum diuinum. Oportet enim eos vacare ab exterioribus actionibus, & maxime intendere ſpeculationi diuinorum, & ideo in ætate tali conuenienter aſſignandi ſunt ciues ad cultum diuinum ita vt primo exercitẽtur in bellicis, deinde in agibilibus. Vltimo autem vitam finiant in ſpeculatione diuinorum, in quo ponitur vltimus finis hominis. Deinde cum dicit.

Quæ ſint igitur ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt, & quot ſint ciuitatis partes, dictum ſit. Agricolas.n. & artifices, & omne miniſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciuitatis ſunt, qui arma tenẽt, & qui conſultant: & ſeparatum eſt vnumquodqꝫ iſtorum, hoc quidem ſemper, hoc vere ſecundum partem. C

Recolligit determinata dicens, ꝙ ſic igitur determinatum eſt, quæ ſunt illa, quæ ſunt neceſſaria ad conſiſtentiã ciuitatis, & quot illorum ſunt partes ipſius. Agricolæ.n. & artifices, & mercennarij qui pro mercede cõmutant opera neceſſarij ſunt in ciuitate. Sed nequaquã ſunt partes ipſius per ſe. Bellici autem & conſiliatiui, & ſacerdotes ſunt partes ciuitatis, & ſunt diſtincti á pręcedentibus ſecũdum omne tempus. A ſe autem inuicem ſm partem temporis, ita vt idem prius ordinetur ad bellum, deinde ad cõſilium, & vltimo ad ſacerdotiũ. Deinde cum dicit.

Videtur autẽ non nũc, neqꝫ paulo ante, hoc notum fuiſſe his, qui de repub. philoſophantur, ꝙ per genera ſit ciuitas diſtinguenda. Et pugnatorum genus aliud eſſe, aliud agricolarum. Nam in Ægypto vſqꝫ ad hoc tẽpus in hũc mo D dum ſe habet & in Creta. In Ægypto quidem Seſoſtri legem ferẽte, & in Creta vero Minoe.

Declarat iſta fuiſſe ab antiquis inuenta. Et primo narrando. Secundo cum dicit. {Eſſe vero &c.} Per ſignum. Circa primum primo declarat diſtinctionem bellicorũ & conſiliariorum ab aliis, & inſtitutionem cõuiuiorum ciuilium fuiſſe antiqua. Secũdo cum dicit. {Et alia fere.} cõcludit idem de aliis. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Inuentio igitur.} declarat quot iſtorum á quo inſtitutum fuerit primo. Circa primum primo declarat diſtinctionem prædictorum inſtitutam eſſe ab antiquo. Secundo cum dicit. {Antiqua videtur eſſe etiam cum &c.} diſtinctionem conuiuiorũ. Circa primum dicit, ꝙ volentibus phiſice cõſiderare de republica, apparet hoc non nũc primo, neqꝫ recẽter eſſe

A notum, quod oportet in ciuitate genus bellicorum & cõſiliariorum eſſe diſtinctum ab agricolis & artificibus, & mercẽnariis ſm ꝙ huiuſmodi. In Aegypto.n. vbi primo cõceſſum eſt ſtudere ſm ꝙ dicitur 1. Metaph. primo obſeruauerunt leges ſtatuentes. Deinde autem poſterius in Creta, quæ eſt inſula in Græcia. Dicunt.n. ꝙ Seſoſtres legiſlator Aegyptiorum hoc primus ordinauit legem de quo ſit memoria. Circa Cretam autem Minos legiſlator ipſorum. Deinde cum dicit.

Antiqua videtur eſſe etiam comeſſationum inſtitutio, quod in Creta factum eſt Minoe regnante. Sed multo prius hoc in Italia, ꝗ in Creta conſtituta fuit. Tradũt enim periti homines illorum locorum fuiſſe Italum, quẽdam Oenotriæ regem, à quo mutato nomine, ꝑ Oenotris, Itali ſunt vocitati, oramqꝫ illam maritimam Eu B ropæ, quæ eſt inter Scillaticum & Lamedicum ſinum. diſtant vero hæc loca inter ſe, meridief iter, Italię nomen primo cepiſſe. Hunc ergo Italum tradũt agriculturam Oenotrios docuiſſe, cum prius eſſent paſtores vagi, ac palãtes, illiſqꝫ leges poſuiſſe, & comeſſationes inſtituiſſe primum. Quapropter etiam nũc quidam illorum populorum comeſſationibus vtuntur, & legibus quibuſdam ab illo poſitis. Incolebant aũt eam Italiæ partem, quæ ad Tyreniam verſa eſt Opici, qui nunc Auſonij nominãtur. Alteram vero partem, quæ ad Iapygiam & Ionium pertinet incolebant Chaones, Syrtim appellatam, & ipſi quoqꝫ ab Oenotris orti.

C Declarat inſtitutionem conuiuiorum ordinatam eſſe ab antiquis dicens, ꝙ inſtitutio conuiuiorum ciuilium, quibus participant omnes ciues determinatis feſtis vel tẽporibus videnẽ eſſe facta ab aliis multis Cretẽſibus. ſ. & Italicis. Sed illa quæ ordinata fuerunt in Creta, ordinata fuerunt maxime circa tempus regiminis Minois regis. Illa autem quæ in Italia, multo fuerunt antiquiora prædictis. Dicunt.n. Coſmographi illius regionis quendam regem fuiſſe Italum nomine, in illa, quę tunc dicebatur Oenotria, á quo accipiẽtes nomen, dicti prius Oenotri, vocati ſunt Itali. & hanc partem Europæ quę ſita eſt inter ſinũ maris Scyllaticum, ita dictum á ſcylla periculo maris, in quo ſæpe periclitantur naues propter colliſionẽ ad rupes pręruptas: & ſinum Lamedicum, quod videtur eſſe, ꝙ diuidit prædictam Italiam ex parte oppoſita, quæ videntur adinuicem parum differre circa locum, in quo concurrunt, videlicet per iter mediæ diei dicũt aſſumpſiſſe nomen Italiæ ab eodem. Hic igitur Italus di D citur collegiſſe paſtores illius regionis primo in vnũ ordinem ciuilem & cõſtituiſſe quoſdam eorum agricolas: alios autem forte artifices, & alios bellicos, & leges ordinaſſe determinantes regulam viuẽdi eiſdem, & inſtituiſſe conuiuia cõmunia omnibus primo. Propter quod & nunc ibidem obſeruant conuiuia & leges quaſdam ordinatas ab illo quod intelligẽdũ eſt pro tẽpore philoſophi. Apud Tyreniam autem quæ eſt alia pars Italiæ habitabant prius Opici dicti, & tunc habitabant pro tempore ſuo. apud Iapygiam autem & Ionium, quæ eſt alia pars Italię vocata prius Syrtes habitabant dicti Chaones, qui fuerunt quondam de genere Oenotriorum, qui dicũtur fuiſſe gręci quidam. Vnde & quædam pars Italiæ quondam magna Græcia dicebatur. Sed eſt intelligendum, ꝙ propter mutationem in habitantium regionem prędictam, vel propter bellũ, vel occupationem, vel epidimiã plura prædictorum nominum partiũ regionis prædictę

mutata

mutata ſunt, aut etiã oblita, & alia impoſita: & ideo neſcimus bene cõmuniter quas partes regionis illius quædã prædictorũ nominum ſignificent. Deinde cum di.

Inuentio igitur comeſſationum hinc primũ extitit. Diuiſio autem ciuitatis per genera apud Aegyptum incipit. Seſoſtris.n. multis temporibus ante fuit, ꝗ Minos in Creta regnaret.

Declarat quod iſtorum á quo primo fuit inuentum dicens, ꝙ inſtitutio conuiuiorum communium legitur primo facta fuiſſe in Italia á prędicto Italo: diſtinctio autem ciuilis multitudinis ſm modum prædictum in Aegypto inſtitutio enim quæ fuit facta ſub regimine Minnis apud Cretam multo poſterior fuit quám illa, quæ fuit facta in Aegypto, quam dicitur feciſſe legislator eorum Seſoſtres. Deinde cum dicit.

Et alia fere credendum eſt eodem modo inuenta fuiſſe multoties, in longo tempore, immo vero infinities: nã & quę neceſſaria ſunt ad vſum vitę, indigentiam ipſam docuiſſe rationabile eſt, & illis repertis additamenta poſtmodũ facta fuiſſe ad expolitiorem viuendi formam, quod eodem modo in conſtitutione rerumpu. accidiſſe credendum eſt.

Cõcludit idem de aliis ciuilibus dicens, ꝙ oportet credere prædicta, & alia fere ciuilia inuenta, & obſeruata prius multo tẽpore, aut magis infinities. Si.n. ſupponamus, ꝙ omnia quæ fiunt hic reducantur in motum & figuram cęleſtem de neceſſitate, & motus cæli eſt æternus ſecundum opinionem philoſophi, oportebit iſta inferiora circulari infinities, vt videtur ſecundum ordinationem ciuilium quædam ſunt neceſſaria ad viuẽdũ abſolute ſicut agricultura, quædam autem ad bene viuendum. Illa igitur, quæ ſunt neceſſaria, primo inuenerunt ipſa neceſſitate coacti, quæ veró ordinantur ad bene viuendum iſtis exiſtentibus inuenta fuerunt, & rationabiliter acceperunt incrementum. Similiter & circa reſp. totas, illa enim quæ eſt neceſſaria ad viuẽdum abſolute, rationabiliter inuenta eſſe creditur prius: quæ autem ordinatur ad bene viuendum & optima eſt poſterius procedendo ab imperfecto ad perfectum ſecundum modum naturæ. Deinde cum dicit.

Eſſe vero cũcta vetuſta, ſignum eſt, ꝙ Aegyptij quorum antiquitas maxima putatur, leges habuerunt & ciuilem inſtitutionẽ, quapropter vtendum eſt his, quę ſufficienter tradita ſunt, & quæ deficiunt reperire, conandum.

Manifeſtat dicta per ſignum dicẽs, ꝙ ſignum ꝙ omnia ciuilia antiqua ſint & inuenta prius ſunt ea, quæ fuerunt in Aegypto, & ſunt adhuc obſeruata: iſti enim ſunt antiquiſſimi philoſophantes & ordines ciuiles inſtituentes, leges & ordinem ciuilem inueniẽtes & obſeruantes, ſicut etiam Plato dicit in primo Thimei. & ideo eis quæ dicta ſunt prius, & ab eis obſeruata, vtendum eſt gubernantibus bene ciuitates. Si aũt aliqua omiſſa ſunt ab eis, vel ẽt á nobis, tentandum eſt ea inuenire. Deinde cum dicit.

Quod igitur agri & poſſeſſiones eorum eſſe debent, qui arma tenent, quiq; partes ſunt ciuitatis, dictũ eſt: & qua de cã cultores illarũ, alios eſſe oportet, & quãta & qualis debet eſſe regio.

Recapitulat quædam determinata dicens, ꝙ ſic igitur determinatum eſt prius, ꝙ regionem & poſſeſſionẽ principaliter oportet eſſe bellicorum & aliorum participantium rep. puta conſiliariorum & ſacerdotum, & ꝙ agricolas & mercẽnarios & artifices nõ expedit eſſe ciues in optima ciuitate: prius autem dictum fuit quantam ſecundum quantitatem, & qualem ſecundum diſpoſitionem, oportet eſſe regionem optimam.

LECTIO VIII.

Qualis agri totius facienda ſit partitio.

DE diſtributione vero ipſius regionis et ꝗ & quales debent eſſe cultores dicendum eſt, quandoquidem neq; communes omnium cẽſemus eſſe debere poſſeſſiones, vt quidã tradidere, ſed vſu amicabili communes fieri, neq; de eſſe vlli ciuium alimenta.

Poſtquam declarauit philoſophus quæ ſunt partes ciuitatis per ſe, & quæ non, & ꝙ agricolas non expedit eſſe partes ipſius, quorum eſt excolere regionem: tranſit nũc ad determinandum diuiſionem regionis, & quos & quales oportet eſſe cultores ipſius. & circa hoc primo determinat de diuiſione regionis quomodo facienda eſt. Secũdo cum dicit. {Cultore autem &c.} quos & quales oportet eſſe cultores ipſius. Circa primum præmittit quaſdã ſuppoſitiones cum intentione ſua. Secundo cum dicit. {Eſt igitur neceſſarium.} ex dictis concludit regionis diuiſionem. Tertio cum dicit. {Vt duabus ſortibus.} rationẽ aſſignat. Circa primũ primo præmittens intentionẽ ſuam. primo præmittit quaſdam ſuppoſitiones ex parte poſſeſſionũ. Secũdo cũ dicit. {De comeſſationibus &c.} ex parte conuiuiorum. Tertio cum dicit. {Pręterea &c.} quãdam ex parte expenſarum in cultu diuino factarum. Primo igitur dicit, ꝙ poſt prædicta dicendum eſt de regione qualiter diſtribuẽda eſt, & de cultoribus eius, quos ſecundum ſcientiam ꝙ quales ſm conditionem oporteat eos eſſe ſupponentes. primo ꝙ non expedit in ciuitate bene ordinata poſſeſſiones eſſe communes, ſicut Plato & ſequaces eius dixerunt, ſicut oſtenſum fuit in ſecundo. Magis.n. negligeretur cura ipſarũ neceſſaria. De cõmunibus.n. minus curãt homines ꝗ de propriis, quia magis propria diligũt. Sed expedit eas appropriatas eſſe ſingulis quãtum ad proprietatem & curã; facere autem eas cõmunes aliis quãtum ad vſum per actũ liberalitatis & amicabiliter. Secũdo ſupponendũ eſt, ꝙ nõ expedit in eadẽ ciuitate aliquẽ ciuẽ indigere alimẽto, et eis quę ſunt neceſſaria ad vitã, quia Ciuitas optima, eſt p ſe ſufficiẽs, & ciuis per ciuitatem determinatur. Deinde cum dicit,

De comeſſationibus videt̃ quoq; omnibus vtile eſſe, vt aſſint bene inſtitutis ciuitatibus. Quam vero ob cauſam nobis quoq; idẽ videatur, poſtea dicemus: oportet autẽ ciues vniuerſos ad earum cõmunionem admitti, at non facile eſt, vt qui pauperes ſint, cõtribuere ſtatutam penſionem ex proprio poſſint, & cæteram domum gubernare.

Præmittit tres ſuppoſitiones ex parte conuiuiorum cõmunium, quarum prima eſt, ꝙ de cõuiuiis cõmunibus, ſimul videtur cum præcedẽtibus opportunum eſſe ea fieri in ciuitate optima. Cauſa vero ꝓpter quã opportunũ eſt & nobis videtur, in ſequẽtibus huius libri dicetur: diſponunt.n. ad familiaritatem ciuium & amicitiam ipſorum. Secundo de eiſdem ſupponendũ eſt, ꝙ oportet oẽs ciues tam diuites ꝗ pauperes cõicare ipſis: aliter.n. non eſſent cõmunia toti ciuitati, per quã determinatur ciuis. Tertio accipiendũ eſt, ꝙ cum ſint egeni vel minus diuites paucas habentes poſſeſſiones, non eſt facile eos ſine grauamine magno afferre ad conuiuia communia quod proportionale eſt, & ſuſtentare familiam propriam de modica ſubſtantia ſua: modica.n. poſſeſſio, ad duo minus eſt ſufficiens. Deinde cum dicit,

Præterea

Prætérea in ſacrificiis, cultuq́ꝫ deorũ ſumptus communes eſſe debent totius ciuitatis.

Ponit vnam ſuppoſitionem quantum ad expenſas diuinorum dicens, ꝙ adhuc accipiendum eſt, ꝙ expenſæ quæ fiunt in cultu diuino, puta in ſacrificiis & ædificiis, & iis ad hoc ordinatis cões ſunt toti ciuitati, ſiquidem prædictus cultus communis eſt. Deinde cum dicit.

Eſt igitur neceſſarium in duas partes regionem diuidere & aliam eſſe publicam, aliam priuatorum. Vtraqꝫ illarum partium rurſus diuidẽda eſt, illius nanqꝫ partis, quam publicam eſſe debere diximus, vna pars deorũ cultui deputãda eſt, altera vero ad comeſſationũ impẽſam. Rurſus vero, priuati agri, pars vna ad proprias neceſſitates ẽ deputãda, altera vero ad ciuitatẽ.

Inſert diuiſionem regionis ex dictis ſuppoſitionibus dicens, ſi veræ ſunt prædictæ ſuppoſitiones, expedit in ciuitate optima poſſeſſionem regionis eſſe diuiſam, & alteram partem eius eſſe cõmunem ad cõmunes eius expenſas faciendas, & alteram propriam vnicuiqꝫ ad familiares opportunitates. Et quælibet iſtarum partium diuiditur in duas, ita vt vna pars poſſeſſionis cõis ordinetur ad oblationes vel cultum diuinum, altera autem ad expẽſas cõmunes in cõuiuiis cõmunibus faciẽdas. Altera aũt pars eius, quę propria eſt ſingulis ordinet ad neceſſitates ꝓprias vnicuiqꝫ, alia vero ad negocia cõia ciuitatis, puta ad munitionẽ, cuſtodiã, & ornatum. Deinde cum dicit.

Vt duabus ſortibus vtrinqꝫ diſtributis, amborũ locorũ omnes participes ſint: æquum.n. & iuſtum ita ſe habet, & ad finitima bella cõcordantius: vbi.n. hic modus non ſeruetur, alij faciliter proſiliũt ad finitimorum inimicitias, alij nimium illas refugiunt & contra dignitatem.

Aſſignat diſtinctionis prædictæ rationes duas, quarũ ſecundam ponit cum dicit. {Quamobrẽ.} In prima parte dicit, ꝙ ſic conuenienter diuiſa eſt regio in duas ſortes, & quælibet illarum diſtincta in duas. Et hoc rationabiliter, quia ſic ea diuiſa per diuerſas ſortes omnes in ciuitate participabũt vtraqꝫ diuiſioni, quia omnes participabũt poſſeſſioni cõmuni, ſaltem inquãtum participant cõuiuiis cõibus. Propria autem manifeſtum eſt, ꝙ participant omnes. Hoc autem æquale & iuſtum videtur, & per conſequens rationabile. Rationabiliter igitur diuiditur ſm prædictum modum. Deinde cum dicit.

Quamobrem apud quoſdam lex eſt, vt qui agros habent vicinos, hi nõ admittãtur ad conſilium belli aduerſus illos ſuſcipiendi, quaſi ob priuatã ſui cauſam recte conſilium dare nõ valentes. Agrorum igitur per hunc modum facienda partitio eſt, ob cauſas antedictas.

Tangit ſecundam rationem & eſt. Expedit poſſeſſiones regionis diuidi ſecundum ꝙ magis conueniens eſt ciuibus in ordine ad vicinos conterminales eiſdem & potentes aduerſari, ſed eam diuidi ſecundum modum prædictũ magis conueniẽs. ſi ipſis in reſpectu ad vicinos municipij ciuitatis volentes aduerſari, cuius ſignum eſt, qa vbi non obſeruant iſtum modum, ſed vbi omnes poſſeſſiones ſunt cõmunes paruipendunt inimicitiam vicinorum, non curantes ſi occupent partem poſſeſſionis ciuitatis: minus.n. dolent de omiſſione cõmunium, vbi autẽ omnes poſſeſſiones ſunt propriæ, vel fere nimis curãt de inimicitia vicinorum, & præter illud quod bonũ eſt: verentur.n. amittere poſſeſſiones proprias, eas magis di-

A ligentes q̃ cõmunes: & ideo in quibuſdam ciuitatibus ſolet eſſe lex, vicinos conterminales non participare honore vel cõſilio eorũ in ordine ad bellum, vel quodcunqꝫ aliud magnum, quaſi non poſſent bene conſiliari ꝓpter affectionem aliquã propriã inimicitię vel amoris. Expediens eſt igitur regionem diuidi ſm prædictum modum, propter prædictas rationes. Deinde cum dicit.

Cultores autem ipſi maxime quidem, ſi ſecũdum votum optandũ eſt, ſerui eſſe debẽt, neqꝫ omnes vnius generis, neqꝫ animo elati, ita et ad faciendum opus, vtiles forent, & nihil noui ab eis metueretur. ſecũdo autem loco, barbari miniſtri, natura ſimiles his, quos ſupra diximus: horum autem, in priuatis quidem agris, & ipſi priuatorũ dominorũ ſint, in publicis vero, publici. Quemadmodum autem ſeruis vtendum B ſit, et quale, melius eſt omnibus ſeruis pręmiũ libertatis eſſe propoſitum, poſtea dicemus.

Declarat quos & quales oportet eſſe cultores regionis dicẽs, ꝙ in ciuitate optima terrę cultores ſi poſſint haberi ad votũ, oportet eſſe ſeruos robuſtos corpore, vt bene elaborare ipſam poſſint deficiẽtes intellectu, ne ſint inuẽtiui fraudum contra dominos. Sed circa hos oportet duo obſeruare. Primo ꝙ non ſint eiuſdem tribus, ſic.n. vniti adinuicem magis poſſunt eſſe fortes q̃ ciues. Secundo ꝙ nec animoſi: ſi.n. eſſent, magis auderẽt inſurgere. Expedit igitur eos eſſe robuſtos corpore, deficientes intellectu, puſillanimes, & non eiuſdem tribus: ſic.n. magis viles erunt ad terræ elaborationem, & nihil inſoleſcent cõtra dominos machinantes. Deinde autẽ expedit ſi iſti nõ poſſunt haberi terræ cultores eſſe barbaros in alia regione natos, & natos ſeruire, & miniſtros natura: tales enim ſunt ſimiles prędictis ſecundum diſpoſitionem naturalẽ, C ſed colẽtes terras proprias vniuſcuiuſqꝫ ciuis oportet eſſe proprios illorum, quorum ſunt terræ eos: autem qui terram cõmunem expedit eſſe ſeruos communitatis. Quomodo autem dominus ſe debeat habere ad ſeruos in vtẽdo ipſis, & melius eſt ad inducendum eos ad bene operãdum proponi eis libertatem in præmium ſi bene operentur: cum autem verbere vel afflictione affici debeant in ſequentibus huius tractatus dicetur.

LECTIO IX.

Quo in loco ſit vrbs extruenda, & quo pacto.

VRbs autẽ ꝙ terræ, mariſq́ꝫ particeps eſſe debet, & ꝙ ad totã regionẽ ſimiliter debet eſſe cõis quantum fieri poteſt, dictum eſt prius.

Poſtquam philoſophus declarauit ea, quæ ſupponẽda ſunt ex parte multitudinis ciuilis ad rectam rempu. vult nũc declarare, quæ ſupponenda ſunt ex parte ſitus ciuitaD tis, & ædificiorum eius & regionis in ſpeciali magis, & primo oſtendit quæ ſupponenda ſunt ex parte ſitus ciuitatis in ſpeciali. Secũdo cum dicit. {Loco aũt &c.} qui ex parte munitionum & ædificiorũ. Circa primum recolligit quędam dicta prius de ſitu ciuitatis. Secundo cũ dicit {Ipſius aũt ad ſeipſam &c.} declarat q̃ vlterius ſupponẽda ſunt circa ſitũ eius in ſpeciali. Primo igiť dicit, ꝙ prius determinatũ eſt à nobis, ꝙ ſi ciuitas optima debeat ſituari ad votũ, oportet ꝙ cõiacet mari & terræ ſm ꝙ contingit melius, vt ex vtroqꝫ poſſit iuuari, & in neceſſariis ad vitam, & cõtra vicinos debellãtes. Deinde cũ dicit.

Ipſius autem ad ſeipſam optandum eſt poſitionem ſortiri ad quatuor reſpicientes. Primũ ad ſanitatẽ quod eſt neceſſariũ: ad orientem.n. ſolem cõuerſæ vrbes, & ad eos ventos qui inde

perflant,

perſlant, ſalubriores ſunt. Secundo loco, quæ
ſunt ſecundum boream ſitę, hæ nanque ſunt ad
hiberna potiores. In reliquis vero, vt ad ciuiles
res, & ad bellicas, opportune ſe habeat. Ad bel
licas quidē vt facilis ſit ciuilibus in aliena egreſ
ſio: hoſtibus autem, difficilis aditus, ac difficilis
circūdatio: Aquarum autem & ſtagnorū abū-
dantiam habeat maxime naturalem, q ſi natu-
ralis deficiat, ex aqua pluuia ciſternæ, & lacus,
qui magnam vim aquarū ſuſcipiant cōparent,
ita vt deeſſe aqua, ſiqn̄ obſiderent, nunq̄ poſſit.

Declarat quæ attendenda ſunt de poſitione ciuitatis
in ordine ad ſanitatem & ad bellica, & primo facit hoc.
Secundo cum dicit. {Sed cum oporteat &c.} de quibus
iſtorum magis ſolicitādum eſt propter ſanitatem. Cir-
ca primum tangit quatuor, ad quæ oportet reſpicere in
bona poſitione ipſius, quorum duo prima per ſe ordinan
tur ad ſanitatem. Tertium ad bellicas opportunitates.
Quartum vero ad hoc & ad neceſſitatem vitæ. Dicit igi
tur q ſi oportet ciuitatem ipſam ſituari ad votū oportet
reſpicere ad quatuor principaliter. Primo quidem q de-
clinationē habeat, & ſit propatula, ſi fieri poteſt ad orien
tem & ad ventos flantes ab ortu, qui ſunt ſaniores aliis,
tanq̄ hoc ſit opportunum ad bonam diſpoſitionem ci-
uium. ſ. ſanitatem. Sunt venti orientales ſaniores quoniā
plurima materia ipſorū plus morat̄ ſub via ſolis, & ideo
calidiores ſunt ſm philoſophū. 2. metheororum. Propter
caliditatem autem ſuam nubes reſoluunt, & aerem ſubti
liant & mundificant, quæ faciunt ad bonam diſpoſitio-
nē & ad ſanitatem. Siquidem aer paludoſus & nubiloſus,
& groſſus, eſt egrotatiuus: econtrario vero ventus occidē
talis frigidus eſt & parum moratur ſub via ſolis, nec eſt
fortis flatus vt frequentius: & ideo propter frigiditatem
vapores congregat & aerem ingroſſat, & propter parui-
tatem flatus non poteſt nubes propellere. iſta autem non
conueniunt ad bonam diſpoſitionem corporum. & ideo
loca propatula ad occidentem non ſunt ſalubria bene, vt
frequentius. Secundo expedit ciuitatem declinare ad bo
ream & ad ventos boreales, ſic enim recentior erit & ma
gis remota à putrefactione, quia venti illi recētiores ſunt
& ſaniores. Cuius ratio eſt, quia ventus ſeptentrionalis
frigidiſſimus eſt & fortiſſimi flatus, & ratione fortitudi-
nis flatus & nubes & vapores groſſos propellit ab aere
mundificādo ipſum. ratione vero frigiditatis congregat
calidum intrinſecum claudendo poros exterius, & pro-
pter primum prohibet putrefactionē, propter ſcd̄m con
fortat digeſtionem, & iſta bene competunt ſanitati. Ecō
trario ventus auſtralis calidus eſt & tortuoſi flatus, & vir
tute caliditatis eleuat vapores, & poros aperit, & virtute
flatus tortuoſi nubes congregat: & ideo ingroſſat aera,
& ad putrefactionem diſponit, & debilitat digeſtionem,
quæ ſunt principia ægritudinis, & ideo ventus auſtralis
non eſt bene ſalubris. Tertio autem oportet ciuitatem
ſituari, vt bene ſe habeat ad actiones ciuiles, & ad oppor
tunitates bellicas, propter quas oportet eam ſic diſponi,
vt ſit boni exitus ciuibus & facilis, difficilis autem & ma
li aditus debellantibus: & per conſequens difficile com-
prehenſibilis, q ſit vel per naturalem diſpoſitionem, vel
montium, vel rupium, vel aquarum, vel per artificialem,
puta turrium, vel munitionum. Quarto expedit eam ſic
poni, q habeat multitudinem aquarum fontalium, vel
fluuialium conuenientium ſanitati & munitioni ſi poſſi
bile eſt. ſi autem hoc nō eſt poſſibile, oportet inuenire &
pręparare ſuſceptacula aquarum pluuialium & defoſſa-
rum, puta ciſternas & puteos potentes continere copiā
multam ipſarum, ita vt non contingat eos deficere pro-
pter multitudinem, etiam ſi ab aduerſariis prohiberen-
tur aquæ exteriores. Deinde cum dicit.

E Sed cum oporteat de ſanitate habitātium cu
ram habere, hoc autem ſit primū in ſitu, et qua-
litate loci, ſecūdum in aquarum ſalubrium vſu,
in ea quoq; re eſt diligentia merito adhibenda.
Quibus. n. plurimum & frequentiſſimæ vti-
mur ad corpus ea plurimum important ad ſa-
nitatem. Aquarum autem & ventorum poten
tia talem habet naturam.

Declarat de quibus prædictorum magis ſollicitādum
eſt ad ſanitatem, quod primo facit. Secundo cum dicit.
{Quapropter in.} ponit quoddam documētum. Primo
dicit, quoniam cōditorem ciuitatis oportet eſſe ſolicitū
multum de ſanitate inhabitantium ciuitatem. Primo. n.
& principaliter oportet eſſe ſolicitum de bona diſpoſi-
tione animæ. Secundo de bona diſpoſitione corporis in
ordinem ad animam, bona autē diſpoſitio corporis ſeu
F ſanitas primo videtur cauſari ex diſpoſitione ciuitatis ad
talē vel talem ſitum, puta ad oriētem vel boream propter
bonam diſpoſitionē aeris. Secundo vero cauſatur ex vſu
aquarum bene diſpoſitarum, puta dulcium & leuium: et
ideo de iſtis & de aere principaliter nō acceſſoriæ. illa. n.
multum conferunt ad ſanitatem & bonam diſpoſitionē
quibus vt plurimum & frequentiſſime vtuntur homines
ad vitam corporis ſuſtentandam. Hęc ſunt natura aqua-
rum & aeris. Aqua. n. vtuntur ſecundum ſe ad potum &
ad cibum ſaltem ſecundum q mixta ēſt. Aere autem ad
reſpirationem, ergo multum conferunt ad ſanitatem:
oportet igitur cōditorem ciuitatis multum ſolicitari de
bona diſpōne aquarū & aeris, forte autē magis de diſpō-
ne aeris. Siquidē aer inſpiratus cū minori alteratione p-
uenit ad principiū vitæ. ſ. ad cor. Deinde cum dicit.

Quapropter in ciuitatibus quæ recte ſapiūt,
diſtinguendus eſt aquarum vſus, ſi non omnes
G ſunt pares, nec abundantia ſit earum aquarum,
vt aliæ ſeorſum aquæ ad cibum & potum, aliæ
ad aliam indigentiam deputentur.

Ponit quoddam documentum circa naturam aquarū
in ciuitate dicens, q propter hoc, quia aquæ multum cō
ferunt ad ſanitatem, ſi non fuerint omnes aquæ in ciui-
tate ſimiles, nec copioſæ diſtinguunt̄ ſeorſum accipiendo
eas de numero ipſarum quæ ad alimentum ſunt conue-
nientes & ſeorſum, alias quæ ad alias opportunitates in
ciuitatibus ſapiēter ordinatis, vt conuenientibus ad ali-
mentū, ſi copioſæ nō fuerint, nō vtantur ad alia, necnon
cōuenientibus vtant̄ ad alimentū. Deinde cum dicit.

Loca autem munita non pariter cūctis ciui-
tatibus vtilia ſunt, vt puta arx ad dominationē
vnius vel paucorum. In populari vero viuendi
H mō æqualitas loci. In optimatū verò guberna-
tione neutrū iſtorū, ſed magis loci plures ardui.

Inquirit de his quæ ſupponēda ſunt ex parte munitiō
num & ædificiorū, & circa hoc primo facit quod dictū
eſt. Secundo cum dicit. {Sed immorari.} excuſat ſe ab vl
teriori conſideratione taliū. Circa primū primo declarat
quæ ſupponenda ſunt circa munitiones & ædificia in
ipſa ciuitate. Secundo cum dicit. {Sunt enim magiſtra-
tus &c.} quæ in regione exterius. Circa primum primo
inquirit de munitionibus & ędificiis cōmunibus ciuita-
tis. Secundo cum dicit. {Cum vero &c.} de his quæ ordi
nātur ad principalia opera ciuitatis. Circa primū primo
tangit q non eodē modo ſe habet de munitionibus & in
oībus rebuſp. Secundo cum dicit. {Priuatorū autē &c.}
inquirit de ipſis & ædificiis in ciuitate optima. In pri-
ma parte dicit q illud quod eſt expediens et melius circa
loca

loca munita non eodem modo ſe habet in omnibus reſp. ſed in ſtatu paucorum & monarchia expedit eſſe arcem .i. partem ſuperiorem ciuitatis fortiſſimam eſſe in qua dominantes in paucorum ſtatu & monarchiæ morantes poſſint defendere ſe ſi opus ſit ab impetu multitudinis inſurgentis ſi contingat. In ſtatu aũt populari expedit æqualitas ædificiorum vt nullus ꝓpter fortitudinem munitionis alios expugnans, tyrannizet vel dominetur ſolus. In ſtatu autem optimatum in quo principãtur plures virtuoſi intendẽtes bonum cõmune, neutrum iſtorum expedit, ſed magis multitudo locorum fortium per quos poſſit tueri ciuitas cõiter. Deinde cum dicit.

Priuatarum autem domorum forma gratior & cõmodior ad cæteras res exiſtimatur ſm nouiorem iſtum hippodamium morẽ: ſed ad ſecuritatem tutelamq́ʒ ciuitatis vtilior erat antiquorum ædificatio: habent.n. illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibus niſi conſueti euadere vix poſſunt, & inſcrutabiles latebras, ſi qui aggrederentur, ex qua vtriuſqʒ horũ participare debẽt: poteſt enim hoc fieri, ſi quis ita diſponat, vt ſolent agricolæ illos quos vocant quidam, vinearum tramites.

Declarat qualem oporteat eſſe diſpoſitionem habitationum propriarum & munitionum: & primo inquirit de diſpoſitione habitationum familiarium propriarum. Secundo ibi. {Et cæteram.} de cõmunibus: puta de muris & munitionibus. Circa ṗmum eſt intelligendum ꝙ antiqui habitationes familiares fortiores faciebant propter aduerſarios & rudiores, quia non ita erant experti: poſteriores aũt magis delectabiles & vtiliores ad quædam & ſubtiles magis propter maiorem experientiam. Dicit igitur ꝙ diſpoſitio habitaculorum familiarium & hippodamium.i. domicilium equorum.i. ad equos nutriendos, ſi fuerit bene penetrabilis, hoc eſt propatula & bene euenitabilis ſecundum modum ędificandi poſteriorum eſt magis delectabilis ad inhabitandum, & vtilior ad aliquas actiones: puta ad nutritionem animalium, ſed diſpoſitio eorum, ſm modum antiquum vtilior eſt propter ſecuritatem ab inſurgentibus propter fortitudinem, & minus delectabilis ꝓpter ruditatem ipſius: erat enim difficilis introitus impugnantibus & difficile penetrabilis eis: & ideo ſi debeant diſponi ad votum familiaria habitacula: oportet ꝙ habeant iſta duo, vt. ſ. ſint fortia contra debellantes, & difficilis aditus eis ſm diſpoſitionem antiquorum, & delectabilia, & vtilia ad actiones familiares ſm diſpoſitionem poſteriorum: ſi.n. aliquis ita præparauerit, continget habitationem eius eſſe ſimilem habitationi agricolarum quos vocant quidam cuſtodes vinearum, quia in vineis & in campis ſolitarie immorantur, quorum habitacula ſic ſunt diſpoſita vt dictum eſt prius vt bene ſe habeant ad actiones familiares & contra volentes nocere. Deinde cum dicit.

Et cæteram vrbem non facere penetrabilẽ, ſed partes quaſdam & loca: ſic.n. & ad ſecuritatem, & ad ornatum ſe bene habebit.

Inquirit diſpoſitionẽ munitionum totius ciuitatis: & primo in generali. Secundo cum dicit. {Mœnia verò qui &c} ſpecialiter de muris. In prima parte dicit, ꝙ ſimiliter ſicut dictum eſt de familiaribus habitationibus quod expedit eas eſſe diſpoſitas dicto modo: ita dicendum eſt rationabiliter ꝙ expedit totam ciuitatem eſſe diſpoſitam quantum ad munitiones, vt non ſit facile penetrabilis aduerſariis. ſ. turribus & foſſis & aliis huiuſmodi diſpoſitis ſm partes & loca quibus magis competũt ſi.n. ſic ſe habeat melius ſe habebit ad ſecuritatem propter ipſas munitiones & ad ornatum, & per conſequẽs ad delectationem propter debitum ordinem & ſitum earum. Deinde cum dicit.

Mœnia verò qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis quæ virtutem poſſideãt: nimiũ priſce loquuntur: & hoc vident per experientiam reprobatum in his ciuitatibus, quæ ſibi id ad gloriam iactabant.

Inquirit de muris: fuit autem opinio quorũdam ꝙ muri nõ ſunt neceſſarij ciuitati optimæ, quæ habet optimos viros: tum quia propter confidentiam murorum forte redderentur negligẽtes in actionibus bellicis: tum quia vbi eſt maior fortitudo & melior non cõpetit multis. minor fortitudo autem virorum optimorum maior eſt & melior ad defenſionem ciuitatis q̃ ea quæ murorũ: ergo videtur fortitudo murorum non competere eidem.

B Primo igitur proponit opinionem iſtam ſimpliciter nõ eſſe tenendam, innuens rationem ad hoc. Secundo cũ dicit. {Eſt.n. ad pares ac non multo excedentes &c.} declarat quibus non competunt multum, & quibus ſunt neceſſarij. Tertio cũ dicit. {Si ergo per hunc modũ &c.} concludit ex dictis eſſe multum curandum de eis & propter quas cauſas. Circa primum dicit ꝙ dicentes de muris non oportere eos circũponere ciuitati beneordinatæ ad virtutem, & habenti viros virtuoſos valde antiquam habent ęſtimationem & ſimpliciter & pręter rationem: maxime cum videant illas, quæ hoc modo decorantur ſine muris in ſola multitudine confidentes ex ipſo opere redargutas & ductas ad inconueniens: multæ enim fuerunt ciuitates habentes viros fortes & bonos quæ propter defectum munitionis & murorum ſuccubuerunt & captæ ſunt. Deinde cum dicit.

Eſt enim ad pares, ac non multo excedentes

C multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle.

Declarat reſpectu quorum non multum competunt & reſpectu quorum ſunt neceſſarij: & primo facit primum. Secundo cũ dicit. {Sed cum aliqñ &c.} ſecundum. In prima parte dicit, ꝙ ciuitati habenti bonos viros non multum competit ſaluari per munitionem murorum à conſimilibus ſm virtutem, & non multum differentibus ſm multitudinem: in loco enim proprio in quo potentiores videntur ciues virtuoſi videntur ſe poſſe defendere à conſimilibus virtute vel parum excedentibus: & ideõ non ſunt eis neceſſarij muri ad hoc, quia non eſt faciendum per plura quod bene poteſt fieri per vnum: & iterum opprobrioſum eſt ꝙ aliquis qui poteſt expugnare per propriam virtutem, nitatur expugnare per ꝓpriam & alienam. Deinde cum dicit.

Sed cum aliquando contingat & fieri poſſit;

D vt multo maior hominum multitudo, & maióri virtute ſuperueniat: ſi ſaluos eſſe oportet: neque perire: neqʒ cõtumelijs affici, firmiſſimam munitionẽ murorũ, putãdũ eſt opportuniſſimam eſſe in bello: præſertim hoc tempore: in quo tormẽta & machinæ ad obſidiones vrbiũ, cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta.

Oſtendit ꝙ reſpectu ſuperexcellentis multitudinis & virtutis ſunt neceſſarij: & ad hoc adducit rationes tres, quarum ſecundum ponit cum dicit. {Simile eſt enim.} Tertiam cum dicit. {Atqui &c.} In prima parte dicit, qm̃ virtutem inſurgentium contra ciuitatem contingit eſſe maiorem multo q̃ ſit virtus eorum qui inhabitant ciuitatem & paucorũ: & illi q̃ ſunt maioris virtutis multo vt frequentius debellant eos q̃ minoris, munitio mu-

rorum bellicoſiſſima.i. apta ad bellandum, neceſſaria eſt ciuitati quæ minoris virtutis eſt, vt pluribus modis poſſit reſiſtere impugnantibus, & propter alia multa, & ad euitandum & ad repellendum ictus ſagittarũ & machinarum diuerſarum, quæ inuentæ ſunt ad certitudinem inſultus. Dicit autem munitionẽ murorũ eſſe neceſſariã non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione finis ſi debeat ciuitas ſaluari, nec pati nocumentum aut iniuriam ſuſtinere aut fieri ſeruam. Deinde cum dicit.

Simile eſt enim ciuitatem non circũdandam mœnibus cenſere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deiicere montoſa loca, & priuatis domibus non circũdare parietes, quaſi viriles futuri ſint habitatores.

Ponit ſecundam rationem, dicẽs, ꝙ ſimile idem videtur dicere muros non circumponendos eſſe ciuitatibus & circũtollere: hoc eſt de circuitu tollere montana loca, .i. fortia loca prohibẽtia aduerſarios, & regionẽ facere facilem penetrabilem ab ipſis: ſimiliter dicere muros non circumponere habitationibus ꝓprijs, ac ſi timeretur ꝙ non eſſent futuri habitatores viriles, ſimile eſt facere eã penetrabilem furibus & raptoribus: nunc autem inconueniens eſt ciuitatem aut propriam in habitationem facile penetrabilem facere aduerſantibus, ergo inconueniẽs eſt muros non apponere vtrique. Deinde cum dicit.

Atqui ne id quidem latere oportet, ꝙ qui mœnibus circũdantu reis, licet in vtrãque partem vti vrbibus, & tanquam muros habentibus, & tanꝗ non habentibus, ſed eis qui mœnia non habent, non licet.

Ponit tertiam rationem, dicens, quòd adhuc oportet intelligere, quòd ſi circumponãtur muri ciuitati habenti viros virtuoſus poſſunt repellere inſultum aduerſantium, & per muros & per virtutes ipſorum, & vti cõtra eos: & tanquam habentes murum & tanquam non habẽtes: quæ aũt muros non habent, nõ poſſunt niſi altero tm̃: nunc autem melius eſt pluribus modis viciſsim reſiſtere aduerſario quàm vno tantum. Deinde cum dicit.

Si ergo per hunc modum ſe habet, non ſolũ mœnia circundanda ſunt vrbi: verũetiam curandum, vt & ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter, & ad bellicas opportunitates, tũ alias, tum ad illas quæ nunc repertæ ſunt: vt enim aggreſſoribus cura eſt, quibus modis vincant: ita quædam iam reperta ſunt, quædam inueſtigare atq; philoſophari, oportet eos qui defendunt. Principio.n. non aggrediũtur expugnare eos, qui bene ſe præparauerunt.

Concludit curãdum eſſe de muris & propter quas cauſas. d. ꝙ ſi ea quæ dicta ſunt ſe habent, vt dictum eſt, manifeſtum eſt ꝙ non ſolum circumponendi ſunt muri ciuitati, ſed etiam multũ curandum eſt de eis vt bene ſint diſpoſiti ad ornatum & decorem ciuitatis: ſed etiam ad repellẽdas opportunitates bellicas aduerſariorum, & quæ nunc inuentæ ſunt, & quas contingit inueniri, & ad eos impugnandũ. Sicut.n. inuadentes curant diligenter quibus modis poſſunt ſupergredi inuaſos vtentes inſtrumẽtis inuentis & tentantes inuenire alia: ſic cura debet eſſe inuaſis quomodo poſſint ſe cuſtodire vtendo eis quæ inuenta ſunt, & quærendo non inuenta per viam phiſicã: ſi enim inuadentes ſcirent inuadẽdos bene munitos eſſe & potentes reſiſtere non multum conarentur eos inuadere à principio. Nullus.n. conatur ad illud qđ credit eſſe impoſſibile vel ſimpliciter vel ſibi. Deinde cum dicit.

E Cum verò multitudo ciuium in comeſſationes diſtributa eſſe debear, mœnia verò ſinr preſidiis quibuſdam, & turribus per opportuna loca interpoſitis, munienda, clarum eſt, ꝙ res exigit aliquas comeſſationum in illis ipſis præſidiis collocari.

Determinat de diſpoſitione habitationum quæ ordinantur ad actus principales: & primo diſpoſitionem earum quæ ordinantur ad quoſdam actus cõmunes omnibus. Secundo cum dicit. {Cum verò &c.} earum quæ ordinantur ad actus ſpeciales quorũdam. Circa primũ primo manifeſtat diſpoſitionem eorum quæ ordinantur ad cultum diuinum & cõuiuia. Secundo cum dicit. {Venalium autem &c.} eorum quæ ordinantur ad commutationem. Circa primum primo dat intentionem ſuam. Secundo cum dicit. {Et hæc quidem &c.} proſequitur. F In prima parte dicit, quoniam in ciuitate perfecta neceſſarij ſunt muri, vt dictum eſt prius: & neceſſarium eſt eos eſſe diſtinctos per obſeruatoria, & turres poſitas in locis opportunis ad defenſionem & ornatum. Adhuc autem expedit cõmunitatem ciuilem conuiuia cõmunia facere, & expedit eam eſſe diſtinctam in eis, ſecundum ꝙ quidam in ipſa inueniuntur excellentiores: quidam autem minus excellentes habitationes diſpoſitas ad huiuſmodi conuiuia diſponet aliquis rationabiliter ſm ꝙ dicetur. Deinde cum dicit.

Et hæc quidem per hunc vtiq; modum videntur conſtituenda. Ædes verò deorum, ac principaliſſime magiſtratuum comeſſationes idoneum locum habere debent, & eũdem ſacra quotcũq; lex nõ ſeparat, aut reſpõſum oraculi. Eſſet aũt talis locus, quiſquis ſupereminẽtiam haberet, & ad edendam virtutem ſufficienter, G & ad vicinas partes ciuitatis excellenter.

Proſequitur & circa hoc primo declarat quales debẽt eſſe ſecundum ſe habitationes huiuſmodi. Secũdo cum dicit. {Eſſet vero &c.} in comparatione ad ciues. Circa primũ primo declarat quales oporteat eſſe interius. Secũdo cum dicit. {Decet aũt &c.} quales exterius. Circa primum eſt conſiderandum, ꝙ omnia quæ hic ſunt & nos & operationes noſtræ ex bonitate & munificentia diuina cauſantur, & ideo tenemur ei ad reuerentiam & honorem, cum aliter attribuere non poſſumus. reuerentia aũt & honor per cultum exhibẽtur, quem oportet fieri in aliquo loco determinato ad hoc: et ideo in ciuitate vnica ex ſimilibus oportet eſſe aliquem vnum locum conuenientem ad hoc ordinatum: & quia antiquitus gentiles cõuiuia cõmunia faciebant temporibus ordinatis ad cultum diuinum, & ob reuerentiam diuinorum t ideo habitationes ad conuiuia erant eædem cum his quæ H ordinabantur ad cultum diuinum. Dicit igitur philoſophus, ꝙ habitationes illas quæ ordinantur ad cultum diuinorum & ad conuiuia ꝓncipaliſſima ab antiquis ordinata temporibus, ꝓdicti cultus expedit habere locum conuenientem & excellentem: ita vt diſpoſitio eius oſtendat præeminentiam eius cui exhibetur cultus & reuerentia colentium, ad ipſum & vnum & eundem ꝓncipalem in tota ciuitate. Ne ſi plures eſſent, eſſet occaſio diuiſionis ciuitatis, niſi in aliquibus partibus ciuitatis: lex ꝗ ordinat de cultu diuino determinaut eſſe aliquem talem, habitationem ſeorſum, vel aliquas dependentes: tñ ad primam & ꝓncipalem in qbus cultus exhibeatur alicui oraculo, vel Apollinis, vel vniuſcuiuſq; alterius reſponſiui ſm opinionem Gentilium, qui ſtellas opinabantur quoſdam deos. Locus autem iſte conueniens erit ſi bene fuerit diſpoſitus quantum ad duo. Primo quidem ꝙ habeat poſitionem bene ſe habentem ad apparentiam virtutis,

Secundo q eminentior ſit reſpectu partium ciuitatis. Ex ipſa enim eminentia ſitus eius qui colitur & ex ex apparentia virtutis diſpoſitio colentium. Deinde cum dicit.

Decet autem ſub hunc locum conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius, quod liberum vocant. i. quod debet eſſe purũ ab omni mercatu. Et neq; opifices, neq; agricolas, neq; alios vllos tales illi appropinquare, niſi à magiſtratibus vocarentur.

Declarat quales decet eſſe iſtas habitationes exterius, dicens, q expediens eſt ſub loco huiuſmodi habitationum, & ad meliorem euentationem & ad deductionem eſſe quendam forum præparatum inter ipſas & reliquas habitationes: q quidem dicunt debere eſſe liberum vel ab immunditijs & turpibus, vel quia ibi exiſtentes & cõfugientes aliquam libertatem habeans, vel vtrunq;: huiuſmodi autem locum oportet eſſe ſegregatum ab omnibus venalibus: quia locus eſt locus vacationis: & ideo oportet ipſum eſſe ſequeſtratum à tumultu. Venalia autem non tractantur ſine tumultu. Et iterum locus hic ordinatus eſt ad virtutum exercitia. Negociatio vero quæ eſt circa venialia remota eſt ab hoc. Et iterum expediens eſt mercenarios & agricolas & alios tales viles quorum operationes per ſe non ordinantur ad virtutes non accedere ad locum hunc, niſi vocentur ab aliquo principum propter aliquam neceſſitatem, ſi locus iſte totaliter ordinatus eſt ad exercitia virtutum. Deinde cum dicit.

Eſſet verò is locus gratior, ſi & gymnaſia ſeniorum in eo ſint conſtituta. Decet enim ſecũdum ætates diſtribui hunc ornatum: & in iunioribus magiſtratus quoſdã verſari. Seniores aũt magiſtratibus aſſiſtere. Præſentia. n. magi-
C **ſtratuum ante oculos poſita gignit veram reuerentiam, liberalemq; pudorem.**

Declarat quales oportet eas eſſe in cõparatione ad ciues, dicens, q locus prædictus bene gratioſus erit & conueniens cultui diuino, ſi diſtinctus fuerit ſecundum gradus diuerſos: ita vt aliqua pars ordinetur ad gymnaſia ſeniorum exercenda. Alia autem ad diuinorum actus ſecundum ordinem, & ſic præeminentia illius ad iſtum in diſpoſitione & ornatu ſecundum præeminentiam ſeniorum ad iuuenes. Rationabile enim eſt locum habitationis, & ornatum eius diſtinctum eſſe ſecundum diſtinctionem ætatum: ita vt ipſa diſtinctio loci diſtinctionem reſidentium oſtendat, & expedit etiam q tempore prædicti cultus inter iuniores ſint aliqui principantes & matronæ apud principes reſideãt: ſic enim minus præter rationem agent iuuenes ex feruore iuuentutis, & mulieres ex mutabilitate earum. In præſentia enim ſeniorum cauſatur verecundia vera quæ eſt timor de turpi, & timor liberalis qui eſt turbatio ex fantaſia futuri mali qui ſolent retrahere magis mulieres, & iuuenes ab operatione turpi. Differentia eſt inter timorem liberum & ſeruilẽ: quia liber eſt quo aliquis timet amittere bonum honeſtum, & ſecundum rationem: ſeruilis autem eſt quo aliquis timet amittere bonum ſecundum corpus, uel pati malum ſecũdum ipſum. Corpus enim ſeruus eſt quodammodo reſpectu animæ. Deinde cum dicit.

Venalium autem rerum aliud forũ eſſe debet, & alio loco ſitũ acceſſu facile, quo & à terra, & à mari facilis ſit importatio omnium.

Declarat diſpoſitionem habitationum quæ ordinantur ad commutationẽ dicens, q forum rerum venalium oportet eſſe aliud & remotum à loco prædicto: quia lo-
A cus venalium locus tumultuoſus eſt, & locus prædictus ad vacationem ordinatus quietem exigit, & expedit q habeat ſeorſum locum congregatiuum bonorum quæ à mari immittũtur, & ſeorſum aliorum, quæ ab ipſa regione: & vlterius in ſpeciali ſecundum diuerſitatem generum rerum venalium, ita quód alia pars ordinetur ad pannos, alia ad calciamenta, alia ad alia: ſic enim facilius expedientur commutationes, ſi ſeruerit vnuſquiſque locum determinatum ad vnumquodque commutabilium. Deinde cum dicit.

Cum verò multitudo ciuium diuiſa ſit in ſacerdotes & magiſtratus, decẽs eſt ſacerdotibus circa ædes ſacras eſſe comeſſationes inſtitutas. Magiſtratuum autem quicũq; de cõtractibus ius dicũt: & qui de accuſationibus cognoſcũt, & qui circa vocationes in ius, & aliã huiuſmo-
B **di adminiſtrationem intendunt. Et inſuper q ædilitatis, & vrbanarum rerum curam gerunt, iuxta forum in loco celebri, cõmuniſq; ſunt comeſſationes ſtatuendæ: talis eſt locus illius fori in quo neceſſaria venundantur. Nam alterum illud forum ſuperiori loco ſitum debere eſſe, diximus ocioſum. Hoc autem ad negocia rerum neceſſariarũ deputari, hunc eũdem ordinem in regione quoque imitandum eſſe dicimus.**

Declarat diſpoſitionem habitationum eorum qui ſunt principaliores in ciuitate dicens, quoniam autem multitudo partium ciuitatis diſtinguitur in ſacerdotes qui ordinantur ad cultum diuinum, & principes qui curant de ordine ciuili: opportunũ eſt habitationem ſacerdotũ, & locum ad conuiuia ipſorum ſituari iuxta ſacras ædes or-
C dinatas ad cultum diuinum, vt locus habitationis ipſorum non ſit remotus à loco cultus ad quem ordinatur: & quia expedit eos habere locum quietum propter cõtemplationem in qua maxime debẽt viuere inter alios. Principes autem qui ordinantur ad directionem cõtractuum & ad ſententiandum ſuper diſceptationibus ſuper eiſdẽ, & ad ſcripturas ſententiarum & vocationum ciuium, & ad alias huiuſmodi diſpenſationes tales, & qui ordinantur ad regulandum agros vel agreſtes, & qui ad regulandum corpus ciuitatis, & expedit habere habitationes circa forum commune, & in loco vbi communiter concurrũt plures: qualis eſt locus qui eſt circa forum rerum venalium. Quia hic locus ordinatur ad neceſſarias commutationes quibus plures indigent. Locus autem ad cultum ordinatus qui eſt in ſuperiori parte indiget vacatione. Deinde cum dicit.

Sũt enim magiſtratus quidã apud ruſticos,
D **quos alij cuſtodes, alij rectores appellãt: quibus & loca ad cuſtodiam regionis & comeſſationes ſunt iiſdem in locis conſtituendæ: templa quoque per agros diſtributa eſſe debent, partim diis, partim heroibus.**

Declarat diſpoſitionem habitationum exterius in regione, dicẽs, q ſimiliter in regione exterius oportet ædes & habitacula diſpoſita, & diſtributa eſſe ſecundum ordinationem proportionalem ei quæ eſt in ciuitate. Sunt. n. in ipſa principes, & magiſtratus quos oportet habere habitacula cõuenientia principatui ipſorum, & ad ornatũ, & ad fortitudinem. Iterum oportet eſſe in regione ædes communes in diuerſis partibus regionis, vt opportunũ eſt ad cuſtodiendum redditus, & bona communia exterius collecta. Et iterum expedit in regione exterius eſſe ſacras ædes ſeu templa particularia in diuerſis partibus

ſecundum ꝙ opportunũ eſt diſtributa. Aliqua quidem ad cultum deorum, aliqua verò ad cultum Heroũ: quod dicit ſecundum conſuetudinem gentilium, qui cultũ diuinum exhibebant animabus virorum, qui excellentes fuerunt in virtute heroica. Deinde cum dicit.

Sed immorari nunc circa iſta ſuperfluũ eſt, cum ſint illa non difficilia cognitu: ſed magis factu. Dicere enim voti eſt: euenire autem fortunæ. Quapropter circa talia inſiſtere ad præſens omittamus.

Excuſat ſe à diligentiori conſideratione de his dicens, ꝙ de iſtis tanta ſunt dicta, & reſtant dicenda plura. Sed immorari diutius in diligenter inquirendo, & determinando de ipſis, non eſt vtile propter facilitatem. Non.n. multum difficile eſt conſiderare quare oporteat illa ordinare ſecundum rationem: ſed facere ipſa magis difficile eſt propter raritatem eorum quæ ad hoc ſunt neceſſaria. Determinare enim talia, & conſiderare ſecundum intellectum, eſt facere opus voti ſeu voluntatis. Ipſa autem fieri vel eſſe pendet ex fortuna magis, quia bona diſpoſitio ciuium, & abundantia bonorum exteriorum quæ ſunt neceſſaria ad prædicta, aliqualiter dependent ex ea: & ideo illa quæ vlterius poſſent cõſiderari de ipſis prætermittuntur ad præſens.

LECTIO X.

Qđ & eadẽ, & diuerſa ſit, magiſtratuũ, & ſubditorũ diſciplina.

DE rep. autem ipſa ex quibus & ex qualibus conſtare debet ciuitas quæ beata ſit futura, & recte gubernari, dicendum eſt: duo ſunt in quibus omnis cõmendatio bene agẽdi conſiſtit, vnũ vt propoſitum ac finis agendi recte ſubiaceat: Aliud, vt eas q̃ ad illum finem ferant actiones inueniamus. Fieri.n. poteſt vt & concordent hæc inter ſe, & diſcordent. Nam quãq; illud ad quod intenditur, recte iacet. Sed in actionibus per quas illo potiri credimus aberratur. Quandoq; autem omnia ad finem diriguntur, ſed finis ipſe eſt praue poſitus. Quãq; etiam in vtroq; eſt error, veluti circa medicinã. Neque enim quale aliquid eſſe oportet ſanum corpus recte iudicat interdum, neq; ad ſubiectum ſibi finem opera diriguntur. Oportet autẽ in artibus & ſcientiis hæc vtraq; obtineri finẽ, & eas quæ ſunt ad finem actiones.

Poſtquam inquiſiuit Philoſophus de his quæ ſupponenda ſunt ad inſtituendam optimam rempu. ex parte finis & materiæ ciuitatis ipſius: tranſit nunc ad declarandum ex quibus, & qualibus inſtituenda eſt optima ciuitas. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam dicẽs: declarato quæ ſupponenda ſunt ad futurã optimam rempu. nunc determinandum eſt nobis de ipſa repu. ſ. ex quibus & qualibus inſtituenda eſt ciuitas quæ debet felicitari & bene gubernare ſimpliciter. Secundo cum dicit. {Cum verò &c.} proſequitur. Et circa hoc primo oſtendit ꝙ illos ex quibus cõſtituitur optima ciuitas oportet eſſe ſtudioſos. Secundo cum dicit. {Atqui boni &c.} declarat per quot, & quomodo efficiuntur tales, quia non ſufficit in agibilibus ſcire qualem oportet eſſe vnũquẽq;: quoniam bonum & ſtudioſum; ſed qualiter contingit fieri talem. Circa primum adhuc primo oſtendit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam, quoniã ſtudioſam. Secundo cum dicit. {Nobis autem.} ex hoc concludit, quales oportet eſſe ciues ex quibus componitur, quoniam

E ſtudioſos. Ciuis enim diffinitur per ciuitatem, & quoniã ciuitas optima determinatur per finem optimũ, primo præmittit quædam de ipſis. Secundo cum dicit. {Cum autẽ &c.} ex ipſis oſtendit quæ ſunt neceſſaria ad ciuitatem optimam, & qualem oportet eam eſſe. Circa primũ primo tangit ea quæ requiruntur, ad hoc ꝙ homo ſit optimus. Secundo cum dicit. {Quod igitur &c.} quod non omnes homines eodem modo ſe habẽt ad illud optimũ, Circa primum eſt intelligendum, ꝙ ſicut in vniuerſo inuenitur duplex bonum. ſ. ſeparatum, & bonum ordinis, & bonum ſeparatum maius eſt q̃ bonum ordinis: quod determinatur per ipſum ſm Ariſtot. 12. metaph. bonum autem perfectũ ex iſtis bonis aggregatur, ſicut in homine qui dicitur minus vniuerſum duplex inuenitur bonũ quodãmodo. ſ. ꝙ eſt finis, & bonum ordinis eorum quæ ad finem per finem determinãtur. Et perfectum bonum hominis ex iſtis duobus bonis aggregatum eſt. Hoc igitur ſupponens dicit, quoniam duo ſunt per quę contin-

F git omnes homines eſſe bonos, & ſunt boni, & qui boni ſunt. Quorum vnum eſt finis operationum rectus, & intentio ipſius recta. Aliud autem eſt inuentio actionum, & organorum ordinatorum ad ipſum finem. Optimum enim vniuſcuiuſq; conſiſtit in optimo fine eius, & in ordinatione aliorum ad ipſum. Accidit autem aliquando iſta diſſonare & conſonare ad ſeinuicem. Diſſonare quidem quia aliquando finis bonus ponitur, & intentio recta ad ipſum ſubeſt. Peccatum autem eſt in actione eorum, quæ ſunt ad finem, vel in ordine. Aliquando autem econtrario illa quæ ordinantur ad finem ſubſunt omnia, & recte ordinata: ſed finis poſitus & intentus malus eſt, conſonare quidem, quia aliquando contingit quòd peccatum in vtroq; & in fine, & in his quæ ad ipſum: ſicut circa medicinam accidit aliquando, ꝙ medicus non recte iudicat quale contingit fieri corpus quod conualeſcit, & ad quẽ terminum ſanitatis contingit ipſum deduci. Nec etiam bene accipit illa vel ordinat quæ deducit ad ſuppoſitum

G terminum ſanitatis. Aliquando autem vtrunq; recte accipit rectum ponens, & intendens finem: & ea quæ ſunt ad ipſum recte ordinans: homines verò in omnibus artibus, & ſcientijs & vniuerſaliter virtutibus finaliter intendunt optimum in illis: & ideo oportet ſi debeant fieri in illis optimi attingere ad ambo: puta ad finem rectum, & ad ordinationem actionum, & organorum quę ad finem. Apparet igitur ꝙ in qualibet arte, & ſciẽtia ſpeculatiua vel practica homo eſt optimus per finem optimum, & ea quæ ad ipſum. Deinde cum dicit.

Quod igitur bene viuere ac felices eſſe oẽs cupiunt manifeſtum eſt: ſed aliis poteſtas eſt adipiſcendi, aliis non, propter fortunam aliquam, vel naturam. Opus eſt enim adiumentis quibuſdam ad bene viuendum. Minoribus quidem illis qui melius diſpoſiti ſunt. Maiori-

H bus autem qui peius. Alij verò ſtatim nõ recte quærunt felicitatem, cum poſſint.

Declarat ꝙ non omnes homines eodem modo ſe habent ad ſuum optimum ſeu felicitatem dicens, ꝙ manifeſtum eſt ex ſe q, omnes homines naturaliter appetunt bene viuere. Omnia enim naturaliter appetunt ſuam perfectionem. Sed nõ omnibus hominibus ineſt æqualiter habilitas ad adipiſcendum hoc, ſed quidã ſunt diſpoſiti bene ad acquirendum eam. Quidam autem indiſpoſiti aut propter materiam, aut propter naturalem complexionẽ, per quã inclinatur ad operationes inordinatas, aut propter formam, quia aliquod bonorum fortunæ quæ ſunt neceſſaria deficit eis. Indiget enim debens felicitari & bene viuere inclinatione naturali ad hoc, & ſucceſſu aliquo in exterioribus bonis. Si quidem priuatum omnibus bonis fortunæ impoſſibile eſt bene operari, Sed illi qui melius

lius diſpoſiti ſunt ex natura ad hoc, minori indigent ſucceſſu. Qui autem minus, ampliori. Aliqui etiam ita deprauati ſunt per conſuetudinem vel aliquid aliud, ꝙ quãuis inclinentur ex natura ad felicitatem & bene viuere, non tamen recta via vel modo quærunt eam: & ita ꝙ aliquis non felicitetur poteſt contingere, aut quia non recte ponit felicitatem, aut quia non recte quęrit quæ ad ipſam, aut propter vtrãque. Deinde cum dicit..

Cum autem propoſitum noſtrum ſit optimam remp. videre. Ea verò eſt per quã ciuitas optime gubernetur. Optime aũt gubernatur ſi felicitatem maxime recipiat. Manifeſtum eſt ꝙ quid ſit felicitas latere non debet.

Declarat qualem oportet eſſe optimam ciuitatem. Et primo oſtendit, ꝙ ad hoc primo neceſſarium eſt præintelligere quid eſt ipſa felicitas. q. præmittens intentum. Secundo cũ dicit. {Diximus autem &c.} declarat illud. In prima parte dicit, quoniam propoſitum intentionis noſtræ eſt conſiderare de optima repub. qualis ſit. Optima aũt reſpub. eſt ſm quam ciuitas optime gubernat & viuit. Ciuitas autem optime gubernat & viuit quæ attingit ad felicitatem optimam. Et ideo oportet nos pręconſiderare illud, per quod determinatur. Ciuitatem autem ſeu rempub. optimam per felicitatem determinamus, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

Diximus autem in ethicis, ſi modo illorum librorum vtilitas vlla eſt, operationem eſſe & vſum virtutis perfectum. Et hunc non ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter.

Declarat intentum. Et primo pręmittit diffinitionem felicitatis & eam explanat. Secundo cum dicit. {Vtetur autem &c.} oſtendit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Circa primum pmo præmittit diffinitionem felicitatis in aliis poſitam dicens, ꝙ ad manifeſtationem intenti diximus & determinauimus in libro Ethic. Si quidem ea quæ determinata ſunt, bene vtilia ſunt ad ꝓpoſitum. Felicitatem eſſe operationem & vſum virtutis perfectum ſimpliciter, & non ex ſuppoſitione. Felicitas quidem eſt operatio, quia habitus in potentia eſt & imperfectus. Felicitatem autem perfectum bonũ dicimus: virtutis aũt quia eſt quæ habentem perficit & operationem eius bonam reddit. Felicitas autem bonum hominis eſt perfectum, ergo ſecundum virtutem eius. Vſus autem perfectus eſt, quia vna operatio ſola non facit hominem felicem, ſed multæ & continuæ. Cõtinuatio autem alicuius actus vſus perfectus eſt illius actus ſecundum ꝙ vſus eſt idem quod exercitium. Vnde iſta diffinitio eadem eſt ſecundum rem ei quæ ponitur primo Ethic. qua dicitur quod eſt operatio hominis ſecundum virtutem perfectam & in vita perfecta: ita vt quód ponitur hic vſus perfectus, ſit idem ei quód ibi ponitur in vita perfecta. Deinde cum dicit.

Dico autem ex ſuppoſitione quæ neceſſaria ſunt. Simpliciter autem quod in ſeipſo cõmendationem habet, veluti circa res iuſtas iudicare, punire, ſupplicio afficere, à virtute quidem eſt: ſed ex neceſſitate, cõmendationemq́ꝫ habet ex compulſione. Eligibilius nãque foret nullo tali indigere, neqꝫ hominem, neqꝫ ciuitatem. At enim ad honores & opes ſimpliciter ſunt optimæ actiones. Nam alterum quidem illud mali alicuius electio eſt, hæc autem contra. Effectiones enim bonorum ſunt & generationes.

Explanat vltimam particulam, ſ. non ex ſuppoſitione. Ad cuius euidentiam eſt intelligẽdum, ꝙ finis ſecundum ſe rationem boni habet. Eorum autem quæ ordinantur ad ipſum, quædam ſunt quæ rationem boni de ſe habẽt aliquam: & aliquam ex ordine ad finem, ſicut medicina dulcis. Alia verò quæ ſecundum ꝙ huiuſmodi rationem boni & eligibilis non habent: ſed tantum ex ordine ad finem, ſicut medicina amara. Secundum ſe enim eligibilis non eſt, ſed propter ſanitatem tantum. Et prima bona dicuntur ſimpliciter bona. Secunda autem bona dicuntur ex hoc ſolum neceſſaria. Dicit igitur ꝙ operationem bonam ex ſuppoſitione dico quæ neceſſaria quidem eſt ad finem, ſed ſecundum ſe rationem boni non habet. Simpliciter autem bonam dico quæ ſecundum ſe rationem boni habet, non tantum ex fine ſicut in actionibus iuſtitiæ. Sententiæ enim condẽnandorum, & ſupplicia & punitiones eorum procedunt à virtute iuſtitiæ, & neceſſariæ quidem ſunt in ciuitate, quia aliter non ſaluaretur ciuitas, nec cõmunicatio, & rationem boni habent, quia neceſſariæ. Secundum ſe autem eligibiles non ſunt abſolute. Eligibilius enim eſſet, ſi contingeret ꝙ homines vel ciuitates talibus non indigerent. Sed actiones quæ ſunt circa honores & circa abundantiam exteriorũ, ſunt ſimpliciter eligibiles & ſm ſe. Rationem aũt quare primæ ſunt eligibiles, & non iſtæ tãgit. Dicens ꝙ electio ſententiarum & ſuppliciorum & aliorum huiuſmodi in ciuitate, eſt electio alicuius, ꝙ malum eſt ſecũdum ꝙ huiuſmodi, ſed in ordine ad finem. Electio aũt eorum quæ circa honores & circa diuitias & actiones eorum econtrario, eſt electio cuiuſdam boni ſm ſe, quia ſunt diſpoſitiones quædam ad bonum & generationes eius. Honor enim diſponit & factiuus eſt boni ſecundum animam, inquantum aliquis propter honorem operatur magna & honorabilia. Diuitiæ autem naturales ſunt factiuæ boni ſm corpus principaliter. Deinde cum dicit.

Studioſus enim vir, & paupertate, & morbo, & aliis fortunæ aduerſitatibus laudabiliter vtitur. Veruntamen felicitas in contrariis exiſtit. Nam & hoc determinatum fuit in ethicorum libris, ꝙ talis eſt ſtudioſus cui per virtutem bona ſunt ſimpliciter bona.

Declarat ex dictis qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. Et circa hoc, primo ipſe declarat qualiter ipſe ſtudioſus vtitur bonis prædictis vtriſque. Secundo cum dicit. {Patet autem &c.} declarat ꝙ vſus iſtorum qui eſt ſm virtutem ſtudioſus eſt. Tertio cum dicit. {Neceſſariũ autem &c.} ex dictis concludit qualem oportet eſſe ciuitatem optimam. In prima parte dicit, ꝙ vir ſtudioſus qui virtutem perfectam & appetitum ordinatum habet bene vtitur his quæ ſm ſe rationem boni non habent. Sunt tñ ordinalibia in finẽ: puta paupertate & ęgritudine, defectu amicorum & huiuſmodi, ſm illud quod beatum eſt & perfectius eſt in vſu contrariorum: puta diuitiarum, & ſanitatis, & amicorũ. Meliorem. n. operationem facit ex ſuppoſitione iſtorum, quia ſm ꝙ determinatum eſt à nobis in ſermonibus moralibus ad Eudemũ. Bonus & ſtudioſus eſt, cui ſimpliciter bona ſunt bona ꝓpter ipſam virtutem. Cui autem ſimpliciter optima nõ ſunt optima, non eſt bonus vel ſtudioſus: quẽadmodum neqꝫ eſſe ſanus videtur cui ſana ſimpliciter nõ ſunt ſana. Sed ſanitas & diuitiæ ſm ſe rationem boni habent: ergo bene vtetur eis ſtudioſus propter virtutem. ſtudioſus etiam ſm rectam rationem vtitur omnibus datis, quia per rationẽ operatur. Ratio autem recta dicit, ꝙ vtatur vnoquoque ſm ꝙ contingit melius ad finem. Si igĩt paupertas & ęgritudo & eorum contraria ordinabilia ſunt, in felicitatem vtetur ſtudioſus iſtis pro paupertate & diuitiis meliori modo, quo contingit ad ipſam. Similiter & eorum oppoſitis. Sed paupertate aut ęgritudine ſuppoſitis, minus perfectas faciet operationes, cum ſm ſe non ſint bona. Diuitiis aũt & ſanitate ſuppoſitis perfectiores,

ctiores, quia ſm ſe rationem boni habent, ſicut bonus coriarius ex corio dato meliores calceos quos contingit facit, ſed ex meliori meliores: ex peiori autem peiores. Eſt autem intelligendum ad euidentiam dictorum & dicendorum iam, ꝙ felicitas per ſe non exiſtit in bonis exterioribus puta in diuitiis, nec etiã in vſu earum in ipſis quidem non exiſtit per ſe, quia felicitatem nullus quęrit propter aliquid aliud. diuitias autem quærunt propter aliud, vel propter neceſſitatem vitæ, vel propter operationem virtutis: ergo in ipſis non exiſtit per ſe. In vſu aũt eius per ſe non conſiſtit, qm̃ optimus vſus diuitiarum q eſt in conſumendo eas, vt dicit Ariſt. primo Rhetoricæ, videtur ordinari per ſe immediate ad bonum corporis: puta ad ſuſtentationem naturæ, vel ſaltem ad aliud ordinatur: felicitatem autem non dicimus ad aliud ordinari. Et adhuc felicitas operatio virtutis perfectiſſimæ eſt. Bonus autem vſus diuitiarum non eſt operatio perfectiſſimæ virtutis, quia liberalitas ſeu magnificẽtia quarum eſt operatio non ſunt perfectiſſimæ virtutes, ſed prudentia aut ſapientia magis: ergo in vſu ipſarum non conſiſtit per ſe felicitas: oportet tamen ipſas præexiſtere ipſi felicitati. Felicitas enim conſiſtit in optima operatione intellectuali per ſe. Ad operationem autem optimam quãcũque ſeu ſpeculatiuam, ſeu practicam oportet præſupponere conſiſtentiam ſubiecti & bonam diſpoſitionem. Conſiſtentia autem & bona diſpoſitio nõ ſunt ſine ſuppoſitione eorum quæ ſunt neceſſaria ad vitam & bonam diſpoſitionem, quæ ſunt diuitię ſeu bona exteriora: ergo diuitias neceſſe eſt præexiſtere felicitati tam ſpeculatiuæ q̃ practicæ, quãuis alia ratione ſpeciali ſint præneceſſariæ practicæ ſeu ciuili. Quod autem eſt prępeceſſarium ad aliquid, videtur ordinari ad ipſum ſicut ad finem, & ſicut inſtrumentum ad operationem. Et ideo diuitiæ ordinantur ad felicitatem ſicut ad finẽ, & ſicut organum ad operationem. Ea aũt quæ ordinantur ad finẽ, vel ſe habent ad aliud, ſicut organum ad operationem, oportet eſſe cõmenſurata ſeu ꝓportionata fini ſeu actioni, & non excedere vel deficere à media rõne. Diuitias igitur quas neceſſe eſt ꝑexiſtere felicitati oportet eſſe cõmenſuratas ei: ita vt nec maiores nec minores quęrant q̃ ſint neceſſe ad ipſam: maiores tñ exiguntur ad practicã, ſeu ciuilem q̃ ad ſpeculatiuam. Ad ſpeculatiuam.n. ſufficiunt ſm ꝙ vtiles ſunt ad ſuſtẽtationem vitæ & bonam diſpõnem corporis. Ad practicam autem ſeu ciuilẽ exiguntur ad hoc, & ad expeditionem operationum practicarum ſeu ciuilium, & quãto perfectior eſt, tanto maiores. Et ſi à prædicta cõmenſuratione ſuperexcedant, aut totaliter tollunt felicitatem, aut ſaltem diminuũt ipſam, ſicut tanta põt eſſe magnitudo fiſtulæ ꝙ peior erit fiſtulatio, & adhuc tanta ꝙ penitus non erit. Silr̃ ſi deficiat à menſura ſm quã ſunt neceſſariæ diuitiæ ad perfectam felicitatem, ſm aliquid parum diminuent ipſam. Si autem ſm multum totaliter tollent, ſicut ſi minor ſit fiſtula q̃ quæ nata eſt moueri à fiſtulatore, parum debilior erit fiſtulatio. ſi autem multum, omnino non erit. ſic igitur felicitas per ſe non exiſtit in diuitiis nec in vſu earum per ſe. Veruntamen ipſe & vſus earum qui non eſt ſine ipſis ſunt præneceſſaria ad ipſam ſm quandam menſuram & proportionem, à qua ſi deficiant ſm minus & parum, minus perfecta erit felicitas. Et hoc intendebat Ariſto. quando dixit, ꝙ ſtudioſus vtetur paupertate & ęgritudine bene vt contingit. Quod autem beatum in contrariis eſt. Si autem multum nõ erit omnino: eodem autem modo ſe habet. Et ſi excedat ſm maius à prædicta menſura. Verum autem neceſſarium ſit eas præexiſtere per ſe, vel per alterum, vel ſicut proprias, vel ſicut communes, non refert ad propoſitum, dum tamen præexiſtant ſm hoc ꝙ commenſuratæ ſunt. Ille tamen modus præexiſtẽdi vel præhabendi eas eligibilior videtur, quo habentur ſm hoc ꝙ neceſſariæ & commenſuratæ ſunt ipſi fini: & quo minus impediuntur homines à rectitu-

E dine operationis ſiue per affectum, ſiue per ſolicitudinẽ inordinatam circa eas. Deinde cum dicit.

Patet autem ꝙ & vſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos & bonos eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſtimant omnes externa bona cauſam eſſe felicitatis. Ceu ſiqs bene pulſandi cauſam putat eſſe lyram magis q̃ artem.

Declarat ꝙ vſus prædictos oportet eſſe ſtudioſos, dicens, ꝙ manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt vſus prædictorum honorum, ſ. diuitiarũ & ſanitatis, & huiuſmodi ſtudioſos eſſe & bonos, quia vſus q ſunt ſm virtutem ſtudioſi ſunt & boni: ſed vſus prædictorum bonorum à ſtudioſo per ſe à virtute ſunt. Studioſus.n. ſm ꝙ huiuſmodi virtuoſus eſt, ergo oportet vſus prædictos ſtudioſos eſſe, ꝓpter quod credũt bona extrinſeca, quorum vſus ſtudioſus eſt, & à virtute eſſe. Cauſas felicitatis quæ eſt operatio ſm ipſam, ſimiliter exiſtimantes ſicut ſi aliquis exiſtimaret ꝙ lyra eſſet cauſa bene citharizandi magis q̃ ars. hoc autem inconueniens eſt. Ars enim principalis cauſa citharizandi eſt vt vnde principium & ratio motus. lyra autem ſicut materia vel organum motum ab arte. Similiter virtus ſeu ratio principium eſt felicitatis, ſicut vnde motus vel ratio: bona autem exteriora ſicut materia vel organum motum ab illis. Deinde cum dicit.

F

Neceſſarium eſt ergo ex his quæ dicta ſunt alia ſubeſſe, alia parare legis poſitorem. Ex quo ſm votum optamus conſtitutionem ciuitatis in his quorum domina eſt fortuna: dominam enim illam poſuimus. Sed ſtudioſam eſſe ciuitatem non eſt fortunę opus, ſed ſcientiæ, ac electionis. Atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem eſt ciues illos qui in rep. verſantur eſſe ſtudioſos.

G

Concludit qualem oporteat eſſe ciuitatem optimam dicens. Si ciuitatem optimam oportet felicitati: felicitas autem eſt operatio vel vſus perfectus ſm virtutem: vſus autem perfectus ſm virtutem eſt vſus bonorum operum à ſtudioſo. Neceſſarium eſt ipſam ciuitatem, quam ſm votum quærimus optimam habere abũdantiam bonorum exteriorum, quorum vſus neceſſarius eſt, & ipſam eſſe ſtudioſam, ſi vſum oportet eſſe ſtudioſum, quorum primum neceſſe eſt præexiſtere, cuius fortuna eſt domina. Dicimus enim ipſam eſſe dominam huiuſmodi bonorum. Secundum autem oportet legislatorem procurare per diſciplinam & cõſuetudinem. ſ. ipſam eſſe ſtudioſam. Studioſitas enim ciuitatis non eſt opus fortunæ, quia ſm rationem eſt, & fortuna eſt cauſa præter rationem. Sed eſt operatio ſcientiæ dirigẽtis & electionis inclinantis. Deinde cum dicit.

H Nobis autem oẽs ciues participes ſunt reip. Hoc igitur conſiderandum eſt q̃uo vir fiat ſtudioſus. Nam ſi recipiatur oẽs eſſe ſtudioſos: nõ autem ſingulos ciuiũ, ſic foret optabilius. Sequitur enim ad ſingulos eſſe, & omnes eſſe.

Declarat ex dictis quales oportet eſſe ciues, qm̃ ſtudioſos, dicens, ꝙ ciuitas ſtudioſa non eſt niſi quia ciues participantes reipublicæ ſtudioſi ſunt. Ciuitas enim non eſt aliud q̃ cõmunitas quędam ciuium ſm aliquam rõnem. Si ergo ciuitatem optimam oportet ſtudioſam eſſe vt ꝓbatum eſt, oportet oẽs ciues in ea ſtudioſos eſſe. Nos.n. ſupponimus nunc quod in optima ciuitate omnes ciues participant republica. Et ideo vlterius conſiderandum eſt nobis qualiter ciuis fiat ſtudioſus: quãuis aũt bonum & eligibile ſit vnumquemque diuiſim ſtudioſum eſſe.

Melius

A Melius eſt, & eligibilius eſt ſi contingat oēs collectim eſſe ſtudioſos. Quia illud quod eſt poſterius ſm viam generationis, pfectius & melius eſt in bonis, & eligibilius: eo ꝙ prius eſt ſi actus bonus melior eſt potētia ad ipſum. Sed omnes collectim eſſe ſtudioſos aſſequitur ſecundum viam generationis, eo quod eſt vnūquēq; diuiſim ſtudioſum eſſe, vtroq; exiſtente eligibili & bono. Ergo melius eſt & eligibilius. Deinde cum dicit.

Atqui boni quidem & ſtudioſi fiunt ꝓpter tria. Sunt aūt hęc tria, natura, mos, & ratio.

Declarat per quot, & quo efficiātur boni & ſtudioſi, Et circa hoc declarat primo per quot & quæ efficiunt tales. Secūdo cū dicit. {Natura igitur qualis eſſe oportet &c.} quales oportet eſſe eos ſm hoc. Circa primū primo proponit per quot & quæ efficiunt ſtudioſi. Secūdo cū dicit. {Et enim naſci oportet &c.} declarat. In prima parte dicit, ꝙ viri fiunt boni ſm virtutem, & ſtudioſi ſm rōnem per tria. Iſta autem tria ſunt naturalis diſpoſitio ad virtutem. Et illud quod eſt ſm rationem. Et cōſuetudo in operatione. Et etiam ratio dirigens. Deinde cum dicit.

Etenim naſci oportet primum, ceu hominē & non aliud animal: & ſic quale aliquem ſm corpus & animam.

Declarat, & primo ꝙ natura faciat ad hoc. Secundo cū dicit. {Quoddā etiam &c.} Quod cōſuetudo. Tertio cū dicit. {Cætera igit̄ &c.} Quod ratio. In prima parte dicit: ꝙ debentē fieri bonum & ſtudioſum oportet eſſe diſpoſitū à natura primo: omnibus.n. quę fiunt natura vel arte oportet ſupponi materiā & bonam aptitudinē eius, ſi quod recipitur in alio recipitur per modū recipiētis, & ideo debentem ſibi bonū & ſtudioſum, oportet eſſe bene natum ad hoc: puta ꝙ ſit homo habēs intellectū, & rationem, ſed nō aliquod brutū irrationale. Et vlterius ſic exiſtens hō ſit bene diſpoſitus ſm corpus. & per cōſequēs ſm animam. Bene enim diſpoſiti ſm corpus, bene diſpoſiti ſunt ſm animā vt in pluribus. Si.n. anima ſm ſe virtus rationis ſit ſecundum ſpeciem in omnibus hominibus, et non ſuſcipiat intēſionem & remiſſionem, cum ſit forma ſubſtantialis: diuerſitas operationum ipſius & proprietatum erit propter diuerſitatem corporum & materiæ: vel alicuius extrinſeci alterius. Deinde cum dicit.

C Quædam etiam naſci nulla vtilitas eſt: mores enim mutari faciunt: nam aliqua per naturam ad vtrūque apta, per mores ad peius, vel ad melius conuertuntur.

Declarat ꝙ conſuetudo ad hoc faciat dicens, ꝙ quoſdā homines nō eſt vtilitas naſci: hoc eſt ex natiuitate nō ſūt diſpoſiti ad bonum, nec ad opus intellectus, per cōſuetudinē autē: trāſmutātur. Sunt enim quidā qui per naturā indifferenter ſe habent ad virtutem & ad cōtrarium, per conſuetudinem aūt in operatione reſpectu alterius determinantur ad alterum, puta uel ad melius vel ad deterius. Sed illi qui bene diſpoſiti ſunt ad virtutem, puta cōſuetudine, indigent in operatione ad hoc ut fiant boni: qui aūt ad vtrunq; æqualiter nati ſunt, ampliori indigēt: qui aūt ad cōtraria inclinātur ex natura, nō poſſūt fieri boni aut cū difficultate & multa cōſuetudine. Deinde cum dicit.

D Cætera igitur animalia maxime viuunt ſm naturam: parum verò aliquid & ſm mores. Homo autem & ſm rationem: ſolus enim rationem habet. Itaq; oportet hæc ſimul concordare: multa enim præter mores & præter naturam agunt homines, propter rationem, ſi perſuadeatur melius eſſe aliter agere.

A Declarat ꝙ ratio dicens, ꝙ alia animalia ab homine ſola naturali inclinatione, hoc eſt memorijs & imaginationibus agunt actiones ſuas: quædam autē parua ſm quantitatē agunt aliquas actiones per conſuetudinē: ſicut illa quę bonā eſtimatiuā habēt, ut canis, equus, & ſimia. Hō vero actiones ſuas dirigit ratione, ſolus enim inter animalia rationē habet, per quā determinatur. Quare hoc oportet conſonare inter ſe. ſ. naturā, conſuetudinē, & rationē. ſemper.n. poſterius præſupponit prius, multa.n. ſūt quę agunt homines præter naturam, & conſuetudinem propter rationem, ſi ſuadeatur ab illa cōtrarium eſſe melius, ſicut in continente apparet, qui quamuis inclinetur ad proſequutionem paſſionis, ſequitur tamen rationem perſuadentem contrarium. Deinde cum dicit.

B Natura igitur quales eſſe oportet eos, qui legum poſitori ſint pariturí, determinatum eſt prius. Reliquum opus eſt iam diſciplinę, quędam aſſueſcendo diſcuntur, quædam audiēdo.

Declarat quales oportet eos eſſe. Et primo continuat dicta ad dicenda. Secūdo cum dicit. {Cū vero} Proſequitur. In prima parte dicit ꝙ prius determinatū eſt quales oportet eſſe ſm naturā futuros ſtudioſos & bonos, vbi dictum eſt quales oportet eſſe bene gubernātes, nūc autem conſiderandum eſt nobis quales oportet eſſe ſm diſciplinam, ad quam reducuntur conſuetudo & ratio. addiſcūt enim aliqua per aſſuefactionem, aliqua autem audientes ratiocinantem alium. Deinde cum dicit.

Cum verò oīs ſocietas ciuilis conſtet ex imperantibus & parentib9, hoc iā conſiderandum eſt: vtrum alios eſſe oportet q imperāt, & alios q parent, an eoſdem ꝑ vitam: patet.n. ꝙ & diſciplina ſm hanc diuiſionem ſequi debebit.

C Proſequitur. Volens aūt oſtēdere quales oportet eſſe ciues ſm diſciplinā, quoniam in ciuitate in qua ſunt quidā principantes & quidam ſubiecti, primo inquirit, vtrum eandem oporteat eſſe diſciplinam principantium & ſubiectorum in optima ciuitate. Secundo cum dicit. {Cum vero ciuis.} proſequitur principale intentū. Et circa hoc primo præmittit intentionē ſuam et modum conſiderandi. Secūdo cū dicit. {Si ergo.} proſequitur. In prima parte dicit, ꝙ omnis ciuitas compoſita eſt ex principātibus & ſubiectis. in omnibus enim quæ ex pluribus conſtituta ſunt, ſiue natura ſiue arte ex quibus eſt vnum aliquod cōe, ſiue ex coniunctis, ſiue ex diuiſis, videtur eſſe principans aliquid & aliquid ſubiectum, ſicut oſtenſum eſt in primo huius: Conſiderādum eſt à nobis iā, vtrum expedit in ciuitate optima aliquos & diuerſos eſſe principantes & ſubiectos per vitā, aut eoſdē ſm ſuppoſitū differentes ſm aliquā diſpoſitionē: quia manifeſtum eſt ꝙ conſequenter ſe habebit huic diuiſioni de diſciplina ipſorū, de qua intendimus nunc. Si.n. omnino ſint diuerſi principātes & ſubiecti, & diſciplinam oportebit eſſe aliā. ſi autem D idem eādem proportionaliter. Cuius ratio eſt quia illud per quod determinantur principans & ſubiectum, eſt diſciplina recta in ordine ad operationem. diuerſitas autē vel vnitas determinatorū eſt ſm vnitatem vel diuerſitatem determinātiū. Si igitur principātes et ſubiecti diuerſi ſunt oīo, & diſciplina ipſorū diuerſa erit; & ſi ijdem, & eadem proportionaliter. Deinde cum dicit.

Si ergo differrent alteri ab aliis tantum quātum dij & heroes ab hominibus differre putātur, vt primo ſtatim corpore ac poſtea animo longe antecellerent, ac manifeſte, indubitateq; appareret eorum ſupereminentia, clarum eſt ꝙ ſemper eoſdem iſtos melius foret imperare, alios verò parere.

Proſequitur, & primo inquirit vtrum expedit eoſdem eſſe principantes & ſubiectos aut non. Secundo cũ dicit. {Itaq; & diſciplina &c.} Ex hoc cõcludit proportionale de diſciplina. Circa primum primo oſtẽdit; vbi expedit eoſdẽ principari ſemper & alios ſubijci. Secũdo cũ dicit. {Sed cum facile.} Declarat quod eõiter melius eſt & magis neceſſarium eoſdem eſſe principantes, & ſubiectos in alio & alio tempore. Circa primum intelligendum eſt prius ꝙ principans ſe habet ad ſubiectum ſicut agens ad paſſum & mouẽs ad motum, principantis enim eſt mouere & dirigere ſubiectum, ſubiecti vero moueri & dirigi ſm ꝙ huiuſmodi. Mouens autem, & agens ſm ꝙ tale excellẽtius eſt paſſo & moto ſecundum ꝙ huiuſmodi: quia illud eſt in actu, hoc autem in potentia, & ideo principãs in eo ꝙ principans oportet eſſe excellentius ſubiecto ſm ꝙ ſubiectum: excellentia autem mouentis reſpectu moti attenditur in ordine ad operationem quantũ ad formam eius principaliter. Deinde autem quantum ad diſpoſitiones materiæ ſubſtantis ipſi formæ. Tertio quantũ ad exteriora coadiuuantia ad ipſam, & ideo oportet ꝙ excellẽtia principantis reſpectu ſubiecti in ordine ad finẽ attendatur principaliter ad formam ſm quã agit vt huiuſmodi. Deinde autem quantum ad diſpoſitiones materiæ, & vltimo quantum ad exteriora. Forma autem ſm quã operatur principans in optima repu. eſt diſciplina recta ſm rationem rectam: puta prudẽtia & virtus ciuilis. Diſpoſitiones autem materiæ ſunt bonæ diſpoſitiones ipſius ad iſtas, ſicut inclinatio naturalis, & bona diſpoſitio corporis: coadiuuantia autem exterius ſunt potẽtia & diuitiæ: & ideo expedit principãtem in optima repu. ſi poſsibile eſt excedere ſubiectum & quantũ ad prudentiam & virtutem quæ ſunt bona animæ, & quantum ad bona corporis & quantum ad exteriora. Vnde dixit Philoſ. 8. ethi. Non eſt rex qui non eſt per ſe ſufficiens & omnibus ſuper excellẽs, & ideo ſi inueniatur aliquis vnus in ciuitate vel regno, qui oĩbus iſtis ſuperexcellat alios iuſtũ eſt ipſum principari ſolũ quandiu eſt talis, ſi autem ſm ſucceſsionẽ inueniãtur tales in aliquo genere, expedit ſm genus principari ſicut prius, vt prius in tertio dictum eſt. ſi autẽ inueniantur plures qui ſic excedant reliquã multitudinẽ, expedit eos principari per vitam. Et hoc eſt quod ipſe dicit, ſi fuerint aliqui in ciuitate qui tãtum differãt ab alijs quantum credimus deos. i. diuinos homines. & heroes. i. attingentes ad virtutem heroicam quæ eſt perfectiſsima virtutum ſiue intellectualiũ ſeu moraliũ differre ab alijs hominibus cõmuniter. Ita vt primo ſm viam generationis multam habeant excellentiã ſm corpus. i. ſm diſpoſitiones materiales: puta ſm magnitudinem & pulchritudinem & inclinationem ad virtutem. Deinde autem, & ſecundum perfectiones animæ: ita vt excellentia iſtorum reſpectu illorũ ſit manifeſta ſine dubitatione: manifeſtũ eſt ꝙ melius eſt ſemper eoſdem in tota vita, hos quidem eſſe principantes. ſ. excellentiores, hos autem eſſe ſubiectos. ſ. deficientes, excellẽtius enim & perfectius, quãdiu eſt huiuſmodi, natum eſt principari ei quod deficit ſecundum naturam reſpectu illius. Deinde cum dicit.

Sed cum facile non ſit hoc reperire, nec ſit vt apud indos Scylax eſſe ait, reges tantum à populis differre, manifeſtum eſt, quod ꝑpter multas cauſas neceſſarium eſt, vt omnes ſilr participes ſint viciſſim imperãdi & parendi, Æquũ enim idem ſilibus: & difficile eſt ſtare remp. q̃ conſtituta ſit præter iuſtitiam: cum illis. n. q ab imperando excluderentur, concurrerent oẽs, q ſunt in regione, ſtatum mutare cupiẽtes, & tantam eſſe multitudinẽ in reip. gubernatione, vt ſit potentior iſtis, vnum aliquid impoſſibilium eſt.

E Declarat ꝙ melius, & magis neceſſariũ eſt communiter eos principari & ſubijci ſm aliud & aliud tempus. Et primo declarat ꝙ melius eſt eoſdem eſſe principantes, & ſubiectos ſm aliud & aliud tempus. Secundo cum dicit. {At enim &c.} quod neceſſe eſt eoſdem ſm aliquid eſſe alteros. Tertio cum dicit. {Quomodo ergo.} qualiter expedit eoſdem eſſe, & alteros. Circa primum intelligendum eſt quod aliquos eſſe ſicut excellentes totam multitudinem vt prædictum eſt, rarum valde propter ſummã perfectionem ipſorũ, rarum aũt difficile eſt inuenire, & ideo dicit, q̃m non eſt facile nunc in ciuitatibus accipere vel inuenire aliquos excellentes intantum reliquam multitudinem: nec inueniuntur reges tantũ differentes à ſubditis quãtũ heroes ab hominibus, ſicut Scylax dixit eſſe inter indos. manifeſtum eſt ꝙ melius & magis neceſſariũ eſt eoſdem q̃nq; principari: q̃nq; autem ſubijci ſm partẽ propter multas rationes. Illi. n. qui ſunt ſimiles ſm naturam & virtutem habent idẽ iuſtum & æquale, & æqua-
F liter debent recipere de communibus, principari autem honor cõmunis eſt, & ideo illi qui ſunt ſimiles ſm prædictũ modum æqualiter debent principari, ſed nõ poſſunt ſm idẽ tẽpus omnes. ergo ſm aliud & aliud. Iterum reſp. fundata ſuper iniuſtum ſubditorũ non eſt bene manſiua: quia cum ſubditis grauatis per iniuſtitiam ſunt oẽs mali & inſolentes in regione, qui volẽtes de facili poſſunt corrumpere remp. ſed reſp. in qua idẽ ſemper principantur ſimilibus exiſtentibus ſuper iniuſtũ fundatur & inæquale. ergo bene manſiua non eſt. Sed quia aliquis diceret ꝙ potentia ſubditorum & inſolentiũ reprimi poteſt per potentiam principãtium, quaſi remouens hoc dicit. Subditi & inſolentes in regione multi ſunt, & magnam potentiam habent valde. Tot autem inuenire ſm multitudinẽ in rep. principantes qui ſunt potentiores omnibus iſtis eſt aliquid de numero impoſsibilium. ergo illorũ potentia per iſtos reprimi non poteſt. Deinde cum dicit.

G At enim ꝙ oporteat eos, qui in magiſtratu ſunt differre à ſubiectis, indubitabile eſt.

Declarat ꝙ oportet eoſdem eſſe aliqualiter alteros dicens. At enim manifeſtum eſt conſideranti ſm rationem & indubitantes, ꝙ principantes & ſubiectos oportet habere aliquam diuerſitatem, quia principãs ad ſubditum ſe habet ſicut mouens & ens in actu ad motum & ens in potẽtia. iſta autẽ ſm ſe differentiam aliquã habent, ergo principantẽ & ſubditum oportet aliqualiter differre, & ideo oportet legiſlatorẽ, & ciuẽ cõſiderare qualiter oportet illos eſſe eoſdẽ & alteros & qualiter ſic ſe habẽtes principabũt principatui & ſubiectioni. Deinde cum dicit.

Qũo ergo hæc futura ſint, & qũo participent conſiderare debet legiſlator, vt prius diximus, natura. n. oſtendit quemadmodum hæc diſtinguenda ſint. Facit. n. eoſdem genere, alios iu-
H niores, alios ſeniores, quorum alteri debent parere gubernãtibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori alteri concedere, nec putat illum cui cedit potiorem eſſe ſe: præſertim cum & ipſe q̃n ad id ætatis ꝑuenerit, eundem honorem ſit recepturus. eſt ergo, vt eoſdem eſſe dicere eos, qui parent & imperant, eſt etiam vt diuerſos.

Declarat qualiter oportet eos eſſe eoſdẽ & alteros dicens, ꝙ prius ubi determinatum eſt de partibus ciuitatis per ſe dictum eſt de hoc, natura enim faciens in eodẽ genere hominũ aliud iunius, aliud ſenius procedẽdo de imperfecto ad perfectum dedit nobis modũ, per quẽ poſsimus eligere, quando idem magis debet principari q̃ ſubijci. Manifeſtum eſt enim ꝙ idem ſecundum ꝙ iunius

eſt.

eſt magis expedit ſubiici. Iunius.n.ſm ꝙ huiuſmodi imperfectius eſt ſm ꝙ huiuſmodi & robuſtius ad operandum opera miniſterialia, hæc autem ad ſubditum pertinent. Senius autem perfectius eſt, quia poſterius ſm generationem & ſecūdum virtutem & ſm intellectum. Nō enim pueri iudicāt ſenibus presbyteris, vt dicit 7. Phyſ. Per hæc autem determinatur principans, vt dictum eſt prius. Sed quia aliquis diceret, ꝙ iuuenes indignantur, ſi ſm ætatem illam ſint ſubditi, hic remouet dicens, ꝙ nullus iuuenis bene ordinatus indignabitur, ſi ſubiiciatur in ætate iuuentutis, nec putat ſe valentiorē eſſe ſenioribus & progenitoribus ſuis, ſiquidem eos reuereatur. Nō credens autem valētior eſſe non indignabitur ſi ſubiiciatur. Et alter quia futurus eſt ſuſcipere honorem principatus ex ordine reip. cū fuerit perfectus: in ætate ſenili vero habet rationem per quam debeat indignari, ſi nunc non principetur. Sic igitur dicendum eſt, ꝙ expedit eoſdem principari & ſubiici vno modo, puta ſecundum appoſitum, alteros autem ſecundum alium modum, puta ſecundum iunius & ſenius. Deinde cum dicit.

Itaq; & diſciplinam vt eādem dicere neceſſe eſt, & vt diuerſam: qui.n. imperare velit recte oportere aiunt, ipſum prius ſub imperio fuiſſe.

Concludit proportionaliter ſe habere de diſciplina primo. Secundo cum dicit. {Imperiū vero &c.} diſtinguit principatum vt appareat in quo prædicta veritatem habeant, & in quo non. Primo igitur concludit ꝙ ſi in ciuitate bene ordinata oportet eoſdem eſſe principantes & ſubiectos ſecundum vnū modum, alios ſm alium neceſſe eſt diſciplinam ipſorum vno modo eſſe vnam, alio autē modo alteram, quia principans & ſubiectum in optima ciuitate determinantur per diſciplinam, puta per prudētiam & virtutem, per quas hic recte obedit, ille recte pcipit: & ideo ſicut principantes & ſubiecti ſunt idem vel alteri, ita & diſciplinam oportet eſſe eādem vel alteram. dicunt.n. ꝙ illū qui debet principari oportet prius ſubditum fuiſſe & ſubditum addiſcere, quæ oportet principātem facere: non.n. bene principat qui non q̄ſq; ſub principe fuit, vt dicitur in tertio huius. Deinde cum dicit.

Imperium verò, vt in primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis eſt, aut gratia ſubiectorum, horum alterum ſeruorum eſſe diximus, alterum liberorum.

Diſtinguit principatum vt appareat in quo veritatē habet quod dictum eſt: quod primo facit. Secundo cum dicit. {Mandatorum vero.} declarat vnde aſſumēda eſt differentia ſubditi in vtroq; principatu. In prima parte dicit ꝙ duplex eſt principatus ſicut dictum eſt in primis ſermonibus.i. in tertio lib. Vnus quidem qui principaliter eſt ad bonum principantis: propter aūt bonū ſubditi ſm accidens. Alius aūt eſt qui principaliter eſt propter aliquod bonum ſubditorum, vel alicuius cōmunis principanti & ſubiecto ex conſequenti propter vtilitatē principantis, & primus iſtorum dicitur principatus dominatiuus qui eſt domini ad ſeruos. In principatu igitur dominatiuo non expedit eundem eſſe principantem & ſubiectum ſecundum aliquod tempus, ſed eoſdem eſſe principantes ſemper, puta ſeruos ſecundum naturam: non.n. ſunt ſimiles ſecundum naturam. In principatu autem politico expedit quod dictum eſt quantum ad principari & ſubiici & quantum ad diſciplinam: ſunt enim iſti ſimiles ſecundum naturam, quia liberi. Deinde cum dicit

Mandatorum verò quædam inter ſe differunt, non in agendo, ſed in cuius gratia: quapropter multa quæ videntur eſſe miniſtrorum opera, & adoleſcētium liberis hominibus pul-

A chrum eſt miniſtrare: ad pulchrum enim & nō pulchrum non tantum differūt actiones propter ſeipſas quantum in fine, & gratia cuius.

Declarat ex quo ſumenda eſt differētia per ſe vtriuſq; principantium. Et eſt intelligendum ꝙ operum miniſterialiū quædam ſunt honeſta magis, quædam autē inhoneſta & ſeruilia, honeſta opera miniſterialia indifferēter conueniunt ſubditis in vtroq; principatu, ſed ad aliū & alium finem: dicit igitur ꝙ quædā præcepta, puta honeſta, cōmuniter ſeruis & liberis quantum ad operationē non differunt. eodem enim modo ea exequuntur & liberi ſubditi & ſerui, ſed magis differunt in ordine ad finem quia ſeruus operatur gratia domini: liber autē gratia ſui vel boni cōmunis, & hoc accidit propter hoc, quia honeſtū eſt iuxta liberos ſubditos multa eorū quæ videnē miniſterialia opa exercere, ſicut dictum eſt, & actiones non ſic differunt honeſto & inhoneſto ſm ſe acceptæ ſicut in
B ordine ad finem gratia cuius ſunt, & dicuntur magis honeſtæ & inhoneſtæ q̄ ſecundum ſe, & vt naturales ſunt.

LECTIO XI.

Cum vita ocio & negocio conſtet, oportet leges non minus ad pacem q̄ ad bellum ciues inſtruere.

CVm verò ciuis & pręſidentis eandem virtutem eſſe dixerimus, quæ optimi viri, & eundem prius parere debere, poſtea imperare: hoc vtique erit legum poſitori intuendum, laborandumq́ue, vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis vitæ optimæ.

Poſtquam philoſophus oſtendit ꝙ in rep. recta principantis & ſubiecti eſt eadem diſciplina vno modo, & altero alia, tranſit nunc ad declarādum qualiter, & per quas adinuentiones efficiuntur ciues bene diſciplinati ſeu ſtudioſi: & circa hoc primo dat intentionem ſuā & ordinē
C conſiderandi. Secūdo cum dicit. {Diuiſę autem &c.} pſequitur. In prima parte dicit, qm̄ intendimus principaliter conſiderare qualiter, & per quæ ciuis efficiatur diſciplinatus & ſtudioſus. Eadem autē eſt diſciplina ſeu virtus ciuis optimi in optima rep. per quam ordinatur in felicitatem perfectiſſimam, quæ eſt finis, in illa ēt principātis in ipſa: ſimiliter autem optimi viri, & ſi eundem oportet prius ſubditum eſſe cum eſt iuuenis & imperfectus. Poſterius autem principantem cum eſt perfectus, magis conſiderandum eſt ciuitatem gubernanti ſeu legiſlatori, qualiter & per quas adinuentiones fiunt optimi viri & bene diſciplinati: & quia ratio iſtorū ſumitur ex fine vltimo vitæ humanæ, cōſiderandum eſt quis eſt ille finis. hoc.n. oſtenſo apparebit qualr, & p quas adinuentiones ciues fiant bene diſciplinati & ſtudioſi. D. cū d.

Diuiſæ autem ſunt duæ partes animæ, quarum alteram rōnem per ſe habet. altera non ha
D bet quidem per ſe, verūtamen rationi obtemperare poteſt, quarum diximus eſſe virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quodāmodo: ſed in vtraq; iſtarum magis eſt finis, q̄ ita diuidunt, vt nos facimus, his ambiguum non eſt quō ſit dicendum: ſemper.n. deterius melioris gratia eſt, patet hoc in his, quæ ſunt ſecundum artem & in his quæ ſunt ſm naturam.

Proſequitur, & primo declarat quis eſt finis vltimus vitæ humanæ. Secūdo cū dicit. {Cū ergo idē finis &c.} declarat ꝙ virum & ciuitatē felices oportet habere oēs virtutes. Tertio cū dicit. {Quomodo aūt & p quę &c.} declarat per quæ & qualiter erunt bene diſciplinati ſeu virtuoſi. Quid autē ſit felicitas declarat per diuiſionem

partium

partium animę primo. Secundo cũ dicit. {Diuiſa eſt aũt vita tota &c.} declarat vitam humanã & agibilia ab homine ꝓportionaliter diuidi, & ſe habere partibus animę prædictis. Circa primum primo oſtendit felicitatem cõſiſtere in eo quod pertinet ad partem animæ rationalem per eſſentiam. Secũdo cum dicit. {Melius aũt &c.} declarat eam conſiſtere in operatione partis animæ rationalis ſpeculatiuæ. Circa primum eſt intelligendũ ꝙ vltimus finis vitæ humanæ non cõſiſtit principaliter in aliquo eorum, quæ per ſe pertinent ad corpus. Corpus.n. & perfectiones ipſius ſunt propter animã, ſed magis in aliquo eorum, quæ ad animam pertinent, quæ eſt excellentior pars hominis. In anima aũt eſt conſiderare partem rationalem quocũꝗ modo & irrationalem omnino: in actu aũt partis animæ irrationalis omnino non põt cõſiſtere vltimus finis vitæ humanæ, qm̃ neceſſe eſt ipſum cõſiſtere in aliquo, quod eſt propriũ hominis, in quo diſtinguiť ab aliis, qa vltimus finis hominus eſt proprius ei: pars aũt animæ irrationalis omnino cõmunis eſt ſibi & aliis, ergo non cõſiſteret in aliqua perfectione pertinente ad partẽ illã, ſed magis in aliqua pertinente ad partẽ aĩæ rationalẽ aliquo modo, ſed cum hęc pars animę diuiſa ſit in plures, vult declarare philoſophus in ꝑfectione cuius illarum cõſiſtat, dicens partes animæ rationem habentis ſunt duæ diſtinctæ adinuicem, quarum altera eſt quæ eſt rationalis per eſſentiam accipiens rationem in ratone ꝙ quid eſt: alia aũt eſt quę ſecundũ ſe non eſt rationalis, nec accipit rationem in ratione dicente quid eſt, ſed rationalis eſt ſm quãdã participationem, quia nata eſt obedire rationi vel ordinari vel deduci ab ea. Cuiuslibet aũt iſtarum partium animæ rationalis ſunt aliquæ virtutes morales: puta temperãtia iuſtitia in irrationali. In rationali autem per eſſentiam ſunt rationes, puta prudẽtia, ſapientia, & manifeſtum eſt ex dictis ꝙ in actu alicuius harum conſiſtit vltimus finis hoĩs, ſed in qua & cuius actu manifeſtum eſt qualiter eſt dicendum eis, qui diuidunt partes animę rationalis ſm ꝙ nos diuiſimus eas. In vnoquoque.n. genere illud quod deterius eſt, & minus bonũ eſt gratia melioris, & hoc apparet ꝑ ſe, & in his quæ fiunt à natura, & in his quæ fiunt arte. In natura enim materiæ eſt gratia formæ, & elemẽta prima ſimplicia ꝓpter mixta, in quibus imperfecta ſunt gratia perfectorum, puta in genere animalium, ſimiliter & in his quæ ſunt ſm artẽ ſe habet: ligna enim & lapides ſic diſponuntur gratia formę domus: domus aũt eſt gr̃a habitationis. rõ autẽ dicti eſt, qm̃ id quod deterius eſt in vnoquoꝗ genere, rõnem imperfecti & entis in potentia habet: melius aũt in eodẽ rationem perfecti & entis ſm actum. Imperfectũ autẽ & ens in potẽtia ſe habẽt ad ens perfectũ, & ens in actu, ſicut potentia ad actum in eodem genere. Potentia aũt eſt gratia actus in eodem genere. ergo ens in potentia & ens imperfectum, eſt gratia entis in actu & perfecti. Et vlterius deterius gratia melioris in eodem genere, ſed rõnale per eſſentiam melius eſt in partibus animæ rationalis participatione, quia illud quod per eſſentiam eſt tale, melius & perfectius eſt eo quod ꝑ aliud eſt tale. ergo rõnale participatione erit gratia rationalis per eſſentiam, & per cõſequens perfectio eius gratia perfectionis iſtius. Si igitur illud cuius gratia aliud eſt, rationem finis habet reſpectu illius, pars animę rationalis per eſſentiam, & aliqua perfectio eius erit finis partis aĩæ rationalis per participationem & perfectionẽ eius. Deinde cum dicit.

Melius autem illud quod rationem habet, diuiditur dupliciter, vt nos conſueuimus diuidere: eſt.n. ratio alia actiua, alia contemplatiua. Sic ergo neceſſe eſt & hanc partem diuidere, & actiones, clarum eſt quod correſpondenter ſe habere dicemus: & oportet eas actiones quæ ſunt meliores ſm naturam, magis expetendas

E eſſe ab illis qui conſequi poſſunt, aut omnia, aut illa duo: ſemper enim cuique, id eſt maxime expetendum, cuius potiri eſt ſummum.

Declarat ꝙ vltimus finis vitæ humanæ cõſiſtit in operatione partis animæ ſpeculatiuæ dicens, ꝙ pars animæ rationalis per eſſentiã diuiſa eſt in duas partes, ſicut cõiter ſolemus diuidere, quarum altera eſt practica, quæ ratiocinatur de agibilibus poſſibilibus aliter ſe habere: altera autem ſpeculatiua, quæ negociatur principal'r circa naturam entium & impoſſibilium aliter ſe habere ſm ꝙ huiuſmodi. Et quia operationes conſimiliter diuidũtur principiis, & ſe habẽt adinuicem proportionaliter ſicut illa, neceſſe eſt operationes huiuſmodi partium diuiſas eſſe, & alteram eſſe operationem practicam: alteram aũt ſpeculatiuam, & iſta ſe habere adinuicem proportionaliter, ſicut practicum ad ſpeculatiuum ſe habet, & ꝑ conſequens operationes melioris partis ſecundum naturam

F oportet eſſe meliores ſm ſe & eligibiliores illis, quæ poſſunt ſortiri illis, aut omnibus operationibus, aut ſaltem duabus ſi nõ fuerint niſi duæ: operatio.n. ſequitur naturam per ſe, & ideo perfectioris eſt perfectior, & vnicuiꝗ illud eſt magis eligibile quo poteſt attingere ad ſummũ & perfectiſſimum: hoc autẽ eſt operatio perfectioris ſm naturam, ex quibus accipienda eſt iſta propoſitio, quòd melioris partis animæ, & excellẽtioris melior eſt operatio, & magis eligibilis ſimpliciter, & per conſequens magis rationem finis habens, ſed pars animæ ſpeculatiua melior & perfectior eſt natura q̃ practica, quod quidem apparet ex ratione obiecti. illa.n. pars animæ intellectualis ꝑfectior & melior eſt in genere intellectus, cuius obiectum magis habet rationem intelligibilis, quia natura potentiæ conſideratur ex ratione obiecti, & magis intelligibile ſm naturam perfectius eſt in genere intelligibilium, ſed obiectum intellectus ſpeculatiui magis habet rationem intelligibilis, q̃ obiectum intellectus practici.

G Huius.n. obiectum eſt bonum agibile & poſſibile aliter ſe habere, quæ minus rationem intelligibilis propter rationẽ motus & poſſibilitatis adiunctorum habent. Obiectum autem intellectus ſpeculatiui eſt natura entium intranſmutabilium, aut non ſecũdum ꝙ tranſmutabilia, quæ magis rationẽ intelligibilis habẽt, ſicut remota magis à motu & materia, ergo pars animæ ſpeculatiua excellẽtior & nobilior erit practica: ſeq̃tur igitur ꝙ operatio ipſius perfectior & eligibilior erit, & magis habens rationẽ finis, iſtius principalis rationis maiorẽ ſolũ ponit philoſophus cũ declaratione eius. Deinde cum dicit.

Diuiſa eſt aũt vita tota in negocium & ociũ, bellumꝗ; & pacem, & agibilium quędam ſunt neceſſaria & vtilia, quædam honeſta, in quibus neceſſe eſt eandem eſſe optionem, & partibus animæ, & ipſarum actionibus. Bellum quidẽ

H gratia pacis: negotium autem gratia ocij, neceſſaria & vtilia gratia honeſtorum.

Declarat primo totam vitam humanam & agibilia ab homine conſimiliter diuidi partibus aĩæ & actionibus, & diuidentia proportionaliter ſe habere illis. Secũdo cũ dicit. {Ad cuncta igitur &c.} ex dictis concludit quędã correlaria. Tertio cum dicit. {Nam qui nunc &c.} reprobat opinionem quorundam cõtrariam dictis. Primo igitur dicit, quoniam actus & obiecta proportionaliter diuiduntur ipſis potentiis, & ſe habẽt adinuicem diuidẽtia ſicut & ipſæ potentiæ ad ſe, tota vita humana. i. conuerſatio ſecundum rationem, quæ eſt actus animæ rationẽ habentis, diuiſa eſt proportionaliter partibus animæ dictæ in negocium. i. in exercitium virtutum moralium principaliter, quæ ſunt ad alterũ, & in ocium. i. in exercitũ virtutũ contemplatiuarũ, quod magis in ocio fit, &

in

in exercitium belli & pacis & agibilia ab homine diuiſa ſunt in bona neceſſaria & vtilia ad finem & in bona ſecũdum ſeipſa, circa quæ oportet ſe habere electionem, ſicut circa partes animæ, vt ſicut pars animæ rationalis per participationem eſt gratia rationalis per eſſentiam & huiuſmodi gratia ſpeculatiuæ, ita hic bellum quærendum propter pacem & exercitium virtutum practicarũ propter ocium in contemplatione, vt conſequenter magis dicet, & bona neceſſaria & vtilia in finem propter alia, quæ ſunt ſecundum ſe bona. Deinde cum dicit.

Ad cuncta igitur hæc aſpicere debet, qui legẽ ponit & ad partes animæ, & ad illarũ actiones, magis vero ad ea q̃ meliora ſunt, & finis, eodem modo & circa vitas, & rerũ diuiſiones. Poſſe.n. oportet & in negocio verſari & in bello, præferenda tamen eſt pax & ociũ neceſſaria & vtilia poſſe agere, præferẽda tñ ſunt honeſta. B

Cõcludit correlaria duo. ſcd̃m. ibi. {Itaq; ad hæc &c.} In prima dicit, quia ciuilis gubernatoris & legislatoris eſt p leges & conſuetudines facere bonos ciues ciuitatis gubernatorẽ expedit aſpiciendo ad omnia prædicta leges ordinare, puta inſpiciẽdo partes animæ debet quidẽ ferre leges per quas bene diſponant ad virtutes & actiones, & per quas actiones ipſarum dirigantur ſm rationem, & magis debet eſſe ſollicitus ad ordinandum meliora, & quæ rationẽ finis habent, puta circa partem animæ & principaliorẽ & actiones eius, ſic.n. videmus naturam magis ſollicitã eſſe circa nobiliora, eodem modo expedit ipſum ferre circa vitas. i. conuerſationes & circa diuiſiones agibilium, puta circa vtilia & ſecundum ſe bona ad dirigẽdum in eis. Expedit enim ciuibus habere potentiam operandi operationes virtutum practicarum & debellare quandoq; q̀ ſit in non vacando, & vlterius in ocio & in tranquillitate viuere, & magis quanto hoc eſt melius q̀ ſit in vacatione, & oportet eos vtilia in finem poſſe agere, magis autem ea quę ſunt ſecundum ſe bona. C Ad omnia autem iſta indigent aut habitibus quibuſdam, aut conſuetudine inclinantibus, aut legibus & ratione dirigentibus. Deinde cum dicit.

Itaq; ad hæc, tanquam ad ſignum, & pueri adhuc exiſtentes, & aliæ ætates quæ indigent, per diſciplinam ſunt dirigendi.

Concludit ſcd̃m correlarium, intendens q̀ quia ex ſimilibus operationibus ſiſes habitus fiunt & operationes per leges dirigũtur, nec parũ differt ſic vel ſic à iuuene aſſuefieri, ſed multũ expediens eſt in ciuitate ordinata, pueros adhuc exiſtentes, ad intentiones legum erudiri & aſſuefieri, obedire eis & operari ſm eas, ſimiliter eos qui ſunt alterius ætatis indigentis eruditione & aſſuefactione. Conſueta.n. ſunt delectabiliora. Delectabiliora autem libentius & facilius operantius. Deinde cum dicit.

D Nam qui nunc græcorum recte gubernari videntur, & legum latores, qui eas reſp. inſtituere, neq; ad optimum finem videntur aſpexiſſe, neq; ad omnes virtutes diſciplinam & leges dirᷓexiſſe, ſed onerose declinauerunt ad illas virtutes quæ videntur vtiles, ac plus habere faciunt, ſimiliter quoq; poſteriorũ quidam ſcriptores, opinionẽ ſuã eandẽ oſtenderunt, laudantes.n. Lacedæmoniorum rempu. admirantur & commendãt legislatoris eius propoſitum, q̀ omnia ad potentiam & ad bellum direxerit.

Reprobat opinionem contrariam quibuſdam prædictorum, & Primo tangit opinionem ipſam, & reprobat A eam. Secundo cum dicit. {Quod autem oportet &c.} manifeſtat quoddã acceptum prius. Circa primum primo tangit opinionem erroneam. Secundo cum dicit. {Quæ & per rationẽ &c.} reprobat eam. Tertio cũ dicit. {Nec ſane &c.} concludit contrariũ ipſius, quod eſt principale intentum. In prima parte dicit, q̀ quidam græcorum q̀ optime dicuntur à quibuſdam gubernare, & legislatores inſtituentes reſp. ipſorum contra prædicta peccauerũt in duobus. Primo quidem, quia ordinem ciuilem nõ ordinauerunt ad finem optimum hominis. Secundo q̀a leges quæ ſignificant ordinem ciuilem & eruditionẽ nõ inſtituerunt ad eruditiones virtutũ optimarum, ſed magis declinauerũt ad ea quæ vidẽtur vtilia, per quæ poſſent ditari & ſupergredi dominando aliis, ſimiliter autẽ & quidam philoſophantes qui de rep. ſcripſerunt poſterius enunciauerunt eandem opinionẽ puta Plato & alĳ quidam, qui laudantes rẽp. Lacedæmoniorum, laudauerunt intentionem legislatoris, quia omnia ſtatuta ordina B uit ad principandum à vicinis, & ad bellum per quod ſubiicerentur. Deinde cum dicit.

Quæ & per rationem refelli poſſunt, & per facta ipſa nunc reprobata ſunt, vt enim plurimi hominum dominari late cupiunt, quoniã exinde multa proueniunt fortunæ cõmoda, ſic Thibron admirari laudareq; videtur Lacedæmoniorũ legislatorẽ, & quicunq; alter qui de rep. illorum ſcripſit, quod propter exercitationem eorum ad pericula, multorum dominationem ſibi compararunt.

Reprobat eam & primo ex ipſis operationibus manifeſtat ipſam redargutam. Secundo cum dicit. {Non recte vero &c.} per rationes. Ex operibus autem docet eam redargutã dupliciter. Secundum facit. ibi. {Atqui patet &c.} In prima parte dicit, q̀ reſp. & leges & ſtatuta prę C dictorum facile poſſunt redargui per rationem, & factis cõtingentibus redarguta ſunt, ſi enim ordo ciuilis ipſorũ & leges & eruditiones eſſent optimę, tũc ex virtute aliorũ principarentur aliis, nunc autem hoc non videmus, ſicut enim plures homines appetunt principari pluribus, q̀a principantes, fortunatos videntur habere ſucceſſus. ſic Thibron & quilibet alius ſcribẽs de rep. Lacedæmoniorũ laudauerunt legislatorẽ eorũ, quia multis principabantur, nõ quidẽ propter ordinẽ ciuilem per ſe, ſed quia exercitati erant ad pericula bellorum, quãuis etiam manifeſtum ſit, q̀ nunc pluribus non principantur, nec etiã ſunt felices remanẽte eadẽ rep. Legis igit lator in ordinãda p̃dicta rẽp. bonus non fuit. Deinde cum dicit.

Atqui patet q̀ cum non habeant nunc dominationem Lacedæmonĳ, nec felices amplius eſſent, nec legislator eorum bonus. Inſuper il D lud ridiculum, ſi permanentes in legibus eius, nulloq; impediente illis legibus vti, omiſerunt bene viuere.

Ponit ſecundũ dicens, q̀ adhuc dignum eſt deriſione ſi Lacedæmonĳ prædicti perſeuerãtes in eiſdẽ legibus q̀bus prius nullo prohibente eos viuere ſecundum eas non viuunt bene ſm rationem. Irrationabile.n. eſt, ſi leges eorum & reſp. rectæ ſunt, q̀ viuentes ſm eas non viuant recte. Palam autem eſt q̀ ipſi tenentes eaſdem leges non ducant optimam vitam, leges igitur & ordinatio reipu. ipſorum rectæ non ſunt. Deinde cum dicit.

Non rectę vero ſuſcipiunt, neq; de dominatione ad quam intendiſſe legislatorem oſtendunt, nam imperium liberorum melius eſt ac magis ex virtute, q̃ dominari vt ſeruis.

Docet

Docet eam eſſe redarguibilem per rationem, & principaliter quãtum ad principatum. Et circa hoc primo ponit rationem vnam. Secũdo cum dicit. {Præterea &c.} aliam. In prima parte dicit ꝙ legislator Lacedæmoniorum & aliorum prædictorum oon rectam exiſtimationẽ habent de principatu ſupremo in rep. quam maxime videntur honorare & iudicant honorandum ſicut optimum: principatus.n. ipſorum eſt principatus dominatiuus, quo principantur etiam indigni ſeruire. Tali.n. principatu eſt alius principatus ciuilis liberorum excellentior & magis ſecundum virtutem, quare magis laudandus erit. Deinde cum dicit. E

Preterea non per hoc ciuitas felix eſt exiſtimanda, neq; legislator laudandus, ꝙ vincere docuerit, & finitimis dominari, hæc.n. magnum continent nocumẽtum: nam & aduerſus ciues hoc aget q poterit, et ciuitati ſuę dominari quęret, de quo accuſant Lacedæmonij Pauſaniam, licet in tanta dignitate conſtitutum. F

Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ non eſt rationabile credere ciuitatẽ eſſe felicem & legislatorem ipſius laudare, quia poteſt principari ſuper vicinos qualitercũꝗ: principari.n. ipſis quomodocũꝗ optimum non eſt, ſed magnum nocumentum affert ciuitati: ſi enim hoc optimũ eſſet ſi in ciuitate aliqois inueniretur præpotẽs aliis expedire ipſum propriæ ciuitati priocipari ſolum, & tẽtare qualiter poſſet eã totam ſubiicere ſibi, de quo ſicut de inconuenienti Lacædemones increpauerunt Pauſaniam regem ipſorum qui honorem regalem habẽs apud eos, & diuitias & poſſeſſiones multas voluit propriæ ciuitati ipſorum principari ſolus, pᷓdictus igitur modus principandi optimus non eſt. Deinde cum dicit.

Nec ſane aliqua huiuſmodi ratio eſt, aut lex ciuilis, neq; vtilis, neq; vera: eadem enim optima & priuatim, & publice legislatorem inducere oportet in animos hominum, neq; exercitatio rerum bellicarum ob id eſt meditanda, vt in ſeruitutem adigãt immerentes, ſed primum ne ipſi ſeruire aliis compellãtur, deinde vt imperium quærant gratia vtilitatis ſubiectorum, nõ autem omnium dominationem. Tertio vt eis dominentur qui ſeruire ſunt digni. G

Cooludit contrarium dicens, ꝙ ex prædictis rationibus manifeſtum eſt ꝙ nulla legum prædictarũ & rationum, quæ ad prædictum modum guberoãdi ordinaturnum, ciuilis eſt, hoc eſt ordinata optime, neꝗ proficua ciuitatibus, neꝗ etiam vera eſt in ſe, quia non ordinata ad optimum finem, vt prætendunt. Eadem.n. optima & priuatim & publice inducere oportet in animos hominum legislatorẽ & ſtudium ciuium quod habent: & ad ciues, & etiam ad aduerſarios non ordinari ad hoc vt ſubiiciãt ſeruituti eos q non ſunt oaturaliter ſerui. Talis enim principatus cum ſit contra inclinarionem naturalem non poteſt eſſe continuus nec amicabilis, ſed debent intendere primo ꝙ ipſi noo efficiantur ſerui aliorũ indigni exiſtentes. Secundo ſi appetant principatũ, appetant ipſum ꝓpter vtilitatem ſubditorum non propriam, nec propter hoc vt principentur eis dominariue: hæc.n. eſt differẽtia ioter dominatiuum principatũ & ciuilem, quia principans principatu dominatiuo principatur per ſe propter vtilitatem ſubditi, econtrario eſt de ciuili, ſicut dictum eſt in tertio huius. Tertio autẽ debent intendere qualiter principabuntur eis qui nati ſunt eis ſeruire, hoc.n. eſt iuſtum, & ad tales contiogit mouere iuſtum bellum, ſi fuerint rebelles. Deinde cum dicit. H

Quod autem oporteat legiſpoſitorem ſtudere vt prouiſio ſua circa res bellicas, & circa alias inſtitutiones ad ocium & ad pacem referatur, id atteſtatur, quod plerę; talium ciuitatum bellum gerentes conſeruantur, ſed cum dominationem adeptę ſunt, deſtruuntur. Splendorẽ.n. veluti ferrum per pacem amittunt, cauſa huius eſt legiſpoſitor, qui non ita inſtituit, vt in ocio ſtare poſſint.

Declarat quoddam ſuppoſitum per ſignum dicens, ꝙ ea quæ apparent ad ſenſum teſtificãtur rationi, quia magis oporiet legislatorem intendere ad pacẽ ꝗ; ad bellum, & magis ſtudere gratia huius ꝗ; illius ſicut ſuppoſitum eſt prius. Videmus enim ꝙ plurimæ ciuitates ꝗdiu ſunt in exercitio belli contra aduerſarios ſaluantur. Cum aũt obrinuerint cõtra eos & viuunt in pace, corrũpitur reſp. eorum. Bellantes enim multas virtutes habent ſicut dictum eſt prius, puta temperantiæ, fortitudinis, liberalitatis, & religionis, propter quas ſibi inuicem minus ſunt iniurioſi: pacem autem habẽtes occaſionem exercitandi in actibus huiuſmodi virtutum non habent: dant autem ſe voluptatibus coogregantes diuitias per quas ęſtimãt ſe poſſe voluptuoſe viuere, propter quod efficiuntur ſibi inuicem iniurioſi & ſedirionem inducunt: Delicatam.n. & quietam vitam ducentes quaſi rubiginem prauorum habituum & cõſuetudinum cõtrahunt: exercentes autẽ ſe in bellicis clarificantur per actus virtutum, ſicut ferrũ, quia tum de facili rubiginem contrahit, elaboratum aũt quãuis vſus conſumant, clarificat tamen & emẽdat ſicut Seneca dicit: cauſa autem huius fuit legislator ipſorum qui non ordinauit eis honeſtas occupationes quibus vacarent cũ ceſſarent á bellis, puta exercitiũ ſtudij in philoſophia & partibus eius: hoc enim multas & admirabiles delectationes habet puritate & firmitate, ſicut dicit philoſophus. 10. Ethic. Deinde cum dicit.

Cum ergo idẽ finis eſſe videatur publice & priuatim hominibus, & eãdem diffinitionem eſſe neceſſe ſit viro optimo & optime reip. manifeſtum eſt oportere virtutes eas, quę ad ociũ ſpectant illi exiſtere.

Declarat ꝙ ciuitatem & vnumquẽꝗ exiſtentes ſimpliciter felices oporter habere omnem virtutem. Et primo hoc declarat. Secuodo cũ dicit. {Qua igiẽ de cauſa &c.} concludit hoc declaratum, adiungẽs quãdam perſuaſionem. Circa primum primo oſtendit ꝙ debentem felicitari ſimpliciter oportet pręhabere omnes virtutes, quę exiguntur ad vacationẽ. Secundo cũ dicit. {Finis eſt.n. &c.} oſtẽdit ꝙ oportet præhabere omoes virtutes, & quæ ad vacationem, & quæ nõ ad vacationem ordinãtur. Circa primum eſt intelligẽdum ꝙ ſi finis eſt, neceſſe eſt, præexiſtere ea quæ ad finem ſunt per ſe, ſicut ſi fiſtulatio eſt, neceſſe eſt præexiſtere fiſtulas. Vltimus autem finis vniuſcuiuſꝗ hominis eſt contemplatio aliqua alicuius intelligibilis, & idem eſt finis totius ciuitatis optime ordinatę, ſicut oſtenſum eſt in principio iſtius ſeptimi. Ad hãc aũt ordinaotur primo habitus intellectus perfectiſſimus cuius eſt actus. Deinde habitus imperfecti ipſius per quos dirigitur in ſpeculando entia quorum cognitio via eſt in cognitionem intelligibilis primi. Tertio habitus partis animæ appetitiuę, per quos regulaẽ appetitus, ne pręter rationem diuertaẽ homo ab intelligibilibus primis detẽtus circa paſſiones & motus irrationales. Deinde autem virtutes per quas acquirit bona exteriora, ſecundũ ꝙ neceſſaria ſunt ad finem, & repellit motus impediẽtium ab ipſo, ergo neceſſe eſt ſi finis vniuſcuiuſꝗ hominis vel ciuitatis exiſtat ꝓexiſtere huiuſmodi virtutes oẽs, & ideo dicit,

dicit, qm̃ idem finis videtur eſſe & cõmuniter omnium hominũ ſm ꝙ hoĩes ſunt ſimpliciter, & vniuſcuiuſq; ſingulariter accepti ſm ꝙ homo, & idem vltimus terminus actionum optimi viri & optimæ reſp. ſicut oſtenſum eſt prius in iſto ſeptimo. Huiuſmodi autem eſt ſpeculatio perfecta intelligibilium primorum, quæ in vacatione ab exterioribus exiſtit, maxime autem ad hunc ordinantur oẽs virtutes quæ ſunt ad quietem hoĩs ab exterioribus, manifeſtum eſt ꝙ ſi homo ſm ſeipſum vel tota ciuitas feliciteẽ neceſſarium eſt præexiſtere omnes virtutes quæ ſunt ad vacationem ſeu quietem. Deinde cum dicit.

Finis.n.eſt, vt ſæpe iam diximus belli pax, negocij ocium: ſunt autem vtiles ad ocium, & quietẽ virtutes, quarũ opus in ocio eſt, & quarum in negocio. Oportet autẽ multa negociorũ nobis exiſtere, vt liceat in ocio eſſe, quapropter tẽperatã ciuitatẽ eſſe oportet, ac fortẽ & patientẽ, nã (vt eſt in prouerbio) nullũ ociũ ſeruis.

Declarat ꝙ neceſſarium eſt præhabere omnes quæ ad vacationem, & quæ ad non vacationem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Qui vero &c.} tangit quæ virtutes ordinantur ad vacationem & non vacationem, & quæ ad vtrũq;. Circa primum intẽdit, ꝙ ſicut dictum eſt omnes virtutes quæ ordinantur ad vacationem præexiguntur ad felicitatem vniuſcuiuſq; ciuitatis, ſed ad vacationem contemplationis ordinantur omnes virtutes, & quæ ad vacationem, & quæ non ad vacationẽ ſunt, ergo omnes præexiguntur ad felicitatem, minorem huius declarat dicens, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſæpe, finis belli eſt pax: nullus enim bellat belli gratia, ſed pacis magis, ſicut dicitur. 10. Ethic. Et finis operum quæ non in vacatione ſunt, ſunt ea, quæ in vacatione, quia ea quorum opus in vacatione & non vacatione vtilia ſunt ad vacationem & delectationem quæ in ea, aut quia in earum operatione conſiſtit finis, aut quia diſponunt ad ipſum, aut remouẽt prohibentia. Si enim aliquis debeat vacare multa oportet præexiſtere, neceſſariũ eſt igiť ciuitatẽ & vnũquẽq; debentem felicitari habere tẽperantiam & iuſtitiam, & ſapientiã, & cæteras huiuſmodi virtutes, quę ad vacationem ſunt, & fortitudinem, & perſeuerantiam, & quæ ad non vacationem: dico autem ciuitatem debentem felicitari oportere præhabere virtutes quæ ad vacationem quãtum ad partes principales eius, quæ ſunt liberi, non quantum ad ſeruos. Ad ſeruos.n.non pertinet vacatio, ſicut prouerbium dicit. Deinde cum dicit.

Qui vero non poſſunt fortiter pericula ſubire, ſerui ſunt inuadentium. Fortitudine igitur, & conſtantia opus eſt ad negociũ, philoſophia vero ad ocium: temperãtia autem & iuſtitia in vtroq; tempore, ſed magis in pace & ocio, nam bellum quidẽ ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos: fortunæ autem proſperę fruitio & ocium cum pace, petulantes magis facit, multa igitur iuſtitia multaq; temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu conſtitui videntur, & in fruitione omniũ rerum quę beatos facere putantur, veluti ſi qui ſunt, vt poetæ tradũt, in beatorũ inſulis, maxime.n.hi philoſophia, & tẽperantia, & iuſtitia indigerẽt, quanto magis ocioſi ſunt in abundantia talium bonorum.

Tangit quæ ſunt virtutes, quæ per ſe ordinantur ad vacationem vel non vacationem, vel ad vtrũq; intendens, ꝙ illis virtutibus opus eſt ad nõ vacationẽ & bellũ, qbus prohibentur ne ſint ſerui aliorum, ſed illi qui nõ ſunt diA ſpoſiti aggredi pericula maxima quæ in bello, nec ſunt pſeueratiui in eis, ſerui ſunt eorũ qui inuadunt eos qui prohibentur per fortitudinem & perſeuerentiam: fortitudinis igitur & perſeuerantiæ virtutibus opus eſt ad non vacationem: philoſophia autem neceſſaria eſt ad vacationẽ contemplationis: cõtemplatio enim eſt opus eius. Ad vtrũq; aũt neceſſariæ ſunt temperantia per quam reprimuntur motus concupiſcentiarum, & iuſtitia per quam dirigũtur operationes hominis ad alterum, magis tamẽ vacantibus & ducentibus pacem q̃ non vacantibus propter exercitium belli & periculum, quod in eo eſt, diſponuntur ad opera temperantiæ, quia ſm poetam. Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus, ſed ad opera aliarũ virtutũ multarũ. Militaris enim vita multas partes habet virtutis, ſicut dicebatur in ſecundo huius econtrario fruitio bonorum fortunę in tranquillitate diſponit ad iniurias: poſſeſſio enim diuitiarum contumelioſos & elatos facit: credentes enim omnia habere per ipſas credunt omnia B bona poſſidere in poſſidendo eas, ſicut dicitur ſecundo Rhetoricæ, & ideo efferũtur per elationem & cõtemnũt alios, propter quod eis qui volunt feliciter agere & frui omnibus, quæ ad beatitudinem pertinent, neceſſaria eſt temperantia & iuſtitia multa, ſicut ſi qui ſunt in inſulis beatorum ſicut poetę dicunt, dicentes inſulas quaſdam eſſe, in quibus animæ bene operantium dum viuũt feliciter perſeuerant poſt mortem. Talibus autem maxime neceſſaria eſt philoſophia, in cuius actu conſiſtit vltimus finis, & temperantia, per quam ſedantur concupiſcentiæ: & iuſtitia, per quam regulantur operationes ad alterum, & tanto magis quanto magis perſeuerant in abundantia bonorum talium, Deinde cum dicit.

Qua igitur de cauſa beata & ſtudioſa futura ciuitas his indigeat virtutibus, manifeſtum eſt. Turpe eſt.n.non poſſe frui bonis, ſed in negoC ciis quidem & bello, viros probos videri: in ocio autem & pace, ſeruiles. Quamobrẽ oportet non quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas virtutem exercere. Illi.n.nõ eo ab aliis differunt, ꝙ nõ putent eadem maxima bona quæ cæteri, ſed eo, ꝙ prouenire illa exiſtimant magis, per aliquã virtutẽ. Cũ vero maiora ſint hęc bona, q̃ ea quæ belli, & fruitio eorum, q̃ virtutum, & quia illius gratia, manifeſtum ex his.

Recolligit dicta adiungendo quandam perſuaſionem dicens, ꝙ ex his quæ dicta ſunt manifeſtũ eſt ꝙ ciuitatẽ, quę futura eſt felix & virtuoſa ſimplr̃ oẽs virtutes oportet habere, & quæ ad vacationem, & quæ ad non vacationẽ ſunt. Si.n.turpe eſt hoĩem qui determinať ratione non poſſe vti ſecundum rationem bonis interioribus & exterioribus, adhuc magis turpe eſt non poſſe vti eiſdem D ſm ipſam cum vacat à bellicis operationibus, cum tunc magis intendere poſſit, & pauciora habens impedimenta, ſed non vacando ab exterioribus, & bellando videri facere opera bonorum. vacando autem & pacem ducendo ducere vitam ſeruilem & pręter rationem, & ideo nõ oportet ciuitatem debentem felicitari tantum intendere & ſtudere virtuti, hoc eſt fortitudini quæ ordinatur ad bellum, ſicut fecerunt Lacedæmonij: non enim differenter ſe habuerunt ad alios in hoc ꝙ non crederent eadem eſſe maxima bona hominis quæ alij.ſ.opera virtutũ, ſed magis ĩ hoc ꝙ opinabanť hoc fieri p vnã virtutẽ: alij aũt p aliã: ipſi.n.opinabanť optimũ bonũ hoĩs cõſiſtere in actu fortitudinis bellicæ, alij aũt in actu ſapiẽtiæ magis. Manifeſtũ eſt igiť ex his quæ dicta ſunt, qm̃ cõtingit eſſe q̃dã bona maiora hoĩs q̃ quæ ſm bellũ ſunt, et eſſe iſta magis cõtingit in fruitione & actu q̃ in habitu, & iſtorũ illa magis quæ pp ſeipſa quærunť q̃ quę pp alia.

Lectio

LECTIO XII.

Quæ cura corporis alendi ſint ciues.

QVomodo autem, & per quę, id erit vtiq; conſiderandũ, diximus ſupra, diuidẽtes ꝙ & natura, & more, & ratione indigemus. Ex his autem quales aliquos natura eſſe oportet, determinauimus, reſtat videre vtrũ ratione prius an moribus ſit eruditio facienda. Hæc enim ſimul concordare debent optima cõcordatione. Cõtingit.n. rationẽ aberrare ab optima ſuppoſitione, & ſimiles p̱ mores duci.

Poſtquam philoſophus oſtendit quis ſit vltimus finis optimæ vitæ humanæ, tranſit ad declarandum qualiter & per quas adinuentiones fiunt optimi viri in ordine ad ipſam. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Clarum eſt &c.} proſequitur. In prima parte dicit ꝙ declarato q̃s ſit vltimus terminus optimæ vitæ humanæ, conſequẽter conſiderandum eſt per quæ & qualiter fient boni & ſtudioſi in ordine ad ipſum. Diſtinximus autẽ prius tria quæ neceſſaria ſunt ad hoc. ſ. natura, cõſuetudo, & ratio, ſecundum quales oportet eſſe futuros ſtudioſos, & bene gubernantes ſecundum naturam, quoniam intellectiuos & animoſos, ſicut dictũ eſt prius, & ideo relinquitur nunc conſiderandum quales oportet eſſe ſecundum conſuetudinem & diſciplinam. Prius tamen conſiderandum eſt, vtrum prius inſtruendi ſunt ſecundum rationem vel intellectum, aut ſecundum conſuetudinem ſeu appetitum; & vtrum prius diſponi ſecundum animam, aut ſecũdum corpus: oportet enim iſta conſonare adinuicem conſonãtia debita, ita ꝙ illud quod natũ eſt prius diſponi ſecũdũ naturã diſponat prius, & quod poſterius, poſterius. Cõtingit enim multotiens peccare rationem ab eo, quod eſt optimum & duci per ſimilia & apparẽtia, quædã ad ea, quæ præter naturam ſunt, ita vt prius nitatur diſponere, quod poſterius natum eſt perfici: ſed cum ratio poſterior ſit natura & imitetur eam, optimum eſt in his quæ rationis ſunt ſequi diſpoſitionem ipſius naturæ, ita vt prius conſideret & diſponat, quæ prius nata ſunt conſiderari & diſponi ſm naturam. Deinde cum dicit.

Clarum eſt hoc primum quidẽ, quemadmodum in aliis, ꝙ generatio eſt à principio, et finis à principio aliquo alterius finis. Ratio autẽ nobis & mens naturæ finis, quare ad hæc generationem ac morũ inſtitutionẽ parare oportet.

Proſequitur. Et primo declarat ꝙ futuri ſtudioſi & boni prius diſponendi ſunt ſecundum corpus q̃ ſm animã, & ſecundum appetitum q̃ ſecundum Intellectum: Secundo cũ dicit. {Si ergo &c.} qualiter diſponẽdi ſunt ſecundum iſta. Circa primum primo oſtendit ꝙ generationẽ hominis & conſuetudinem oportet ordinari ad rationẽ & intellectum. Secundo cum dicit. {Deinde vt aĩa &c.} oſtendit ꝙ appetitus irrationalis prior eſt q̃ intellectus in actu perfecto. Tertio cum dicit. {Quapropter &c.} concludit ex iſtis ꝙ prius oportet curare de diſpoſitione corporis q̃ animæ, & appetitus irrationalis q̃ intellectus. Primo igitur dicit. in omnibus in quibus eſt aliquis finis ea quæ ſunt ad finẽ oportet ordinare in ipſum & diſponere ſecundum ꝙ ipſi cõgruunt: manifeſtum eſt autẽ ꝙ ſicut in aliis qui ſunt ſecundum naturam & ſecundũ artem generatio incipit ab aliquo principio primo imperfecto & terminatur in aliquid perfectum & finem. Huiuſmodi autẽ finis hoc eſt terminus eſt alicuius moti ab aliquo principio imperfecto, ita & in homine generatio incipit ab aliquo imperfecto. & tendit in aliquid p̱fectum & finem. Huiuſmodi autem terminus & finis naturalis hominis eſt ratio & intellectus in actu nõ in potẽtia, quare generationem ipſius hominis & ſtudiũ circa conſuetudines & diſpoſitiones ipſius oportet ordinari ad rationem & intellectum perfectum, & ipſa diſponi ſecundum ꝙ ipſi congruunt. Deinde cum dicit.

Deinde vt aĩa & corpus duo ſunt, ita quoq; duas videmus eſſe animæ partes, vnam irrationalem, alterã quæ habet rationẽ, habitus quoq; earum duos, quorũ alter eſt & appetitio, alter mens. Vt autem corpus in generatione antecedit aĩam, ſic pars irrationalis antecedit eã partẽ q̃ habet rationẽ, patet id in pueris q̇bus ſtatim ira & voluntas, & concupiſcentia exiſtit, at rõ & mens procedẽte ętate in illis fieri natæ ſunt.

Oſtendit ꝙ appetitus irrationalis generatione præcedit intellectum in actu dicẽs, ꝙ poſtea ſicut corpus & aĩa ſunt duo differentia adinuicẽ, quia corpus rationẽ materiæ & ſubiecti habet. Anima autem rationem actus, ita animam hominis videmus duas partes habere, quarum altera rationem moti & ſubiecti habet, reliqua autem rationem principalis mouentis, videlicet appetitus irrationalis, qui natus eſt regulari à ratione, & rationalis pars p̱ eſſentiam quæ rationem mouẽtis habet, & iſtorũ duorum ſunt duo habitus differentes ſecundum numerum. Primi quidem virtus moralis, ſecundi autem intellectualis, & alterum iſtorum appetitus eſt: alterum autem intellectus ſeu ratio. Sicut igitur corpus ſm viam generationis præcedit animam, ita appetitus irrationalis intellectũ & rationẽ in acto, & hoc apparet ex hoc ꝙ animus. ſ. virtus iraſcibilis, & voluptas & concupiſcentia inſunt pueris ſtatim ex natiuitate. Intellectus autem & ratio in actu non inſunt niſi procedente tempore. Si aliquis argueret contra hoc quod dictum eſt, quoniam appetitus irrationalis in homine eſt qui non eſt regulatus rationẽ ſecundum ſe, regulatus tamen à rationali per eſſentiam, ſed rationale ſm ſe prius videtur eſſe q̃ regulatum à ratione, tum quia mouẽs eſt prius moto: tum quia ſimplex prius compoſito, ſicut albedo q̃ album. Et eſt dicendum ad hoc ꝙ prius dicitur aliquid alio, hoc quidem ſecundũ ſubſtantiam & perfectionem, & ſic intellectus præcedit appetitum, ſicut mouens motum & forma materiã. Hoc autem ſecundum viam generationis, ſicut materia prior eſt forma, & tunc appetitus poteſt conſiderari ſm ꝙ natus eſt regulari à ratione, & ſic prior eſt generatione intellectu ſeu ratione determinante ipſum, aut ſm ꝙ regulatus in actu, & ſic poſterior eſt ſicut cõpoſitum ſimplici, & per hoc apparet ſolutio ad rõnẽ. Deinde cum dicit.

Quapropter corporis curã neceſſe eſt prius ſuſcipere q̃ animi. Deinde appetitus. Curam tamen appetitus gratia mentis, curam vero corporis gratia animi.

Concludit ex dictis q̃ prius oportet diſponi corpus q̃ animam, & appetitum q̃ intellectum dicens, ꝙ propter hoc quia prius oportet quærere & diſponere ea q̃ ſunt ad finem q̃ ipſum finem, & corpus ordinatur ad intellectum & rationem, ſicut in finem, vt probatum eſt prius, & appetitus ſimiliter ſicut materia ad formam, manifeſtum eſt ꝙ prius oportet facere curã corporis q̃ animæ. Deinde eam quæ appetitus propter ipſum intellectũ, & gratia ipſius & gratia iſtius eiuſdẽ curare omnia illa, q̃ ſunt ipſius aĩæ, oẽs. n. partes animæ & habitus ordinant ad p̱fectionẽ, quæ ſm intellectũ eſt. Deinde cum dicit.

Si ergo ab initio prouidendum eſt à legiſpoſitore, vt optima ſint corpora eorũ q̃ educant. Prio q̇dẽ circa cõiugia p̱uidere dẽt, q̃ ætate, & cuiuſmodi exñtes ſint i matrimoniũ copulãdi.

Declarat

Declarat qualiter, & per quæ diſponendi ſunt ad virtutem. Et primo qualiter ſecũdum corpus & appetitum. Secundo cũ dicit. {Quod igitur &c.} in principio octaui, qualiter ſm intellectum & rationem. Circa primum primo præmittit intentionem ſuam & ordinem conſiderandi. Secundo cum dicit. {Laborioſam enim &c.} proſequitur. In prima parte dicit, quoniam legislatorem optimum primo oportet intendere qualiter, & per quæ ciues optime diſponantur ſecundum corpus. Diſpoſitio autem optima ciuium primo dependet ex bona diſpoſitione generantium in actu generationis, qui fit per coniunctionem maris & fœminæ per copulã nuptialem ergo conſideranda ſunt ea quæ ſunt circa huiuſmodi copulam ſeu coniugium, videlicet qua ętate & quo tempore, & qualibus exiſtentibus copulandis ineunda eſt huiuſmodi coniunctio nuptialis. Deinde cum dicit.

Hoc autem inſtituet legiſpoſitor inſpiciens ad ipſos & ad vitæ tempus, vt ætatibus in idem concurrant, nec diſcrepet gignendi potentia. Viro.n. generare adhuc potente, ſi mulier ipſa concipere non poſſit, vel muliere quidem ad concipiendum apta, ſi vir ipſe non poſſit, lites ac diſcordię inter eos oriuntur.

Proſequitur, & quoniam bona diſpoſitio ciuium, ſicut dictum eſt primo pendet ex diſpoſitione generantiũ, deinde ex diſpoſitione matris tempore geſtationis. Tertio autem ex conuenienti alimento & conſuetudine poſt natiuitatem. Primo declarat qualiter diſponendi ſunt generantes ad bonam diſpoſitionem prolis futuram. Secũdo cum dicit. {Pręgnantes quoq; &c.} qualiter pręgnãtes. Tertio cum dicit. {Circa expoſitionem &c.} qualiter curandi ſeu diſponendi ſunt pueri poſt natiuitatem. Circa primum primo oſtendit quando facienda eſt copula nuptialis. Secũdo cũ dicit. {Quæ autem &c.} quales oportet eſſe copulandos ſecundũ habitudinem corporis. Circa primũ primo oſtẽdit qua exiſtẽte ætate vtriuſq; oportet eam fieri. Secũdo cum dicit. {Quibus igit̃ &c.} quali exiſtente temperatura ſeu diſpoſitione continẽtis. Circa primum primo oſtendit ꝙ oporteat eam fieri tempore & ætate determinatis. Secũdo cũ dicit. {Nã cũ &c.} declarat quæ ſunt tẽpus & ætas determinata, in quibus oportet fieri primum: ipſe primo declarat per rationem ſumptam ex cautela diſſenſionum & diuerſitate copulãdorum. Secundo cum dicit. {Ad filiorũ &c.} per rationem ſumptam ex eis quæ accidunt ſecundum ſucceſſionem puerorum ad patres. Tertio cũ dicit. {Inſuper &c.} ex ea quę ſumitur ex bona diſpoſitione prolis vel puerorum futura. In prima parte dicit, ꝙ oportet legislatorem intendentem bonam diſpoſitionem puerorum futuram ordinare leges & ſtatuta circa cõmunicationem nuptialem ciuium conſiderando ad diſpoſitionem ipſorum tempore quo copulãtur, vt. ſ. ſint perfecta in ſe, & bene ſe habentia ad generationem & conſiderando ad tempus vitę vtriuſq; & maris & fœminę, quantum. ſ. vterq; ſecũdum naturam viuere poteſt, ita vt cõueniant ad actum generationis primo in ætate qua hic perfecte poteſt generare, & illa concipere ſuppoſita bona diſpoſitione ipſorum in ſe, & in ordine ad finẽ temporis vitæ eorum, vt ſimul vel fere hic poſſit gñare & illa cõcipere, & non diſſonẽt potẽtiæ, ita vt iſte poſſit generare, & illa nõ cõcipe, aut ecõtrario iſta poſſit cõcipere, ille vero nõ generare propter diſpoſitionẽ iuuẽtutis vel ſenectutis, iſta.n. inducũt diſſenſionem & diuerſitatem inter ipſos. Si.n. copulent̃ tempore quo vnus poſſit generare, alter non ꝓpter ętatẽ adinuicẽ diſſentiũt, & ideo copulã alteram petunt, quod eſt incõueniens, vt igit̃ vitetur diſſenſio & diuerſitas inter eos copulandi ſunt in ętate conueniente vtriq; in ordine ad tempus durationis ipſorum. Deinde cum dicit.

A Ad filiorum quoq; ſuſceptionẽ eſt inſpiciẽdum, ne nimis diſtent ab ætate paterna, quoniã nec ipſi ſenioribus gratiã referre vllã poſſunt, nec parentes filiis adiumenta præſtare, nec etiã nimis proximi ad ætatem paternã accedere debent filij: habet.n. hoc turbationem non paruam, cum neq; tanta ſit reuerentia huiuſmodi filiis erga genitores, vtpote quaſi æqualibus, et circa gubernationem domus querelæ ex iſta quaſi paritate ſoleant prouenire.

Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ ſecundo copulandi ſunt in ętate conuenienti conſiderando ſucceſſionem puerorum ad patres, ſicut enim parentes ſecundum legẽ naturæ tenentur filiis ad nutrimẽtum & diſciplinã vſq; ad perfectum, ita neceſſitate quadam parentibus impotẽ- B tibus factis tenentur filij ſubuenire in neceſſitatibus, auxilium autem quod poteſt accidere ſenioribus parẽtibus à pueris genitis in ſenectute eorum ſine profectu eſt propter impotẽtiam puerorum, ſimiliter auxilium quod poteſt accidere pueris in ſenectute genitis à parẽtibus ſenioribus exiſtentibus debile eſt propter impotẽtiam eorũ ex ſenectute, & ideo non expedit copulam nuptialẽ fieri ſenibus exiſtẽtibus neq; etiam valde prope principium natiuitatis, hoc eſt oĩmis iuuenibus exiſtentibus, multũ enim diſplicet quandoq; iuuenes exiſtentes pueros habere quaſi coętaneos & minus verentur filij parentes iuuenes, & verecundantur minus male in eorum conſpectu quaſi coęui & nutriti cum eis propter conſuetudinem, & magis conqueruntur in inuicẽ circa ea quæ ad mutuã diſpenſationem pertinent cum ſint ſimul æque potentes vel impotentes æque, & ita cum filius requirit à patre iuuari in neceſſitatibus poteſt reſpondere ipſum æqualiter poſſe ſibi & econtrario. Deinde cum dicit.

C Inſuper ꝙ dicere incipiẽtes huc digreſſi fuimus, vt corpora natorũ ſint ſm legiſpoſitoris voluntatem, fere quidem hæc omnia prouenient per vnam diligentiam.

Ponit tertiam rationem dicens, ꝙ adhuc idem potens oſtendi per rationẽ ſumptam ex his quæ diximus prius, vnde incepimus ſermonem de hoc: oportet.n. copulam nuptialẽ tali ętate, & tali tpe fieri quibus corpus puerorũ naſcentium contingat diſponi melius ad virtutem, & ſm intentionẽ legislatoris. hoc autem magis cõtingit fieri ſi fiat tempore & ætate determinatis, vt conſequenter apparebit. ergo expedit eam fieri tempore determinato, ſic igitur omnia quæ ſunt circa curam nuptialem vnam cõmunem curam habent fere, vt. ſ. fiat tempore determinato: fere autem dicit forte, quia non idem tempus determinatum conuenit omnibus propter diuerſitatem materiæ. Deinde cum dicit.

D Nam cum ſit finis gignendi vtplurimum viris quidem ſeptuageſimus annus: mulieribus autem quinquageſimus, ita cõiugãdi ab initio ſunt, vt ætatibus ad hunc finem concurrant.

Intendit declarare qua ętate expedit eam fieri ex termino generationis in vtroque, & ex inconuenientibus, quę accidunt ſi fiat nimis cito, & ſecundum hoc primo præmittit quædam neceſſaria ad declarationem intenti. Secundo cũ dicit {Quapropter &c.} ex illis concludit intentum ſuum. Circa primum primo tãgit quid ſit terminus generationis in vtroq; ſecundum quem oportet conſiderare. Secũdo cum dicit. {Eſt aũt adoleſcẽtium &c.} oſtendit ꝙ coitus iuuenum non eſt conueniens ad generationem. In prima parte dicit, vltimus terminus gñationis hominibus determinatus eſt ſicut & aliis. In oĩb

enim

enim quæ contingit eſſe & non eſſe eſt tempus determinatum quo contingit eſſe, & per conſequens agere, ſicut dicitur primo cœli & mundi. & iſte terminus maſculis, vt in pluribus eſt ſeptuaginta anni, quia tunc ſenſibiliter debilitatum eſt calidum naturale, quãuis in aliquibus ſit longior, in aliquibus breuior propter diſpoſitionem materiæ aliam & aliam, fœmellis autem quinquaginta, vt in pluribus. Breuior autem eſt periodus generationis mulieris q̃ viri, quia mulieres naturaliter ſunt minoris virtutis & caliditatis q̃ viri, quia expedit propter diſſenſionem vitandam in coniugandis ſimul terminare potentiam generationis in vtroque, opportunum eſt in determinando principium ipſius condeſcendere commenſurando ad tempora hæc. Deinde cum dicit.

Eſt autem adoleſcẽtium coniunctio improbata ad filios. In cũctis enim animalibus iuueniles partus imꝑfecti ſunt, & fœminę crebrius q̃ mares, & praua corporis forma gignuntur, quo circa neceſſe eſt hoc idẽ in hominibꝰ prouenire. Huius autem cõiectura fuerit, quod in quibuſcũq; ciuitatibus conſuetudo eſt adoleſcẽtes mares puellaſq; cõiugari, in eiſdem inutilia ac puſilla hominum corpora exiſtunt.

Oſtendit ꝙ coitus iuniorum eſt prauus. Et diuiditur in quatuor partes ſecũdum quatuor rationes quas adducit ad hoc. Secundã ponit cũ dicit. {In partu quoq; &c.} Tertiam cum dicit. {Ad continentiam &c.} Quartam cum dicit. {At maſculorum corpora creſcere impediuntur &c.} Primo igitur ponit primam quæ ſumitur ex ordine ad generationem dicens, ꝙ coitus iuniorum ſiue maſculi, ſiue fœmellæ prauus eſt ad generationẽ puerorum, & hoc quidem apparet ad ſenſum, quia in omnibus animalibus partus iuniorum ſunt imbecilles & imperfecti, quia imperfectio partus eſt ex imperfectione principiorum generãtium, ſicut vniuerſaliter imperfectio effectus, eſt ex imperfectione cauſarum, & fœminæ crebrius q̃ mares, & parua corpora gignuntur. cum enim principium generatiuum in ſemine non poteſt digerere menſtruum mulieris propter indigentiam caliditatis vt deducat ad ſimilitudinem ſuam ſecundum omnes diſpoſitiones, ſed magis vincatur propter ſuperabundantiam frigidi & humidi, de neceſſitate tranſmutat in contrarium & in fœmellam: talis autem diſpoſitionis ſunt ſemina iuniorum. Et iterum generati ab eis parui ſunt ſecundum formam. i. ſecundum figuram: extenſio. n. ſm figuram cauſat à magnitudine calidi, cuius eſt mouere ſurſum, quod eſt imperfectum in iunioribus, vt dictum eſt, quare ſi ſic accidit in omnibus animalibus neceſſe eſt ita accidere in hominibus, in quibus argumentum ſpeciale apparet ad hoc, quoniã in quibuſcunq; ciuitatibus ſeu regionibus ꝑmittuntur iuuenes & iuuenculæ coniugari & permiſceri ad generationem, generantur parui & imperfecti ſecundum corpus, & per conſequens minus vtiles ad opera bellica. Deinde cum dicit.

In partu quoq; laborant magis puellæ ac pereunt plures, ex quo reſponſum oraculi Trezeniis datum quidam exiſtimãt, ob iſtam cauſam, quaſi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarũ, nõ propter fructuũ collectionẽ.

Ponit ſecundam quæ ſumitur ex accidenti parturientibus dicens, ꝙ ad hoc mulieres cõcipientes in ętate imperfecta in partu maiorem ſuſtinent dolorẽ, & plurimæ moriuntur, tum propter membri ad hoc ordinati arctitudinem, tum propter virtutis debilitatẽ: quanto. n. virtus minor eſt ad reſiſtendum, tanto dolor maior, ſicut videmus onera eadem grauiora apparere debilibus. In iunio-

E ribus autẽ ſupponimus virtutẽ minorẽ eſſe, & ideo maiorẽ dolorem accidere, qui tantus poteſt eſſe ꝙ mortem inducit: & propter hoc dixerunt antiqui apud græcos factũ eſſe oraculũ Trezeniis, vt dolor eius adiutorio mitigaretur: & fœtus ad ortũ produceretẽ, cum multæ in iuuẽtute mulieres morerentur, & fructus nõ veniret ad ꝓductionem propter imperfectionem. Deinde cum dicit.

Ad continentiam quoq; vtile eſt nuptias fieri ſeriores, intemperatiores enim eſſe videntur cum puellæ veneri aſſueſcunt.

Ponit tertiam quæ ſumitur in ordine ad virtutem dicens, ꝙ adhuc coitus eſt minus expediens iunioribus ad temperantiam, & magis expedit ſenioribus exiſtẽtibus: iuuenculæ. n. quæ magis aſſuetæ ſunt coire in iuuentute intemperantiores ſunt: illa. n. ad quæ aſſueti ſumus magis ſunt delectabilia, & ad ea quæ ſunt magis delectabilia magis inclinamur. Deinde cum dicit.

F At maſculorum corpora creſcere impediuntur, ſi adhuc augẽte ſe corpore, conſuetudinem ineant: nam huiuſmodi terminus hic eſſe videtur, quem non multum excedit amplius.

Ponit quartam rationem dicens, ꝙ adhuc corpora maſculorum coeuntium in imperfecta ętate dum corpus eſt in augmento læduntur & defectum patiuntur à quãtitate eis determinata & in complexione: alimentum. n. digeſtum principium eſt nutritionis & augmentationis & generationis: tempore enim augmenti totum, quod conuertitur de alimento adueniente vel fere neceſſarium eſt ad nutritionem & augmentum, & parum vel nihil eæ de ſuperfluo, quod ordinatur ad generationẽ, & ideo ſi multum coeant: neceſſarium eſt, ꝙ illud quod deberet tranſire in augmentum & nutritionem conuertatur in ſemen, quare detrimentum patientur in augmento & nutritione. G eſt enim quoddam tempus determinatum, in quo animalia nata ſunt augmentari, quod nõ multum exceditur à tempore deputato ad generationẽ: ſtatim enim deficiẽte augmento & perfectis corporibus cum plus conuertiẽ de alimento q̃ ſit neceſſarium ad nutritionem conueniẽtius ordinatur ad generationem, coitus etiam non perfectis corporibus detrimentum inducit quantum ad complexionem propter exiccationem & infrigidationem: ſimul. n. conducitur calidum & humidum, vnde philoſophus dicit in lib. de cauſis lon. & bre. vitæ, ꝙ coitiua & multiſpermia cito ſeneſcũt, quia ſperma ſuperfluum exiſtens amplius deſiccat emiſſum, & ideo mulus longioris vitæ eſt q̃ ea ex quibus generatur, quia minus ſpermatizat, & paſſeres maſculi breuioris, quia magis coitiui ſunt. Deinde cum dicit.

Quapropter puellas quidem circa ętatẽ decem & octo annorum nuptui tradere cõgruit: H maſculos autem circiter ætatem annorum ſex & triginta. In hoc enim tempore & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore ſimul apte deſinent procreare poſſe, & filiorũ ſuſceptio partim erit ab initio eis ætate vigentibus, ſi recte procedat ſtatim generatio, partim iã vergentibus ad annũ ſeptuageſimũ.

Concludit ex dictis quando & qua ętate opportunum eſt fieri copulã nuptialem dicens, ꝙ propter hoc ꝙ finis generationis in viris, vt in pluribus eſt ſeptuageſimus annus vel circa: mulieribus autem quinquageſimus vel circa vt in pluribus, & expedit coniugatos ſimul deficere à potentia generandi, vt probatum eſt prius, & coitus iuniorum in imperfectis corporibus prauus eſt. Corpora autem mulierum vt in pluribus perficiuntur in decem et

octo

ecto annis vel circa, virorum aũt in trigintaſex: aut parum plus, aut minus: expediens eſt magis eos coniugari muliere exiſtente decem & octo annorum vel circa, viro autem trigintaſex aut parũ plus vel minus. Sic enim coniungentur corporibus perfectis: & per conſequens virtutibus, quibus exiſtentibus erit coniugatio ipſorum in tẽpore conueniẽti ad perfectionẽ generationia puerorum, virtutibus etiam perfectis perfectior erit actio: & etiam ipſum generatum, & iterum ſucceſsio puerorũ ad patres opportunius fiet ſi ſtatim eum copulati ſunt muliere. 18. viro. 36. annorum exiſtentibus ſtatim generent: ſuccedẽt enim filij parẽtibus in principio ſtatus corpore pfecto. ſ. circa. 30. annum matre agẽte quinquageſimum: patre ſeptuageſimum vel circa impotentes fere exiſtentes quaſi reſoluta ætate, impotẽtia tamen eorum ſupplebitur per filiorum potentiam perfectorum exiſtentium: qñ igitur oportet fieri coniugium conſiderato bono coniugatorũ & generandorũ dictum eſt. Eſt autem intelligẽdum ꝙ quamnis viri & mulieres ſint eiuſdem ſpeciei: non tamẽ idem periodus eſt vitę vtriuſq; ipſorum, quia tẽpus durationis ipſorum non ſequitur eos ratione ſpeciei cõmunis vtriq;, ſed ſequitur virtutẽ complexionis: virtus autem complexionis multo fortior eſt in viro ꝙ̃ in muliere propter abundantiam calidi: & meliorem proportionẽ eius ad alias qualitates: & ideo viri longioris vitæ ſunt ſecundum naturam mulieribus. Et quia illud quod perfectius eſt pluri tempore indiget ad ſui perfectionem: quãto plura exiguntur ad eius perfectionem: viri autem perfectiores ſunt mulieribus: ideo pluri tẽpore indigent ad ſui perfectionẽ ꝙ̃ mulieres, vt in pluribus: quãuis propter indiſpoſitionẽ materię poſsit accidere ecõtrario. Philoſophus autem determinauit tempus perfectionis mulierum. 18. annos vel circa, virorũ autẽ. 37. vel circa, quia ſic apparebat ei forte vt in pluribus, aut quia ſecũdũ proportionẽ horũ numerorũ adinuicẽ excedit virt⁹ cõplexionis viri virtutẽ complexioni mulieris ſm naturã. Si aũt aliquis obũciat prius debere fieri cõiugationẽ nuptialẽ ꝙ̃ determinat philoſophus primo: qa generatio fit ex ſupfluo alimenti: qñ igitur primo incipit eſſe ſuperfluũ alimenti: & primo incipiunt ſpermatizare, vr̃ ꝙ deberet fieri talis copulatio, hoc aũt contingit multo tpe prius ꝙ̃ determinet philoſophus: puta tpe pubeſcentię. ergo prius videtur debere fieri. Et præterea hoc iura determinaneq; quæ vidẽtur conſiderare bonum cõmune: matrimonia. ſ. poſſe fieri muliere exiſtente. 12. annorum, viro exiſtente. 14. vel circa. Ad hoc eſt intelligendum ſm intentionẽ philoſophi: ꝙ ſi conſideremus bonam diſpoſitionẽ generantium & bonam habitudinẽ generandorũ futuram: & per conſequens vtilitatem communem ciuitatis ſeu regionis per ſe melius eſt coniunctionem iſtam fieri perfectis corporibus vtriuſq;; quod eſt tẽpore determinato á philoſopho vel circa vt in pluribus: perfectis enim corporibus perfectæ erunt virtutes, nec detrimẽtum aliquod patientur in augmẽto, aut complexione ſecundum ꝙ huiuſmodi: niſi pp ſuperfluitatem: aut aliquid huiuſmodi. Et putri melius erunt diſpoſiti quantum ad corpus: quia á magis & melius diſpoſitis generabuntur: & per conſequens ſecundum aĩam, quia bona diſpoſitio corporis diſponit ad bonam diſpoſitionẽ aĩæ: & ſic magis apti erunt ad virtutes & actus ciuiles, pp accidens tñ aliquod expedit tardius vel citius fieri in aliquibus, puta ſi tardius vel citius perficiãtur corpora, aut ſi timeatur fornicatio cũ alienis: aut aliquid huiuſmodi: quãuis autẽ prius in aliquibus inueniatur ſuperfluũ alimenti: & emiſsio ſeminis: non tamen ſequitur ꝙ tunc melius & aptius ſit ad generationẽ: ſicut accipiebat ratio in oppoſitum. Non enim oportet in his quæ procedunt de imperfecto ad perfectũ: ꝙ qñ aliquid poteſt aliquid primo, ꝙ tunc perfectę poſsit: ſicut quãdo aliquis poteſt cytharizare qualitercũq;, non ſequitur ꝙ optime poſsit, ſed magis econtrario: quæ enim ſunt priora ſecundum viam generationis imperfectiora ſunt, quæ

A aũt poſteriora perfectiora, ſicut vir puero: vt dicitur nono Meth. Iura aũt nõ determinãt optimum eſſe fieri matrimonium tpe pubeſcentiæ. ſ. muliere exiſtente. 12. annorum vel circa, viro. 14. vel circa, ſed tunc cõcedunt poſſe fieri primo, quia tunc primo poteſt valere conſenſus propter vſum rationis, tunc primo vel circa in exiſtẽte, & qa tunc primo incipit aliquod ſuperfluum alimenti fieri vt in pluribus, quamuis imperfectum. Deinde cum dicit.

Quibus igitur ætatibus coniugia ſint facienda dictum ſit: tempus autem anni, vt nũc multi obſeruant, recte per hiemẽ aptius ad nuptias eſſe videtur: ſed cõſideranda ſunt in procreatione liberorũ quæ à medicis: & quę a phiſicis traduntur. Medici autem tẽpora corporum ſufficienter oſtendunt: phiſici autem de ſpiritibus: B borealia magis ꝙ̃ auſtralia laudant.

Declarat qua temperie vel diſpoſitione aeris expediẽtius ſit fieri hanc coniunctionem. Circa quod intelligẽdum eſt ꝙ bona diſpoſitio generati ſequitur bonã diſpoſitionem principiorum generantium in actu. Diſpoſitio autem generantium ſequitur aliquam diſpoſitionem cõtinentis, vnde & locus dicitur principium generationis: ſicut & pater á Porphyrio: diſpoſitio autem continentis mutatur ſecundum diſpoſitionem temporum & ventorum & aliorum huiuſmodi: & ideo eſt expediens intendentem bonam diſpoſitionem generatorum conſiderare bonam diſpoſitionem continentis & temporis & ventorum. Et ideo dicit ꝙ ad huiuſmodi copulam vel coniunctionem faciendam oportet vti temporibus: & his quæ circa temperiem, hoc eſt diſpoſitionem aeris ſecundum tempus, quibus vtuntur multi bene & rationabiliter dicentes hanc debere magis fieri tempore hiemis, tũc enim frigiditate continentis clauſis poris fortificatur calidum C interius & congregatur virtus: & fortior eſt. In æſtate autem pogis apertis exalat calidum interius, fortiore autẽ exiſtente virtute & calido melius eſt commiſcere ad generationem, expedit autem conſiderare ad generationem puerorum ea quę dicuntur á Philoſophis naturalibus & á medicis, medici enim ſufficienter dicunt diſpoſitionem temporum in ordine ad corpora reſpectu operationũ diuerſarum, naturales autem eas quę ventorum dicẽtes boreales & oriẽtales meliores auſtralibus & occidẽtalibus ad bonam diſpoſitionẽ corporũ: ſicut dictũ & expoſitũ fuit prius: vbi determinatũ fuit de optimo ſitu ciuitatis. Deinde cum dicit.

Quæ autem corpora maxime vtilia ſint, magis dicẽdum eſſet, vbi diſciplina liberorum tractatur. Summatim vero ſat fuerit nunc dixiſſe, neq; enim athletarum habitudo vtilis foret ad D ciuilem habitum, neq; ad ſanitatem & procreationem liberorum: nec rurſus humilis & imbecilla nimium, ſed media iſtarum.

Declarat quales oportet eſſe copulandos ad generationem ſecundum habitudinem corporis, & circa hoc primo declarat, quales oportet eſſe quo ad quantitatem. ſecundo cum dicit. (Laborioſam enim.) In comparatione ad exercitium. In prima parte dicit, ꝙ qualibet exiſtentibus corporibus eorum qui copulantur ſecundum habitudinem quantitatia maxime vtilia erunt ad bonam diſpoſitionem eorum qui generantur, dicendum eſt in his quę pertinent ad diſciplinam ciuium: figuraliter autem & in ſumma ſufficit dicere nunc. Manifeſtum eſt enim ꝙ habitudo corporis athletarum qui ſunt valde magni corpore nõ eſt perfecte bona diſpoſitio corporis: tum propter põderoſitatem, tum quia virtus ſpiritus & calidi euaneſcit

in tanta protenſione membrorum. Nec etiam ad ſanitatem propter eaſdem rões,& per cõſequens nec ad rationem intellectus & rationis quæ ſequũtur diſpoſitionem corporis vt in pluribus:& quia bona ciuilis cõicatio indiget bona diſpoſitione quantum ad corpus & quãtum ad aíam,non eſt optima ad eam. Similiter habitudo imperfectorum ſecũdum quantitatem & morbidorum qui indigent maiori cura,non eſt optima ꝑpter imperfectionem & improportionem. ſed media habitudo magis: in omnibus enim:& quæ ſunt ſecundum naturam, & quæ ſecundum rationem media ſunt eligibilia magis:& ideo habitudo media ſecũdum quantitatem in generantibus eligibilior eſt. Deinde cum dicit.

Laborioſam enim habitudinẽ habere oportet, exercitatam vero laboribus non violentis: neq; ad vnum laborem ſolũ,vt athletarum habitudo,ſed ad liberalia opera. Hæc autem ſimiliter viris mulieribuſq; exiſtere debent.

Declarat quales oportet eſſe per comparationem ad exercitia dicens: ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem generandorum futuram habere bonam habitudinem corporis & exercitatos eſſe per aliquos labores ad exercitãdum virtutem & caliditatem: quæ per motum excitantur,non tamen per violentos,ne per laboris violentiã ſpiritus exaletur & debilitet. Et ideo oportet exercitari vel laborare non in aliquo vno ſolum,ſicut athletæ laborãt ad ſuperandum,ſed multis pertinentibus ad ciues & liberos,expediẽs enim eſt exercitari futurum bonum ciuem in multis operationibus liberorum vt conſequenter facilius & magis cũ delectatione illas operentur,oportet aũt & viros & mulieres exercitari: ſed vnumquẽq; in operationibus decentibus eum. Deinde cum dicit.

Prægnantes quoq; mulieres curã habere corporũ oportet,non pigreſcentes neq; ſubtili vtẽtes alimonia. Hoc autẽ facile eſt legum poſitori prouidere ſi iubeat ſingulis diebus iter quoddam facere debere ad deorũ ſacra mulieres,quę ſortitæ ſint concipiendi honorem. Mens tamẽ, contra quam corpus,in tranquillitate eſt traducenda: quæ enim fiunt,ab ea quæ cõtinet,capere videntur, quemadmodum illa quæ naſcuntur à terra.

Declarat ꝙ curãdum eſt de mulieribus prægnantibus ad bonam puerorum diſpoſitionem di. ꝙ oportet legiſlatorem curam habere de bona diſpoſitione corporum mulierum prægnantium, pueri enim generati nutrimẽtum videntur aſſumere à muliere habente in vtero per venas & poros à natura ad hoc ordinatos, ſicut terræ naſcentia per radices aſſumunt à terra,nutrimentum autem aſſumptum à muliere cõſimiliter diſponitur complexioni mulieris & puer de neceſsitate diſponitur ſecundum diſpoſitionem nutrimenti ex quo nutritur:& maxime in principio: & ideo oportet puerum diſponi ſecundum diſpoſitionem mulieris geſtantis. Igitur expediẽs eſt ad bonam diſpoſitionẽ prolis futuram curare de bona diſpoſitione mulieris,ſpecialiter autem expedit curare ne ſint torpentes multum per deſidiam: quæ frequẽter accidit mulieribus prægnantibus propter defectum calidi & ſuperabundantiã humidi groſsi indigeſti, ſi enim prægnãs torpeat nimis per deſidiam oportebit calidum & ſpiritus in puero torpere, deinde expedit cauere ne vtantur cibo nimis ſubtili: tum quia facilis digeſtionis exiſtẽs facit repletionem quandam inanem magis ꝙ̃ veram, tum quia ſtatim propter facilem digeſtionem eius aſſumitur in membris fortioris virtutis ſecundum totum vel fere; ita ꝙ parum

E aut nihil erit ſuperfluum, quod tranſeat in nutrimentum fœtus. Facile autẽ erit cauere deſidiam legiſlatori ſi præcipiat prægnantibus quæ ſortitæ ſunt honorẽ generationis & fugerunt opprobrium ſterilitatis ſecundum antiquos: ſacere aliquam peregrinationem quotidie vel bis vel ter in ſeptimana vel aliquid huiuſmodi ad aliquod oraculum pp deorum reuerentiam, vt quos habuerunt propinos in conceptu, beniuolos habeant vbi magis neceſſe eſt. ſ. in partu & loquitur ſecundum opinionem gentilium antiquorum qui opinabantur multitudinem deorum eſſe, et illos vel corpora ſupercœleſtia vel virtutes aliquas in corporibus: quãuis autem ad bonam diſpoſitionem puerorum futuram ad rẽpub. oporteat mulieres labores aliquos exercere, vt ſint ſine pigritia: tamen natos iam et incipiẽtes diſciplinari ad bonum intellectus quod eſt ſpeculatio, non oportet multum laborare: ſed pigrius diſponi corpora ne per laboris continuitatem diſtrahantur à diſciplina: & per motum ſpiritus nimis accendantur:
F vt ſint nimis mobiles quod non competit ſpeculationi. Oportet enim formas ſenſibilium, in quibus ſpeculatur intellectus fixionem habere in ſubiectu primo eorum: quod eſt ſpiritus. Deinde cum dicit.

Circa expoſitionem autem, vel educationẽ filiorum, lex ſit, nihil orbatum natura fore educãdum: in aliis vero ſi mores inſtitutaq; ciuitatis prohibeant: natos exponere.

Declarat qualiter pueri poſtquam ſunt nati ſint diſponendi: & quia non expedit de omnibus curare aut non æqualiter: aut propter imperfectionem: aut propter multitudinem & primo tangit qualiter ſe habendum eſt ad orbatos: & vbi excedunt ſecundum multitudinem. Secũdo cum dicit. (Suſceptis autem.) qualiter perfecti & multitudinem conuenientẽ non excedentes diſponendi ſunt. Circa primum primo declarat qualiter ſe habendum eſt
G ad orbatos. Secundo cum dicit. (Ac multitudo &c.) qualiter ſe habendum eſt: vbi excedunt multitudinem determinatam. In prima parte dicit ꝙ ſi contingat aliquem vel aliquos eſſe orbatos ſenſu aliquo vel ſenſibus vel mẽbro aut mẽbris, quibus minus ſint vtiles ad operationes intellectus & remp. de reſeruatione ipſorum & alimento adminiſtrãdo feratur lex à legiſlatore nulliũ talem nutriri: quod eſt intelligendum cum tanta cura & diligentia cum quanta nutriẽdi ſunt perfecti nati. Illud enim quod ordinatum eſt ad aliquẽ finem: quanto magis natum eſt attingere ad ipſum, tanto magis diſponendum eſt ad ipſum, & quanto minus: tanto minus curandum, ſic enim videmus naturam magis ſollicitã eſſe de perfectioribus: pueri aũt nati perfecti membris et ſenſibus perfectius nati ſunt attingere ad finẽ humanum. ergo magis diſponendi ſunt. Orbati autem aut ſenſu aut membro nati ſunt attingere aliqualiter, ex quo animã & intellectum habent: ſed non ęquæ perfecte: & ideo curãdum eſt de eis, ſed nõ
H æqualiter vt de perfectis, & vniuerſaliter inquantũ vnuſquiſq; natus eſt attingere ad finem, intantum diſponendum eſt: cum ſit propter ipſum, loquimur autem hic de fine humano ſm vitam præſentem: quia ſic loquitur de ipſo philoſophus. Deinde cum dicit.

Ac ſi multitudo tanta prolis alicui cõtigerit vt duplicatus ſit filiorum numerus, nam is diffinitus eſſe debet, ad multitudinem nimiam euitandã ante venire oportet, ne fœtus concipiantur: nam poſtꝙ̃ concepti ſunt, & ſenſum aut vitam acceperint, nefas eſt attingere eos.

Declarat quid faciendum eſt ſi excedant ſecundũ multitudinem. Eſt enim intelligendum ꝙ cum ciuitas ſit cõmunitas per ſe ſufficiẽs ad vitam, oportet ciues per ſe ſufficientes

ficientes eſſe & non pauperes: & ideo cauēda ſunt illa in ciuitate quæ inopiam inducunt: hoc autem eſt multitudo filiorum debentium ſuccedere in hæreditate: magna enim & multa hęreditas parētum cum diuidetur in multitudinem filiorum valde tenuis erit ſecundum vnumquēq;: maxime in tertiam vel quartam generationem: ſicut ad ſenſum videmus: nō enim placuit philoſopho lex ſeu conſuetudo de ſucceſsione primogeniti ſecundum totum: tum quia cum primogeniti ſint ſinguli: poſteriores autem multi vt frequenter ſequeretur plures liberorum eſſe pauperes q̃ diuites: tum quia habentes poſſeſsiones ſunt partes ciuitatis: non habentes autem non: ciuium enim oportet eſſe poſſeſsiones vt dictum eſt prius: quare ſi poſteriores geniti non ſuccederent in aliquo parentibus plures liberorum non contingeret eſſe ciues. ſed expelli a ciuitate: tum quia poſterius nati ſicut & primi poſſunt eſſe bene nati ad magna: non habentes autem vnde operentur ad quæ nati ſunt compelluntur accipere vndecunq;. inſidiātes ciuibus & alijs per furtum: per rapinā: & homicidia: & coniungunt ſe aduerſarijs: quæ omnia ſunt incōuenientia. Suppoſito igitur quód omnes ſuccedere debeant in hæreditate qualitercunq;. primo ꝓponit ad vitandam ſuperfluam multitudinem filiorum legem ſeu conſuetudinem quarundam gentium. Secundo cum dicit. (Cum vero.) ponit documentum ad hoc ſecundū intentionem ſuam magis. In prima parte dicit, quód ad vitandam multitudinem puerorum ſuperfluam. ordo.i. lex vel conſuetudo gentium quarundam prohibet nullum genitorum vltra multitudinem determinatam debere reſeruari: oportet enim ſi debeat ciuitas eſſe diues determinatam eſſe multitudinem ipſorum: aliter enim depauperaretur ſi dimitteretur quilibet generare quantuncunq;: ſed quia durum eſt pueros non reſeruari ad vitā: declarat ſi neceſſe ſit iſtud fieri qualiter cum minori culpa fiet dicens: ꝙ ſi aliquibus coniugatis fiant plures q̃ ſit determinatum a lege. & neceſſe eſt eos exterminari: magis procurandum eſt fieri aborſum antequam ſenſus & vita inſint q̃ poſtquā inſuerint: procurās enim aborſum poſtquam inſuerint, homicida a lege reputatur & magis peccant: ſemen enim & non ſemen determinatur per ſenſum & motum: ſic igitur Ariſto. non dicit ſecundum intentionem ſuam: ꝙ debeant exterminari aliqui nati: ſed ſecundum legem gentium: nec ꝙ procurandus ſit aborſus abſolute: ſed ſi interficiendi ſunt ab aliquibus magis faciendum eſt hoc ante ſenſum & vitam: non ſicut bonū ſm ſe: ſed ſicut minus malum. Deinde cum dicit.

Cū vero determinatum ſit qua ætate vir & vxor ſint ab initio coniugandi: quanto tempore liberis operā dare cōueniat, determinemus: ſeniorum enim fœtus, quemadmodum iuniorum, imperfecti ſunt: & corporibus: & intellectibus. Seneſcentium quoq; fœtus ſunt irrobuſti. Quapropter illud maxime tempus probandum eſt in quo maxime intelligentia viget in nobis. Id autem eēt in plurimis circiter annum quinquageſimum: vt poetarum quidam dixerunt: ſeptenario numero ætatem dimetientes. Itaq; qui quatuor aut quinq; annis hāc ætatem exceſſerint, derelinquere debent in aperto procreandi ſtudium.

Ponit documentum ad hoc ſecūdum intentionem ſuā ſumptum ex determinatione temporis deputati ad generationē: circa quod tria facit. primo declarat qualiter determinandum eſt tempus deputatum ad generationem ad vitandum ſuperfluitatem puerorum. Secundo cum dicit. (Ac de cætero.) ex hoc concludit cōmixtionem vltra tempus illud nō debere fieri propter generationem. Ter-

A tio cum dicit. (Coitus vero.) declarat ꝙ huiuſmodi commixtio non eſt facienda cum alieno vel aliena. In prima parte dicit: quoniam principium ætatis ad generationē deputatæ determinatum eſt viro & mulieri: huic quidē 37. illi vero. 18. annus vel circa. ſimiliter autem & finis viro. ſ. 70. mulieri. 50. ſecundum naturam cōmunem: oportet tempus intermedium quo poſſunt generare magis determinari & breuiari ad ſuperfluam multitudinem vitandam. manifeſtum eſt enim ꝙ fœtus ſeniorum etiam citra 70. annum in viro: vel. 50. in muliere imperfecti ſunt & corporibus & intellectibus propter debilitatem virtutis generantium: quæ quāto magis diſtat a ſtatu minor eſt: ſicut & fœtus iuniorum etiam circa tempus determinatum a natura. Fœtus vero decrepitorum vltra tempus deputatum a natura omnino debiles ſunt corpore ſ propter debilitatem virtutis in eis: propter hoc: quia calidum remiſſum eſt in eis, & paſsiones ſedatæ ſunt naturaliter: & multa experti ſunt propter tempus: ſunt etiam in ſta-

B tu ſecundum intellectum: anima enim ſedendo & quieſcendo fit ſciens & prudens: ſicut dicitur ſeptimo phy. hæc autem vera ſunt vt in pluribus: ideo ętatem hanc deputatam ad generationē manifeſtum eſt: quam quidam poetarum determinauerunt hebdomadibus quibuſdam annorum videlicet ſeptenario numero: itaq; qui quatuor aut quinq; annis hanc ætatem exceſſerint relinquere debent procreandi ſtudium, vſq; ad. 50. annum: vel ad ætatem excedentem tempus hoc, quatuor vel quinq; annis in viris: vt ſic viri deſeruiant manifeſte generationi a 37. anno vſq; ad. 55. annum ad plus: & mulieres proportionaliter a 18: vſq; ad. 37. annum. tunc enim vterq; ipſorū maxime eſt in ſtatu perfecto ſecūdum naturam: & virtutes magis perfectę ſunt: propter quod pueri & melius diſpoſiti generabuntur & pauciores. Deinde cum dicit.

Ac de cætero, vel ſanitatis, vel alterius huiuſmodi cauſa, concubitum facere videri.

C

Concludit vltra tempus hoc nō debere fieri cōmixtionē propter generationem di. ꝙ in reliquo tempore non debent coniugati commiſceri adinuicem manifeſte propter generationem: ſed ſi commiſceantur: permittatur hoc gratia ſanitatis aut alicuius alterius. Contingit enim aliquādo ꝙ in vaſis ſeminarijs eſt multitudo ſeminis aut naturalis quæ propter multitudinem grauat naturam: aut innaturalis ibi vel in alijs partibus corporis: quas cōtingit euacuari per coitū: & ꝑ cōſequens alleuiare naturā & melius diſponi ad ſanitatem. Deinde cum dicit.

Coitus vero omnis alterius q̃ coniugis penitus ſit interdictus: quandoquidem ſit & appelletur coniunx. Quod ſiquis deprehendatur cōtrafacere per tempus procreationis, dignā pro delicto pœnam reportet.

D Declarat quód mixtio talis non debet fieri ad alium vel ad aliam perſonam: propter quod eſt intelligendum ꝙ mixtio maris & fœminæ naturaliter in homine eſt ad generationem prolis & nutritionem & eruditionem: ad hoc autem neuter iſtorum ſufficit per ſe: ideo oportet ꝙ vniantur ad hoc per conſenſum mutuum: non per aliquod paruum tempus: ſed vſq; ad perfectionem prolis ſecundum corpus & ſecundum animam: quod erit ſi incipiant generare in tempore determinato a philoſopho circa finem vitæ eorum: puer enim ſi fuerit maſculus nō perficitur vſq; ad. 37. annum vel circa: & ſi iſti. 37. adiungantur. 37. annis patris generantis antequā generaret erunt 74. quando impotens erit naturaliter ad generandum & circa finem vitæ: & ideo cōmunicatio maris & fœminæ per totam vitā & ad perfectionē prolis eſt a natura inclināte: & oīs cōmixtio quæ fit præter hmōi cōicationē innaturalis eſt: & ideo dicit ꝙ de cōmixtione viri cū aliena

mulíere, vel mulieris cum alieno viro ſit lex & teneatur vt bonum nõ permittere, nec etiam velle videre tangentem alienum aliquo modo: ſi enim permittatur aliquis accedere ad aliquam quæ ſua non eſt per ſornicationem, cum poſt mixtionem non maneant mixti per conſenſum ad educationem prolis, ſequitur malum & imperfectio eius maxime. nullo ergo modo permittat fieri cõmixtio cum alio vel alia vbi eſt & appellatur coniugium. Tunc enim & ſequitur malum prolis & incertitudo & iniuſtitia, minime vero permittẽdum eſt circa tempus procreationis filiorum: tunc enim maxime accideret error per incertitudinem, & ſi aliquis appareat tale aliquid faciens puniatur punitione cõmenſurata peccato, vt ſecundum menſuram peccati ſit plagarum modus, vt alibi dicitur, ita ꝙ prohibet philoſophus hic primo ſicut malum per ſe cõmixtionem cum aliena, quãuis ſit libera: magis autẽ cõmixtionem cum ea quæ eſt alterius propter iniuſtitiã: maxime autem cum ea quæ eſt alterius tempore deputato ad generationem. Deinde cum dicit.

Suſceptis autem filijs, multum referre putandum eſt ad corporis robur, quali victu nutriantur. Apparet vero ex cæteris animalibus & ex cæteris gentibus quibus cura eſt aſsidua bellicę habitudinis, nutrimentum lactis maxime proprium eſſe corporibus: abſtemium autem magis propter ægritudines.

Declarat qualiter curandi ſunt pueri perfecti & reſeruandi poſt natiuitatem, & primo qualiter in prima ętate quæ extenditur ſm philoſophũ vſq; ad tertiũ annum. Secundo cum dicit. {Sequenti vero.} qualiter in ſecũda quę extenditur vſq; ad quinq; annos incluſiue. Tertio cũ dicit. {Tranſactis vero.} qualiter in tertia quæ extendit vſq; in finem ſeptimi. Circa primum primo declarat qualiter curandi ſunt & diſponendi ſunt quantum ad nutrimentum conueniens. Secundo cum dicit. {Et præterea.} Quantum ad exercitia & conſuetudinem. In prima parte dicit. Cum pueri nati ſunt ex matribus, manifeſtum eſt ꝙ alimentum magnam facit differentiam ad potentiam corporum & diſpoſitionem ſecundum differẽtiam qualitatis ſuæ: quale enim eſt ſecundum virtutem tale facit & corpus. Virtus enim alimenti quod conuertitur in illud quod alitur remanet in eo, ſicut ſaporem pabuli videmus apparere in lacte, & vim vini in aceto, & virtutem lactucæ in ſanguine generato ex ea: ſicut enim virtutes miſcibilium manent in mixto, quamuis formæ corrumpantur, ita & virtus illius ex quo generatur aliud aliqualiter in eo quod generatur, patiuntur enim agentia naturalia a contrarijs. Manifeſtum eſt autem & conſiderando in alijs animalibus & etiam in gentibus diuerſis quibus cura eſt in pueris inducere habitum & diſpoſitionem ad bonum: quòd lactis natura abundans eſt alimẽtum conueniens & familiare corporibus humanis: etenim alia plura animalia fœtus poſt partum ad tẽpus ex lacte nutriunt, & ſimiliter gentes bene volentes diſponere pueros, quoniam ſicut Ariſto. dicit ſecundo de generatione, ex eiſdem ſumus & nutrimur. Nutrimentũ enim conuertitur in ſubſtantiam rei alitæ, & eiuſdem ſubſtantiæ & formæ oportet eſſe materiam vnam, & ideo quanto alimentum aliquod ſimilius eſt ei ex quo generatur aliud, tanto conuenientius eſt ad nutriendum ipſum. Lac autem valde ſimile eſt ſecundum complexionem menſtruo ex quo generatur puer: ſuperfluum enim alimenti deriuatum a natura ad matricem menſtruum eſt, deriuatum autem ad mamillas & dealbatum ibi eſt lac: & ideo conuenientiſsimum alimẽtum pueris poſt partum eſt lactis natura: & magis mulieris ꝗ beſtię, & adhuc maxime matris propriæ ꝗ alienæ. vnde illi qui nutriuntur ex lacte matris propriæ, melius debent eſſe diſpoſiti ſecundũ

E naturã. propter quod Auicenna dicit ꝙ extremum mamillę matris propriæ ponere in ore infantis valde cõferet ad remouendum omne nocumentum, lac tamen matris proprię ſtatim poſt partum non eſt cõueniens puero donec complexio diſtemperata per partum temperetur, expedit autem pueris non conſerre vinum in nutrimẽtum propter ægritudines accidẽtes ex ipſo, vinum enim multum vaporatiuum eſt propter caliditatem & humiditatem. & pueris multum aſcendit nutrimentum ad partes ſuperiores, & ideo pueris bibentibus vinum multus nõ fit deſcenſus euaporationis a capite. vnde contingit quandoq; coarctatio pori & reſpirationis quod eſt epilepſia & aliæ infirmitates ex hac materia generare ſimiliter & acceſſio coleræ rubeæ, & quæ accidunt ex ea, nec differt dare vinũ pueris & nutricibus ſm Ariſt. ſed ſi oportet bibere oportet quòd ſit modicum & aquaticum valde. Deinde cum dicit.

F Et præterea motus quoſcunq; in ea ætate fieri datur, conferunt, ne membra vero ob teneritudinem diſtorta fiat: vtuntur adhuc gentes aliquæ organis quibuſdam & machinis: quæ corpus a talibus illeſum conſeruant.

Declarat qualiter curandi ſunt quantum ad exercitia & conſuetudines, & primo declarat in quibus aſſueſcendi ſunt. Secũdo cum dicit. {Circa primum igitur &c.} ꝙ ſecundum ordinem determinatum. Circa primum oſtendit ꝙ aſſuefaciendi ſunt ad motum. Secundo cum dicit. {Confert etiam &c.} ꝙ ad frigora. In prima parte dicit ꝙ adhuc pueros ſtatim poſt natiuitatem expedit aſſueſci ad motus tantillos quoſcunq; & paruos, puta manuũ & pedũ & aliarum partium. Motu enim ipſarum partium exercitatur & acuit calor naturalis in eis, qui conſumens humidum ſuperfluum in eis exiccat corpus & fortius facit, & Auicenna adiungit ꝙ cum motu procuranda eſt G conſonantia muſicæ, & vox cantilenæ ad delectandum in conſonantijs muſicis propter cauſam dicendam poſterius. adhuc autem ꝙ membra puerorum propter fluxibilitatem humidi abundantis non effluant a figura debita, conſueuerunt quædam gentes vti quibuſdam inſtrumẽtis mechanicis, quibus cum alligantur membra puerorum faciliter & ſubtiliter fiunt imperuertibilia, ſicut cunabulo vtuntur ad directionem totius corporis & pilleo rotundo ad debite figurandum caput: oportet enim in iſta ætate nutricem ſuauiter membra tãgere, & quod dilatandum eſt dilatare, & ſubtiliandum eſt ſubtiliare, & vnumquodq; conuenienti figura figurare, & manus & brachia ad genua ducere, & crura & tibias faſcia ligare, & caput pilleo rotũdo aſtringere: tũc .n. puer eſt bene ſuſceptibilis & ducibilis, ſicut cera mollis. Deinde cũ dicit.

Confert etiam ſtatim a pueritia frigori aſſuefacere. Hoc enim & ad ſanitatem, & ad res bel-
H licas vtile eſt. Quapropter apud multos barbarorum conſuetudo eſt, vel gelido amne natos immergere, vel parua veſte amicire, vt faciunt Galli. Ad cuncta enim ad quæ poſſibile eſt, ſtatim ab initio melius eſt aſſueſcere. Eſt autem apta puerorum natura ob eorum calorem ad frigus exerceri.

Declarat ꝙ aſſueſcendi ſunt ad frigora dicens, ꝙ expedit ad bonam diſpoſitionem puerorũ in hac ætate ad frigora moderata aſſueſcere paruos exiſtẽtes: hoc enim proficit ad ſanitatẽ corporis & ad bellicas actiones futuras: cum enim aſſueti ſunt a iuuentute ad tollerantiam frigoris non grauantur in ſuperueniente ætate a frigore in bellicis, vbi neceſſe eſt quandoq;, nec patiunt ęgritudines ꝗ ab ipſo ſunt, Iterum propter cõſuetudinem ad frigus fortificatur

tificatur calidum & fortiora redduntur corpora: & ideo cõſuetudo eſt apud multos barbarorũ quibuſdam abluere pueros in aqua frigida ſtatim natos. Alijs autem paruo inuolucro induere eos: ſicut contingit Gallis morantibus circa plagam occidentalem: vniuerſaliter enim oĩa quæcunq; poſsibile eſt aſſueſcere ad bonum habitum ſuturũ: melius eſt aſſueſcere ſtatim a principio quãdo ſunt magis ducibiles: non parũ enim differunt ſic vel ſic a puero aſſueſci: ſed multũ: magis autem omne tunc aſſueſcit: ſicut dicitur primo Ethicorum. Deinde cum dicit.

Circa primam igitur ætatem hæc, & huiuſmodi diligentia eſt adhibenda.

Declarat Secundum gradum dicens: ꝙ ad exercitium io tolerando frigora expedit aſſueſcere ſtatim ſecundum gradum: tum vt primo aſſueſiant ad toleranda magis tẽperata frigida. Deinde excedentia magis & magis ſecundum ꝙ magis fortificantur virtus vel complexio & hoc propter calidum fortificandum & alias vtilitates: cauendo autẽ ne grauetur natura propter exceſſum frigidi cui exponitur: ſimiliter autẽ ſe habet de aſſuefactione in alijs conuenientibus: natura enim puerorum propter teneritudioem & mollitiem nata eſt aſſueſci ad quæcunq; non dura nec grauantia naturam ipſorum. Circa primam igitur ętatem optimum eſt talem curam & ſimilem habere circa eos. Deinde cum dicit.

Sequenti verò ætate vſq; ad annos quinque quia nondũ ad diſciplinã aliquam ſunt admouendi: neq; labores perferre cogendi, ne creſcere impediantur. Motus ſolummodo quoſdam ſuſcipere debent: quo pigritiã corporis euitẽt: qui motus ꝑparãdi ſunt illis & per alios actus, & per ludum. Ludi verò ipſi neq; illiberales: neque laborioſi eſſe debent: neque remiſsi.

Declarat quomodo curandi ſunt in habita ætate quæ incipit in tertio anno: & circa hoc primo declarat quibus ſunt aſſueſaciendi. Secundo cum dicit. {Cohibitiones vero &c.} a quibus prohibẽdi ſunt. Circa primum primo declarat ꝙ aſſueſaciẽdi ſunt in ætate hac quibuſdam motibus. Secundo cum dicit. {Quas autẽ &c.} quod in his quæ pertinent ad auditum. In prima parte dicit ꝙ in ætate conſequente quæ incipit a tertio anoo & protenditur vſq; ad finem quinti in qua nõ ſunt nati ad eruditionem ſeu diſciplinam propter tenuitatem complexionis & virtutum imperfectionem: nec ad magnos labores: vt propter violentiam non impediantur creſcere: oportet eos exercere in aliquo modico motu: vt exercitata caliditate reſoluente humidum ſuperfluum diffugiat inertia corporum· huiuſmodi autem exercitium in motu oportet fieri: & per actiones alias: & per ludos: ludos autẽ oportet eſſe non declinantes ad ſeruilitatem: ſed liberales magis. nec etiam ſuperlaborioſos vel violentos: vt nõ grauentur virtutes propter exceſſum· neq; nimis molles & remiſſos ne comprehendantur a deſidia. Deinde cum dicit.

Quas autẽ narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant, cura ſit his: qui pueris publice præficiuntur. Cuncta.n. talia ad cõuerſationes poſtea futuras accõmodanda ſunt: itaq; ludi vt plurimum tales eſſe debent: vt ſint imitationes eorũ quæ poſtea ſerio erunt facienda.

Declarat quod expedit eos in ætate hac exerceri in his quæ ad auditum pertinẽt dicens: ꝙ expedit eos in ætate hac exerceri in audiendo aliquos paruos ſermones & fabulas aliquas propter hoc vt exerceantur in locutione & rationibus nominum: & de hoc debẽt habere curã principes eorum publice illis præfecti. Sed hoc obſeruandum eſt in hac ætate: ꝙ omnia in quibus aſſueſiunt: & motus, & operationes: & ludi: ſermones, & fabulę quos audiũt: & etiam ea quæ vident ſint imagines quædam eorum: in quibus poſterius ſerio cõuerſari debent: & quaſi via ad illa in quibus conſequenter ſtudere debent· ſeu intendere: ad illa enim quæ aſſueſcunt in primis magis poſterius inclinantur quia aſſueta ſunt magis delectabilia. Deinde cum dicit.

Cohibitiones vero puerorũ, & interruptiones ploratus qui legibus prohibent, non recte non faciunt. Sunt enim vtiles ad augmentum; cum ſint quodammodo exercitationes corporum. Spiritus enim compreſsio facit robur laborantibus. Quod contingit etiam pueris ploratum cohibentibus.

B Declarat a quibus prohibendi ſunt: & primo tangit ꝙ cohibitio a fletu prodeſt eis. Secundo cum dicit. {Prouidendum eſt &c.} a quorum conuerſatione auditu & viſione cauendi ſunt. Primo igitur dicit ꝙ quidam ciuitatis gubernatores ſeu legiſlatores non inconuenienter deteſtãtur in ordinatione & rebuſpu. ſuis cohibitiones puerorum a ploratibus: hoc enim expediens eſt & cõferens ad augmentum virtutis & nutrimentũ: fit enim per hoc quędam exercitatio corporis ad iſta: cum enim cohibentur a ploratu fit retentio ſpiritus interius. in ploratu autẽ diffuſio exterius. Retentio autem ſpiritus interius robur facit: propter enim congregationem ipſius interius fortificantur. virtus enim vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. fortitudo autem ſpiritus ad incrementum & ad alia multa valet. Deinde cum dicit.

Prouidendum eſt ab his quibus puerorum C cura publice cõmiſſa eſt circa huiuſmodi educationem & aliam: & vt ꝗ minime cum ſeruis verſentur. Hæc enim ætas vſq; ad annos ſeptẽ neceſſarium eſt vt domi alatur. Rationabile eſt ergo præcipere in hac ætate, vt ab auditu & viſu ſeruilium rerum abſint.

Declarat primo a quorum conuerſatione auditu & viſu cauendi ſunt. Secundo cum dicit. {Et potus eſſe participes &c.} tangit per quid faciliter hoc poteſt fieri excuſando ſe ab vlteriori inquiſitione de talibus. Tertio cum dicit. {Forſitan enim &c.} reprobat circa hoc opinionẽ cõtrariam. Circa primum primo oſtendit ꝙ cauẽdi ſunt a conuerſatione cum ſeruis. Secundo cum dicit. {Omnino igitur obſcenitas &c.} quod a turpium auditione. tertio cum dicit. {Cũ vero dicere &c.} quod ab inhoneſtorum viſione. Circa primum dicit ꝙ puerorum rectores quorum eſt regulare pueros, conſiderare debent educa- D tionem puerorum quomodo bene regulentur. ipſi enim in omnibus debent eſſe eorum regula: ſicut in eodem ratio eſt regula virium inferiorum: vnde ſicut in eodem tota deordinatio virium inferiorum rationali parti animæ imputantur: ſic tota deordinatio puerorũ quã accipiunt in prima ætate imputanda eſt magiſtris: debent autem curare & quantum ad alia & quantum ad hoc vt quãto minus poterit cum ſeruis conuerſentur: in hac enim ætate vſq; ad ſeptimum annum neceſſe habent conuerſari in domo & alimentum accipere in ea: in qua ſerui negociãtur: conuerſantes enim cum ſeruis accipiunt quãdam inclinationem ad illiberalitatem & ad actiones ſeruiles ex eis quę audiunt & vident ſeruos dicentes & operantes: etiam cum ſint parui & bene informabiles ad quãcunq;. In eis enim: in quibus aſſueſcunt maxime in prima ętate delectantur: delectati autem faciliter inclinantur ad ipſa. Deinde cum dicit.

Omnino igitur obſcenitas verborum per legiſlatorem extermināda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere. Potiſsimū igitur ſtatim a pueris, neq; dicant: neq; audiāt quicquam turpe. Siquis verò dicere aut facere quicquā prohibitorum deprehenſus fuerit, is ſi liber ſit: ſed nondū in conuentum comeſſatorum dignatus aſſumi, honore prohibeatur: & verberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatis ſeruili infamia afficiatur.

Ex hoc infert q cauēdi ſunt a turpium auditu dicens: q oportet bonum legiſlatorem turpiloquia: puta de venereis: & de alijs quæ ſunt præter rationem & honeſtatē omnino exterminare ex ciuitate: ſicut quodcunq; aliud turpe: ex hoc enim q aliquis de facili dicit aliquid turpe: conſequitur ipſum prope facere: ſæpe.n. dicendo aliquod turpe agibile ſæpius meditatur de eodē: & ex frequenti meditatione de ipſo ſequitur inclinatio maior ad ipſum faciendū: & quāuis vniuerſaliter ſit prohibendū a ciuitate: maxime tñ prohibendum eſt iuuenibus & ad præſentiam ipſorum: ita vt nec loquantur ipſi nec audiāt ab alijs aliquid tale: omnia enim quæ audiunt vel vidēt vel operantur in prima ætate admirātur tanquam noua ris: propter quod & ea melius memorantur & magis delectantur: miranda enim ſunt delectabilia: ad ea autē in quibus delectantur facilius inclinantur: ſi autem aliquis trāſgrediatur dicens aut faciens aliquid contra huiuſmodi prohibitum ſi fuerit liber non adeptus aliquam dignitatem puniatur priuando ipſum de mēſa in conuiuijs cōmunibus: & aliquibus dehoneſtationibus & verberibus decentibus tranſgreſsionem. ſi autem fuerit ſenior ætate præcedētibus & adeptus aliquam dignitatem puniatur inhonorationibus ſeruilibus non decentibus ſtatum eius propter vtilitatem cum operatus ſit nō decentia ipſum: prælatus enim ſi peccat manifeſte amplius puniēdus eſt q̄ priuata perſona: & quia tranſgreditur in peccando: & quia præbet ſubditis occaſionem peccandi credentibus bonum eſſe & ſibi licere quicunque viderunt ipſum facientem aut dicentem. Deinde cum dicit.

Cum verò dicere quicquā turpe interdixerimus: clarū eſt q & aſpicere: aut picturas: aut actus deformes prohibebimus. Sit igitur cura magiſtratibus nullam neq; picturam: neq; ſtatuam eſſe talium rerum imitatricem: niſi apud deos quoſdam quibus etiam laſciuiam mos tribuit: apud hos pmittet lex iam homines factos pro ſe & filijs & vxoribus ſacra facere. Iuniores autem neq; iamborum: neq; tragœdiarum ſpectatores eſſe ſinat: niſi cum ad eam peruenerūt
H ætatē: vt in comeſſationibus vna cū alijs ſedere:

Declarat q cauēdi ſunt a viſione inhoneſtorū dicens: quoniam facere aut dicere aliquid turpe dicimus debere exterminari a ciuitate: manifeſtum eſt q videre picturas aut ſermones inhoneſta repreſentantes cauendum eſt in ciuitate: & maxime a iuuenibus, ex viſione enim talium inſit imaginatio & memoria ipſorum: & maxime iuuenibus exiſtentibus propter admirationem: ad imaginationē autem fortem eorum contingit diſponi appetitum & virtutes motiuas ab ipſa: fantaſia enim & intelligētia habent rerum virtutes: ſicut dicit Ariſtoteles in libro de motibus animalium: & ideo principes cauere debent ne ſculptura quæ fit per inciſionem: neq; pictura quę fit per appoſitionem quæ ſint repreſentatiuæ iſtorum fiant, in loco priuato: nec publico niſi forte in oraculis aliquorū

E debitum quibus lex attribuit aliquas laſciuias: ſicut Veneri laſciuiam circa venerea: & loquitur ſecundum opinionem gentilium antiquorum. Ad cultum autem illorum, vbi tales laſciuiæ fiunt, aut ſunt imagines earū repreſentatiuæ lex permittit parētes magis prouectos exiſtentes pro ſe & pueris deos huiuſmodi honorare. Iuuenes autē non eſſe inſpectores iſtorum, neq; iamborum neq; tragœdiarum aut comediarum in quibus repreſentantur geſta & mores ruſticorum ſeu ruralium vſq; ad ætatem in qua debēt cōmunicare menſa cōmuni, in conuiuijs publicis: puta qñ in eis incipit vigere ratio. Deinde cum dicit.

Et potus eſſe participes eſſe poſsint: & ab huiuſmodi labe inſontes diſciplina omnes præſtabit. Nos quidē nunc curſim iſta attigimus: poſtea verò inſiſtentes oportebit determinare magis: ſiue oportet ſiue non oportet, primo quærentes & quomodo: ſed in præſenti mentionē
F de his facere, neceſſarium fuit.

Declarat per quæ poſſunt faciliter prohiberi excuſando ſe ab vlteriori conſideratione de iſtis dicens: q ab inhoneſtorū auditu & viſione: & ab ebrietate: & vniuerſaliter a turpium operatione prohibebuntur, & impoſsibiles erunt ſi occupentur in aliqua diſciplina & aſſuefaciāe delectari in ea. occupati enim cū delectatione in ipſa ad alia non attendunt: ſed de talibus nunc pertranſeundo dictum eſt: poſterius autem inſiſtendo determinabitur magis: ſi oportet puerorum eſſe aliquam diſciplinā vel nō, dubitando: & ſi oportet: qualiter eſt: & qualiter inſtruēdi ſunt: nunc autem de hoc recordationem fecimus ſecūdum q neceſſarium erat. Deinde cum dicit.

Forſitan enim non male circa hoc cenſebat Theodorus tragœdiarū actor: nulli enim vnq;
G concedere voluit vt ante ſe ageret. Neq; ex vilibus etiam hyſtrionibus, quaſi magis faueāt auditores illis: quos primo audierint. Contingit hoc idem in conuerſationibus hominum & rerum: omniū enim prima nos magis delectant. Quapropter oportet a pueris oīa turpia procul remouere. Et maxime quæcunque habent in ſe vel obſcenitatem: vel improbitatem.

Inducit quoddam ſignum, quo oſtenduntur ea quę in principio audimus, & cognoſcimus fieri nobis delectabilia: & q eis fauemus & conſequenter in eis perſiſtimus, tanquā in re nobis grata & delectabili: dicit enim quod Theodorus tragœdiarum actor nō male in hoc cenſebat, q cum erat acturus aliquid, nolebat q aliquis prius aliquid repreſentaret, q̄ ipſe, qualiſcunq; hyſtrio eſſet. & hoc ideo quia auditores magis fauēt his, quos primo au-
H dierint: ex quo patet q amamus ea quæ primo cognoſcimus: & quibus primo aſſueſcimus. Manifeſtum enim eſt quod idem accidit, quantum ad aſſuefactionem hominū in locutionibus & rerum operationibus. In vtriſq; enim conſuetudo inclinat ad ſimilia. omnia enim quæ primo operamur: ſeu videndo, ſeu audiendo, ſeu aliterCunq;: puta in prima ætate, magis diligimus: quia magis delectamur in eis admirantes ea ſicut noua: ea autem quæ magis diligimus: magis poſſumus operari: quare ſi expedit in prima ætate pueros audire comœdias aut tragœdias, magis inclinabuntur ad ea, quæ repreſentantur per eas in ætate futura quod eſt inconueniens: & ideo oportet a iuuenibus omnia turpia: etiam inhoneſta in prima ætate facere extranea: vel per aſſuefactionem in contrarija: vel per afflictionem pœnæ operantibus. Inter iſta autem magis illa quæ maioris ſunt adhæſionis & faciliora: puta inhoneſtatem quæ circa venerea, & cir-

ea potum & cibum: concupiſcentia enim talium, quaſi innata eſt nobis ſtatim ex iuuentute, ſm philoſophum ſecundo ethicorum. Deinde cum dicit.

Tranſactis verò annis quinque in duobus vſque ad ſeptem, oportet iam diſciplinas ſpectare, quas addiſcere eos oportet.

Declarat qualiter inſtruēdi ſunt in habita ætate: puta à fine quinti anni vſq; ſeptimi breuiter ſe extēdit: dicēdo quod tranſactis quinq; annis duobus ſequētibus vſq; ad finē ſeptimi oportet iuuenes eſſe inſpectores diſciplinarū: in quibus erudiēdi ſunt: vt ſi ſunt erudiendi in equeſtri: oportet fieri inſpectores equeſtrium: ſi in muſica, muſicalium, vt per auditum, & inſpectionem talem aſſueti magis inclinentur ad ea. Deinde cum dicit.

Duæ ſunt ætates in quas neceſſarium eſt diſciplinas diuidere. Vna poſt ſeptimum annū vſq; ad pubertatem. Altera à pubertate vſq; ad annum vigeſimumprimum. nam q Hebdomadibus diuidunt ætates vt plurimum non dicūt bene, itaque ſequenda eſt naturalis diſtinctio. Omnis.n. ars & diſciplina implere vult id qđ deeſt naturæ. Primum igiť videndum eſt ſi facienda ſit inſtitutio quædā circa pueros. Deinde ſi vtile ſit publice curam eorū ſuſcipere, vel magis priuatim, qūo nunc fit in pluribus ciuitatibus. Tertio qualē hanc eſſe curam oportet.

B

Volens ſe continuare ad ſequentia diſtinguit tempus ſequens conueniens diſciplinæ dicens: ꝙ duæ ſunt ętates ſecūdum quas neceſſarium eſt diuidi diſciplinam conuenientem vnicuiq; illarum: puta illam quæ eſt à fine ſeptimi anni vſq; ad pubeſcentiam.i. vſq; ad finem.14. & illā quæ eſt à pubeſcentia vſq; ad 21 annum. Qui autem oēs ętates diſtinguunt per ſeptēnia dicentes primam ętatem continere primum ſeptēnium, & ſecundam ſecundum, & tertiam tertium quantum ad omnes ætates non bene dicunt: oportet enim ꝙ diuiſio ætatis conſequenter accipiatur diuiſioni naturalis diſpoſitionis hominis vt menſuratur tempore: & ideo ſm diuerſitatem ſtatus conuerſationis & diſpoſitionis naturalium vt menſurantur tēpore oportet ætates diuerſificari: ſed iſte ſtatus aliqñ diuerſificatur in minori tempore q̃ in ſeptēnio, qñq; in ampliori. Alius.n. eſt ſtatus conuerſationis naturalis hominis in tribus primis annis. Alius in duobus ſequentibus, & alius in duobus ſenſibiliter ſequentibus: & ideo ſm hoc tres ętates ante ſeptem annos perfectos diſtinguunt. Deinde alius ſtatus conuerſationis & modi viuēdi eſt in ſequenti ſeptēnio à præcedentibus & alius in ſequenti: & ideo iſtæ duæ ętates ſeptenniis diſtinguuntur. Status autem vel modus viuendi conuerſationis ſequens lōgior eſt & protenditur vſque ad 37 vel circa, & ita non menſuratur vno ſeptēnio, ſed pluribus, & ſic de aliis. Et ideo non diuiduntur ætates vl'r ſeptēniis, ſed oportet aſſequi diſtinctioni naturali. omnis aūt ars & diſciplina in a'tu nata eſt ſupplere defectum naturæ, & inquantum perficit aptitudinem naturæ ad ipſam p hoc ꝙ ſciens in aptitudinem fit ſciens in actu: vel per hoc ꝙ formam inducit in materia extrinſeca apta nata: & ideo erudiēdi ſunt ad vnāquāque diſciplinam ad quam apti ſunt: eſt igitur conſiderandum primo, vtrum ſit facienda aliqua cura circa diſciplinam propriam puerorum, & dato ꝙ ſic. Secundo vtrum oporteat ipſam eſſe communem vel propriam, ſicut nunc faciunt in multis ciuitatibus: & dato ꝙ magis expediat eſſe cōmunem. Tertio eſt conſiderandum qualem oportet eſſe huiuſmodi diſciplinam, & de iſtis conſiderabit in ſequenti libro, ſtatim incipiens octauum librum à determinatione primi iſtorum, & in hoc terminat philoſophus intētionem ſuam in iſto ſeptimo.

C

D

POLITICORVM ARISTOTELIS

LIBER OCTAVVS,

Cum S. Thomæ Aquinatis expoſitione.

SVMMA LIBRI.

Quibus animi diſciplinis erudiendi ſint ciues optimæ ciuitatis.

LECTIO PRIMA.

Ex vtilibus diſciplinis ea diſcenda ſunt, quæ operantem non reddant vilem.

B

QVod igitur à legiſpoſitore maxime intendendum ſit circa diſciplinam iuuentutis nemo vtiq; dubitabit: nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert reipu. detrimentum: oportet enim ad ſingula gubernandi genera diſciplinam accommodari: nam mos vniuſcuiuſque proprius conſueuit & ſeruare rempub. & ab initio conſtituere, ceu popularis mos popularem, & paucorum potentiæ accommodatus mos, eam quæ conſiſtit in paucorum gubernatione. Semper autem melior mos cauſa eſt melioris reipub.

C

POſtquam Philoſophus declarauit qualiter & quibus iuuenes ſint diſponendi & inſtruendi quantum ad corpus & vſque ad finem tertiæ ætatis, quæ ſecundū ipſum terminatur in fine ſeptimi anni, nunc intendit declarare qualiter inſtruēdi & diſponendi ſunt ſm intellectum in duabus ſequētibus ætatibus, quæ terminantur in fine 21 anni, & ſm ordinē præmiſſum prius diuiditur liber iſte in partes tres, quoniam primo oſtendit ꝙ puerorum oportet facere curam circa diſciplinam in ciuitate optima. Secundo cum dicit. {Cum verò} declarat ꝙ cōmunem. Tertio cum dicit. {Quę nam verò} declarat q̃ ſit illa & qualiter erudiendi ſint in ipſa. Circa primum præmittit primo concluſionem ſuam dicens, ꝙ nullus habens rectum vſum rationis dubitat quin legiſlatori curanti de bono cōmuni ciuitatis, maxime negociandum ſit circa diſciplinam & bonam diſpoſitionem iuuenum. deinde cum dicit. {nam mos} probat hoc per vnam rationem. Secundo cum dicit. {Præterea} per aliam. In prima parte ipſe intendit rationem hāc. De illo oportet negociari legiſlatorem & curam habere, quod non factum in ciuitatibus lędit & corrūpit reſp. maxime.n. debet intendere bonum & ſaluationem reip. ſed non curare de bona diſpoſitione puerorum, & dimittere eos aſſueſci in quibus voluit lædi & corrumpi remp. Cuius declaratio eſt, quia expedit ciuitatem gubernanti aſſueſcere & diſponere futuros ciues ad vnāquāque remp. ſm modum conuenientem ei, ſicut materiam ad formam: conſuetudo.n. vniuſcuiuſq; reip. & diſpoſitio conueniens principium eſt inſtituēdi remp. & conſeruandi ipſam inſtitutam. ſicut, Bona præparatio materiæ ad formam principium eſt educendi formam illam in eſſe & conſeruandi illam eductam, ſicut videmus ꝙ conſuetudo popularis ꝑncipium eſt inſtituendi & ſaluandi popularem ſtatum, & conſuetudo paucorū potentiæ ſtatum paucorum, & ſic in aliis. Et ſemper conſuetudo melior ꝑncipium inſtitutionis eſt & ſaluationis ſiue conſeruationis melioris reipub. ſicut excellentior diſpoſitio materiæ eſt principium generationis excellentioris

D

formæ. Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ bona diſpoſitio & cõſuetudo iuuenum ad rempub. inſtituit & ſaluat ipſam, quare per oppoſitum indiſpoſitio ipſorum & negligentia circa hoc deſtruit & corrumpit eandem: quare de bona diſpoſitione ſeu diſciplina puerorum oportet legiſlatorem curare. Deinde cum dicit.

Præterea in cunctis facultatibus & artibus ſunt quædam ad quæ erudiri prius oportet, & aſſueſieri ad earum opera: itaque manifeſtum eſt ꝙ & ad virtutis actiones.

Ponit ſecundam rationem dicens, ꝙ adhuc ſicut eſt in aliis potẽtiis & artibus operatiuis reſpectu operationũ, ſic eſt in virtutib⁹ politicis & ſcia politica reſpectu actionum politicarum: ſed ita ſe habet in aliis potentiis & artibus, ꝙ oĩbus oportet præexiſtere aliquã bonam diſpoſitionem materiæ, aut aliquã eruditionẽ, aut aſſueſactionem: hoc etiã videmus in ſpeculatiuis, qm̃ oĩs ars & oĩs doctrina rõcinatiua fit ex præexiſtenti cognitione, & in operatiuis ſiſr, ſicut in fiſtulatiua: debẽs.n. recte fiſtulare prius aſſueſcit in quibuſdam p̃ludiis & rudimentis. ſimiliter aũt & in aliis ſe habet. oportet.n. materiam bene diſponi ad actionem, quia actus actiuorum fiunt in patiẽte bene diſpoſito, quare in virtutibus & ſcia politica oportet ad actionem rectã futuramq; præerudiri & aſſueſieri & diſponi in quibuſdã: & de hoc debet curare legiſlator, cuius eſt intendere bonũ & ſaluationem reip. Deinde cũ d.

Cum verò vnus ſit finis ciuitati toti, clarum eſt oportere diſciplinam quoque eſſe vnam & eandem omnium.

Volens ꝓbare ꝙ oportet de pueris curam cõem habere, ꝓbat prius ꝙ oĩum in ciuitate vnã oportet eſſe diſciplinam, vnam intendens rõnem hanc. Quorumcũq; eſt vnus finis ꝑ ſe, eorum eſt diſciplina vna de eis quę ad finẽ ordinantur: quia ratio eorum q̃ ſunt ad finem ex fine ſumitur: & quorum eſt rõ vna & diſciplina vna, ſm ꝙ huiuſmodi. omnium autem viuẽtium in ciuitate ſm remp. vnam, eſt vnus finis, puta finis reipu. Quare manifeſtum eſt ꝙ omnium oportet eſſe vnam & eãdem diſciplinam de neceſſitate. Deinde cum dicit.

Et huius curam eſſe publicam, & non priuatam: quẽadmodum nũc vnuſquiſq; curam habet ſuorum filiorum, priuatimq́; docens & priuatam diſciplinam, prout ei videtur: ſed oportet publicorum publice exercitationem fieri.

Probat ꝙ oportet de his fieri curam cõem quãtum ad diſciplinam: & primo per rationes. Secundo cum dicit. {Laudari poſſunt} per exẽplum. Circa primũ ponit rationes duas, quarum ꝑmam tangens dicit, ꝙ de diſciplina puerorum oportet legiſlatorem facere curam vnã & non diuiſim, ſicut nunc in quibuſdam ciuitatibus vnuſquiſq; curat de ꝓpriis pueris ſm ꝙ videt ſibi ſeorſum inſtruens diſciplina ꝓpria quæcunq; vr̃ ſibi vtilis, alius & alius in alia & alia. Et huius rõ eſt, qm̃ eorum quorum eſt diſciplina vna & cõis expedit facere curam cõem & ſtudium vt cura ſit ꝓportionalis diſciplinæ. Sed oĩum in ciuitate vna eſt diſciplina, & vna & eadem rõ vt ꝓbatũ eſt prius. Ergo de omnibus eſt facienda cura cõmunis, & eadem quantum ad illam. Deinde cum dicit.

Et ſimul non debet quiſque ciuis ſe ſuum exiſtimare, ſed omnes ciuitatis: particula.n. ciuitatis vnuſquiſque eſt: cura verò ſingularum particularum reſpicere nãta eſt ad curã totius.

Ponit ſecundam rõnem & eſt. Cura de parte & diſpoſitio debẽt eſſe ſm habitudinem ad totum: tum q̃a pars eſt ꝓpter ipſum totum: tum quia rõnem & eſſe habet ab

E ipſo: nunc aũt ſimul cum his quę dicta ſunt oportet intelligere vnũquẽq; ciuem non eſſe ſuiipſius ſolũ neq; gratia ſui, ſed oẽs ciuitatis & gratia eius: ergo cura vniuſcuiuſq; ciuiũ & diſpoſitio facienda eſt ſm habitudinẽ ad totam ciuitatem & bonũ ipſius: ſm igitur eũdem modum curandi ſunt & diſponẽdi iuuenes, ſm ꝙ tota ciuitas curat & diſponitur ad bonum cõe: ſed de iſtis facienda eſt cura communis, ergo & de iuuenibus. Deinde cum dicit.

Laudari poſſunt in hoc Lacedæmonij: nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidem publice. Quod igitur lege prouidendum ſit circa diſciplinam iuuentutis, & hoc publice faciendum, patet.

Manifeſtat idem per exẽplum dicens, ꝙ rõnabiliter poterit aliquis laudare Lacedæmonios qui reputãtur bene gubernare in hoc: maximam.n. curam & ſtudium impẽdunt circa diſciplinam puerorũ, & hoc nõ priuatim ſed **F** cõiter, bene exiſtimantes ꝙ bona diſpoſitio puerorum cõis induceret bonam remp. conſequenter. Quod igitur oportet legiſlatorẽ curare & ferre leges de diſciplina iuuenum, & q. hanc curam & diſciplinã de ea oportet eſſe cõmunem manifeſtum eſt ex dictis. Deinde cum dicit.

Quænam verò iſta ſit diſciplina, & quo tradenda, latere non debet: nam nunc quidem in ambiguo eſt, nec eadem oẽs cenſent iuuẽtutem addiſcere debere, neq; ad virtutem, neq; ad vitã optimam, neq; conſpicuum eſt: vtrum per intelligẽtiam magis deceat, vel per animi morẽ. Impedimentorum quoque reſpectus conſiderationem diſciplinæ conturbat, cum manifeſtũ non ſit: vtrum exercitatio noſtra accõmodanda ſit ad ea quæ ſunt vtilia ad vitam, vel ad ea **G** quæ tendunt ad virtutem, vel ad ea quæ ad maiorem quẽdam ſuperfluumq́; pertinent apparatum. hæc.n. omnia patronos quoſdam ſuſcepere. De his quoque, q̃ ad virtutem tendunt, nihil conſeſſum exiſtit. Etenim virtutem non eandem omnes ſtatim honorant, ex quo fit vt diſcordent circa illius exercitationem.

Declarat q̃ ſit illa diſciplina & qualiter ſunt erudiẽdi in ea. & circa hoc primo p̃mittit inuentũ et neceſſitatem cõſiderationis de ipſo; Secundo cũ dicit. {Qđ igit.} Proſequitur. In prima parte dicit ꝙ ciuitatis gubernatorem oportet nõ latere quæ ſit huiuſmodi diſciplina puerorũ cõis, et qualr et vſquequo oportet pueros erudiri in ipſa. Cuius rõ eſt: qm̃ multi dubitãt de ipſa ſicut apparet ex operibus & diuerſis opinionibus de ea. nõ.n. oẽs opinantur pueros debere erudiri in eiſdẽ diſciplinis, neq; in ordi **H** ne ad virtutẽ: neq; in ordine ad idẽ optimũ, ſed quidam in vna puta in iudicatiua ſeu rethorica: qdã in alia: puta medicatiua vel exercitatiua vel huiuſmodi. Nec etiã manifeſtum eſt oĩbus vtrum magis oportet eos erudiri ſeu aſſueſieri in his quę ꝑtinent ad intellectũ: puta in virtutibus intellectualibus, vel in his quæ ꝑtinẽt ad morẽ aĩæ: hoc eſt in virtutibus moralibus: quę ſunt in parte appetitiua ipſius. Iterũ cõſideratio de diſciplina quæ ordinatur ad vitã actiuã plena eſt turbatione: quæ. ſ. ſit optima. cui magis intendendũ ſit: diuerſi.n. diuerſas ponũt ſm ꝙ diuerſos fines in agibilibus ſibi conſtituunt. Adhuc nõ eſt manifeſtũ vtrũ magis ſtudendũ ſit circa operatiões vitæ actiuæ: aut circa ea q̃ tẽdunt ad virtutẽ quę eſt principiũ illius; an circa ſuperflua: puta circa delectationes ſenſibiles nõ neceſſarias: diuerſi.n. circa hoc diuerſa opinant̃: et quilibet iſtorum hẽt ꝓprios iudices. Iterũ de virtutibus quæ ſit principalis nihil cõcorditer dñt, nõ enim omnes honorant

honorant eandem ſicut principaliorem, ſed alij & alij aliã
& aliam: quia igiť de his diuerſi diuerſimode exiſtimant,
& ſm diuerſitatẽ exiſtimationis ſeq̃tur diuerſitas ſtudij,
rationabiliter diuerſificantur circa ſtudium iſtorum, qli
bet.n.ſtudet & intendit circa id quod ſibi melius & poſſi
bilius exiſtimant. Quare rationabiliter conſiderandum
eſt quæ ſit diſciplina omnis circa quã ſit ſtudẽdum ſicut
circa optimam pueris. Deinde cum dicit.

Quod igitur ex vtilibus neceſſaria ſint addi
ſcenda, manifeſtũ eſt: ꝙ aũt non oĩa diſtinguen
tibus liberalia opa ab illiberalib⁹, patebit, illa ta
lia eſſe recipienda: q̃ cum vtilia ſint faciũt exer-
centẽ, habentẽq́ꝫ, nõ vilis exercitij operatorẽ.
Vile aũt exercitiũ putandũ eſt & ars, & diſcipli
na quęcũq́ꝫ corpus, aut aĩum, aut mẽtem liberi
hoĩs, ad vſum & opera virtutis inutile reddũt.
B Itaq́ꝫ & artes illæ q̃ deterius diſponunt corpus,
& cũcta mercenaria exercitia ſordida nũcupa-
mus: mentem.n.occupatã & vilem reddunt.

Proſequiť, & primo declarat in vniuerſali in quibus
erudiẽdi ſunt, qm̃ in vtilibus & liberalibus. Secũdo cum
dicit. {Sunt autẽ fere.} Magis determinate declarat quæ
ſint illæ. Circa primũ primo oſtẽdit ꝙ in vtilibus & libe
ralibus ſunt erudiẽdi. Secũdo cũ dicit. {Sunt ẽt quędã.}
declarat vſq́ꝫ ad quid & cuius gratia. Et circa primũ eſt
intelligẽdũ ꝙ homo liber eſt, qui eſt ſuiipſius cã & in ra-
tione cauſæ mouẽtis & in rõne finis ſicut dictũ eſt prius.
In rõne quidẽ mouentis qñ ab illo per quod eſt homo &
quod eſt principale in eo, puta ab intellectu moueť pręiu
dicando & ordinando modum & rõnem agendi. In rõne
aũt finis cũ moueť ad bonũ & finẽ ipſius ſm illud idem
quod principale eſt in eo ſm intellectũ, & tanto ipſe ma-
gis liber eſt ſm naturã, quãto magis natus eſt moueri ab
C eo quod principaliſſimũ eſt in eo & ad finẽ & bonũ eius
ſm illud idem. Homo aũt ſeruus dicitur qui nõ eſt natus
moueri ꝑꝑ indiſpoſitionem materiæ ab intellectu ꝓprio
per quẽ determinať, ſed ab intellectu & rõne alterius. Nec
etiã operať ſui gratia ſed gratia illius alterius, & quanto
minus natus eſt moueri á ſe & magis ab alio & ad finem
alterius, tãto magis ſeruus eſt. Ad hoc aũt ꝙ moueať ab
alio & agat ad finem alterius reqriť robur corporale. Et
hoc rõnabiliter accidit, quia vbi deficit virtus intelle-
ctus & formæ excedit virtus corporis & materiæ. Et ꝑꝑ
hoc dixit Ariſt. in primo huius ꝙ vigentes intellectu &
ſi deficiãt corpore ſunt naturaliter aliorũ dñi, robuſti aũt
corpore deficientes intellectu ſunt naturaliter ſerui. Et
ſm hoc ſcientia libera vel liberalis dicta eſt ab antiqs ſm
quã homo ꝑ ſe diſponiť ſm intellectũ ad finem propriũ.
illa aũt ſm quã diſponiť in ordine ad bonũ corporis ꝑ ſe
& ad bona exteriora ſeruilis qa ordinať ad bonũ eius ſm
hoc ꝙ debet ſeruire. in hoĩe eſt mechanica, quia mechari
D facit quodãmodo intellectũ circa ea quę nõ ſunt ꝓpria
ſibi ſm ꝙ huiuſmodi. & inter liberas illa libera eſt maxi
me quæ immediate diſponit intellectũ ad finem optimũ,
puta illa in cuius opatione cõſiſtit felicitas. illa aũt quæ
mediate diſponit intellectũ ad ipſum minus, ſicut ſcien-
tiæ poſteriores in quibus ſcire cõtingit ordinari ad ſcire
in ſuperiori. q̃uis contingat ipſum quærere ꝑꝑ ſeipſum
& illa minime liberalis eſt inter ſpeculatiuas, in qua mi-
nime q̃riť ſcire ꝑꝑ ſe & quæ plura media ordinãť ad bo-
nũ hoĩs vltimũ. Similiter inter ſeruas illa magis ſerua eſt,
in qua magis deprimiť intellectus ſeu ratio circa vtiliora
& magis extranea ab hoĩe ſm ꝙ homo, ſicut illa quæ or
dinať ad bona exteriora magis q̃ illa quæ ordinať ad bo
num corporis. Quãuis aũt liberali maxime nõ cõtingat
vti male quantũ ad vſum per ſe ipſius poſterioribus, tñ
etiam minus liberalibus q̃tũ etiã ad vſum earũ per ſe cõ
tingit, ſicut circa finem vltimum hoĩs ſimpliciter non
A contingit male ſe habere, his aũt quæ ſunt ad ipſum con
tingit qñq́ꝫ male vti. & hoc cõtingit qñ per cõſideratio-
nem vel exercitium in eis retrahitur aliquis vel á fine vel
ab his quæ propinquiora ſunt fini, ſicut contingit per cõ
ſiderationem in aliqua ſcientia poſteriori reſpectu alicu-
ius minus ſcibilis retrahitur aliquis á conſideratione in
prima reſpectu maxime ſcibilis. hoc igitur viſo ſuppo-
nẽs Ariſt. ꝙ expedit pueros erudiri in diſciplinis vtilibus
ad finẽ, ſicut manifeſtũ, ꝓbat quod nõ in oĩbus vtilibus,
ſed in liberalibus dicẽs, ꝙ manifeſtũ eſt ex ſe quod expe-
dit pueros in ciuitate bene ordinata erudiri in diſcipli-
nis vtilibus ad finem reipublicæ. illa.n. quæ ordinanť ad
finẽ aliquẽ expedit pręparari & diſponi ad ipſum. Pueri
aũt ordinãdi ſunt ad finẽ reipublicæ, & diſciplina & eru
ditio ſunt quędã præparationes ipſorũ ad ipſum. Quod
aũt nõ expediat eos erudiri in oĩbus vtilibus vniuerſali-
ter, ſed tñ in vtilibus & liberalibus manifeſtũ eſt diſtin-
ctis diſciplinis per liberales quę per ſe diſponunt intellm̃
B ad finem. & illiberales quæ per ſe ordinanť ad bonũ cor-
poris ſicut dictum eſt. ſed talibus expedit eos participa-
re quæcũq́ꝫ de numero vtiliũ ad finẽ per ſe faciunt par-
ticipantẽ mercenarium. mercenariam aũt operationẽ &
artem & doctrinã oportet intelligere eas quæcũq́ꝫ corpo
ra liberorũ aut aĩam, aut etiã intellectũ male & inutili-
ter diſponunt ad vſus & actiones virtutũ moraliũ & in-
tellectualiũ. vel etiã ad vſum ꝑfectiſſimæ virtutis quæ
eſt felicitas. ꝑꝑ quod & hmõi artes quęcunq́ꝫ diſponunt
corpus deterius ad hmõi artes & in quarũ opationibus
abſorbeť intells viles dicimus, ſicut artes fortes vel artes
ẽt in qbus corpus maculať. qm̃ ꝑ vſum earũ faciũt mẽtẽ
nõ vacãtẽ circa ea q̃ ſunt bona eius ꝑ ſe & deprimunt eã
ad ea i qb⁹ ꝑfectio ipſius ſm ſe nõ inueniť. Deinde cũ di.

Sunt etiam quædam ex liberalibus ſcientiis,
quas vſq́ꝫ ad aliqd diſcere honeſtũ ſit: penitus
verò ſeſe illis tradere, ac ad extremum vſq́ꝫ ꝑfe
C qui, velle, nocumentis illis q̃ ſupra diximus ob-
noxios facit, ſed refert plurimũ cuius gratia qs
agat, vel diſcat: nam ſi gratia ſui vel amicorũ,
vel ꝑꝑ virtutem non eſt illiberale: qui verò id-
ipſum agit ꝑꝑ alios, ſæpe vtiq́ꝫ videbiť illibera-
liter ac ſordide agere. Diſciplinæ igitur illæ de
quibus diximus ad vtrãque partem ſe habent.

Declarat vſq́ꝫ ad quid & cuius gratia oportet erudiri
in liberalibus & aſſueſieri, & dicit ꝙ quamuis eruditio
& vſus primæ & principalis virtutis q̃renda ſuit quãta-
cunq́ꝫ & ſine termino, tamen participare ſcientiis libera
libus, puta quarum vſus ordinatur ad vſum excellẽtiorẽ
vſq́ꝫ ad aliquẽ terminũ non illiberale eſt. Cõtinue autẽ
& aſſidue exercere ſe in eis vſq́ꝫ ad quãtãcũq́ꝫ perfectio-
nẽ valde nociuũ eſt propter dicta nocumenta, quia.ſ.ac-
ceſſio & conſideratio continua in eis retrahit aut ſimplr
D aut in parte ab vſu optimæ virtutis. Et iterum manifeſtũ
eſt ꝙ ſcientiæ iſtæ & vſus earum ordinantur in finẽ vlte-
riorẽ. Quãuis autem appetitus finis infinitus ſit, appeti
tus tamen eorum quæ ad finem ordinantur nõ eſt infini
tus, ſed determinatus á fine vſq́ꝫ ad aliquid tamen erudiri
& conſiderare in eis liberale eſt.ſ. inquantum vtiles ſunt
ad finem & nõ amplius. Sed multa differentia eſt ad quẽ
finem aliquis addiſcit aut exerceť in eis. ſi enim propter
actum virtutis excellentioris ſuiipſius non eſt prauum
nec illiberale, aut ſi etiam propter bonũ virtutis aliquo
rum amicorum, quia amicus eſt velut alter ipſe. Si autẽ
aliquis addiſcat eas & operetur in eis ſæpe propter alios,
vt inde reportet cõmodum & vtilitatem ſecundum bo-
na exteriora, ſicut multi iuriſtarum & medicorum fa-
ciunt, mercenarium & ſeruile erit, dictum enim eſt prius
diſciplinam ſeruilem eſſe, quæ ordinatur ad corpus &
ad bona exteriora cum depreſſione intellectus. Dicit
autem

autem qui hoc agit ſæpe propter alios, quia quandoque bonum eſt vti talibus ſcientiis ad alios: aliquando ꝓpter bonum aliorum tantum ſine vtilitate propria, vt quãdo neceſſitatem habentes à ſe vel ab aliis nõ poſſunt iuuari opportune: aliquando etiam propter vtilitatem ꝓpriã, vt reportent lucrum rationabile, ſecũdum tamen ꝙ vtile eſt ad finem & bonum ſecundum intellectum non deprimendo intellectum ipſum in vſu ipſo. Præmiſſæ igitur diſciplinæ ſeu eruditiones ad vtrunq; ſe habent, quia contingit eis bene vti ad finem & male quemadmodum dictum eſt. Conſequenter cum dicit.

Sunt autem fere quatuor quas diſcere iuuenes conſueuerunt, literas, gymnaſticam, muſicam: addunt verò quidam figurandi peritiam, literas quidem & figurationem tanq̃ vtiles, ac valde expedientes ad vitam. Gymnaſticam verò tanq; pertinentem ad fortitudinem.

Declarat determinate quæ ſunt ſcientiæ conuenientes pueris, & primo præenumerat eas. Secundo cũ dicit. {De muſica vero.} declarat cuius gratia & qualiter ſunt in eis erudiendi. In prima parte dicit, ꝙ quatuor ſunt diſciplinæ fere, quas conſueuerũt iuuenes addiſcere in ciuitatibus quę bene gubernantur. ſ. diſciplinam literarum puta grammaticam ſeu rationalẽ vniuerſaliter, & luctatiuam, & muſicam, & artem figurandi, quæ communis eſt pictoriæ & ſcriptoriæ. ſicut valde vtiles ad operationes vitæ humanæ, & valde bona ſecundũ ſeipſas in quantum in eis aliqualiter perficitur intellectus. Gymnaſtica vtilis eſt tanquam conferens ad fortitudinem & robur iuuenum. Deinde cum dicit.

De muſica verò ambigitur. Nam nunc quidem plurimi voluptatis gratia illam addiſcũt. Veteres autem inter diſciplinas eam collocauerunt, ex eo ꝙ natura quærit vt ſæpe dictũ eſt, non ſolum in negocio recte: verũetiam in ocio laudabiliter poſſe verſari. Hoc.n. principium eſt omnium, vt rurſus de illo dicamus.

Declarat cuius gratia & qualiter erudiendi ſunt in eis. & primo facit hoc. Secundo cũ dicit. {De muſica vero.} regreditur ad inquirẽdum de muſica, vt magis appareat veritas de ea. Circa primum primo oſtendit quare & cuius gratia erudiendi ſunt pueri in muſica. Secundo cum dicit. {Ahuc autem.} cuius gratia in diſciplina literarũ. Tertio cum dicit. {Ac etiã de vtilibus.} cuius gratia in figuratiua. Quarto cũ dicit. {Similiter vero.} cuius gratia & vſq; ad quid & qualiter in gymnaſtica. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Quod igitur.} recolligit dicta. Circa primum adhuc primo oſtendit, ꝙ ſunt quædam ſcientiæ quas expedit addiſcere propter deductionem in vacatione. Secundo cum dicit. {Quapropter muſicam &c.} ex his concludit muſicam addiſcendam eſſe propter delectationem in vacatione, non propter vtilitatem. Circa primũ adhuc primo tangit: ꝙ non vacatio eſt propter vacationẽ. Secũdo cũ dicit. {Itaq; manifeſtũ &c.} ex dictis cõcludit ꝓpoſitum ſuum. Adhuc in prima parte oſtendit ꝙ non vacatio eſt propter vacationem habentem delectationem ſecundũ ſeipſam. Secundo cũ dicit. {Si.n. vtroque &c.} quod vacatio quę eſt in quiete rationẽ finis habet ſecundum ſe & quærenda eſt non propter aliud. Tertio cũ dicit. {Ocium autem &c.} oſtẽdit ꝙ vacatio in his quę ad intellectũ pertinẽt habet delectationẽ ſecundum ſeipſam & rationẽ finis. In prima parte dicit ꝙ de diſciplina muſicæ, cuius gratia iuuenes erudiẽdi ſunt in ea dubitabit aliquis ꝓꝑ diuerſitatẽ quæ accidit circa eam. Quidam enim participant ea propter delectationem quæ eſt circa

E ſenſum. Sonus.n. muſicus proportionaliter mouet auditum, cuius apprehenſionem ſequitur delectatio ſenſibilis, ſicut participant iam rurales. Aliĩ autem inſtituerunt eam vt diſciplinam quandam, videlicet propter cognitionem proportionum & ipſarũ harmoniarum ſpeculationem, propter hoc ꝙ natura humana ſecundum intellectũ appetit, ſicut ſępe dictum eſt. non ſolũ nõ vacare. i. agere operationes extrinſecas recte, ſed etiam poſſe bene vacare. i. vacando ab operationibus exterioribus intendere circa ſpeculationem. Speculatio.n. primi intelligibilis rationẽ primi principiĩ habet in operationibus. Eſt.n. vltimus finis hominis ſicut dictũ eſt prius, quamuis.n. ambo ſint eligibilia ſcilicet non vacare. i. intendere exterioribus opationibus & vacare. i. intẽdere interioribus. vacatio tamen magis habet rationem eligibilis & boni q̃ non vacare. Inquirenda eſt ergo vacatio aliqua ſicut finis omnium aliorum quæ oportet facere gratia ipſius. Sicut bellum propter pacem. & hoc ſatis oſtenſum eſt
F prius, & 10. Ethic. Deinde cum dicit.

Si enim vtroq; opus eſt: magis autem expetẽdum eſt ocium q̃ negocium. Nec id quidem in ioco. Nam ſic neceſſe foret iocum eſſe finem vitæ, ꝙ ſi ſit impoſſe, magiſq; in negociis vtendum eſt ioco. Nam qui laborant indigent relaxatione, & huius gratia eſt iocus. Negocia verò ſunt cum labore & conatu. Et ꝓpterea oportet iocum adhibere, qui tanq̃ medicinam eo tẽpore afferat. Nam relaxatio eſt huius modi motus animi & requies per voluptatem.

Quia forte aliquis crederet quod cum in ludo ſit delectatio quædam delectabilis, ꝙ ipſa haberet rõnem finis. cuius gratia alia quærenda eſſent. Et ideo oſtẽdit cõtra-
G rium huiuſmodi dicens, ꝙ quãuis non vacare eligẽdum ſit propter vacationem, nõ tamen propter eã quã exercemus ludentes. Si enim ita eſſet tunc ludus & exercitiũ in ipſo eſſet finis vitæ noſtræ, quia igitur hoc eſt impoſſibile, ludus enim laborioſus eſt & cum triſtitia & nocumento ſæpe. manifeſtum eſt ꝙ inconueniens eſt non vacationis finem eſſe ludum. & manifeſtũ eſt magis intendendum ludis in nõ vacationibus, vt magis poſſint operari, quia laborans in operando indiget requie propter reſtitutionem & ſaluationem virtutũ. Cuiuſcunque.n. eſt aliquod tempus determinatũ ad operationem agere ſi exceſſerit illud neceſſe eſt lãgueſcere, ſicut philoſophus dicit libro de ſomno, ꝓꝑ hoc indiget remiſſione illius. ludus autem propter requiem eſt, vel eſt requies quędam. Sed operari operationes exteriores accidit cum labore et fatigatione, tum propter motum membrorum pręter naturam, tum propter conſumptionem ſpirituum. Et ideo oportet ludos introducere, obſeruãtes tempus & locum
H opportunum, & alias circũſtantias ad vſum ipſorũ tanq; ad requiem adducant, & quærantur quaſi gratia farmacię. i. medicinæ. Vt ſicut medicina amara exiſtens, ad ſanitatem deducit, ita etiam ludus, & ſi ſit cum triſtitia & labore ad reſtitutionem virtutum. Remiſſio.n. motus laborioſi animæ propter delectationem conſequentem requies quędã eſt virtutum aĩæ. Sic igitur vacatio quæ in ludo rationem finis nõ habet ſed magis q̃rit̃ ꝓꝑ requiem à fatigatione quæ in operatione eſt. huiuſmodi autem requies propter ipſam operationem quærit̃. Deinde cum dicit.

Ocium aũt ipſum videtur in ſe voluptatem habere, & felicitatem, & vitam beatam, & hoc non negocioſis, ſed ocioſis exiſtit. Nam q negociatur, alicuius gratia negociatur, quod ſibi deſit. Felicitas aũt finis eſt quã nõ cum labore,

ſed

ſed cum voluptate eſſe omnes putant. Hanc ta A men voluptatem nō eandē omnes poſuerunt: ſed ſecundum ſe vnuſquiſq; : & ſecundū ſuum habitum. Optimus tamen, optimam, & eam quæ ſit ab honeſtiſsimis.

Oſtendit ꝙ in vacatione in operationibus circa ſpeculabilia eſt felicitas & delectatio ſecundū ſe. dicens ꝙ operatio circa ſpeculabilia habet ſecundum ſeipſum delectationem & felicitatem & vitam beatam: ſicut oſtenſum eſt prius. Beate autem viuere non exiſtit in non vacatione: ſed in vacatione magis. Non vacans.n.id eſt exercens operationes exteriores operaẗ gratia alicuius finis non exiſtentis in illa operatione: ſed in aliqua vlteriori. Sicut bellum exercens operatur propter ea pacem. & curreus in ſtadio currit propter brauium. Felicitas autē perfecta rationem finis vltimi habet quæ non eſt cum triſtitia: ſed cum delectatione excellentiſsima. Operationem B enim excellentiſsimam ſequitur excellentiſsima delectatio. Siquidem operationem per ſe ſequitur delectatio: ſed hanc felicitatem & operationē non eandem ponunt oēs: ſed diuerſi diuerſam ſecūdum diuerſitatem æſtimationū & habituum. Vnuſquiſq; enim operationem ſecundum habitum quem exiſtimat perfectiſsimū, ponit felicitatē eſſe & delectationem propriam ei. Secundum veritatem autem operatio quæ eſt ſecundum excellentiſsimum habitum felicitas eſt & delectatio conſequens ipſam excellentiſsimā. Habitus autem ille optimus eſt qui eſt ſecundum virtutem perfectiſsimam & reſpectu perfectiſsimi obiecti. Per iſta enim duo determinatur: puta per potentiam & obiectum. Deinde cum dicit.

Itaq; manifeſtū eſt, ꝙ oportet ad ociū quoq; degēdum addiſcere quædam & erudiri: & has eruditiones ac diſciplinas ſui ipſarum eſſe gratia. Illas vero quæ ad negocium tanquam neceſ C ſarias & gratia aliorum.

Concludit ex dictis ꝙ ſunt aliquæ diſciplinæ quærēdæ propter delectationem quæ in vacatione eſt: dicens quia in vacatione conſiſtit felicitas, quæ rationem finis habet & delectationem maximam vt dictum eſt. Ea autē quæ ſunt ad finem quærēda ſunt propter ipſum & delectationem quæ in ipſo eſt: & ſunt quædam diſciplinæ vel eruditiones ordinatæ ad felicitatem per ſe, manifeſtum eſt: ꝙ oportet ad vacationem quæ in contemplatione: & delectatione quæ in ipſa eſt addiſcere diſciplinas quaſdam & erudiri in eis: & iſtas eſſe gratia ſui ipſius tāquam bonas ſecundum ſeipſas: quāuis valeant ad felicitatem. Eas aūt quæ ordinantur ad non vacationem ſeu ad operationes exteriores, vel opera exteriora eſſe neceſſarias: quamuis non ſimpliciter bonas ſecundum ſeipſas: ſicut extrinſeca bona ad quæ ordinantur ſunt neceſſaria ad vitam ſicut organa quædam ſeu materia: & non ſimpliciter bona ſecundum ſeipſa. Deinde cum dicit.

Quapropter muſicam antiqui inter diſciplinas collocauere, nō tanquam rem neceſſariam. Nihil enim habet tale, neq; tanquam vtilem vt literæ ad lucrū & ad rem familiarem: & ad ſtudia & ad ciuiles actiones cōplurimas. Videtur quoq; figurandi peritia vtilis eſſe ad iudicandū melius artificum opera. Neq; vt gymnaſtica ad ſanitatem & robur: nullum.n.horum vidimus ex muſica fieri. Reſtat ergo ꝙ ad degendum in ocio, ad quod & apparet eam adhiberi: quā.n. putant degentiam eſſe ingenuorum hominū, in ea inſtituunt.

A Ex dictis declarat ꝙ muſica addiſcēda eſt propter eruditionem & delectationem nō ſicut neceſſaria. Et primo declarat hoc per rationem. Secūdo cum dicit. {Quapropter &c.} Per dicta Homeri. In prima parte ipſe dicit ꝙ propter prædicta antiqui muſicam dixerūt eſſe quærendam propter eruditionem & delectationem quæ in vacatione, & non propter aliquā vtilitatem extrinſecam. Neceſſe eſt enim muſicā quærere, aut propter neceſſitatem extrinſecorum bonorum: aut propter delectationē quæ eſt in vacatione: & non propter aliquam vtilitatē extrinſecam. Omnis enim ſciētia, aut ꝓpter hoc: aut illud quæritur. Speculatiua quidem propter delectationem quæ in vacatione: practica autem propter opus. Sed ipſa non eſt quærenda propter neceſſarium vel vtile aliquod extrinſecum. Non enim ſecundum ſe eſt vtilis ad acquiſitionē pecuniarum ſeu iconomiam: ſicut ſcientia literarū vtilis eſt ad iſtas & ad doctrinam aliarum: & ad actiones politicas multas nec etiā vtilis eſt: ſicut videtur figuratiua eſſe B vtilis ad recte iudicandum artificum opera vt non decipiantur. Nec etiam eſt vtilis ad ſanitatē & robur per ſe: ſicut luctatiua. Neutrum enim iſtorum facit muſica per ſe: quāuis quandoq; faciat per accidēs. ergo relinquitur debere ipſam addiſcere propter ſcire & deductionē quæ in vacatione eſt: ad quod antiqui ſapiētes ordinauerunt ipſam: delectationem enim quam credunt eſſe liberorū: & in qua eos exerceri dicunt fieri per muſicam ad hoc eā ordinantes. Deinde cum dicit.

Quapropter Homerus in poemate ſuo ita inquit. Sed quale eſt vocari ad menſam opipare paratam. Deinde nominās quoſdam alios, ſubdit & Cytharedū qui omnes demulceat: & alio loco ait Vlyxes, optimam eſſe degēdi rationē: quando lætis hominibus conuiuæ audiunt Cytharedum ſedentes per ordinem.

C Declarat hoc per dicta Homeri tria: quæ imperfectē ponit. Dicit igitur ꝙ propter prædicta Homerus in quodam metro ita inquit de ipſa quaſi aduerſando quibuſdā dicentibus ipſam eſſe neceſſariam dicens ita nō eſſe. Sed contingit delectari in ea per ſe ſicut vocari ad epulas delectabile eſt per ſe multis. Et iterum in alio metro dicēs alteros quoſdam eſſe qui dicunt cantatiuam naturam: hoc eſt muſicam eſſe valde delectabilē: ſicut delectantē oēs. Et in aliis introduxit Vlyxem dicentem hanc eſſe optimam hominum delectationē ipſis gaudentibus in epulādo ſi audiant cantilena, muſicas: à Cytharedo ipſi dico reſidentes. In primo autem dicto dicit habere omnem delectationem abſolute. In ſecundo delectationē vniuerſalē. In tertio optimam. Deinde cum dicit.

Quod igitur ſit diſciplina quædam, quā non vt vtilem, neq; vt neceſſariam docēdi ſunt filij: ſed vt liberalem & honeſtam, manifeſtum eſt: D Vtrum aūt vna ſit numero: an plures: & quænam iſtæ: & quomodo: poſterius dicet. Nunc tantum id præmiſſum ſit quòd apud antiquos habemus teſtimonium ex his diſciplinis quas diximus. muſica enim hoc manifeſtat.

Recolligit dicta: dicens ꝙ ex his quæ dicta ſunt manifeſtum eſt ꝙ eſt aliqua diſciplina in qua erudiendi ſunt pueri: non ſicut in vtili aut neceſſaria propter extrinſeca bona: ſed ſicut in liberali & honeſta ſecundum ſeipſum. Verum aūt ipſa ſit vna vel plures ſecundū numerum: & ſi ſint plures quæ ſunt hæ: & qualiter addiſcendæ poſterius determinabiẗ. Nunc aūt tm̄ præmanifeſtū eſt nobis ꝙ ab antiquis habemus teſtimoniū quoddam. ꝙ ſunt aliqua erudimenta puerorum liberalia & honeſta ſm̄ ſe: & ꝙ muſica hoc operatur manifeſte. Deinde cum dicit.

Ac

Ac etiam de vtilibus, quod aliqua addiſcere pueros oportet. Non modo propter vtilitatē: vt patet in literis: verū etiam propter multas diſciplinas alias, quæ per literas addiſcuntur.

Declarat cuius gratia addiſcenda eſt ſcientia literarū: dicens: ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ oportet pueros erudiri in quibuſdam diſciplinis vtilibus: nō tantum propter vtilitatem exteriorū quæ ſequitur ex eis: ſed propter hoc ꝙ ad ſcientias & ad liberales actiones valent. ſicut in ſciētia literarum quæ non tantum vtilis eſt ad extrinſeca bona: ſicut dictum eſt prius: & propter hoc addiſcenda: ſed etiam propter hoc ꝙ per ipſam contingit fieri eruditiones multas in alijs ſciētijs: puta eas quæ fiunt per diſciplinam audiendo ab alio ꝙ non fit niſi per ſermonem ſignificatiuum: cuius ſignificationem & rationem modi ſignificandi: ſimul autem & ordinationem conuenientem docet prædicta ſcientia. Deinde cum dicit.

Similiter vero figurandi peritiam, non vt in venundando emendoq; vaſa, non decipiantur ſed potius quia contemplari facit pulchritudinem corporum. Quærere enim vtilitatē vbiq; minime congruit magnanimis & ingenuis hominibus.

Declarat cuius gratia erudiendi ſunt in figuratiua: Dicēs ꝙ ſimul expedit pueros erudiri in figuratiua quę ſub ſe cōtinet ſcriptiuam & pictiuam: aut etiam ſcultiuam. non ſolum vt non decipiantur in vendendo propria ſed etiam vt ſint in ſe dubitabiles circa emptionem & venditionem vaſorum vniuerſaliter: quorum valor præter eū qui materiæ cognoſcitur per artem prædictam: quod ptinet ad vtilitatem: aut magis erudiendi ſunt in ea: quia per ipſam magis poſſunt conſiderare pulchritudinē corporum quæ conſiſtit in debita proportione quantitatis membrorum adinuicem: & ad totum & etiam ad colorē quod eſt bonum & delectabile ſecundum ſeipſum. Et huiuſmodi gratia erudiendi ſunt magis liberi & magnanimi: quærere enim in omnibus vtilitatem in exterioribus bonis: & illud quod amplius eſt in eis non congruit liberis & magnanimis ſecūdum quod huiuſmodi. Liberi.n. ſunt vigentes intellectu magis q̃ ſm corpus. Et ideo magis intendūt bonum ſm intellectū q̃ ſecūdū corpus & q̃ exteriora: magnanimi enim ex inclinatione animi & virtute habitus inclinantur ad maxima & honorabiliſſima quæ ſunt bona ſecundum intellectum. & ideo reſpectu iſtorum deſpiciunt extrinſeca bona. Vnde dicit philoſophus quarto ethi. ꝙ neq; bene fortunatus gaudioſus erit: neq; infortunatus triſtis. & etiam bonū corporis. Vnde dicit in eodem ꝙ eſt magnorum factiuus: & cum periclitetur in magnis & bonis non parcens vitæ. & ideo ad liberū & ad magnanimū pertinet magis quærere pręeminentiam in bonis quæ ſecundū intellectum ſunt, q̃ in bonis exterioribus & ſecundum intellectum magis amare ſeipſum: ſicut idem philoſophus dicit in nono Ethicorū. Deinde cum dicit.

Cum vero manifeſtum ſit, vtrum moribus an ratione ſit diſciplina tradēda: & an circa corpus primo: vel circa mentē: patet ex his, ꝙ adoleſcentes gymnaſticæ & pedrotriuicæ ſunt tradendi: quarum altera qualem aliquam facit habitudinem corporis, altera operationes.

Declarat cuius gratia & quibus & qualiter exercitandi ſunt in luctatiua ſeu agonaſtica. Et circa hoc primo manifeſtat cuius gratia. Secundo cū dicit. {Nunc aūt &c.} qualiter & in quibus agonibus. Primo igitur dicit quoniam ex his quæ dicta ſunt prius: iam manifeſtū eſt verū

E erudiendi ſunt prius in conſuetudinibus diſponentibus appetitum vel in his quæ pertinent ad intellectum: quo etiam ſecundum appetitum prius & etiam circa corpus prius: q̃ circa intellectum manifeſtum eſt ꝙ pueri in hac ętate tradendi ſunt luctatiuæ & etiam pedotriuicę: quarum prima facit bonum habitum corporis ad fortitudinem & ad armorum vſum. Secunda autem bene dirigit & regulat operationes ipſorum in ordine: dicit aūt pedotriuica diſciplina qua pedonomus dirigit operationes puerorum ad virtutem: a pedos ꝙ eſt puer & triue quód eſt exercitium. Deinde cum dicit.

Nunc autem quæ ciuitates curā habere puerorum maxime videntur: partim athletarū habitudinem inducere ſtudent: in quo deformāt corpora: ac augmētationem eorum impediūt. Lacones vero in hoc quidem non errant: ſed efferatos laboribus reddunt adoleſcentes, quaſi F hoc vtile ſit maxime ad fortitudinem.

Primo declarat qualibus agonibus erudiendi ſint. Secūdo cum dicit. {Quod igitur &c.} quo ordine: & circa primū adhuc primo declarat ꝙ nō in nimijs laboribus. Secundo ex hoc cōcludit magis erudiendos eſſe indignis & humanis agonibus: cū dicit. {Itaq; honeſtas &c.} Primum probat reprobando opinionem & vſum contrariū quæ primo ponit. Secundo cum dicit. {Atqui vt} improbat. In prima parte ipſe dicit ꝙ nūc ciuitates quę magis videntur habere ſollicitudinem de bono habit puerorū inducūt in eis habitum athleticum. i. habitum ad robur athletæ exercentes eos in operationibus laborioſis: tollētes pulchritudinem corporum: & augmentum impedie̅tes propter exceſſum laboris in eis. Lacedæmonij.n. qui magnam curam habuerunt de eis peccauerunt manifeſte iſto peccato, facientes eos efferatos in huiuſmodi operationibus: ac ſi huiuſmodi efferatio conferret maxime G ad fortitudinem bellicam. Deinde cum dicit.

Atqui, vt iam ſępius diximus: neq; ad vnam virtutem: neq; ad hanc maxime reſpiciendum eſt ab eo, qui curam facit inſtitutionis.

Reprobat vſum & opinionem iſtorum. & primo in hoc ꝙ eos exercitabant tantum ad vnam virtutem. Secūdo cum dicit. {Et ſi ad &c.} quia nec ad illam bene in prima parte dicit ꝙ prædictæ ciuitates ſic exercitabant pueros propter fortitudinem: quāuis manifeſtum ſit ſicut dictū eſt prius ꝙ non expedit futuros bene gubernare exercitari tantum ad vnam virtutem, ſed magis ad omnes. Siquidem felicitatē oportet habere omnes virtutes vt probatum fuit: ipſi autem tantum exercitabāt eos ad vnam. Iterum dato ꝙ ſufficiat exerceri ad vnam maxime: non tamen ad hanc quam ipſi opinabantur: puta ad fortitudinem. Maxime enim expedit exercitari ad optimā virH tutem. Optima autem virtus non eſt fortitudo: ſed aut iuſtitia aut prudentia magis. Deinde cum dicit.

Et ſi ad hanc, non tamen id conſequuntur: neq; enim in alijs animalibus: atq; in gentibus videmus fortitudinem adeſſe maxime efferatis, ſed potius manſuetioribus & leoninis moribus. Multæq; ſunt gētes quę ad cędes hominū, & ad eorum comeſtionem inſultant, vt circa pontū Achęi & Eniochi: & ex mediterraneis aliæ gentes: ſimiliter his vel magis: quæ quidē gentes clanculum per inſidias latrocinātur: ad bellica tamen opera nihil valent.

Oſtendit ꝙ neq; ad hanc conuenienter exercitabant eos per duas rationes: quarum ſecūdam ponit cum dicit.

{Præterea

{Præterea ſcimus &c.} In prima dicit φ & ſi expedit pueros exercitari maxime ad fortitudinem ſecundũ opinionē ipſorum: tñ non bene inuenerũt agones & modos exercitandi ad ipſam exercitantes eos in operibus ad crudelitatem & immiſericordiam, puta in homicidijs, rapinis, & alijs huiuſmodi. Et hoc apparet: quia neq; illa aſalia bruta magis aſſequuntur fortitudinem ſecundum veritatem quæcunq; ſunt ſilueſtria, & crudelia magis, puta lupus aut draco: ſed magis illa quæ habent mores miriores & leoninos, & ſunt magis aſſueta prædictis, ſicut leo qui fortiſsimus animalium dicitur eſſe & multas habere proprietates ſimiles proprietatibus quarũdam virtutũ. Et canes quidam qui ex hoc etiam nobiles dicuntur, nec etiam gentes quæ magis crudeles & immiſericordes ſunt magis habent fortitudinem ſecundum veritatem: multę enim inueniuntur quæ inclinantur vel ex natura quadã corrupta: vel ex conſuetudine ad interficiendũ homines & comedendũ carnes humanas. Sicut Achæi & Eniochi dicuntur & circa pontum habitãtes: ſicut etiam tartari. Similiter & aliæ gentium non habitautium iuxta mare quædam ſunt ſimiles prædictis. Quædam autē ſunt quæ inclinantur ad rapinas & latrocinia faciēda, & tamē oēs iſte participant parum fortitudine. Quare exerceri in huiuſmodi operibus ad crudelitatem pertinentibus non eſt exercеri ad fortitudinē veram. Fortitudo enim vera habitus eſt in medietate conſiſtens quæ circa timores & audacias ſufferentes faciens, & periculorũ & mortis qñ oportet & vbi & boni gratia ſm quam oportet, qñq; aliquos aggredi, aliquãdo refugere, aliqñ interficere, & aliqñ parcere. Exercitati autem in operibus feralibus quãuis multum aggreſsiui ſint, non tamen boni gratia, non conſiderantes qñ & vbi oportet, nec etiã parcentes cuicunque. Deinde cum dicit.

Præterea ſcimus Lacones, dum ipſi ſoli exercebantur præſtitiſſe cęteris: nunc autē eſſe alijs inferiores. Non enim ob id præſtabant, φ iuuētutē exercerent: ſed φ ipſi exercitati contra nõ exercitatos pugnabant.

Ponit ſecundam rationem dicens φ adhuc nos ſcimus φ Lacedæmonij quãdiu exercitauerunt ſe in huiuſmodi laboribus præualuerunt vicinis pręliantes aduerſus eos, nunc autem deficiunt ab alijs quibuſdam vicinis eorum in agonibus luctariuis & bellicis non habentes artem luctandi & modum & prudentiam bellandi ſicut alij habent. Et ideo non dominatur nunc. Non enim differebãt prius ab alijs pręualentes eis propter hoc per ſe φ exercitabant pueros ad habitus ferales. Sed quoniam exercitati in talibus habitibus pugnabant cum eis qui ad hoc nõ ſtuduerant omnino: pręualet enim aliquis quandoq; alicui quia ipſe exercitatus eſt ad pręlium. Alter vero non, aut propter inexperientiam & inexercitium eius cui pręualet quãuis præualens non habeat artem bellandi. Nũc autem vicini eorũ exercitati ſunt in luctatiua arte & bellica. Et ideo præualent eis feralibus exiſtentibus: nõ exercitatis autem in artibus prædictis. Deinde cum dicit.

Itaq; honeſtas ac non feritas, eſt in certaminibus præferenda: neq; enim lupus: neq; alia beſtia honeſtum periculũ pugnando ſubiret: ſed magis vir bonus. Qui vero adoleſcētes in hoc nimium tradunt, & in neceſſarijs abſq; diſciplina dimittunt: vere illos ſordidos reddunt. At vnum enim opus reipublicæ vtiles faciunt: & illud ipſum deterius: vt ratio oſtendit.

Concludit ex dictis φ magis exercitãdi ſunt pueri in agonibus humanis & in ordinatis ad virtutem. Et primo facit hoc. Secundo cum dicit. {Oportet autem &c.} remouet obiectionem quæ poſſet fieri. Primo igitur dicit

A quoniam prædictæ ciuitates non conuenienter erudiunt pueros exercitantes eos in feralibus operibus: manifeſtũ eſt φ magis expediens eſt multum præexercitare eos in agonibus & actibus ad bonum deducentibus q̃ in feralibus. Quia nec lupus nec alia aliqua fera quãtuncunque crudeles ſint non bene ſe haberent in experiēdo aliquod periculũ bonũ. Similiter nec homo habens proprietates ipſorum propter declinationem a ratione recta ad alterũ extremum, ſed vir ſtudioſus ſecundum rationem operãs magis. Quicunq; vero permittũt pueros exercitari in huiuſmodi & ſine pedagogo in neceſſarijs faciunt eos ſordidos, hoc eſt depreſſos ſecundum intellectum. & magis intendentes bonum corporis, & diſponunt eos ſecundum veritatem ad vnum opus reipublicæ, puta ad robur corporis, quãuis magis expediret eos eſſe diſpoſitos ad plura vel ad oīa. Et iterum ad illud vnũ multo deterius diſponũt ipſos q̃ alij ſecundũ φ dixit ratio vel ſermo prius. Sed quia aliquis poſſet dicere φ exercitatio in feralibus
B expediētior eſſet ciuitatibus, quoniã antiqui in talibus exercitati præualuerunt alijs, ſicut Lacedæmonij, hoc remouet. Conſequenter cum dicit.

Oportet autem non ex prioribus operibus: ſed ex his quæ nunc fiunt, iudicare. Nam nunc quidem illi qui repugnant, diſciplinam habent tunc vero non habebant.

Dicens φ de his quæ conueniunt ciuitatibus & rebuſ publicis rectis non debemus iudicare ex operibus ciuitatum antiquarum & ex diſpoſitionibus priorũ hominũ omnino, ſed magis ex his quæ fiunt nunc. Antiqui. n. pugnabant cõtra inexercitatos & inſuetos ad arma, contra quos non erat neceſſe habere multum exercitium & artē ipſorum, parum enim exercitati poterant eis præualere. Nunc autem homines ſunt exercitati in agonibus & vſu armorum magis, & ideo diſciplinæ & eruditiones in talibus nunc habent opus & locũ magis contra tales q̃ prius
C haberent. Deinde cum dicit.

Quòd igitur vtēdum ſit gymnaſtica: & quomodo vtendum, confeſſum exiſtat. Vſq; enim ad pubertatem leuiores exercitationes ſunt adhibendæ abſq; victu illo violento, & laboribus coactis: ne corpora creſcere impediãtur. Signũ erit non paruũ, φ ita contingat: quia inter eòs qui olympia vicerunt, duo vel tres tãtum reperiuntur qui idem adoleſcētes, & viri, ſint victoriam conſecuti. Propterea φ per exercitationes pueris adhibitas, ſublata ſit vis ac robur a violentis laboribus.

Manifeſtat quo ordine ſunt exercitandi in iſtis. & primo oſtendit φ vſq; ad pubeſcentiam cõtinue erudiendi ſunt in facilioribus. Secundo cum dicit. {Poſt pubertã-
D tem &c.} quod in ſequenti ætate exercitandi ſunt in intēſioribus, & debent vti alimentis ſiccis magis q̃ prius. In prima dicit φ cum ex dictis manifeſtum ſit φ pueri exercitãdi ſunt in luctatiua quæ inclinat ad habitus morales virtutum. manifeſtum etiam poteſt eſſe qualiter & quo ordine ſunt exercitandi: vſq; enim in finem pubeſcentiæ exercitandi ſunt in leuioribus exercitijs & moderatis magis reicientes ab eis exercitium violentũ, & labores qui ordinantur ad neceſsitatem vitæ qui ad ſeruos pertinent ita vt per violentiã per talia non fiat aliquod impedimētum ad incrementum & bonam diſpoſitionem corporis. Per labores enim immoderatos debilitantur virtutes & complexio. Signum autem φ exerceri in facilioribus valet ad bonam diſpoſitionem corporis: exerceri autem in violētis grauat. eſt quia ſi ponamus φ aliquis vir exercitatus recte prius inueniat duos alios homines in violētis exercitatos in iuuentte vt in olympiacis continget

iſtum

ſtum deuincere illos viros iam exiſtentes perſectos ſecundum ætatem: quamuis pueros ſecundum ſortitudinem, propter hoc ꝙ exercitia violēta & neceſſaria abſtulerunt ab huiuſmodi iuuenibus in prima ætate potentiā & vigorem. Deinde cum dicit.

Poſt pubertatem vero, cum annis tribus ad alia perdiſcēda intenderint: tunc congruit & laboribus, & victu neceſſario, illos occupare. Nā ſimul mente & corpore non oportet, cum ſe inuicem impedire nata ſint. Labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.

Declarat in quibus exercendi ſunt in ætate ſequēti: dicens, ꝙ quando ſiunt apti ad alias eruditiones ſortiores: puta poſt pubeſcentiam vel poſt tres annos ſequētes vel circa, tūc expedit eos exercitari in exercitiis magis laborioſis, conuenientibus tamen ætati, ita vt ſicut natura magis & magis perficitur, ita plus & plus addatur ad exercitia proportionaliter. & tunc etiam expedit eis magis adminiſtrare alimentū ſiccum, quod magis diſponit ad fortitudinem. Sed cauēdum eſt ꝙ ſimul non exerceantur in eis quæ pertinent ad bonam diſpoſitionem intellectus & ad bona corporis per ſe. Cōtrariantur enim ſibi inuicem & cōtraria operantur, & labor in exercitio corporali impedit intellectum, & labor in his quæ ad intellectū & diſpoſitionem corporis. Cuius ratio eſt, quia quādocunq; aliquæ duæ potentiæ ſundantur in aliqua ſubſtantia vna intēſio in actu vnius remittit operationem alterius. quia omnis virtus diuiſa minor eſt ſeipſa vnita. Potentia autē ad operationem corporalem, puta ad augmentationem & nutritionem, & potētia intellectiua ad vnā ſubſtantiā pertinent. Et ideo intēſio in actu alterius impedit aliam.

LECTIO XI.

Num ciuis muſicam addiſcere debeat.

DE muſica vero dubia quædam poſuimus antea, & nunc rectum erit illa reſumere, vt tanquam conſentanea fiat rationibus quas quid de ea dicens oſtendat.

Poſtquam philoſophus oſtēdit quæ ſunt diſciplinæ in quibus conſueuerūt pueri erudiri in ciuitatibus, & cuius gratia erudiendi ſint in eis. Regreditur nunc ad declarandum certius cuius gratia erudiendi ſint in muſica: & qn̄ & in quibus partibus eius. Et circa hoc primo præmittit intentionem ſuam & cauſam intenti. Secūdo cum dicit. {Quod igitur &c} proſequitur. Circa primum præmittit intentionē ſuam. Secundo cum dicit. {Neque.n.&c.} aſsignat rationē ipſius recolligēdo quædam dicta prius. Primo igitur dicit ꝙ diſciplina muſicæ quædam dubitando rationabiliter diximus prius. Et ideo vt dubium certificetur, bene expediens eſt nunc producere ſermonē de ipſa reſumentes quæ dicta ſunt prius vt ſint ſicut aditus rationibus, quas aliquis faciet determinando de ipſa. Deinde cum dicit.

Neq; enim facile eſt demonſtrare quam potentiam habeat, neq; cuius gratia illam adipiſci oportet, vtrum ſolatij cauſa & requietis, quemadmodū ſomnus & potus. Nam hæc per ſeipſa non ſunt honeſta, ſed iocunda, & ſimul ceſſare curas faciunt, vt inquit Euripides. Quapropter inſtituunt in illa, & vtuntur cunctis iſtis ſimiliter, ſomno, & potu, & muſica. In his quoq; ſaltationem poſuerunt: An magis putādum eſt ad virtutem tendere muſicam, vt potentem. Quē admodum gymnaſtica tale aliquod corpus reddit, ſic & muſica talem aliquem morem efficere aſſueſacientem poſſe recte lętari. An ad degendi rationem aliquid confert, & ad prudentiam. Nam hoc tertium ponendum eſt ex his quæ dicuntur.

Recolligendo quædam dicta prius aſſignat rationem intenti dicens, ꝙ certius determinādum eſt de ipſa, quia non eſt facile cognoſcere de ipſa quā virtutē & potentiā & cuius factiua habeat, & etiam vtrum participandum ſit ea cauſa ludi & requiei, ſicut aliqui requirunt ſomnū vel ebrietatem. Somnus enim & ebrietas ſecundū ſe nec bona nec ſtudioſa ſunt. vtrunq; enim in potentia quadā eſt operationum: & tamen delectabilia ſunt hominibus. Somnus quidem propter remiſsionem laboris & requiē. Ebrietas autē quia delectabilis eſt propter ſpirituū multiplicationem, & iterum faciunt ceſſare ſolicitudinem de agibilibus. Non enim ſollicitat de agibilibus qui non cōſiderat de eis. Somnus autem & ebrietas conſiderationē remnuent & rationis vſum. Et propter delectationē hāc & remotionem ſolicitudinis quidam ordinant ipſas: & vtuntur conſimiliter ad iſta vino ebrietate & muſica, addunt autem aliqui iſtis ſaltationem. Non eſt igitur facile diſſerere de muſica an quærēda ſit propter hoc. Aut magis exiſtimandum ſit ipſam valere ad virtutem tanquam potentem morem qualem quendam facere in aſſueſcendo recte iudicare & delectari ſecundum rationem, ſicut exercitatiua quale quoddā corpus efficit & diſponit ad virtutem. Ad deductionem autem & prudentiam cōfert aliquid, ſicut videbitur. etenim hoc ponendum eſt tertiū eorum cuius gratia quęrenda eſt. Eſt autem intelligendū ꝙ ſonus harmoniæ muſicę primo comprehenditur ab auditu, & cum proportionaliter mouet ipſum & ſecundum mediam rationem, in qua conſtitutus eſt delectationē inducit, & huic delectationi poſſunt participare oēs. Sed vlterius in intenſione ſoni harmoniaci intellectus cōſiderat rationē & cauſam proportionis quaſi aliquod intelligibile ſecundum ſeipſum, in quo eſt quædam perfectio intellectus, quā videtur hic philoſophus vocare degendi rationem. & hęc eſt vna cauſa propter quam dicet ſtatim quærendam eſſe muſicam. Scilicet propter cognitionem veritatis in ea, iſtam autem cognitionem veritatis de proportionibus muſicalibus conſequitur delectatio intellectualis: ſicut omnem operationem intellectualem. Et hæc eſt alia cauſa propter quā dicit philoſophus eam eſſe quærendā: non tamen ſeorſum nominat eam a delectatione de qua dictum eſt prius, vel a degendi ratione. Sed iudiciū de proportionibus harmoniacis & delectatio conſequens ſunt de his quæ ſunt ſecundum rationem rectam, & ſimilia his quę ſunt ſecundum virtutem. Et propter hoc exercitiū in iudicando de ipſis, & in delectando circa ipſas eſt quodāmodo exercitium ad ea quæ ſunt ſecundum virtutem, ſicut dicetur conſequenter. Et ſecundum hanc viam muſica dicitur habere potentiā ad mores, & hoc eſt tertium, cuius gratia expedit ſecundum philoſophum exercitari in ea. Deinde cum dicit.

Quod igitur oporteat pueros nō ſolatij gratia diſcere, maniſeſtum eſt. Non enim ſolantur diſcentes, nam cum labore eſt diſciplina.

Proſequitur producens ſermonem de ipſa ad veritatis inquiſitionem. & primo procedit circa prædicta diſputādo. Secūdo cum dicit. {Prima vero quæſtio &c.} magis determinādo veritatem. Circa primum primo arguit ꝙ pueri non ſunt erudiendi in muſica cauſa ludi nec deductionis. Secūdo cū dicit. {Eadē quoq; dubitatio.} quod non propter virtutem. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. {Sed forſan videbitur.} ponit opinionem quorūdam cōtra quoddam dictum & arguit in contrarium. Circa primum primo arguit ꝙ nō ſint erudiendi in ea cauſa ludi, dicēs ꝙ ex ratione ſequēti maniſeſtū

manifeſtum eſt ꝙ iuuenes non ſunt erudiendi in muſica
cauſa ludi, ludus enim non quæritur niſi pp delectationē
quæ in eo eſt. Illud igitur non eſt quærendum pp ludum
quod delectationē oon habet. ſed addiſcere in pueris de-
lectationem non habet: eſt enim eis cum triſtitia quia la-
borioſum. & quia non apprehēdunt bonum quod eſt in
eo. ergo ab eis non eſt quærēdum addiſcere muſicam vel
quodcunq; aliud propter ludum. Deinde cum dicit.

Atqui nec degēdi rationem pueris, neq; illi
ætati cōgruit attribuere. nulli enim imperfecto
competit perfectio.

Arguit ꝙ nec propter deductionem dicens: ꝙ adhuc
pueris & aliis ætatibus ſimilibus ſecundum morē pueria
non oportet attribuere dgendi rationem quæ eſt vt di-
ctum eſt pfectio intellectus in cognitione veritatis. Per-
fectio autem in cognitione veritatis quodāmodo ratioē
finis habet & ſecundum ſe boni. Finis autem & bonū per
ſe non congruunt pueris & ſimilibus ſecundum ætatem
hanc, quia finis ſecundum ſe debetur ei quod perfectum
eſt. pueri autem & ſimiles ſecundum ætatem hanc imper
fecti ſunt. Deinde cum dicit.

Sed forſan videbitur puerorum ſtudium ſo
latij eſſe gratia viris factis & perfectis. Quod ſi
hoc tale eſt, cuius gratia oportet ipſos addiſcere
ac non potius inſtar Perſarum Medorumq; re
gum per alios idem faciētes, voluptatis ac diſci-
plinę participes fieri, Etenim neceſſe eſt melius
perfici ab his, qui hoc opus ſuum fecerunt & ar
tem quam ab his: qui tanto ſolum tēpore in eo
laborauerunt quanto addiſcunt. Quod ſi opor
tet in his eos laborare: ſimiliter, & circa epula-
rum apparatum oportebit vtiq; eos addiſcere:
quod eſt abſurdum.

Ponit opinionem contrariam cuidam dicto dicens pri
mo ꝙ forte aliter videbitur contra illud quod cōcluſum
eſt per primam rationem ꝙ pueri erudiendi & exercitā-
di ſunt in muſica non gratia ludi ſeu delectationis ſecun-
dum ſenſum inexiſtentium. tunc quando erudiuntur vel
exercitantur. tunc enim non inſunt ſicut concludit ratio:
ſed futurorū in ætate perfecta quādo erunt iam viri per-
fecti. Sed ipſe contra hoc arguit cum dicit. (Quod ſi hoc
tale.) dicēs: ꝙ ſi propter delectationem futuram in ætate
perfecta quærenda eſt muſica non oportet ipſos futuros
perfectos addiſcere ipſam cum ſunt pueri: ſed ſicut reges
Perſarum & Medorum delectari in actibus muſicalibus
exercitatis per alios cantatores, vel hiſtriones, non per ip
ſos. Similiter enim vidētur delectari & erudiri cum exer-
cētur per alios, ſicut cum per ſeipſos. Sed ipſe ſoluit ratio-
nem hanc cum dicit. (Etenim neceſſe eſt melius &c.) di-
cens: ꝙ immo expedit magis ipſos pueros addiſcere &
exercitari in ea propter delectationem futuram in ætate
perfecta: quia eſt neceſſariū eos qui exercitati ſunt in ope
ribus ſecundum aliquā artem & ex illis acquiſierunt ha-
bitum ipſius melius facere operationem quæ ſecundum
illam ꝙ hi qui laborauerunt aliquāto tēpore in ea quan
tum addiſcere ꝓpter lucrum proprium, & delectationē
aliorum: ſicut exercitatus in operibus cytharizādi: & ex
hoc habens habitum melius cytharizat & magis delecta
tur. Operationes enim conſuetæ & quæ ſunt ſecundum
habitū magis ſunt delectabiles: ſicut innuit philoſophus
ſecundo Rhetoricorum. Dicit tamen interpres ꝙ ante illā
literam. (Etenim.) neceſſarium videtur ſibi aliquid defi-
cere conſequēter cum dicit. (Quod ſi oportet) arguit con
tra ſolutionem prædictam dicens, ſi oportet pueros addi
ſcere muſicam, quia melius operantur in ætate perfecta,
& magis delectantur, tunc eadem ratione oportebit eos

A laborare circa præparationem pulmentorum & alia ſer-
uilis vt melius ipſimet operenī & delectentur poſterius.
Sed hoc eſt inconueniens. ergo & primum videbitur eſſe
inconueniens. Sed manifeſtum eſt ꝙ non eſt ſimile quia
muſica & operatio quę ſecundum ipſam liberales ſunt et
delectationem & deductionem liberales habent quæ de-
cent liberos. præparatio autem pulmenti & aliorum ſer-
uilium, nec deductionem nec delectationem habent libe
ralem ſecundum ſeipſa, ſed ſunt ſeruilis: & ideo cōueniūt
ſeruis & nullo modo liberis. Deinde cum dicit.

Eadem quoq; dubitatio cadit, ſi poſſit mo-
res facere meliores. Quid enim opus eſt eos hęc
addiſcere, ac non ex aliis audientes recte lætari,
& iudicare poſſe, quemadmodum Lacones. illi
enim quanquam non didicerint: poſſunt tamē
recte iudicare, vt aiunt: quæ ſit bona vel nō bo
B na melodia.

Arguit ꝙ non oporteat in ea erudiri iuuenes pp mo-
res per duas rōnes: quarum ſecundam ponit cum dicit.
(Conſiderare hoc.) Circa primum primo ponit rōnem.
Secundo cum dicit. (Eadem quoq;.) extendit eam ad pro
bandum ꝙ non valet ad deductionē liberalem. Dicit igi
tur primo ꝙ eadē rō quæ dicta eſt prius facit dubitare:
ſi muſica poteſt meliores ſm mores facere, & pp hoc ad-
diſcenda ſit non. n. poteſt meliores ſm mores facere: niſi
pp conſuetudinem iudicando & delectando circa ea quę
ſm rōnem ſunt. Sed ad recte iudicari & delectari propor
tionibus muſicalibus non oportet ipſoſmet addiſcere mu
ſicam. audientes. n. ab aliis iſta vidētur poſſe facere ſicut
Lacedęmonij. ipſi enim met nō addiſcunt muſicam & tñ
poſſunt recte iudicare vt dicunt melodias bonas & oon
bonas. ergo non oportet eam ipſoſmet addiſcere. Sed eſt
intelligendum ꝙ mentiuntur Lacedæmonij dicētes ſe re
C cte poſſe iudicare melodias nō edocti prius. Nullus enim
recte iudicat niſi quæ nouit. Non nouit aūt niſi quæ acce
pit vel inueniendo per ſe vel addiſcēdo ab alio ſm Ariſt.
in elenchis. ergo nullus poteſt recte iudicare niſi de his ꝗ
didicit. Sumitur aūt hic addiſcere ſecundum ꝙ cōiter ſe
habet ad accipere ab alio, vel inuenire per ſeipſum, ad ꝓ
poſitum enim non refert. Deinde cum dicit.

Eademq; ratio foret ad ſolatiū & ad rationē
degēdi ocij, libero homine dignam. quid enim
oportet eos diſcere ac non aliis vtentibus frui?

Extendit eam ad probandum de deductione dicēs: ꝙ
eadem ratio dubitare facit, ſi vtendum eſt ipſa muſica ad
diſcendo eam pp deductionem & occupationem diutur
nam, ſunt. n. liberales. Poſſunt enim occupari & deduci
æqualiter vt videtur circa muſicalia & ipſis & aliis ope-
rantibus. Deinde cum dicit.

D Conſiderare hoc licet ex opinione quā habe
mus de diis: non enim Iuppiter cātat, aut cytha
ram pulſat ſecundum poetas; immo illos qui ta
lia faciunt, appellamus viles, & opus illud non
viri, neq; ſobrij, ſed iocantis. At enim de his po
ſtea erit conſiderandum.

Ponit ſecundam rationem & loquens ſecundum opi-
nionem gentilium qui multitudinem deorum ponebāt,
inter quos Iouem principalem credebant. dicit ꝙ ad de
clarationem eius quod dictū eſt expedit conſiderare exi
ſtimationem quam habemus de diis: & de his quæ circa
ipſos, & etiam ea quę dicūt poetæ de ipſis. Iuppiter enim
qui exiſtimatur principalis ſecūdū eos & cui attribuunt
actiones liberales non cantat nec cytharizat poetis: hoc
eſt poetæ non attribuunt ſibi has operationes: quamuis
attribuant

attribuant ei auditũ & iudicium de talibus: ſed illos qui exercẽt operationes tales vocamus viles magis & adhuc recte agere actiones liberales non intereſt viri inebriati aut etiã ludẽtis. Sed cantans muſicalia, aut quaſi inebriatus eſt: aut ſicut ludens, ergo cantare muſicalia non eſt viri perfecti. Et poſſet hæc eſſe tertia ratio principalis. & adiungit ꝙ de his forte conuenienter fiet conſideratio. Deinde cum dicit.

Prima vero quæſtio eſt, vtrum muſica ſit in ioco reponenda vel non: & quid poteſt efficere de his tribus, in dubitatione propoſitis: vtrũ diſciplinam an ſolatiũ, an rationẽ ocij degendi.

Determinat veritatem circa prædicta: & primo refumit dubitationes. Secundo cum dicit. (Rationabiliter.) diſſoluit eas. Dicit igitur primo ꝙ prima quæſtio de muſica eſt, vtrum ſit ponenda diſciplina quædam ad virtutẽ moralem ſecundũ ſe appetibilis aut nõ, & quid poteſt & quã virtutẽ habet. Iterum quæ dubitata ſunt prius: vtrũ diſciplinæ aut ludi aut deductiones. Deinde cum dicit.

Rationabiliter quidẽ ad omnia inſtituitur: & videtur omniũ particeps. nam & iocus gratia requietis eſt: ac requietem neceſſe eſt eſſe iocundam, eſt enim medicina moleſtię illius, quę per labores ſuſcipitur. & ratio degendi ocij nõ ſolum honeſtatem habere debet, verum etiam voluptatẽ. Felicitas enim ex ambabus iſtis eſt. muſicam vero omnes fatentur eſſe ex iocundiſſimis, ſiue nuda ſit, ſiue cũ modulatione. Inquit profecto & Muſeus carmen dulciſſimam rem eſſe mortalibus. Quapropter & ad cætus familiarium, & ad vitam in ocio degendam rationabiliter illam recipiunt: vt potentem lætitiam afferre. vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris eſſe perdiſcendam.

Diſſoluit prædictas dubitationes manifeſtans ꝙ participãdum eſt muſica pp tria prędicta: & primo facit hoc. Secundo cum dicit. (Vtrum aũt.) inquirit, vtrum debeat participare vtriq; parti muſicæ & ei quæ conſiſtit in proportionibus ſonorum: quę cantatiua dicitur, & ei quæ in inſtrumentis quæ inſtrumẽtalis vocatur. Circa primum primo declarat ꝙ participãdum eſt muſica pp ludum & deductionem. Secundo cum dicit. (De ectione aũt.) quod valet ad virtutem & mores, in his diſſoluuntur tria quęſita prius. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cum dicit. (Quæcunq; enim.) declarat pp quid plures requieſcunt in delectationibus quæ ſm muſicam & finem in eis ponunt. In prima parte dicit ꝙ rationabile eſt addiſcere muſicã & ei participare pp tria pdicta. ſ. ludum, deductionem & diſciplinam, & mores & de ludo & deductione. Hoc manifeſtum eſt primo. Ludus enim pp requiem quæritur & gratia ipſius. Requies aũt de neceſſitate delectationẽ habet ſibi adiunctam: quia requies medicina quædam eſt triſtitiæ inductæ per laborẽ prius. per ipſam enim eſt remiſsio laborioſi motus fatigãtis, & triſtitiam inducentis. Remiſsio aũt fatigãtis, & cõtriſtantis eſt delectabilis. deductio aũt quæ eſt operatio quædã intellectus ſecundum rõnem non ſolum ſm ſi rationem boni & eligibilis habet. ſed etiam delectationẽ conſequẽtem. operatio. n. connaturalis delectationem habet adiũctam: & fælicitas aggregatur ex his duobus, videlicet ex pfecta operatione intellectuali & ex delectatione, ſed ex perfecta operatione intellectuali per ſe & eſſentialiter ex delectatione aũt ſicut ex conueniente per ſe: pficit enim delectatio felicitatẽ ſicut ſuperueniens finis vt decor iuuentutem. ſic ſicut dicitur. 10. Eticorum. Ex quo manifeſtum eſt: & ꝙ ex quo ludus ſecũdum ſe delectationem habet, & deductio quoddam bonum intellectuale eſt: & delectationem habet ſecũdum ſeipſam, & quicquid eſt bonum ſecundum intellectum & ſecundum ſe delectationem habens quærẽdum eſt quodammodo gratia ludi cuiuſdam & deductionis. muſica autem ſecundum ſe delectabiliſsima eſt & nuda exiſtens. i. non cum melodia & cum melodia. dicit enim Muſeus ꝙ cantare delectabiliſsimum eſt homini. propter quod in conuẽtibus hominum & deductionibus rationabiliter vtuntur ipſa ſicut potente inducere lætitiam & delectationem. Sunt etiã in ipſa theoremata, in quorum conſideratione conſiſtit bonum intellectus per ſe & delectatio. ergo manifeſtum eſt ꝙ rationabiliter quærẽda eſt gratia ludi cuiuſdam & deductionis, & propter hoc aliquis opinabitur ſecũdum rationem ꝙ expedit iuniores erudiri & aſſuefieri in ea. Quæcunq;. n. ſunt delectabilia ſine nocumento operantis vel alterius F non ſolum conuenientia ſunt ad finem inquantum augẽt operationem, ſed etiam ad requiem inquantũ remittunt triſtitiam: quæ á labore eſt. Deinde cum dicit.

Quæcunq; enim iocunda ſunt atq; eadem innocua, non ſolum congruunt ad finem, verum etiam ad ceſſationem. Cum vero contingat hominibus perraro eſſe in fine: perſepe autem ceſſent, & vtantur iocis, nõ ob aliud modo, ſed etiã ob delectationẽ: vtile foret requieſcere in his, quæ ab illa proueniunt voluptatibus.

Declarat pp quid plures quærunt requieſcere in delectationibus muſicalibus & finẽ ponunt in eis. Primo facit primum. Secundo cum dicit. (Contingit aũt.) ſm. In prima parte dicit, qm̃ pauci homines attingũt ad finem vltimum vitæ humanę & raro: tum propter impedimenta ex parte naturæ aut cõſuetudinis: aut etiam exteriora. G multi aũt & frequenter requieſcunt, quia fugiunt naturaliter triſtitiã quæ eſt ab operatione laborioſa quæ remittitur per ipſam, & vtuntur ludis muſicalibus & aliis non quantum ad plus. i. ad pluralia: ſed propter delectationẽ ſolã, volẽtes requieſcere in delectationibus quæ ſunt in actibus ipſius: ex quo enim non poſſunt attingere ad felicitatem quę in fine humano eſt: quęrunt aũt ipſam delectationem p ſe & requieſcunt in ea quæ in ludo & muſica, ad iſtam enim attingere poſſunt. Deinde cum dicit.

Contingit autem hominibus feciſſe iocos finem, cum & habeat fortaſſe finis voluptatem quandam: ſed non quamcunq;. quærẽtes vero iſtam accipiunt hanc pro illa: ex eo ꝙ cum fine agendi ſimilitudinem habet. Nam finis, gratia nullius futuri expetitur, & tales voluptates nul H lius futuri gratia: ſed gratia eorum quæ anteceſſerunt, laborũ ſcilicet & moleſtiarum. Per quã igitur cauſam quærunt felicitatem fieri: per huiuſmodi voluptates: hanc vtiq; aliquis rationabiliter exiſtimet cauſam.

Declarat propter quid finem in ipſis faciunt dicens, ꝙ cõtingit homines facere ludos & delectationem quæ eſt in eis finem. Et ratio huius eſt: quia finis vitæ humanæ quãdam habet delectationem, non quamcũq;, ſed maximam. Similiter ludus & muſica habẽt quandam delectationem, & ideo quærentes primam quæ in fine eſt, non attingẽtes, accipiũt illã quæ in ludis & muſica pro ipſa: quæ nobilior eſt. Nec hoc quod iſta ſimilitudinem quandam habet vltimi finis. Finis enim vltimus non eſt gratia alicuius futuri: aut etiam facti eligibilis. Hoc enim dicimus

-ſimus finem vltimum: propter quod ſunt omnia alia: & ipſum non propter aliud. Delectationes etiam tales quæ ſunt in Ludis aut muſica non quæruntur ꝓpter aliquod futurum, nec ſunt gratia ipſius: ſed magis gratia laboris & triſtitiæ factorum vt remittantur vel exterminentur. Cauſa igitur propter quam aliqui quærunt fęlicitatem & finem ſibi per huiuſmodi delectationes hęc eſt: & hãc rationabiliter exiſtimabat aliquis. Deinde cum dicit.

De communione autẽ muſicæ non per hæc ſolum, ſed etiam quia vtilis ſit ad ceſſationes vt videtur: nec per eas modo. Sed inſuper quęrendum, num aliquando aliud ex ea proueniat, precioſior quidem natura eius eſt, ꝙ ſecundum eũ vſum de quo ſupra dicitur: & oportet non ſolũ ab ipſa voluptatem capere: quã percipiunt, oẽs ſm ſenſum. habet enim muſica naturalem voluptatem per quam illius vſus cunctis ætatibus: cunctiſq; moribus eſt acceptus.

Oſtendit ꝙ participãdum eſt muſicæ, quia aliquo modo diſponit ad virtutes morales: & primo pręmittit intẽtum ſuum. Secundo cum dicit. (Sed videre.) dat modum & ordinem conſiderandi. Tertio cum dicit. (Atqui quod efficiamur.) proſequitur. In prima parte dicit ꝙ quærendum eſt conſequenter: vtrum expediat cõmunicare muſicæ non propter hanc cauſam ſolam: puta deductionem, ſed propter hoc ꝙ vtilis eſt ad requiem operationis laborioſę: & non ſolum ad hoc, ſed quærendum eſt: quia forte prædicta accidunt ipſi an natura ipſius honorabilior exiſtens ordinetur ad aliquid honorabilius ꝙ ſint dictæ opportunitates. oportet enim in muſica non ſolum cõicare cõi delectationi: quæ ſecundum ipſam eſt quam ſentiunt vniuerſaliter oẽs. talem enim delectationem naturalẽ habet quę cauſatur ex motu proportionali auditus per actũ ipſius: propter quod exercitium ipſius diligitur ab omnibus ætatibus & ab habentibus quoſcunq; mores. ſed etiã videre oportet vlterius ſi aliquid confert ad virtutẽ moralem & ad operationem rectam quæ eſt ſecũdum aĩam. Deinde cum dicit.

Sed videre ſi quo modo ad mores extẽditur & ad animum: id autem patebit: ſi aliquãdo tales aliqui ſecundũ mores per illam efficiamur.

Dat ordinem conſiderandi dicẽs, ꝙ hoc ipſum, ꝙ aliquid confert ad mores & ad aĩam manifeſtũ erit: ſi quales quidã hoc eſt diſpoſiti ad mores efficiamur ꝑ ipſam. & hoc declaratum fuit prius. Deinde cum dicit.

Atqui ꝙ efficiamur per Olympi modulationem manifeſtum eſt: ea nanq; abſtrahit animã, & quodãmodo rapit. raptus vero & abſtractus animæ circa morem affectio eſt.

Proſequitur: & primo oſtendit, ꝙ quales quoſdam & bene diſpoſitos ad mores facit. Secundo cũ dicit. (Quod ſi hoc.) ex hoc concludit iuuenes debere erudiri in ea. Primum oſtendit primo ꝑ ſigna. Secundo cum dicit. (Cum vero.) per rationem. Adducit aũt duo ſigna quorum ſecundum ponit cum dicit. (Pręterea. In prima parte dicit, ꝙ manifeſtũ eſt, ꝙ ꝑ vſum muſicæ quales quidã & bene diſpoſiti ad mores ſumus. & per alia multa & per melodias Olympi quibus ſacerdotes gentiles Iouis qui colebatur in Olympo monte Gręciæ vtebanť in ſacris ipſius ad deductionẽ colentium exercitandam. Per vſum. n. iſtarum rapiebantur aĩæ hominum quaſi alienatorum á ſenſibus exterioribus & immobilium factorum ꝓp intẽtionẽ animæ circa aliquid intrinſecũ. Raptus aũt eſt paſsio quædam factiua moris ſeu conſuetudinis circa animã ad

A aliquid ſimile. Ex quo manifeſtum eſt quaſi per ſignum quoddam, ꝙ melodiæ muſicæ quales quoſdam & diſpoſitos faciunt ad mores. Sed ad videndum quid ſit raptus & ſecundum quam partem animę: & propter quam cauſam eſt intelligendum: ꝙ raptus proprie et principaliter dictus, motus quidam tractus eſt: tractus autem motus violentus eſt ab alio ad ſe vel ad alterum: ſicut dicitur. 7. Phyſicorum. Violentum autem eſt cuius principium eſt ab extra non conferẽte vim paſſo. Et ideo raptus eſt motus alicuius præter inclinationem eius naturalem vel voluntariam á principio extrinſeco. Huiuſmodi autem violentia poteſt conſiderari vel quantum ad terminum & modum motus ſimul: vt cum ignis ab aliquo extrinſeco rapiť deorſum: vel quantum ad modum motus tm̃: vt cũ velocius propelliť ſurſum ꝙ natus ſit moueri. Deinde aũt per ſimilitudinẽ hanc translatũ eſt nomen eius ad ſignãdum motum hoĩs ſm aĩam ad aliquid: ad quod ſm ſe nõ habet inclinationẽ: vel eo modo quo nõ habet: ſed nõ ad

B quẽcunq; talem. Sed cũ naturale ſit homini intelligere ex phantaſmatibus ſenſibilibus exterioribus ſm actum exiſtentibus translatum eſt ad ſignificandum operationem intellectualem: qua homo fertur in aliquod intellectuale vel ſibi cõnaturale vel ſupra naturã per auerſionẽ ſenſuũ ad interiora: et eorum immobilitationẽ. Ex quo apparet quid ſit raptus vt hic ſumitur. Eſt. n. operatio partis aĩæ intellectualis ſm quam ab aliquo extrinſeco fertur in aliquid nõ naturale ſibi: aut naturale ꝑ auerſionẽ et imobilitationẽ ſenſuum. Et quia operatio partis aĩæ appetitiuę eſt ſm eius inclinationẽ & á principio intrinſeco nõ violento. Raptus aũt ecõtrario non poteſt eſſe operatio partis aĩæ appetitiuæ ſenſibilis vel intellectualis. cauſa autẽ ipſius per ſe & naturalis videtur eſſe intẽtio vehemẽs alę circa aliquid: quæ eſt vel ex vehementi deſiderio attingẽdi ad aliquid: vel fugiendi ab aliquo: vel vehemens adhęſio ad aliquid ꝑ dilectionẽ: vel delectatio maxima circa aliquid. Ex hoc. n. ꝙ aliquis vehementer intendit circa

C aliquid intrinſecum cõtingit, ꝙ anima reuocet ſpiritum: qui eſt primum inſtrumentũ ſenſus & motus ab exterioribus ad ſenſitiuum & cogitatiuum primum: circa quę magis tunc laborat: Hoc. n. eſt de proprietatibus naturę mittere ſpiritũ ad locũ vbi magis indiget: & ꝑ cõſequẽs ſenſus exteriores & mẽbra imobilitanť, & efficiť homo quaſi immobilis & ſine ſenſu exteriori in actu: & tũc anima nõ laborãs in ſenſu vel motu exteriori corporis quaſi libera ſpeculatur magis circa aliqua: quę vel ſunt ſupra cõem poteſtatem hominum: aut ſecundum naturam: nõ tñ cum ſenſu exteriori: quod eſt magis naturale. qui autẽ paucos & debiles ſpiritus habet & bene mobile cum minori intenſione aĩæ circa aliquid intrinſecum rapiuntur. Non. n. poſſunt pauci ſpiritus & debiles ſufficere ad motum fortem interiorẽ & exteriorem: ſicut accidit in mulieribus quibuſdam. Qui aũt habent abũdantes ſpiritus non rapiunť niſi cum vehemẽtiſsima intẽtione aĩæ circa aliquid: ſicut in viris quibuſdam accidit. Vehemẽs autẽ

D deſideriũ ſeu dilectio vel delectatio quę faciunt vehemẽtem intentionẽ aĩæ vel cauſanť á vehementi cõſideratione intellectus immediate vel ab aliqua ſuperiori cauſa immediate mouẽte voluntatẽ ipſam: vel ab interiori. ſ. á cauſa ſuperiori mediante intellectu. Deinde cũ dicit.

Prætcrea audiẽtes repreſentationem omnes afficiuntur, etiam ſine melodiis & verſibus.

Confirmat id quod dixit ſumpto loco ab eo quod minus vř: dicit. n. ꝙ ẽt audientes aliqua verba: quæ repreſentent aliquid aut triſte: aut iocundũ afficiuntur: ẽt ſi cũ nulla melodia aut verſu exprimanť: quod tñ minus videbatur. ergo cũ verbis adiungitur melodia quę habet maiorem vim ad mouendũ ꝓp conformitatem ad aĩam, & potentiã auditus, multo magis per muſicã afficietur aĩus audiẽtis ad diuerſas animi paſsiones. Deinde cũ dicit.

Cum vero cōtigerit muſicam eſſe delectabilium: virtutem autem eſſe circa letandū recte, & amare, & odiſſe, oportet profecto addiſcere, & aſſuefieri ad nullam rem: adeo vt ad iudicandum recte: & ad gaudendum manſuetis moribus, & laudabilibus operibus.

Hoc idem per rōnem declarat. Videtur aūt rō ipſius eſſe hęc. Aſſuefieri iudicare recte de actionibus moralibus: & recte gaudere, & delectari in eis eſt efficaciſſimum ad rectitudinem morum & actionum moralium. ſed aſſuefieri iudicare recte de harmonis muſicalibus, & delectari ſm rōnem i eis eſt aſſuefieri recte iudicare de actionibus moralibus, & delectari in eis recte. ergo hoc eſt efficaciſſimum ad rectitudinem actionum moralium. Iſtius rōnis primo probat maiorē. Secūdo cum dicit. (Sunt aūt &c.) minorem. Maiorem aūt probat ſic, qm̄ muſica. i. actiones quæ ſunt ſm muſicam ſunt de numero delectabilium ſm ſe: ſicut dictum eſt prius: virtus aūt moralis cōſiſtit circa delectationes & triſtitias: amorē & odium: & circa alias huiuſmodi paſſiones, ſicut circa propriam materiam: circa quam quęrit illud quod ſm rōnem. Et medium eſt manifeſtum, ꝙ nihil oportet addiſcere: & nihil ita aſſuefieri ad generationem habituum moraliū rectorum & actionum ipſorum: ſicut iudicare recte de motibus ipſarū paſſionum: & de his quæ circa ipſas: & delectari ſm rōnem in eis: cuius rō eſt: quia ad rōnem & generationem virtutis moralis requiritur recta rō: per quam diſcernatur illud quod rectum eſt & ſm rōnem: quas conſequitur delectatio proportionalis: ſicut apparet ex ſecundo Ethicorum. Deinde cum dicit.

Sunt autem in rythmis & melodiis ſimilitudinis: maxime penes veras naturas iræ & manſuetudinis, ac fortitudinis, & tēperantiæ: & contrariorum his: & aliorum omnium quę ad mores pertinēt, patet id ab effectu: mutamus enim animum talia audientes.

Probat minorem. vr̄ aūt probare eam per rōnem hāc: aſſuefieri iudicare de eo quod eſt ſimile actionibus & delectationibus moralibus, eſt aſſuefieri iudicare de ipſis actionibꝰ moralibus & delectari in eis. ſed harmonię muſicæ ſunt ſimiles paſſionibus, & habitibus, & actionibus moralibus ergo aſſuefieri iudicare et delectari recte i harmoniis muſicis, eſt aſſuefieri iudicare et delectari recte in habitibus et actionibus moralibus. Iſtius rationis primo ponit minorem cum quadam declaratione eius. Secūdo cum dicit. (Mos aūt) maiorem & probationem eius. Tertio cum dicit. (Contingit aūt) regreditur ad declarandū minorē. Dicit igitur primo, ꝙ paſſionum ſilitudines: puta iræ & manſuetudinis: timoris & audaciæ: & hmōi. adhuc aūt & habituū ſicut fortitudinis, & temperātiæ, liberalitatis: & illiberalitatis & hmōi: & aliorū habituū contrariorū. his et vr̄ aliorū moraliū: puta electionū & operationum inueniunt naturaliter in melodiis muſicalibus et rythmis. Melodiæ enim muſicæ & rythmi in quibuſdam determinatis proportionibus numerorū circa ſonos vel temperantiam cōſiſtunt: ſimiliter paſſiones aīæ cōſiſtūt in quadam determinata proportione agētis ad paſſum: & conſequuntur aliquā determinatam proportionē calidi & frigidi: humidi & ſicci: ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor: & timor infrigidatio quædam habitus etiā morales in quadam determinata ratione appetitus ad rationem mouendi: virtutes etiam in quadam media ratione extremorum cōſiſtunt. Similiter & omnia alia moralia: & hoc etiā manifeſtum eſt ad ſenſum: quia audiētes aliquas melodias: aūt rythmos, trāſmutantur ſm aīam, aliquando quidem ad iram: aliquando ad māſuetudinē:

E aliquando ad audaciā: aliquando ad timorem: quod non eſt niſi propter aliquam ſimilitudinem iſtorum ad illa. Deinde cum dicit.

Mos aūt dolendi ac lętandi in ſimilibus prope eſt, vt erga veritatem eodē modo ſe habeat: ceu ſiquis gaudet, imaginē alicuius vidēs, non ꝓp aliam cauſam: ſed ꝓpter formam ipſam, neceſſarium eſt huic & aſpectū ipſum illius, cuius imaginem contemplatur, eſſe iocundum.

Ponit maiorem & probat dicēs ꝙ aſſueſci gaudere & triſtari in eis quę ſunt ſimilia delectationibus & triſtitiis moralibus, eſt ꝓpinquum ei quod eſt delectari in eiſdē: quia illud quod eſt ſimile alicui, quaſi eodem modo ſe videtur habere ad veritatem ſicut illud: ſimilia enim parū diſtare videntur: ſimilitudo enim vnitas quædam eſt, talia aūt accipit intellectus vt eadem frequenter: ſicut dicitur F ſecūdo Phyſicorum. Et ideo aſſuefieri in eis quæ ſunt ſimilia alicui, eſt aſſuefieri quodā modo in illo: verbi gratia. ſi aliquis reſpiciens vel conſiderans imaginem formę alicuius: puta Herculis, & delectetur in ipſa ſm ꝙ imago eſt forma illius, viſio formæ ipſius Herculis ſm ſeipſam de neceſſitate erit ſibi delectabilis & magis: qm̄ propter quod vnumquodq; tale & illud magis: ſicut dicitur primo poſteriorum. Deinde cum dicit.

Contingit aūt in aliis quidē ſenſibilibus nullam exiſtere ſimilitudinem morum: vt in his q̃ tactu vel guſtu percipiuntur: in his etiam quę viſu admodum parū. figurę enim ſunt talia, ſed ad modicum, et oēs huiuſcemodi ſenſus participāt. Inſup non ſunt hæ ſimilitudines morū: ſed ſigna magis, quę fiunt figuræ & colores morū, G & ſunt hæc à corpore in paſſionibus: attamen quātū refert circa horū viſionē, oportet pueros nō figuras inſpicere Pauſonis ſed Polygnoti, et ſiquis alter pictor vel ſtatuarius ſit moralis.

Regreditur ad declarandum minorem: & primo dicit ꝙ in ſenſibilibus ſm alios ſenſus: aut nullæ aut modicæ ſunt ſimilitudines morum. Secundo cum dicit. (At in melodiis.) declarat ꝙ in his quæ ſunt ſm auditum ſunt manifeſtæ. Circa primum eſt intelligendum: ꝙ in ſenſibilibus ſm vnumquęq; ſenſum, ſunt aliquæ ſimilitudines paſſionum & habituum moralium & actionum: qm̄ oīa ſenſibilia conſiſtunt in aliquibus proportionibus determinatis primorum ſuorum: quemadmodum paſſiones & habitus & alia moralia. Adhuc etiā videmus ꝙ ad aliquas alterationes factas ab ipſis ſenſibilibus ſm vnumquęq; ſenſum mouemur ad aliquas actiones vel paſſiones morales bonas vel malas: quod non eſt niſi ꝓp aliquam ſimi- H litudinē: quare in oībus inuenitur aliqua ſimilitudo iſtorum: verum tn̄ non in oībus æqualiter. cum enim omnia moralia ſequantur apprehenſionem aliquam ſm rationem: rationabile videtur, ꝙ ſenſibilia ſecundum illos ſenſus quæ nos magis cognoſcere faciunt ſecundum rationem, maiorem habeant ſimilitudinem ſm ꝙ huiuſmodi ad moralia: tales aūt ſunt viſus & auditus ſm Ariſt. lib. de ſenſu. Et ideo in ſenſibilibus ſm iſtos ſenſus magis exiſtunt ſimilitudines morum. in tangibilibus aūt quæ maxime materialia ſunt & prima ſm viam generationis minime: in guſtabilibus autē & odorabilibus modice ꝓp ꝓpinquitatem eorum ad tangibilia. Adhuc autē magis manifeſte inuenitur in audibilibus q̄ in viſibilibus: rōnabile enim eſt, ꝙ in ſenſibilibus ſm illum ſenſum inueniantur magis manifeſte: qui magis faciunt ad cognitionem ſm rōnem quam preexigūt omnia moralia in actus ad hoc aūt magis facit auditus ſecundum accidēs. Sermo

enim

enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ non ſecundũ ſe, ſed ſecundũ accidens; ex nominibus enim conſtat: nominum vero vnũquodq; ſimbolum eſt ſicut dicit libro prędicto de ſenſu. Et ideo rationabiliter ĩ audibilibus inueniũtur magis manifeſtæ ſimilitudines moraliũ in actu ꝗ̃ in viſibilibus. Adhuc autem audibilia fortius mouent ꝗ̃ viſibilia, & pluribus modis: viſibilia enim mouent viſum ſola quadam alteratione tenui & quaſi inſenſibili. Audibilia aũt mouent ſm alterationem quandam, & ſecundum motum quẽdam localẽ medij & organi. Quare manifeſtius excitant paſſiones ſimilitudinem habentia. Hoc ſuppoſito dicit Ari. ꝙ in ſenſibilibus quæ ſunt ſecũdum alios ſenſus contingit nullam exiſtere ſimilitudinẽ morũ: ſicut in guſtabilibus & tangibilibus. Similiter aũt & odorabilibus: Dicit aũt nullam: quia paucã, & immanifeſtam: quod autẽ paucum & immanifeſtum eſt nihil reputatur: in viſibilibus autẽ inuenitur aliqua ſed debilis: figuræ enim quæ maxime cõprehenduntur à viſu maxime videntur eſſe tales. Sunt enim quædam acutæ, quædam obtuſæ ſicut & paſſiones: ſed ſm modicum ſunt ſimiles: & ideo non multum mouet hæc ſimilitudo. Et iterum oĩa viſum habentia habent ſenſum huiuſmodi figurarum: & tamen non oĩa attingunt ad mores: quod tamẽ videtur ſi ꝓprie ſimilitudinem haberent ad ipſos. Iterũ figuræ & colores non ſunt proprie ſimilitudines morum expreſſæ ſicut harmoniæ: ſed magis ſigna quædã coincidentia cum ipſis moribus: & talia ſigna morum bene cõtingit accipere in paſſionibus ſenſibilibus: non ſolum in viſibilib⁹, ſed in odorabilibus & tãgibilibus & aliis. Sed differt ſecundum quantitatẽ: quia manifeſtius inueniuntur in viſibilibus ꝗ̃ in aliis: & circa horum ſpeculationẽ quantum ad rectum iudicium & delectationem conuenientem oportet contemplari iuuenes intendentes conſiderationem iſtorum propter mores, non figuras & picturas Pauſioris: qui pictor erat imaginum repreſentãtium turpia & inhoneſta: ſed eas quas Polignotus: qui pingebat figuras repreſentatiuas honeſtorum: & ſi quis alius fuerit pictor: aut ſculptor figurarum repreſentatiuarum moralium.. Deinde cum dicit.

At in melodiis ipſis ſunt imitationes morũ: & hoc eſt manifeſtum: ſtatim enim harmoniarum diſtincta eſt natura: ita vt qui audiũt aliter diſponantur, nec eodẽ modo ſe habeant ad vnã quanq; ipſarum: ſed ad quaſdã flebiliter & contracte magis: puta ad eã quæ appellatur Lydia mixta. Ad quaſdam vero mollius ſecundũ mentem: ceu ad illas quæ ſunt remiſſæ. Ad aliã vero mediocriter & cõpoſite plurimum: vt videtur dorica facere omnium harmoniarum: phrygia vero diſtrahit ac rapit animum, et quaſi extra ſe ponit. Hoc enim recte dicũt qui circa huiuſmodi diſciplinam philoſophantur. Capiunt enim verborum teſtimonia ex rebus ipſis.

Declarat ꝙ in audibilibus manifeſte inueniuntur ſimilitudines morũ: & hoc primo declarat in melodiis muſicis. Secundo cum dicit. (Eodem modo.) declarat eodem modo ſe habere in rythmis. Tertio cum dicit. (Ex his igitur.) infert cõcluſionẽ principalem. In prima parte dicit: ꝙ in ipſis melodiis muſicalibus manifeſte inueniunt imitationes morũ: & hoc manifeſtum eſt: natura enim ipſarum harmoniarum tm̃ differt vt audientes ſtatim aliter & aliter diſponantur ſm paſſiones & motus: & nõ eodẽ modo ſe habeãt hoĩes in audiẽdo vnãquãq; ipſarum: ſed in audiendo quaſdam efficientur planctiui & quaſi contracti ꝑ retractionẽ ſpirituum ad interiora: cuius eſt illa quã dicimus Lydiam mixtam. Eſt aũt Lydia myxta melo-

A dia vel cantilena ſeptimi toni quæ propter acumen magnarũ vocum, fortiter percutit ſpũs & retrahit ad interiora: propter quod ad cõpaſsionẽ diſponit, alias aũt audiẽtes: puta remiſſas: magis diſponuntur ad molliciẽ, cuiuſmodi ſunt forte ea quæ dicitur lydia: quæ eſt melodia quinti toni: & ea quæ dicit̃ Hypolydia: quæ eſt ſexti toni: quæ ꝓꝑ remiſſionẽ vocum & motuum maxime per ſemitonia quæ frequenter accipiunt manifeſte videmus mouere ad mollitiẽ. alias aũt audientes bene diſponunt̃ & cõſtanter ſe habent in operibus. Talis aũt eſt illa quæ dicit̃ Dorica ſola quæ eſt cantilena primi toni, quæ maxime moralis eſt. Aliæ aũt ſunt quæ raptos faciunt: ſicut ea quæ dicitur Phrygia: quæ eſt melodia tertij toni, quę ꝓꝑ fortem ꝑcuſsionẽ in vocibus fortiſsime reuocat ſpiritus ab exterioribus ad interiora quod diſponit ad raptũ. iſta enim dñr & conuenienter illi qui circa hunc ludum muſicę philoſophati ſunt, & accipiunt teſtimonia rationum ſuarum ex ipſis operibus. Sic igitur apparet: ꝙ in melo-
B diis maxime ſunt ſimilitudines morum: & ꝙ homines ꝑ ipſas diſponunt̃ ad eos: quod maxime videtur contingere ꝓꝑ duo, quorum alterum accidit ex parte operationis vel cõſequentis ipſam operationẽ aĩæ. Senſus enim auditus in quadam media ratione conſiſtit. Et ideo cũ mouet̃ à ſono ſibi proportionabili, eſt delectatio ſm ipſum ſenſum cum etiam ratio in auditu ſm actum iudicat mediã rationem ſonorum: in intelligendo eſt delectatio intellectualis proportionalis delectationi, quæ eſt in operibus moralibus conſiſtẽtibus in eadẽ proportione: delectatio autẽ in aliqua operatione adauget operationẽ illã: ſicut dicitur in. 10. Ethi. & per cõſequens eam quæ ei aſsimilatur. Alterum aũt ex parte diſpoſitionis materiæ & organi: qm̃ ſpiritus organũ eſt primum oĩum virtutũ aĩæ & ſenſitiuarũ & motiuarũ: & ideo diuerſus motus ſpirituũ vel ꝑ alterationẽ vel ꝑ hanc & motũ localẽ ex quibus cõtingit cõtractio vel ebullitio vel expulſio diuerſimode diſponitur homo ad paſsiones vel actiones. Hoc aũt modo
C harmoniæ muſicæ maxime poſſunt mouere ſpirituũ diuerſimode ſm diuerſitatem earum. Deinde cum dicit.

Eodem modo ſeſe habet circa rythmos. Alij enim morẽ continent grauius. Alij concitant, alij violentiores afferunt motus, alij liberiores.

Declarat idem de rythmis dicens, ꝙ eodem modo ſe habent illa quæ circa rythmos. Quidam enim ipſorũ habent virtutem per quam diſponũt ad morem ſtabilem. Alij aũt per quam diſponunt ad inſtabilem. Et iterũ quidam ipſorum habent motus ad oneroſa & illiberalia magis. Alij aũt ad delectabilia & liberalia. Eſt aũt rythmus numerus ſyllabarũ determinatus in oratione ſimili fine terminatus. Deinde cum dicit.

Ex his igitur patet, ꝙ muſica poteſt animi morem aliquem facere.

D Infert cõcluſionẽ principalẽ dicẽs, ꝙ ex his quæ dicta ſunt manifeſtum eſt, ꝙ muſica qualem quendam & bene diſpoſitum ad morem poteſt facere: quare manifeſtũ eſt ꝙ vtilis eſt ad mores. Deinde cum dicit.

Quod ſi hoc poteſt muſica: clarum eſt ꝙ ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda: & in ea pueri ſunt inſtituendi. Congruit autem naturę huiuſmodi diſciplina. Nam pueri ꝓpter ætatẽ nihil ferunt ſponte quod non habeat in ſe iocũditatem. Muſica vero ex his eſt quæ ſunt iocunda ſecundũ naturam: & videtur cognatio quædam eſſe nobis cũ harmoniis & rythmis. Quapropter multi ſapiẽtum dixere. Alij quidẽ animũ eſſe harmoniã: alij vero habere harmoniã.

Concludit ex dictis iuuenes debere erudiri in ea adiũgendo nouam rõnem ad hoc: & dicit: ſi muſica qualem quendam & bene diſpoſitum ad mores nata eſt facere. In eo aũt quod diſponit ad mores, expedit iuuenes erudiri & aſſueſieri in muſica. Eſt etiam diſciplina muſicæ cõueniens naturæ puerorum tantillæ & paruæ exiſtenti pp aliam rõnem. Iuuenes enim nõ poſſunt ſuſtinere aliquid indelectabile: vel contriſtans pp ætatẽ: habent enim operationes ſenſuum perfectas pp vigorem virtutum. Tales aũt operationes cõſequũtur fortes delectationes. et ideo fortiter delectantur: nec poſſunt ſuſtinere triſtitias. Harmoniæ aũt muſicæ ſunt de natura delectabilium. Similiter aũt & rythmi. Eſt enim quędam ſimilitudo naturalis rythmorũ ad harmonias. Vtrunq; enim conſiſtit in proportionibus numerabilibus: & quia harmonia eſt delectabilis ſm ſe, multi antiquorum ſapientum dixerunt. Alij aĩam eſſe idem quod harmoniã. alij aũt habere harmoniã ſicut Plato & ſequentes ipſum: dicentes aĩam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Deinde cum dicit.

Vtrum autem addiſcere eos oportet cantando: & manibus agendo, vel non: quemadmodum prius dubitatum eſt, nunc erit dicendum.

Inquirit vtrum oporteat participare muſicã quantũ ad actum vtriuſq; partis eius: cantatiue. ſ. & inſtrumentalis. Et primo manifeſtat ꝙ ſic. Secundo cum dicit. (Quid aũt deceat vel non deceat &c. declarat ꝙ differẽter oportet ſe habere quantum ad hoc ſm diuerſas ætates. Circa primum primo præmittit dubitationẽ: dicens ꝙ poſt ea quæ dicta ſunt eſt conſiderandum: vtrum opportunum ſit ad bonam diſpoſitionem ciuium eoſdẽ addiſcere muſicam & exercitari in ea quantũ ad vtendum actu. i. cantãdo & manu operando: hoc eſt tangẽdo organa: aut non, ſm ꝙ propoſitum fuit prius. Deinde cum dicit.

Non eſt obſcurum intereſſe multum ad hoc, vt efficiamur aliquales, ſiquis operũ ipſe ſit particeps. Nempe impoſſibile eſt: vel certe admodum difficile: vt qui opera ipſa nõ tractat perite valeat iudicare.

Diſſoluit eam oſtendens ꝙ expedit cõicare muſicam ſecundum vtrunq; modum per duas rationes. Quarum ſecundam tangit cum dicit. (Et ſimul &c.) Primo igitur dicit: ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ cõicare actibus muſicalibus magnam differentiam ſecundum præeminentiam habet ad faciendum iuuenes quales quoſdam & bene diſpoſitos. Studioſum enim iudicium de moralibus vel de eorum ſimilibus multum valet ad bene diſponendum eos ad mores: ſicut dictũ eſt prius. Sed ex hoc: ꝙ aliquis cõicat operibus muſicæ ſtudioſius iudicat de eis q̃ ſunt ſimilia moribus. Vnum enim de numero impoſſibilium eſt: aut valde difficillimum eſt illos iudicare de agibilibus bene, qui nõ cõicauerunt operationibus. Studioſum enim iudiciũ eſt per facilem & delectabilem reductionem in principia prima. Facilis aũt & delectabilis reductio in principia non eſt niſi per habitum inclinantem ad modum naturę: qui generatur in nobis ex frequenti operatione. Et iterũ ad rectitudinem iudicij exigitur certitudo quæ maxime videtur in agibilibus cauſari ex operibus. Opportunum eſt igitur participare muſicam quantum ad actus & operationes. Deinde cum dicit.

Et ſimul opus eſt, vt pueri habeant exercitationem aliquam. Et Architę tabella recte reperta eſt: quã pueris dãt: vt in ea occupati illa quæ ſunt domi non frangant. Neſcit enim pueritia quieſcere. Hic eſt ergo infantibus conueniens ludus. Diſciplina vero maioribus tanquã tabel-

E la quędam. Quod igitur docendi ſint muſicam ita, vt in opere ipſo verſentur, ex his patet.

Ponit ſecundam rõnem: dicens, ꝙ ſimul cum eo quod dictum eſt ꝙ oportet pueros mobiles exiſtentes habere aliquid circa quod occupẽtur. Et ideo cõuenienter introductum eſt inſtrumentum quod dicitur Architæ tabella ita dictum ab inuẽtore Archita quem attribuunt pueris vt circa iſtam occupati non deſtruãt aliquid eorum quæ in domo ſunt. Iuuenes enim pp multitudinem motuum in eius exiſtentium, pp ætatem quieſcere non poſſunt. Et propter hoc ludus illius tabellæ conueniens eſt eis ſaltem ad occupationem. Diſciplina autem. i. rectus vſus ipſius reſeruãda eſt magis prouectis ſm ętatem qui magis diſcernere poſſunt quid eſt ſecundum artem & quid nõ. Quod igitur expediat iuuenes erudiri in muſica per cõicationem operum manifeſtum eſt. Deinde cum dicit.

Quid autem deceat vel non deceat ſecundũ
F ætates, non difficile eſt determinare, ac reſpondere vituperatoribus, vile huiuſmodi exercitiũ eſſe dicentibus.

Declarat ꝙ differenter oportet ſe habere in hoc ſcd̃m ætates diuerſas. ſimul cũ hoc remouẽdo quandã increpationẽ adductam in cõtrarium prius. Et primo præmittit intentũ ſuum. Secundo cum dicit. (Primum igitur &c.) proſequitur. In prima parte dicit ꝙ in vſu muſicæ quid ſit decens & non decens ſm ætates diuerſas: puta iuuentutis & ſenectutis non eſt difficile ſapientem determinare: nec etiam ſoluere rationem opinãtium exercitium in muſica inutile & ſordidum eſſe. Deinde cum dicit.

Primum igitur cum iudicãdi cauſa ſint hæc opera perdiſcenda, oportet in pueritia illis operam dare. In maiori vero ætate exercitationem
G eorum dimittere, tantummodo autem iudicare poſſe per diſciplinam adeptam ac lætari recte.

Proſequitur, et primo primũ. Secũdo ſcd̃m: cũ dicit. (Vituperatoribus aũt &c.) primo igitur dicit ꝙ exercitium in his quæ ſm muſicam nõ æqualiter competit. nec eodẽ modo ſm oẽm ætatem. Primo. n. hoc manifeſtũ eſt, ꝙ operibus muſicæ cantatiuæ. ſ. & inſtrumẽtalis oportet participare pp rectitudinem et certitudinẽ iudicij, quod ſm ſe bonum & delectabile eſt: ſicut quædam perfectio intellectus & in ordine ad mores: ſicut dictum eſt prius. Iuniores aũt rectitudinem iudicij ſimpliciter habere nõ poſſunt pp motum multum exiſtentem in eis: & pp inexperiẽtiam. Poſſunt tñ multum laborare. Seniores aũt ecõtrario minus laborare poſſunt. Rectius autẽ iudicare pp quietationem & experientiam. Et pp hoc opportunum eſt iuuenes participare muſicam vtẽdo operibus, & cantando & inſtrumenta tangendo. Seniores exiſtentes ope-
H ra ipſa dimittere propter debilitatem. Audiendo autem bene poſſe iudicare rationes harmoniarum ꝓpter virtutem & perfectionẽ intellectus & delectari recte cõſequenter propter hoc ꝙ eruditi ſunt prius in his in iuuentute. Deinde cum dicit.

Vituperatoribus autẽ qui aiunt ſordidos ac viles muſicam facere, non difficile eſt reſpondere, ſi conſideremus quouſq; illi opera danda ſit, ab his, qui ad virtutem ciuilem erudiuntur: & quæ melodiæ, quæ rythmi ſint addiſcẽdi. & prę terea quibus inſtrumentis percipiatur. Nam in eo quidem plurimum refert, conſiſtitq; in his, obiectionis ſolutio: nihil. n. vetat modos quoſdam muſicæ illud quod aiunt efficere.

Intendit

Intendit remouere increpationem quorundam volentium excludere muſicam á iuuenibus. Et primo tãgit ex quibus contingit eam remoueri. Secũdo cum dicit. (Clarum eſt &c.) declarat quæ & qualia oportet iſta. Primo igitur dicit ꝙ nõ eſt difficile diſſoluere increpationẽ per quam quidam increpant muſicam & vſum ipſius. Illud enim rationabiliter increpandum videtur, ꝙ iuuenes viles facit & male diſpoſitos ſecundũ intellectum: hoc autẽ facit muſica & vſus ipſius, vt dicunt. Quædam enim melodiæ ad molliciem diſponũt: quædam aũt ad iram: quædam ad alia quæ diſtrahunt ab operibus ſecũdum rationem: & ideo rationabiliter increpãda eſt. Non eſt inquit difficile ſoluere ipſam conſiderando vſq; ad quantũ oportet cõmunicare muſicam eis qui intẽdunt ordinare actiones puerorum ad bonum ciuile: non enim quantumcũq; cõmunicandum eſt ei: ſed inquantum vtilis eſt ad remp. & conſiderando qualibus melodiis & qualibus rythmis cõmunicandum eſt. Adhuc etiã in qualibus organis erudiendum & exercitandum. In iſtis enim eſt differentia quædam ad propoſitum, & in ipſis eſt ſolutio increpationis propoſitæ. Nihil enim prohibet: immo manifeſtum eſt melodias & rythmos & organa aliqua male diſponere iuuenes ſecundum intellectum & viles facere. Alia autem bene diſponere ad intellectũ & mores. Et ideo expedit conſiderare quibus organis melodiis & rythmis vtẽdum eſt ad bonum intellectus & mores: & quibus nõ. Et per hoc tolleť prædicta increpatio. Deinde cum dicit.

Clarum eſt igitur oportere diſciplinam eius, neq; impedimentum afferre cæteris operationibus, neq; corpus efficere inutile ad bellicas ciuileſq; exercitationes. Ad vſus quidem iam, ad diſciplinas vero poſtea. Erit autẽ hoc ſi, neq; hic in illis laborabũt quæ ad certamen artificij pertinent, neq; circa admirabilia quędam, & ſuperflua quę in certamina prius, & de certaminibus in doctrinã venere. ſed eo vſq;, vt gaudere valeant probabilibus melodiis, & rythmis, & nõ cõmuni ſenſu muſicæ ſolum, vt animalia quædam, & turba ſeniorum, ac puerorum.

Declarat quæ & qualia oportet eſſe muſicalia quibus vtendum ad bonũ intellectus & mores. Et primo in vniuerſali. Secundo cum dicit. (Patet etiam &c.) in particulari. In prima parte ipſe dicit: ꝙ manifeſtum eſt ꝙ eruditionem & vſum ipſius muſicæ oportet eſſe tantum & talem, & per talia vt non impediant hominem, ad actiones ciuiles futuras: neq; faciant corpus ipſius male diſpoſitũ ad operationes intellectus & inutile ad bellicas opportunitates & ciuilia exercitia propter debilitationẽ ad exercitium quidem & paulatinam aſſuefactionẽ nunc, ad eruditiones aũt prædictas poſterius. Omnia. n. quæ circa iuniores ſunt oportet cõmenſurari & determinari ſm hoc ꝙ vtilia ſunt ad finem reip. quod eſt bonum perfectum ſm intellectum. Contingit aũt bene ſe habere iuuenes circa eruditionem in muſicalibus, ſi illi qui incipiunt ire ad agones non elaborauerint in cognitis organis laborioſis & grauantibus corpus ad motũ labore immoderato grauante corpus & virtutẽ eorum: nec ẽt exerceant ſe in mirabilibus & ſuperfluis operibus qui nũc deduxerunt ad ludum agonaſticũ: & ex eo deuenerunt ad eruditionem volentes iuuenes erudiri in eis: ſed magis ſi exercitentur in facilioribus & moderatis laboribus: cantibus, & organis muſicalibus vſq; ad hoc ꝙ poſsint delectari recte in harmonia muſica & rythmis conſiderantes: & non ſolũ in cõmuni muſica in qua oẽs ſenſum habentes delectanť: ſicut quædam animalia bruta & multitudo puerorũ: & etiam vilium hominum ſiue ſeruilium. Deinde cum dicit.

A Patet etiã ex his quibus inſtrumẽtis ſit vtendum, neq; enim tibiæ ſunt in diſciplina recipiẽdæ, nec aliud artificioſum inſtrumentum: vt cythara, & ſi qd aliud tale. Sed quęcũq; faciũt auditores bonos vel muſicæ diſciplinę, vel alterius.

Declarat in ſpeciali quæ & qualia oportet eſſe muſicalia, & in quibus exercitãdum eſt ad mores. Et primo declarat quæ & qualia oportet eſſe organa in quibus exercitandum eſt. Secundo cum dicit. (Conſiderandum &c.) quibus, & qualibus melodiis & rythmis vtẽdum eſt magis ad mores. Circa primum primo oſtendit ex precedẽtibus in quibus organis exercitandum eſt vel non exercitandum. Secundo cum dicit. (Inſuper tibia &c.) manifeſtat hoc per rationem. In prima parte dicit quoniam nõ eſt vtendum organis in quibus mouendis grauať corpus immoderate: & quæ immoderate per ſonum eorum excitant ſpiritus: ſed magis moderatis. Manifeſtũ eſt ex hoc B qualibus organis vtendum ad mores: & qualibus non. Non enim vtẽdum eſt ad diſciplinam fiſtulis. Fiſtula aũt eſt organũ vniuerſaliter quod ſonat per expulſionẽ ſpiritus. Et eſt intelligendum dictum Ariſtotelis vt videtur de fiſtulis illis quæ exſufflatione multi ſpiritus indigent ad hoc vt reddant ſonum, & immoderatum ſonũ faciãt, ſicut tibiæ & muſæ quædam. Tales enim propter multã exſufflationem ſpiritus grauãt corpus. & propter magnitudinem ſoni nimis excitant ſpiritus. Nec etiam vtendũ eſt organis quæ propter magnitudinem & confuſionem ſoni cõfundunt ſpiritus: ſicut cythara & ſiquid alterum tale eſt: ſed illis magis vtendum eſt quæ bene diſponunt auditores ſecundum corpus & ſecũdum animam ad mores aut ad ludos muſicos: aut alios qui eis ꝓportionanť. Deinde cum dicit.

Inſuper tibia non eſt morale, ſed potius ſuſci C tatiuum & concitatiuum. Itaq; ad huius tẽpora eſt vtẽdum illa in quibus ſpectacula magis, purificationem patiuntur, ꝗ̃ diſciplinam.

Probat hoc per rationem. Et primo de fiſtula. Secũdo cum dicit. (Quoniam autẽ organorum &c.) de organis. Circa primum primo probat ꝙ ad aliud vtendum eſt fiſtula. Secundo cum dicit. (Adiungamus &c.) quod non ad diſciplinã. In prima igitur parte dicit ꝙ pręter ea quę dicta ſunt manifeſtum eſt ꝙ fiſtula non eſt organum diſponens ad mores: ſed magis propter magnitudinem & multitudinem ſoni eſt excitatiuum iræ: propter fortem motum ſpirituum. Et ideo magis vtendum eſt ipſa in talibus tpibus in quibus exercitium eſt in ea ꝑꝑ purificationẽ, ideſt diſpoſitionẽ ad iram & audaciam: & puta in bellis & inſultibus, ꝗ̃ eruditionẽ vel diſpoſitionẽ ad mores: ſicut nũc videmus vti eadẽ in bellicis: & ad illud qđ dictũ eſt: & ad terrorẽ aduerſariorũ. Deinde cum dicit.

D Adiungamus autem & illud quod contrarium diſciplinę efficit, impediẽs ratione vti per tibiarum ſonum. Quapropter bene reprobauerunt illarũ vſum antiqui licet prius vſi fuiſſent. Studioſiores enim facti propter diuitias & animoſiores ad virtutẽ poſt victoriam contra Medos habitam: ac ex rebus geſtis magnum de ſe opinantes diſciplinã omnem arripuerunt, non iudicantes, ſed experientes. Quapropter tibiarum quoq; vſus tũc receptus eſt. Nam & apud Lacędemonios quidã qui ludos exhibebat, ipſemet tibiis modos fecit, & Athenis eouſq; in cõſuetudinẽ venit, vt fere ingenui oẽs addiſcerẽt.

Quod patet ex tabula â Thraſippo poſita, cum ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea vero ī deſuetudinē abiit, & improbari cepta eſt. Cum iam melius per experiētiam iudicare poſſent, quid ad virtutem pertineret, & quid nō. Eodemq; modo permulta inſtrumentorū antiquorū improbata ſunt, veluti pectades, & barbiti: & quæ ad voluptatem audiētium intendebant, heptagona & trigona & ſambucæ: & cuncta quæ indigent perita manuum geſticulatione.

Probat q non eſt vtēdum ea ad diſciplinam. Et primo per rōnem. Secundo cum dicit. (Rationabiliter &c.) per dictum fabulare. In prima parte dicit q in his quæ dicta ſunt adiungendum eſt q ex vſu fiſtulæ accidit contrariū diſciplinæ: puta in diſciplina: quia contingit fiſtulationē prohibere vſum rōnis rectum: pp qđ rōnabiliter antiqui
F virtutem eius coſiderantes, prohibuerunt vſum ipſius à iuuenibus & liberis bene diſpoſitis ſecundum intellectū: quāuis primo vſi fuiſſent ipſa: cum enim primo inceperunt vacare ſtudio & diſciplinæ pp abundantiam neceſſariorum ad vitam & magnanimiores exiſtentes ad virtutem: hoc eſt ad fortitudinem prius: poſtea in operationibus facti prudentiores, ſequebantur eruditionem in doctrina quacunq;, non diſcernentes quæ eſſet vtilis & quę non. Et ſuperinquirentes quamcunq; pp quod adduxerunt fiſtulationem ad eruditiones volentes in ea erudiri: qm̄ in Lacædemonia primo quidem choreatur in chorea fiſtulauit: & dehinc deuenit Athenas pp quod plurimi liberorum Athenienſium voluerunt participare ipſa propter nouitatem ipſius ſecundum conſuetudinem eorum. Et hoc manifeſtum eſt ex titulo quē Thraſippus ſtatuit qui bene duxerit chorum. Non aūt poſuit titulum: forte aūt potuit eſſe. Hic iacet fiſtulator optimus: vel aliquid tale alterum: poſterius aūt qn̄ melius potuerūt iudicare
G propter experiētiam longam quid vtile vel inutile eſſet ad virtutem conſiderantes q non diſponit ad eā: ſed magis ad contrarium reprobauerunt ipſam, prohibētes eruditionem & vſum ipſius a iuuenibus. Similiter autem & multa alia organorum antiquorum ſimilia fiſtulis quantum ad hoc: ſicut pectades & barbiti, quod nos dicimus muſam & alia: quæ & ſi faciant ad delectationem vtentium, tamē nihil diſponunt ad mores: ſicut heptagona. i. inſtrumētum ſeptem angulorum: vel ſeptem chordarū: & trigona. i. trium angulorum vel chordarum & ſambuca ex duabus longis chordis. Forte & omnia quæ indigēt manuali ſcientia multa prohibētes ex hoc cōſiderationē intellectus. Huiuſmodi aūt organa cōiter non ſunt nota nobis: aut non ſub iſtis nominibus. Deinde cum dicit.

Rationabiliter quoq; illud ſe habet quod antiqui de tibiis fabulātur. Aiunt enim Mineruā repertricē tibias abieciſſe ob deformitatē oris.
H Atqui nō male ſe habet dicere feciſſe hoc Deā, deformitate oris infenſam. Sed tamē multo magis, ob id, quia nihil confert tibiarum vſus ad intelligentiam, & mentem: cum ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa.

Hoc idem manifeſtat per dictum fabulare dicēs, quod pp hoc rōnabiliter dictum eſt, q de quibuſdā aliis in fabula dictum eſt ab antiquis, q cū Pallas inueniſſet fiſtulas & conſideraſſet eas & vſum earum: abiecit eaſdē. Nec eſt malum dicere pp quid: quia. ſ. contriſtata eſt pp hoc, q in vſu ipſarū dehoneſtabatur facies. Oportet enim fauces inflari ad retentionem ſpiritus exſufflandi ad motum ipſarum, quod deformat faciem. Et multitudo ſpiritus exſufflantis debilitat corpus. Nec ſolum propter hoc: ſed
E magis veriſimile eſt: quia eruditio & vſus fiſtulationis ad perfectionem intellectus nihil facit. Palladem autem dicimus Deam ſcientiæ & artis. Sic igitur Pallas. i. ratio recta & ars recte diiudicās reprobat vſum fiſtulæ: quia inutile ad corpus: tum quia deformat, tum quia debilitat. & quia non diſponit ad perfectionem intellectus, ſed ad cōtrarium magis. quia nimis commouet & confundit ſpiritus. Deinde cum dicit.

Cum vero inſtrumētorum, & operis improbauerimus artificioſam diſciplinam. Artificioſam vero illam poſuimus quæ verſatur in certaminibus, In illis enim qui agit, nō propriæ virtutis gratia agit, ſed vt audiētes delectet: & onerosa quidem delectatione. Quapropter non ingenui hois cenſemus eſſe huiuſcemodi opus: ſed per viles ac ſordidos contingit illud fieri.
F Nam finis cuius gratia faciunt, improbus eſt, cum ſpectator oneroſus exiſtēs modo hoc, modo illud exigere cōſueuit: ita vt artifices quoq; placere ſtudentes illiuſmodi efficiantur: & corpora ſimiliter propter motus.

Probat ludum artificioſum non valere ad mores dicēs q iuſte reprobamus ludū artificioſum organorū & operationis. Ludū aūt artificioſum hunc dicimus ludū qui fit in agonibus vel Theatris ad excitandum hoīes ad fortiter agonizandum vel delectandum ſolum. In iſto enim ludo operās non operatur pp exercitium ad virtutem in ſeipſo: ſed ad excitandum audientes & gratia delectationis eorum non cuiuſcūq;: ſed oneroſæ & ſeruilis. Et quia operatio & delectatio liberorum non ſunt tales: non iudicamus talem ludum eſſe ludum liberorum: ſed ſeruorum, & quę facit viles & depreſſos ſm intellectum. Finis enim
G ad quem faciunt iſtos ludos & intentio, nō eſt bonus ſm ſeipſum: Intendunt enim ad delectationem audientium tm̄ aut lucrum proprium. Operationes. n. iſtius ludi oneroſi exiſtentes, conſueuerunt mutare muſicam modo ludentes vel cantantes vno modo, nunc vero alio ſm diuerſitatem audientium, & finis intenti ad quem intendunt eos deducere: pp quod artifices. i. auctores ludi facti: ſm artem qui cogit aut ad ludum ipſum, facit quales quoſdā idest diſpoſitos ſm paſſiones animæ ſm modum dictum prius: & etiam ſm corpus propter motus & geſtus quos exercet in ludendo, non autem bene diſponit ad mores: niſi forte ſecundum accidens.

LECTIO III.

Quid ex muſica ediſcendum ſit, & quo pacto eo vtendum.

H COnſiderandū eſt aūt vtrum omnibus vtēdum ſit Harmoniis: & omnibus rythmis, Ad diſtinguēdum. Deinde vtrum illis qui eruditionis cauſa laborant, eandem diſtinctionem tribuamus: An tertium quiddam aliud.

Poſtq̄ Philoſophus oſtēdit quibus organis vtendum, & non vtendum ad mores. tranſit nunc ad conſiderandū quibus & qualibus melodiis: & rythmis ſit vtendum & ſimpliciter & ad eruditionem. i. diſciplinā. Et circa hoc primo præmittit intentum ſuum. Secundo cum dicit. (Cum illa probetur &c.) proſequitur. Adhuc in prima parte primo proponit intentum ſuum principale. Secundo cum dicit. (Quoniam videmus muſicam &c.) tangit quid conſiderandum eſt ad declarationem intenti principalis. Tertio cum dicit. (Putans igitur &c.) tāgit quę de pdictis ſupponēda ſunt ab aliis. Dicit igiť primo q poſt prædicta

ꝓdicta conſiderandũ eſt circa naturã: & vſum harmoniarum & rythmorũ, & ſimpliciter & in ordine ad eruditionem. i. diſciplinam: Simpliciter quidẽ, vtrum oĩbus harmoniis & rythmis vtendum ſit in ciuitate, aut oportet diuidere ipſas & dicere, ꝙ quibuſdam vtẽdum eſt: quibuſdam aũt nõ. Deinde per comparationem ad eruditionẽ, vtrum. ſ. his quæ laborant ad ipſam vtẽdum ſit omnibus ad eam. Aut etiam vtrum ſit ponenda eadem determinatio in ipſis per comparationem ad diſciplinã, quæ & ſimpliciter: aut aliqua alia diuerſa. Deinde cum dicit.

Quoniam videmus muſicam eſſe per melodiam & rythmos, horum vtrunq; latere non debet, quam vim habeat ad doctrinam. Et vtrum præferenda ſit ea pars quæ in melodiis conſiſtit an ea quæ in rythmis.

Tangit quæ conſiderãda ſunt ad declarationem dictorum. Dicens, qm̃ ad ſenſum videmus muſicam diſtingui per melodiam in cantu vel organis & per rythmos, oportet conſiderare ad euidentiam propoſiti, quam potẽtiam & virtutẽ habeat vnaquæq; iſtarum ad diſciplinã & mores. Illis enim quę habent virtutẽ conuenientem ad ipſa, vtendum eſt ad ea, aliis aũt non. Adhuc aũt vtrum magis eligenda ſit ad mores & eruditionem muſica bene melodizata, aut ea quæ bene rythmizata eſt. Deinde cũ dicit.

Putantes igitur multa de his eſſe dicta rectę à muſicis quibuſdam, qui nunc ſunt, & à philoſophis qui peritiam habent huius diſciplinę, diſcuſsionem & examẽ ſingularum partium illis dimittemus, qui perquirere volent. Nos autem ſolummodo in genere de ipſis dicamus.

Quæ de iſtis ſupponenda ſunt ab aliis. Dicens, ꝙ nos opinantes ꝙ multi modernorum conſiderantium in muſica, & alij ex philoſophis antiqui qui perfecti fuerunt bene ſe habẽtes in hac diſciplina ex parte. i. participari, muſicæ conſiderationem ſpecialem circa ſingula prædictorum omittemus requirendum ab eis, vel à ſcriptis ipſorum. Nunc vero in vniuerſali dicemus de ipſis ſecundum ꝙ ad propoſitum facit, diuidentes legaliter modos ipſius muſicæ, declarantes quibus vtendũ eſt ad mores vel ſimpliciter ad quamcunq;. Deinde cum dicit.

Cum illa probetur à nobis melodiarum diuiſio, quam faciũt quidam philoſophi, ꝙ alię ſunt morales: aliæ effectiuæ: aliæ abſtractiuę: ponentes naturam earum ad ſingula iſtorum propriã. Dicimus aũt non vnius vtilitatis gratia oportere muſica vti: ſed multarum. Nam & doctrinæ gratia, & purificationis. Quid autẽ purificationem intelligamus nũc ſimpliciter. Alias vero diligẽtius in his quæ de poetis ſcribimus diceſ.

Proſequitur. Et circa hoc duo facit. Primo enim præmittit quaſdam diuiſiones. Secundo cum dicit. (Tertio gratia &c.) cõcludit quibus & qualibus harmoniis vtendum eſt. Primo igitur dicit qm̃ diuiſionem melodiarum muſicalium approbamus rõnabiliter ſm quam quidem approbati in philoſophia diuidunt eas, dicẽtes, alias illarum eſſe morales ſeu diſponentes ad mores, alias aũt practicas. i. paſsionum iræ & manſuetudinis factiuas: alias aũt raptus factiuas, quæ faciunt audientem quaſi immobilem & non ſentientem, exterius aſsignantes melodiam & harmoniam determinatam ad vnumquemq; ipſorum naturaliter. Phrygiam dicunt raptus factiuam. Lydiam mixtam aũt diſponentem ad planctum & compaſsionẽ. Doricam aũt ad mores, ſicut dictum eſt prius. Dicimus

A ꝙ muſica non eſt ſimpliciter quærẽda gratia alicuius vtilitatis vnius, nec vtendum eſt ipſa ꝑꝑ vnum ſolum, ſed gratia plurium. Etenim vtẽdum eſt eadem cauſa ludi & purificationis. Quid aũt dicimus purificationem, nunc quidẽ ſimpliciter ſupponatur. In poetica aũt magis manifeſte diceſ de ea. Videtur aũt eſſe purificatio corruptio alicuius paſsionis vociuæ inexiſtentis. Et quia corruptio vnius eſt per generationem alterius, ideo eſt corruptio vnius paſsionis vel per generationem contrariæ, ſicut irę corruptio per generationem manſuetudinis. Tertio autẽ vtilis ad deductionem eſt ſeu delectationem intellectualẽ & mores ſicut dictum eſt prius. Deinde cum dicit.

Tertio gratia degendi ocij quietiſq; cauſa, & remiſsionis curarũ, patet omnibus harmonijs eſſe vtendum: ſed non eodẽ modo. Verum ad doctrinam quidem moralibus eſt vtẽdum maxime. ad auditionem vero alio pulſante B effectiuis & abſtractiuis.

Concludit ex prædictis quibus harmoniis vtendũ eſt: & qualibus. Et primo facit ĩ vniuerſali. Secũdo cũ dicit. (Sed cum &c.) Oſtendit quibus in ſpeciali vtendum eſt. Circa primum primo facit quod dictum eſt. Secundo cũ dicit. (Nam affectio &c.) probat quoddam ſuppoſitum. Dicit igitur primo ꝙ ex his quæ dicta ſunt prius manifeſtum eſt ꝙ ad remiſsionem laboris & ad requiem diſtentionis hoc eſt operis vnius diſtenſi vtendum eſt vniuerſaliter omnibus harmoniis muſicis quãtum ad bene diſpoſitos natura. Omnes enim harmoniæ muſicæ quæ in media quadam ratione conſiſtunt quantum ad ſenſum qui ſimiliter in quadam media ratione conſiſtit. videntur delectationem inducere in habentibus ſenſus bene diſpoſitos natura: quod dico ꝑꝑ eos qui indiſpoſiti ſunt ſecundum ſenſum vel animam, qui in harmoniis bene propor C tionatis contriſtantur propter contrarietatẽ. In proportionatis autem & diſtortis delectantur propter ſimilitudinem: vt conſequenter dicetur. Sed ad diſciplinã & mores vtendum eſt maximę moralibus. i. diſponentibus ad mores ſecũdum auditum eorum qui manu vel corpore: vel etiam anima laborant in aliqua paſsione. Practicis & raptiuis hoc eſt deducentibus ab aliqua paſsione ad contrarium vel ad medium. Deinde cum dicit.

Nam affectio illa quæ cõtingit circa animos quorundam vehementer in cunctis exiſtit. Differt autem ſecũdum magis & minus: ceu commiſeratio & mœtus. Et ꝑterea abſtractio animi Nam per hũc motũ deuoti & ſupplices quidã fiũt. Videmus autem & ſacris melodiis ita affici, quãdo vtuntur expiantibus animam carminibus, quaſi medicina fretos: & purificatione D hoc idem euenire neceſſarium eſt his qui cõmiſeratione: & ꝗ mœtu: & ꝗ aliis affectibus detinentur: & aliis quatenus cuiq; talia contingãt: fieriq; in omnibus purificationem quãdam & alleuationem cum voluptate. Similiter aũt carmina purificatiua lætitiam afferunt innocuam hominibus, Quapropter talibus harmoniis & talibus carminibus ſpectãdi ſunt hi qui theatralem muſicam tractant certatores.

Probat quoddam ſuppoſitũ. Suppoſuit enim ꝙ ſunt harmoniæ quædam purificatiuæ à paſsionibus nociuis quibuſdam per generationem oppoſitarum vel mediarum. Hoc autem intẽdit manifeſtare hic per illud, quod apparet ad ſenſum. Et eſt intelligendum ꝙ paſsio animę

ſecundum ꝙ hic loquitur eſt motus partis animæ appetitiuæ ſub phantaſia boni vel mali. Et ideo ſequit appreheſionē boni conuenientis vel mali diſcōuenientis: & ſi ſequat apprehēſionē boni cōuenientis cum delectatione eſt ſm ꝙ huiuſmodi. Si aūt apprehenſionem mali diſconuenientis cum triſtitia, & quia pars aīæ appetitiua eſt virtus quædam in corpore & organo: ideo ſequitur in eſſe & operatione ſua diſpoſitionem materiæ & corporis, & ideo hmōi paſſiones ipſius aliquam diſpoſitionem qualitatum primarum ſequuntur ſicut audaciam abundantia caliditatis circa cor. Timor aūt infrigidationem quādā: Ira aūt accenſionem ſanguinis vel ſpiritus. Et quia hmōi diſpoſitio qualitatum in oībus hoībus eſt inquantū oēs compoſiti ſunt ex ipſis ſicut ex materia: ſed tñ magis & minus ſecundū ꝙ quidam magis calidi, quidam minus, & ſecundū ꝙ quidam magis frigidi quidam aūt minus ſunt, ꝑꝑ hoc oēs huiuſmodi paſſiones quadā aptitudine & virtute ſunt in omnibus. Sed in quibuſdā magis ſecundum actum & intenſe. In quibuſdam autem magis ſecundum potentiam & remiſſe. Et ideo dicit ꝙ bene dictum eſt ꝙ Harmoniæ quædam ſunt factiuæ paſſionum: quoniam paſſiones quæ fiunt in animalibus quorundam ſecundum excellentiam quandam ſecūdū ꝙ quidam ſunt excellenter audaces; quidam excellenter timidi: & ſic de aliis exiſtunt vniuerſaliter in omnibus virtute ſicut calidum & frigidum, & humidum & ſiccum, quę ſunt principia iſtorum ſecundum magis & minus ſecundum ꝙ magis vel minus dominantur qualitates quæ diſponunt ad eas ſicut miſericordia timor & raptus qui eſt immobilitas ſenſuum & partium exteriorum propter reuocationē caloris & ſpiritus ad interiora. Sunt enim aliqui qui à paſſione huiuſmodi detinentur. Videmos enim ad ſenſum ꝙ quādo aliqui vſi fuerunt melodiis quibuſdam quibus antiqui ſolent vti in veneratione Deorum quod reſtituūtur & fiunt de iraſcentibus manſueti quaſi ſortiti medicinam quandam & purificationem à paſſione nociua: & præter naturam. Idem autem hoc contingit exiſtentibus in paſſione miſericordiæ & timiditatis: & vniuerſaliter in quacūq; alia paſſione quantūcunq; adiacet vnicuiq;, & omnibus tñſit quędam alleuiatio & purificatio paſſionis propter delectationem factam ex melodia diſponente ad contrarium. Eodem autem modo huiuſmodi melodiæ purificatiuæ faciūt regionem innocuam hominibus inquantum paſſiones reprimunt propter quas ſibi inuicem iniuriabantur. Et eſt intelligendum ꝙ omnes huiuſmodi paſſiones in aliqua proportione calidi & frigidi & aliarum qualitatum primarum conſiſtunt diſpoſitiue & materialiter: quāuis alterius iſtarum ſit à dominio & oēs cum delectatione quadam vel triſtitia exiſtunt: vel cum vtroq;: quāuis cum altero magis; quæ enim cauſantur ex phantaſia boni conuenientis ſecundum ꝙ huiuſmodi cū delectatione ſunt, quæ autem ex phantaſia mali diſconuenientis cum triſtitia. Harmoniæ autem muſicæ ſimiliter in quadam media ratione ſonorum exiſtunt, quæ ſimiles ſunt aliquādo proportioni in qua conſiſtit paſſio aliqua aliquando autem diſſimiles. Declaratur autem quilibet in eo quod conueniens, & proportionale eſt ei ſecundum naturam: triſtatur autem per contrarium, propter quod exiſtens in paſſione aliqua ſiue cum delectatione ſiue cōtra audiēs melodiam in conſimili proportione magis intenditur in eadem paſſione: audiens autem melodiam in contraria proportione exiſtentem remittitur quaſi per contrarium: ſicut ſi aliquis ſit in paſſione irę quæ eſt cum triſtitia & accenſione quadam audiat melodiam in contraria proportione cauſantem delectationem & remittētem calidum ſedabitur ab ira. Similiter autem & in aliis paſſionibus ſe habet, & propter hoc tractantes muſicam vti debent melodiis, & harmoniis talibus contrariis ad ſedandum exceſſus paſſionum. Deinde cum dicit.

Sed cum ſpectator ſit duplex, alter ingenuus

E & doctus, alter vilis & indoctus ex opificibus turbaq; vrbana. His quoq; accōmodanda ſunt certamina & ſpecula ad ceſſationem, & requietem: vt enim illorum animæ diſtortæ ſunt à naturali habitudine, ſic harmoniarum & melodiarum diſtorſiones ſunt quædā illæ quæ ſunt vehementes & infractæ. Delectat vero ſingulos id quod ſuæ naturæ ſit aptum, quamobrē licentia permittenda eſt his qui de arte muſica certāt in theatro, vt ad huiuſmodi ſpectatorem tali genere vtantur muſicæ.

In ſpeciali declarat quibus & qualibus melodiis vtendum eſt: & primo quibus & qualibus vtendum eſt ad requiem in diſciplinatorum & vilium. Secundo cum dicit. (Ad doctrinam.) Quibus vtendum eſt ad diſciplinam li-
F. berorum & diſciplinatorum magis. In prima parte dicit ꝙ ſpectator .i. auditor harmoniæ muſicalis duplex eſt. Vnus quidem liber ideſt bene diſpoſitus ad opera intellectus & bene diſciplinatus. Alter autem ſeruus & oneroſus cōpoſitus ex vilibus & merecnariis & aliis huiuſmodi indoctis oneroſis & ſeruilibus aſſignandi ſunt agones & ſpeculationes conuenientes eis ad requiem & delectationem. Laborantes enim iſtis indigent quandoq;. Sicut autem ipſi ſecundum animam male diſpoſiti ſunt: & diſtorti ab illo habitu qui eſt ſecundum naturam: ita ſunt quædam harmoniæ rigidæ valde & diſtortæ á media ratione: omnibus autem delectabile eſt id quod conueniēs eſt eis ſecundum naturalem inclinationem eorum; quia delectatio eſt operatio connaturalis habitus non impedita ſicut dicitur .7. Ethi. Et ideo agonizantibus & operantibus in muſicalibus concedendum eſt ꝙ poſſint vti aliquo tali genere muſicæ: rigido .ſ. & diſtorto ad talem ſpectatorem vilem & indiſpoſitum: vt ipſo delectatus quie-
G ſcat ſecundum ꝙ dicimus cōmuniter ꝙ plus valet ruralis fiſtula q̃ aliquod nobilius inſtrumentum, intelligendum eſt ꝙ anima poteſt conſiderari ſecundum ſeipſam, vt eſt forma quædam ſpecifica hominis, vel ſecundum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo: vel in illo ſi conſideretur ſecundum naturam propriam: ſic nulla inclinatio ad imperfectionem: nec etiam imperfectio inuenitur in ea: immo quantum in ſe eſt perfecta eſt vniuerſaliter: quantum eſt ex inclinatione eius: tale enim eſt vnumquodq; ſecundum naturam quale eſt generatione perfecta: ſicut dicitur in primo huius. Et ſic anima cuiuſcunq; hominis non inuenitur diſtorta á naturali habitu: & ſecundum ꝙ huiuſmodi quilibet liber eſt. Si autem conſideretur ſecūdum diſpoſitionem materiæ in hoc indiuiduo & in illo: quia inueniuntur quædam diſpoſitiones quæ non diſponunt eam ad illud ad quod inclinatur ſecundū naturam ſuam: ſed quædam ad contrariū magis: ſic anima vel homo ſecūdum eam diſtortus eſt à perfectione ad quam in-
H clinatur ſecundum naturam. Deinde cum dicit.

Ad doctrinam vero moralibus melodiis eſt vtendum, & talibus harmoniis qualis eſt Dorica: vt ſupra diximus, recipienda eſt & alia quācūq; nobis ſuadēt, qui in philoſophia muſicaq; verſantur.

Declarat quibus moralibus vtēdum eſt ad diſciplinā, & primo facit hoc. Secundo cum dicit. (Sed duo.) Declarat ꝙ omnes & omni quaq; non debent vti illis: ſed cum determinatione. Circa primum primo facit quod dictū eſt: Secundo cum dicit. (Socrates autē.) reprobat opinionem Platonis circa quoddam dictum. Tertio cum dicit. (Doricam autem.) regreditur ad declarādum quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ ad diſciplinam quæ delectabilis eſt ſicut ludus vtendum eſt moralibus melodiis

diis & harmoniis diſponentibus ad hanc. Talis autem eſt illa quæ vocatur Dorica: ſicut diximus prius & apparebit conſequenter: ergo ad diſciplinam vtendum eſt ea & adiungendū eſt ei aliquas ſi quas approbauerint ſicut cōuenientes ad hoc qui exercitati ſunt in philoſophico exercitio & diſciplina muſicali. Deinde cum dicit.

Socrates vero in libris de rep. nō recte Phrygiam tantūmodo adiūgit ad Doricam: licet improbans tibiā ex inſtrumentis, habet enim eandem vim Phrygia in harmoniis, quam habet tibia in inſtrumentis: ambæ enim concitant animos, & in affectus impellunt.

Reprobat opinionē Platonis circa prædicta: & primo facit hoc. Secundo cū dicit (Oſtendit hoc.) declarat quoddam ſuppoſitum. In prima parte dicit ꝙ Socrates in rep. ſua. i. Plato introducens Socratem loquentem non conuenienter dicit ſolam Phrygiam melodiam cum ea quam B dicimus Doricam debere recipi in ciuitate ad diſciplinā & mores iuuenum, ſimul cum hoc reprobans fiſtulam inter organa tanq̄ non conuenientē ad ea. illam enim eandem naturam & virtutem quā habet fiſtula inter organa habet melodia Phrygia inter harmonias, ambo enim prouocant iram, & ſunt illatiua paſsionis ad quam diſponit calidum propter fortitudinem motus & percuſsionis: ratione quorū habent excitare caliditatem in ſpiritibus. Si ergo fiſtula reprobāda eſt ſicut inepta ad diſciplinam & mores, eadem ratione & melodia Phrygia, & ſi iſta vtilis eſt eadem ratione & illa. Deinde cum dicit.

Oſtendit hoc poeſis, tota enim bacchatio & tota huiuſmodi cōcitatio maxime omnium inſtrumentorum per tibias fit. Harmonia vero Phrygia maxime hunc modum habet, ceu Dithyrambus manifeſte videtur eſſe Phrygius, cuius quidē rei plura afferunt argumenta qui circa huius rerum intelligentiam vacant. Et inter cætera illud, quod Philoxenus aggreſſus Dorice facere Dithyrambos in fabulis nō potuit, ſed vi illius naturæ tractus fuit ad Phrygiā harmoniam: quæ maxime illis congruebat.

Declarat quoddam ſuppoſitum: puta ꝙ eandem naturam habeant Phrygia in melodiis & fiſtula in organis dicens, ꝙ ea habere eandem naturā manifeſtat poeſis: quia dicit, ꝙ oīs bacchatio ideſt impetuoſitas & omnis motus conſimilis paſsionis violentæ, maxime cauſatur á motu fiſtulę in organis & in harmoniis muſicalibus á melodia Phrygia. Accipiunt autem ad huiuſmodi declarationem hoc quod conueniens & verum videtur: puta ꝙ Dithyrambus manifeſte videtur eſſe modus quidam melodiæ Phrygiæ. ad hoc autem exempla multa adducunt illi qui circa obiectum huius ſenſus. ſ. auditus laborant & alia. Et quia Philoxenus muſicus fabulās aliquādo viſus fuit Dithyrambū facere in melodia Dorica: ſcilicet primi toni: non potuit autē quia non conueniebat illi: ſed ex ipſa inclinatione naturę eius incidit in Phrygiam, cū qua magis conueniebat. hoc autem non eſſet niſi Dithyrambus de quo manifeſtum eſt ꝙ conuenit cum fiſtula vel tuba propter fortitudinem motus: & eſt factiuus iræ & paſsionis fortis. Et eſt modus quidam cantus qui dicitur Phrygius. ſ. tertij toni apud nos & per cōnſequens Phrygia cōueniret cum fiſtula. Deinde cum dicit.

Doricam autem fatentur omnes cōſtantem eſſe ac firmam: moremq; ſummopere cōtinere virilem, Præterea cum medium extremorū ſumendum eſſe dixerimus, Dorica autē hanc ha-A beat naturam ad alias harmonias, manifeſtum eſt ꝙ Doricam præ cæteris decens eſt iuniores addiſcere.

Regreditur ad probandum minorem rationis prædictæ. ſ. ꝙ melodia Dorica maxime ſit moralis dicēs, ꝙ Dorica melodia loquentes omnes vniuerſaliter confitentur ꝙ inter omnes melodias ſtabiliſsima exiſtit: ꝓpter quod conuenit cum virtute ad quam requiritur conſtantia mētis in his quę ſunt ſecundum rationem: & maxime habet morem virilem. i. virtuoſum, quod quidem per rationē apparet, medium enim inter duas ſuperabundantias excellētiæ & defectus laudamus: & approbamus magis & in his quæ ſunt ſecundum naturam, puta complexionem temperate calidam laudamus magis q̄ eam quæ excellēter frigida eſt: & in his quæ ſunt ſecundum artem & ſecūdum rationem, virtutem enim quę in medio conſiſtit laudamus, ſuperabūdantiam autem & defectum quæ rationem B extremorum habent vituperamus. Adhuc autem dicimus ꝙ medium in omnibus magis proſequēdum eſt ſicut bonum, melodia autem Dorica rationem medij habet reſpectu aliarum: non enim ita excellēter acuta eſt ſicut illa quæ dicitur Lydia mixta: quæ eſt ſeptimi toni: nec etiā ita depreſſa in grauitate ſicut hypodorica vel hypophrygia quæ eſt ſecundi vel quarti toni. & ideo manifeſtum eſt ꝙ maxime laudanda eſt & proſequenda ſicut diſponēs ad virtutem propter quod iuuenes magis exercitandi ſunt in ea. Deinde cum dicit.

Sed duo conſideranda ſunt: vnum quid poſſit, alterum quid deceat. Nam poſſibilia quiſq; aggredi & cōuenietia ſibi debet. Sunt aūt hæc diſtincta ętatibus: ceu defeſſis iam tempore nō facile eſt alti ſpiritus cantilenas canere: ſed talibus ſubiicit natura remiſſas: ex quo Socratem C in hoc quoq; merito reprehendunt quidam ex his qui circa muſicam verſantur, quod remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinā, quaſi vinolentas accipiens eas, non ſecundum vinolentiæ naturā: nam vinolentia magis debacchari facit, ſed defeſſas, quare & ad futuram ætatem ſeniorum opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere: & huiuſcemodi melodias.

Declarat ꝙ nō quocūq; modo quibuſcūq; moralibus vtendum eſt á quibuſcumq; ſed ſecūdum diuerſas determinationes ſecundum diuerſitatem ætatum, & circa hoc primo declarat quibus & qua determinatione expedit vti ſenibus. ſecundo cū dicit. (Præterea.) Quibus & qualibus iuuenibus: concludens cōditiones vniuerſaliter quæ requiruntur in melodia conueniēte vnicuiq; ætati. Dicit igitur primo ꝙ non omnibus melodiis: & moralibus & D mediis expedit vti omnibus quomodocūq; ſed cum determinatione. Sunt autem duo per quæ determinantur: videlicet ꝙ poſsibile: & ꝙ decens illa. n. magis oportet agere aut operari inter bona operabilia quæ poſsibilia ſunt operanti: nullus enim manū immittit ad illud quod impoſsibile reputat, vel ſimpliciter vel ſibi, quāuis etiā bonum ſit ſecundum ſe: & illa quæ decent ipſum operantem, aliqua enim ſunt bona & poſsibilia operanti quę tamen non decent ipſum, ſicut bonum eſt dare paruum munuſculum: & poſsibile eſt Regi non tamē decet ipſum. ſiquidem magnificus eſt. & ideo illa quę bona ſunt: & poſſibilia operanti & decētia ipſum magis faciēda ſunt poſſibilitas autem & decentia diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem ætatum, aliqua enim ſunt poſsibilia viro perfecto & decētia ipſum quæ non ſunt poſsibilia iuueni & decentia ipſum, & ideo ſunt aliquæ harmoniæ vtiles ad mores ſecundum ſe: quæ tamen non conueniunt quibuſdam

dam: quia non ſunt eis bene poſsibiles: ſicut eis qui ſunt abdicati, hoc eſt declinantes per tempus vel ſenium ab æqualitate: non faciliter poſſunt cantare harmonias rigidas & acutas propter debilitatem virtutis & ſpiritus. ſed magis remiſſas ſecundum naturam: propter quod quidã poſteriorum muſicorũ conuenienter reprobauerunt Socratem qui reprobauit omnes harmonias remiſſas vtiliter tanquam inutiles ad mores & diſciplinam dicens eas eſſe ſicut inebriatiuas hominum. ſed cum ebrietas duo faciat in homine. ſ. motus impetuoſitatem & declinationẽ à ſobrietate & diſpoſitione naturali, dixit eſſe ipſas inebriatiuas non ſm potentiam ebrietatis. i. ſecundum impetuoſitatem. Verum enim eſt, ꝙ ebrietas impetuoſum hominem facit. huiuſmodi enim melodiæ remiſſæ talem impetuoſitatem nõ inducunt, ſed dixit eas eſſe inebriatiuas ſicut abdicatiuas. i. declinantes ab æqualitate & medio. Et propter hoc inclinantes hoĩes ad ea, quę declinãt ab æqualitate & rectitudine. Hoc aũt dicebat Plato, ac ſi omnes homines & ſemper exiſterent in ſtatu & æqualitate medij ſecundum naturam, & nullus declinaret ab ea: ſi enim ita eſſet nulli expediret vti harmoniis remiſſis: ſed quia quidam ſunt in ſtatu & æqualitate: quidam aũt ab ea declinant per ſeniũ vel alio modo: vnũquodq; autem delectatur in eo quod conueniens eſt ei ſecundum naturam, ſicut dictum eſt prius: ideo non expedit omnes vti melodiis: ſed quibuſdam expedit vti remiſsis mediis, & ideo ad ætatem futuram ſeniũ qui declinant ab æqualitate prædicta, & ſunt debilis virtutis expedit vti melodiis & harmoniis remiſsis. Deinde cum dicit:

E Præterea ſiqua eſt taliũ harmoniarũ quę conueniat puerorum ætati: ex eo quia poſſit ornatum ſimul doctrinãq; afferre, quod Lydia maxime oĩum harmoniarum habere videtur manifeſtum ꝙ hæ tres determinationes ſunt in doctrina faciendæ, medium, poſſibile, ac decens.

Oſtendit quæ expediunt iuuenibus concludens conditiones quæ exiguntur in muſica ordinãda ad aliqua mores vtiliter dicẽs: ꝙ adhuc ſi adhuc eſt harmonia talis media non remiſſa quæ decet ætatem puerorum ꝓpter hoc ꝙ ornatum quendam habet propter conſonantiã: ratione cuius delectat. ſimiliter autem & doctrinam hoc: eſt diſponit ad diſciplinam: huiuſmodi autẽ vim videtur maxime habere harmonia ea quæ dicitur Lydia quę eſt cantilena quinti toni: ſicut dictum eſt prius: manifeſtum eſt ꝙ in muſica diſponente ad diſciplinam oportet tria præ-
F exiſtere: videlicet ꝙ rationem medij habeat inter acutas & graues: & ꝙ poſsibilis ſit ipſi vtenti & decens cõditionem ipſius. Si enim talis fuerit manifeſtum eſt: ꝙ vtentes ea magis inclinabuntur ad virtutem & mores. inclinati autem magis operabuntur ſecundum rationem: operantes autem ſecundum rationem faciliter attingunt ad fœlicitatem: quæ conſiſtit in perfectiſsima operatione hominis ſecundum ſupremam eius virtutem reſpectu perfectiſsimi obiecti ipſius: qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Libri octo Politicorum Ariſtotelis à Leonardo Aretino conuerſi,
& à D. Thoma expoſiti, finiunt.

IVLIVS MARTIANVS ROTA
AD LECTOREM.

Habes expoſitionem Doctoris Aquinatis, ſicut poſtulabas integram & emendatam: Contulimus enim ipſam cum vetuſto & manu ſcripto exemplari cuius auxilio nixi, vitia ſuſtulimus, quæcunq; vel in codice habuit, vnde primum eſt ab impreſſoribus accepta (vnicus enim is fuit) vel tribus impreſſionibus poſtea contraxit, quæ permulta fuerunt, ſubiecimus etiam ſcriptoris eiuſdem & argumẽti libros quattuor De regimine principum, tanquàm eorum quæ in commentariis ab eo explicabantur, additionem quandam & compendium futuros. Nunc Antiquam Politicorum interpretationem apponimus, curioſis quorundam hominum efflagitationibus obſecuti, qui duas eam dicunt vtilitates continere: vnam ꝙ expoſitioni. D. Thomæ plus conſentiat: quãdo quidem eam ipſe explanarit: alteram, quòd, cum Ariſtotelem ad verbum interpretetur, agnoſcere poſſumus, quale tum temporis exemplar grȩcum haberetur: & inde libros quos nunc habemus, tam græcos, quam latinos, emendare. Quamobrẽ multum ac diu quæſitam, atq; vix tandem repertam, cum paginæ præcedentes iam deſcriptæ fuiſſent, coacti ſunt bibliopolæ hac in parte operis ipſam reponere, vt eam habeant, qui tantopere ipſam deſiderant, et votis omnibus expetunt. Diſtinximus autem ipſam in lectiones; & interpunximus, vt ſi quis velit eam conſulere, & vel cum Aretino conferre, vel cum expoſitione coniungere, aut græcos codices emendare, commoditate fruatur, nec diutius in quærendo laboret: nihil eſt autem in ea, aut additum, aut ſubtractum, aut immutatum, præterquàm hominum, vrbium, & regionum nomina, quæ pleraq; omnia corrupte legebantur. Reliqua, ſicut inuenta ſunt, ita impreſſores deſcripſere, ſumma fide & diligentia, quo liber iſte qualiſcunq; ab interitu vindicaretur. Itaq; ſecure ipſum legat quiſquis antiquitatis amator extiterit, nec ſi quid offendet, quod ſe remoretur, nos culpet. Aliena ſi quidem, non noſtra edenda curauimus. Veterem quoq; Oeconomicam è duobus exemplaribus politicæ ſubiunximus, quam, ſi quis cum grȩca conferre non grauabitur, operam non amittet. Vale.

ARISTOTELIS POLITICORVM

Antiqua Tranſlatio.

LIBER PRIMVS

LECTIO I.

QVONIAM oēm ciuitatem videmus.
cōitatem quādam exiſtentem, & om
nem cōmunitatem boni alicuius in
ſtitutā. Eius enim, quod videtur bo-
ni gratia omnia operātur omnes. Ma
niſeſtum quod oīs bonum aliquod B
coniecturat. Maxime autem principaliſsimum oīum,
oīum maxime principalis, & oēs alias circumplectēs.
Hæc autem eſt, quæ vocatur ciuitas, & cōicatio Politi
ca. Quicunq; igitur quidem exiſtimant, Politicum, &
Regale, & Oeconomicum, & Deſpoticum idem, non
bene dicunt. Multitudine enim & paucitate putāt dif
ferre, ſed nō ſpecie, horum vnumquodq;, puta, ſi quī
dem paucorum Patrem familias. Si autem plurium,
Oeconomum. Si autē adhuc plurium, Politicum aut
Regale tanquam nihil differentem magnam domum
& paruam ciuitatem. Et Politicum & Regale, qn̄ qui-
dem ipſe præeſt, regale. qn̄ autem ſermones diſciplinę
talis ſm partem principans & ſubiectus, Politicum.
Hæc autem nō ſunt vera. Manifeſtum autē erit quod
dicitur intendentibus ſm ſubiectum Methodum. Si- C
cut enim in aliis compoſitum vſq; ad incompoſita ne
ceſſe diuidere. hæ enim minimæ partes totius, ſic & ci
uitatem ex quibus componitur. Conſiderantes vide-
bimus & de iis quibus quidem differunt ab inuicem,
& ſi q̄d artificiale cōtingit accipere circa vnūquodq;
dictorum. Si quis enim ex principio res naſcentes vi-
derit, quēadmodum & in aliis, & in iis optime vtiq;
contemplabitur: neceſſe itaq; primum combinare, ſi-
ne inuicem non poſſibiles eſſe, puta fœminam & ma-
ſculum generationis gratia, & hoc non ex electione,
ſed ſicut in aliis animalibus & plantis. naturale appe-
tere quale ipſum, tale derelinquere alterum. Princi-
pans autem & ſubiectum natura pp ſalutem. Quod
quidem enim poteſt mente præuidere, principans na
tura & dn̄ans natura. Quod autem poteſt hoc corpo
re facere ſubiectum & natura ſeruum, pp quod Dn̄o D
& ſeruo idem expedit. Natura quidem igitur diſtin-
guuntur fœmina & ſeruus, nihil enim natura facit ta
le, quale ęris figuratores Delficum gladium paupere,
ſed vnum ad vnum, ſic enim vtiq; perficiet optime or
ganorum vnumquodq;, nō multis operibus, ſed vni
ſeruiens. Inter Barbaros autem fęmina & ſeruus, eun
dem habent ordinem, cauſa autem quia natura princi
pans non habent, ſed fit cōicatio ipſorum ſeruæ & ſer
ui, pp quod dicunt Poetę Barbaris quidē Gręcos prin
cipari congrue, tanq̄ ſit idem natura Barbarum & ſer
uum. Ex his quidem igitur duabus cōitatibus domus
prima. Et recte Heſiodus dixit poetizans, domum qui
dem primum entem, mulierem & bouem aratorem,
bos enim pro miniſtro pauperibus. In oēm quidē igi
tur diem cōſtituta cōitas ſecundum naturam domus
eſt, quos ſcilicet Charondas quidem vocat, Homoſi-
tios. Epimenides autē Cretenſis Homocapnos, ex plu
ribus autem domibus cōicatio prima, vſus non diur-
nalis gratia, Vicus. Maxime autem videtur ſecundum
naturam vicus vicinia domuum eſt, quos quidam vo
cant collactaneos pueros & puerorum pueros. Pro-
pter quod & primum rege regebantur ciuitates, &
nunc adhuc gentes, ex ſubiectis enim regi. Oīs enim
domus regit' à ſeniſſimo. Quare & viciniæ pp cogna-
tionem. Et hoc eſt quod dicit Homerus: leges ſtatuit
vnuſquiſque pueris & vxoribus, & diſperſum enim,
& ſic antiquitus habitabant. Et Deos autem pp hoc
oēs dicunt regi, quia & ipſi, ij quidē adhuc & nunc,
ij autem antiquitus regebantur. Sic autem & ſpecies
ſibi ipſis aſſimulāt homines, ſic & vitas Deorum. Quæ
autem ex pluribus vicis cōitas, pfecta ciuitas iam om-
nis habens terminum per ſe ſufficientię, vt cōſequēs
eſt dicere. Facta quidem igitur viuendi gratia, exiſtēs
autem gratia bene viuendi, pp quod omnis ciuitas na
tura eſt, ſiquidem & primæ cōitates, finis enim ipſa il
larum, natura aūt finis eſt. Quale enim vnumquodq;
eſt generatione perfecta, hanc dicimus naturam eſſe
vniuſcuiuſque ſicut hominis, equi, domus, Adhuc
quod cuius gratia & finis, optimum. Per ſe ſufficien-
tia autem finis, & optimum. Ex iis igitur manifeſtum
ꝙ eorum quæ natura ciuitas eſt, & quod homo natu-
ra ciuile animal eſt, & qui vicini iis propter numerū,
& non propter fortunam, aut prauus eſt, aut melior
q̄ homo, quemadmodum & qui ab Homero maledi-
ctus, inſocialis, illegatus, ſceleratus: ſimul. n. natura ta
lis affectator belli, velut ſine iugo exiſtēs, ſicut in vo-
latilibus. Quod autem ciuile animal homo, omni ape
& omni gregali animali magis, palàm. Nihil enim vt
aiunt fruſtra natura facit, ſermonem autem ſolus ha-
bet homo ſuper animalia. Vox quidem igitur delecta
bilis et triſtabilis eſt ſignum, propter quod & aliis exi
ſtit animalibus, vſque ad hoc enim natura eorum per
uenit vt habeant ſenſum triſtabilis & delectabilis, &
hoc ſignificāt inuicem. Sermo autem eſt in oſtenden
do conferens & nociuum. Quare & iuſtum & iniu-
ſtum. Hoc enim ad alia animalia habent, hominibus
ꝓprie ſolum boni & mali, iuſti & iniuſti, & aliorum
ſenſuum habere. Horum autem cōicatio facit domum
& ciuitatem. Et prius itaque ciuitas q̄ domus & vnuſ
quiſque noſtrum eſt, totum enim prius neceſſarium
eſſe per ſe. Interempto enim toto, nec erit pes neque
manus niſi æquiuoce, vel vt ſiquis dicat lapideā, cor-
rupta enim erit talis. Oīa enim opere diffinita ſunt &
virtute. Quare vero iā talia exiſtentia, non dicendum
eadem eſſe ſed æquiuoca. Quòd quidem igitur ciui-
tas natura prior q̄ vnuſquiſque manifeſtum. Si enim
non per ſe ſufficient vnuſquiſque ſegregatus. Simili-
ter aliis partibus ſe habebit ad totum. Non potens au
tem cōicare, aut nullo indigens propter per ſe ſuffi-
cientiam, nulla pars eſt ciuitatis, Quare aut beſtia, aut
Deus, natura quidem igit' impetus in omnibus ad talē
communitatem. Qui autem primus inſtituit, maxi-
morum bonorum cauſa. Sicut enim perfectum opti-
mum animalium homo eſt, ſic & ſeparatim à lege &
iuſtitia peſſimum omnium. Sæuiſſima enim iniuſti-
tia habens arma, homo autem habens arma naſcitur,

prudentia & virtute, quibus ad cootraria eſt vti maxi
me, ꝑpter quod ſceleſtiſſimũ, & ſilueſtriſſimum ſine
virtute, & ad venerea & voracitaté peſſimum, iuſtitia
autem ciuile. Diki enim ciuilis cõmunitatis ordo eſt.
Diki autem iuſti iudicium.

LECTIO II.

QVoniam aũt maniſeſtũ ex quibus partibus
ciuitas conſtat, neceſſariũ primum de Oeco
nomia dicere. Omnis enim cõponitur ciui-
tas ex domibus. Domus auté partes, ex
quibus auté rurſum inſtituta domus eſt, Domus aũt
pſecta ex ſeruis & liberis. Qm̃ aũt ex minimis primũ
vnumquodq; querendum, primæ aũt & mioimę par
tes domus, Domious & ſeruus, & maritus & vxor, &
pater & filij, de tribus iis cõſiderandũ vtiq; erit, quid
vnumquodq;, & quale oportet eſſe. Hæc aũt ſunt De
ſpotica & Nuptialis, Inoominata enim ſęminæ & viri
cõiugatio, & tertium tecnoſactina. Etcoim hæc nõ eſt,
nominata proprio nóie. Sunt aũt tres, quas diximus.
Eſt aũt quędã pars, quæ videtur iis quidem eſſe Oeco
nomia. His aũt maxima pars ipſius, qũo aũt habet ſe,
coonſiderandum. Dico aũt de vocata chriſmatica. Pri-
mum aũt de Deſpotica & ſeruo dicamus, vt & quę ad
neceſſariam opportunitatem videamus, & vt vtiq; ſi-
quid ad ſcire de ipſis poterimus accipere melius nũc
opinatis, iis quidem enim videtur ſcientia quędã eſſe
deſpotica, & eadem Oeconomica & deſpotica & poli
tica, & regnatina ſicut diximus incipientes. His auté
præter naturam deſpotizare. Lege enim, hũc quidem
ſeruum eſſe, hunc aũt liberum, natura aũt nihil differ
re, ꝑp quod neq; iuſtum, ſed violentũ. Qm̃ igitur poſ
ſeſſio pars domus, & poſſeſſiua, pars Oeconomiæ. Si-
ne enim neceſſariis impoſſibile eſt viuere. Quẽadmo
dum aũt determinatis artibus, neceſſarium vtiq; erit
exiſtere conuenientia organa, ſi debeat perfici opus,
ſic & Oeconomico. Organorum aũt hæc quidem ina
nimata, hæc aũt aĩata, veiut gubernatori. Gubernacu
lum quidem inanimatum, prorarius aũt aĩatus: mini
ſter enim ĩ organi ſpecie artibus, ſic & res poſſeſſa or-
ganum ad vitam eſſe, & poſſeſſio multitudo organo-
rum eſt: et ſeruus res poſſeſſa aĩata, & ſicut organum,
ante organa oĩs miniſter. Si enim poſſet voũquodq;
organorum iuſſum & præſentiens perficere ſuũ opus
quemadmodum quæ Dedali aiunt, aut Vulcaoi tripo
das quos ait Poeta ſpontaneos, diuinum ſubinduere
agonem. Sic ſi pectioes pectinarẽt per ſe, & plectra ci-
tharizarent, oihil vtiq; opus eſſet architectoribus in-
ſtrumẽtotum, nec Dñis ſeruorum. Quę quidem dñr
organa, factiua organa ſunt res poſſeſſa aũr actiuum.
Ex pectine quidẽ enim alterum aliquid fit ꝑter vſum
ipſius, ex veſtitu auté & lecto vſus ſolum. Adhuc qm̃
differunt factio, ſpecie, & actio, & indigẽt ambæ orga
nis, neceſſe & hanc eandem habere differentiam, Vita
autem actio non factio eſt. Propter quod & ſeruus mi
niſter eorũ mõq; ad actionem, res poſſeſſa auté dicitur
quemadmodum & pars. Quæ quidem pars oõ ſolum
alteoius eſt pars, ſed & ſimpliciter alterius. Similiter
autem & res poſſeſſa. Propter quod Deſpotes ſolum.
Illius auté noo eſt, ſeruus autem oon ſolum Deſpotis
ſeruus eſt: ſed eſt omnino illius. Quæ quidẽ igitur na
tura ſeruus, & q̃ virtus, ex iis maniſeſtũ. Qui enim nõ

E ſui ipſius natura, ſed alterius homo iſte natura ſeruus.
Alterius auté eſt homo, qui cũ res poſſeſſa ſit ſeruus
eſt: res poſſeſſa auté organum actiuum & ſeparatum.

LECTIO III.

VTrum aũt eſt aliquis natura talis aut oõ, &
vtrum dignius & iuſtius alicui ſeruire quã
non? Sed oĩs ſeruitus ꝑter naturam eſt, poſt
hoc conſiderandum. Non difficile aũr & rõ
ne cõtemplari & ex his quæ fiunt addiſcere. Principa
ri enim & ſubiici, nõ ſolum neceſſariorum ſed etiam
expedientium eſt, & ſtatim ex natiuitate quædam ſe-
gregata ſunt, Hęc quidem ad ſubici, hęc aũt ad princi
pari, & ſpecies multæ & ſubiectorum ſunt & princi-
pantium. Et ſemper melior priocipatus, qui meliorũ
ſubiectorum, puta hoĩs q̃ beſtiæ. Quod.n. efficitur à
F meliotibus, melius opus. Vbi aũt hic quidam princi-
patur, hic quidem ſubiicitur ẽt aliquod horum opus.
Qñcunq;.n. ex pluribus conſtituta ſunt, & fiunt vnũ,
aliquod cõe, ſiue ex cõiunctis ſiue ex diuiſis, in oĩbus
videtur principans & ſubiectum, & hoc ex oĩum na-
tura ineſt animatis. Etenim in noo participantibus vi
ta eſt quidem participatus, puta armoniæ, ſed hęc qui
dẽ ſorte magis extrinſecæ ſunt ſpeculationis. Animal
aũt primum conſtat ex aĩa & corpe, quorum hæc qui
dem principans eſt natura, hoc aũr ſubiectum, Opor
tet aũt intendere ex ſecundum oaturam habentibus,
magis q̃ natura & non in corroptis, ꝑp quod & opti
me diſpoſitum & ſm corpus & ſm aĩam hoĩem cõſi-
derandum, in quo hæc palam. Peſtilentium.n. & pra-
ue ſe habentium videbitur principari multoties cor-
G pus animæ, ꝑp praue & præter naturã habere. Eſt qui
dem ſicut dicimus primum io animali cõtemplari &
Deſpoticum principatum & politicum, aĩa quidem
corpori enim dominatur Deſpotico priocipatu, intel
lectus enim appetitui politico & regali, ĩ quibus ma
niſeſtum eſt quod ſecundum naturã & expediẽs cor-
pori regi ab anima, & paſſibili parte ab intellectu &
parte rationem habente. Ex quo autem aut ecõtrariũ
nocinum omoibus, iterũ in homine & in aliis anima
libus ſimiliter ſe habet, manſueta quidem enim ſylue
ſtribus digniora ſecundum naturã, his autem oĩbus
melius regi ab hoĩe, adipiſcunt.n. ſalutem ſic. Adhuc
aũt & maſculinum & fœminioum, natura hoc quidẽ
melius hoc aũt deterius, & hoc aũr principans, & hęc
aũt principata. Eodem autem modo oeceſſarium eſſe
& in hominibus. Quicunq; quidem igitur tm̃ diſtãt
H quãtum anima a corpore, & homo à beſtia diſponun
tur auté hoc modo. Quorumcunq; eſt opus corporis
vſus, & hoc eſt ab ipſis optimum, iſti quidem ſunt na
tura ſerui quibus melius eſt regi hoc principatu, ſiqui
dem & dictis creditur, oã ſeruus qui põt alterius eſſe
propter quod & alterius eſt. Et cõicans ratione tãtum
quãtum ad ſeoſum recipere, ſed nõ habere, alia enim
animalia non ratiooe ſeutientia ſed paſſiooibus ſer-
uiunt: opportunitas variatur modicum ad neceſſaria
enim corpori auxilium fit ab ambobus, & à ſeruis, &
à domeſticis animalibus. Vult quidem igitur natura
& corpora differentia facere, quæ liberorum & ſeruo
rum, hęc quidẽ fortia ad neceſſarium vſum, hęc autẽ
recta & inutilia ad tales operationes, ſed vtilia ad ciui
lem vitam, iſte auté etiã fit diuiſus ad bellicam oppor
tunitatem

tuoitatem & pacificam. Accidit aũt multoties & con
trarium: hos quidem corpora habere liberorum, hos
aũt aĩas. Qm̃ & hoc manifeſtum, quod ſi tm̃ fiuot dif
ferẽtes corpe ſolum quantum deorum imagines, ſub
deficientes oẽs dicent vtiq; dignos eſſe his ſeruire. Si
aũt in corpe hoc verum, multo iuſtius io aĩa diffiniri.
Sed nõ ſimiliter facile videre aĩæ & corpis. Quod qui
dem igitur ſunt natura quidã, hi quidem liberi, ij aũt
ſerui manifeſtũ, quibus & expedit ſeruire et iuſtũ eſt.

LECTIO IIII.

QVod aũt & qui contraria dicunt ſm modũ
aliquem dicunt, recte, non difficile videre.
Dupliciter enim dicitur ſeruire & ſeruus.
Eſt enim aliquis ſm legẽ ſeruus & ſer-
uiens. Lex enim promulgatio quædam eſt, in qua io
bello ſuperata præualentium eſſe dicunt. Hoc itaque
iuſtum mulu eorum, qui in legibus quemadmodum
Rhetora ſcribunt iniquorum, tanq̃ durum, ſi vim io
ferre potenos & ſm potentiam melioris, erit ſeruum
& ſubiectum quod violentiam paſſum eſt, & iis qui-
dem ſic videtur, iis autem illo modo etiam ſapiẽtum.
Cauſa aũt huius dubitaoonis, & quod facit verba va-
riari, quia modo aliquo virtus ſortita ſucceſſum, vio-
lenoam pati poteſt maxime, & eſt ſemper ſuperãs in
exceſſu boni alicuius, vt videatur nõ ſine virtute eſſe
violentia. Sed de iuſto ſolum eſſe dubitationem, Pro-
pter hoc. o. iis quidem beniuolentia iuſtum eſſe, vide
tur, his aũt ipſum hoc iuſtum, meliorẽ principari, qm̃
ſepoſitis ſeorſum his rõoibus, neq; forte nihil habẽt,
neq; probabile alteræ rõnes vt oon oporteat melius
ſm virtutem, principari & dñari. Totaliter aũt atten-
dentes quidem, vt poſſibile ad iuſtum quoddam. Lex
enim iuſtum quoddam, eam quæ ſm bellum ſeruitu-
tem ponunt iuſtam, omnino aut non aiuot. Principiũ
enim cõtingit non iuſtum eſſe bellorum, & indignũ
ſeruire nequaquam vtiq; dicit aliquis ſeruum eſſe. Si
aũt non accidet eos qui videntur eſſe optimi generis
ſeruos eſſe, & ex ſeruis ſi contingat vendi captos. Pro
pter quod nõ volũt ipſos dicere ſeruos ſed barbaros.
Et quidẽ cum hoc dicũt, nihil aliud quæruot q̃ quod
oatura ſeruum, quod quidem à principio diximus.
Neceſſe. n. eſt dicere aliquos eſſe, hos quidem à princi
pio ſeruos, hos aũt oequaq̃, eo aõt modo & de inge-
nuitate, ipſos quidem enim, oõ ſolum apud ipſos io
genuos, ſed etiam vbiq; putant, barbaros aũt domi ſo
lum, tanq̃ ſit aliquod hoc quidem ſimpliciter ioge-
nuum & liberum, hoc aũt noo ſimpliciter. Quemad-
modum Theodecti Helena inquit ex ambabus dini-
nis progenitricibus radicibus quis vtiq; dignificabit
addicere ſeruam. Cum autem hoc dicãt, nihil aliud q̃
virtus & malitia determioant ſeruum & liberum, &
nobiles & ignobiles. Dignificant enim, quemadmo-
dum ex hoĩe hoĩem, & ex beſtiis fieri beſtiam, ſic &
ex bonis bonum. Natura aũt vult quidem hoc facere
multoties, noo tñ poteſt. Quod quidem igitur habet
quandam rõoem dubitatio, & ooo ſint ij, quidem na
tura ſerui, ij aũt liberi palam, & quod io quibuſdam
determinatum, q tale, quorum quidam huic expedit
ſeruire, huic aũt dñari, & iuſtum eſt, & oportet hunc
quidẽ ſubiici, hunc aũt principari, quo nati ſuot prin
cipatu, principari. Quare, & deſpotizare, male aũt inu

A tiliter eſt ambobus. Idem enim expedit parti & toti,
& corpori & aĩæ, ſeruus autem pars quædam Dñi, ve
lut aĩatum aliquid corporis. Separata autem pars cor-
poris, pp quod & expediẽs aliquid eſt, & amicioa ſer
uo & Dño ad iouicem, iis qui natura tales dignifican
tur. iis autem qui nõ ſecundum hunc modum, ſed ſe-
cundum legem & violentiam paſſis, contrarium.

LECTIO V.

MAnifeſtum aũt & ex iis, qm̃ nõ idem eſt de
ſpotica et politica. Nec oĩs ad inuicem prin
cipatus, ſicut quidã aiuot, hic quidẽ. n. libe
rorum natura, hic aũt ſeruorum. Et Oeco-
nomica quidem, monarchia ab vno enim regitur oĩs
domus, Politica aũt liberorum & æqualium principa
tus. Deſpotes quidem igitur, non dicitur ſm ſcientiã,
B ſed eo quod talis ſit. Similiter aũt & ſeruus & liber.
Scientia autẽ vtiq; erit, & Deſpotica, ſeruilis. Seruilis
quidem, qualem quidem, qui in Syracuſis erudiuit.
Ibi enim accipiens quis precium, docuit ancillaria mi
niſteria pueros. Erit aũt vtiq; & ad plus horum diſci-
plina, velut pulmentaria & alia talia genera miniſtra
oonia. Sunt enim alia aliis. hæc quidem honorabilio-
ra opera, hæc aũt neceſſariora, & ſm prouerbiom, ſer
uus ante ſeruum vt Dñs ante Dñm. Tales quidem igi
tur oẽs ſeruiles ſcientiæ ſunt. Deſpotica autem ſciẽtia
eſt, quæ eſt vſiua ſeruorum. Deſpotes enim, nõ in poſ
ſidendo ſeruos, ſed in vtendo ſeruis. Eſt aũt hæc ſcien
tia nihil magnum habens oeque venerandum. Quæ
enim oportet ſeruum ſcire facere, illum oportet hæc
ſcire præcipere. Propter quod quibuſcunq; poteſtas,
C q oon ipſi malum patiantur, procurator accipit hunc
honorem, ipſi autem ciuiliter viuunt, aut philoſophã
tur. Acquiſitiua autem altera ab vtriſq; iis, velut quæ
iuſti bellica, quædam exiſtens, aut venatiua. De ſeruo
quidem igitur & Dño, determioatum ſit hoc modo.

LECTIO VI.

TOtaliter autem de omni poſſeſſione & pecu-
niaria contemplabimur ſm ſubinductum mo
dum. qm̃ quidem & ſeruus poſſeſſionis pars
q̃dam erat. Primum quidẽ igitur dubitabit ali
quis. vtrum pecuniatiua eadem ſit Oeconomicæ, aut
pars q̃dam, aut ſubminiſtratiua & ſi ſubminiſtratiua.
Vtrũ vt pectini factiua textili, aut ſicut æraria ſtatuifi-
cę, nõ. n. ſimilr ſeruiont. Sed hæc quidem organa exhi
bet, hæc autem materiam, dico autem materiã quod
D ſupponitur, ex quo aliquod perficit opus, puta texto
ri quidem lana ſtatuifico autem ęs. Quod quidem igi
tur non eadem. Oeconomica pecuniatiuæ palã, huius
quidem enim eſt acquirere, huius aũt vti. Quid enim
erit, quod vtur iis, quæ ſm domum, præter Oecono
micam? Vtrum aotem pars ipſius ſit quædam aut alte
ra ſpecies, habet dubitationem. Si enim eſt pecuniati-
ui videre, vnde pecuoiæ & acquiſitio erit, poſſeſſio.
autẽ, multas cõplectitur partes, & diuitiæ: itaque pri-
mum agricultura. Vtrum pars quædam pecuniatiuę,
aut alterum quoddam genus, & vniuerſaliter q̃ circa
cibũ cura & acquiſitio, ioſup ſpecies multę ciborum,
pp quod & multæ vitæ, & animalium & hominum
ſunt. Non. n. poſſibile eſt viuere ſine cibo. Quare cibo
rum differentiæ, vitas fecerunt differẽtes animalium,
beſtiarum

beſtiarum enim hæc quidem gregalia hęc autem di-
ſperſa, vtro modo expedit ad cibum ipſis propter hoc
qui quidem eſſe animaliphaga, hæc autem fructipha
ga, hæc autem omniphaga ipſorum eſſe. Itaq; ad deſi-
dias & electionem horũ, natura vitas ipſorum deter-
minauit. Qm̃ autem non idem vnicuiq; delectabile ſe
cũdum naturam, ſed altera alteris, & ipſorum anima-
liphagorum & fructiphagorum vitæ ad inuicem diffe
runt. Similiter autẽ & hoĩum, multis enim differunt
horum vitæ. Qui quidem enim ocioſiſſimi paſcuales
ſunt, qui enim a domeſticis animalibus, cibus ſine la-
bore fit vacantibus. Cum autem fuerit neceſſarium
transmigrare pecoribus pp paſcua, & ipſi coguntur
coaſſequi, tanq̃ agriculturam viuentem colentes. Alij
autem ex præda viuũt, & prædas alij alias, puta, ij qui
dem à latrocinio, ij aũt à piſcatione. Quicunq; circa
ſtagna, & paludes, & fluuios, & mare tale habitant, ij
aut ex auibus, aut beſtiis ſylueſtribus. Plurimum autẽ
genus hoĩum extra viuit, et domeſticis fructibus vitę,
quidem igitur ferè tot. Quicunq; quidem ſponte na-
tam habent elaborationem, & non per commutatio-
nem & negociationem ferunt alimentum, paſcualis,
furatiua, & piſcatiua, et venatiua, alij aũt & miſcentes
ex iis, delectabiliter viuunt, cõſupplentes defectiſſimã
vitam quæ fuerit deficiens, ad per ſe ſufficientem eſſe,
puta hi quidem paſcualem ſimul & furatiuam, ij autẽ
agriculturam & venatiuam, ſimiliter aũt etiam circa
alias. quõcunq; opportunitas cõpellat hoc modo de-
gunt. Talis quidem igitur acquiſitio, ab ipſa videtur
natura data omnibus, ſicut ſm primam generationẽ
mox, ſic, et ſm perfectam, etenim ſecundum eam quę
à principio generationem, hæc quidem animalium
coexpariunt tãtum alimẽtum, vt ſufficiẽs ſit quouſq;
vtiq; poſſit ipſum ſibi ipſi acquirere quod generatũ
eſt, velut quæcunq; viuificant, aut ouificant, Quęcun
que autem animalificant, pro genitis habẽt cibum ſe
ipſis ad tempus. vocatam lactis naturam. Quare ſimi-
liter palam, qm̃ & genitis exiſtimandum, plantas aĩa-
lium gratia eſſe, & alia animalia hominum gratia; do
meſtica quidem & pp vſum & propter cibum, ſylue-
ſtrium autem, quàmuis non alia omnia, tñ plurima ci
bi & alterius auxilij gratia, vt & veſtis & alia organa
fiãt ex ipſis. Si igitur natura nihil, neq; imperfectum
facit, neq; fruſtra, neceſſarium, hominum gratia ipſa
omnia feciſſe naturam, propter quod & bellica natu
ra acquiſitiua, aliqualiter erit prædatiua enim pars ip
ſius, qua oportet vti, & ad beſtias & ad homines qui-
cunq; nati ſubici non volunt, tanq̃ natura iuſtum ſit
hoc prædatiuum bellum & primum. Vna quidem igi
tur ſpecies ſm poſſeſſiuæ naturam, Oeconomicæ pars
eſt quam oportet, aut exiſtere, aut acquirere ipſam vt
exiſtat, quare eſt theſaurizatio rerum ad vitam neceſſa
riarum & vtilium in cõionem ciuitatis, aut domus,
& videtur veræ diuitiæ ex iis eſſe, poſſeſſionis. n. talis
per ſe ſufficientia ad bonam vitam, non infinita ſicut
Solon inquit poetizans. Diuitiarum nullus terminus
præfinitus viris ponitur. Ponitur enim queadmodũ
& aliis artibus, nullũ. n. organũ ĩfinitũ, nullius eſt ar
tis, neq; multitudine, neq; magnitudine. Diuitiæ aũt
organorũ multitudo ſunt Oeconomico & politico.
Quod quidẽ igitur eſt quædã poſſeſſiua ſm naturam
Oeconomicis & politicis, et pp quam cauſam, palam.

B *LECTIO VII.*

EST aũt genus aliud poſſeſſiuæ quã maxime vo-
cant, & iuſtum eſt, ipſum vocari pecuniatiuã.
pp quod nullus vr eſſe terminus diuitiarũ &
poſſeſſionis, quam vt vnã & eãdem dictæ mul
ti putant pp vicinitatẽ. eſt aũt neq; eadem dictæ. neq;
lõge poſita. eſt autem hoc quidem natura. hoc autem
non natura ipſarum, ſed per experientiam quandam
& artem fit magis. Sumamus aũt de ipſa principium
hinc. Vniuſcuiuſq;. n. rei duplex vſus eſt, ambo autem
ſm ſe, ſed non ſimiliter ſm ſe, ſed hic quidẽ proprius,
hic autem non propius rei, quia calciamenti calciatio
& commutatio. Ambo enim calciamenti vſus. etenim
commutans, cum eo. qui indiget calciamento pro nu
miſmate, aut cibo, vtitur calciamento, ſm quod calcia
mentum, ſed non ſm proprium vſum. Non. n. cõmu-
F tationis gratia factum eſt. eodem autem modo ſe ha-
bet, & de aliis poſſeſſis rebus. eſt enim permutatiua
oĩum quę incipit, primo quidẽ ab eo quod ſecũdum
naturam, eo quod hic quidem plura, hic autem pau-
ciora ſufficientium habent huĩes, quare & palam, ꝙ
non eſt ſm naturam pecuniatiuæ campſoria, quãtum
enim ſufficiens ipſis, neceſſarium erat fieri commuta
tionem. In prima quidem igitur communitate. (hæc
quidem eſt domus) manifeſtum, ꝙ nullũ opus ipſius,
ſed iam ampliori cõitate exiſtente, ij quidem enim ip
ſorum commutabãt oĩbus, ij aũt ſegregati. Multis rur
ſum & aliis, quorum ſm indigentias, neceſſarium fie
ri retributiones, quemadmodum adhuc faciunt mul-
tæ barbararum nationum, ſm commutationem. Ip-
ſæ. n. opportuna ad ipſas commutant, ad plus autem
nihil, puta vinum ad triticum dantes & accipientes.
G & aliorum vnumquodq; talium. Talis igitur cõmu-
tatiua quidem, neq; præter naturam, neq; pecuniati
uæ eſt ſpecies vlla. In ſuppletionem eius quæ ſm na-
turam per ſe ſufficiẽtiæ erat. Ex hac tñ facta eſt illa ſm
rationem in agendo, peregrino. n. facto auxilio per ad
duci quibus indigebant ex neceſſitate, numiſmatis ac
quiſitus eſt vſus, non enim facile portabile vnicuiq;
ſm naturam neceſſariorum, propter quod commuta
tiones tale aliquid compoſuerunt ad ſemetipſos dare
& accipere quod vtilium per ſe ens, habebat vtilitatẽ
valde expeditam ad viuere, puta ferrum & argentum
ſiquid tale alterum. primo quidem ſimpliciter deter-
minatibus magnitudine & pondere: poſtremo au-
tem & characterem imprimẽtibus vt abſoluant à mẽ
ſuratione ipſos. Character enim poſitus eſt q̃titatis
H ſignũ. Facto igitur iam numiſmate ex neceſſaria cõmu
tatione, altera ſpecies pecuniatiuæ facta eſt. campſoria
Primo quidem igitur ſimpliciter forte factum, dein-
de per experientiam iam artificialius, vnde, & quõ nu
miſmatum plurimum faciet lucrum. Propter quod vi
det̃ pecuniatiua maxime circa numiſma eſſe, & opus
ipſius poſſe conſiderare vnde erit multitudo pecunia
rum. factiua enim diuitiarum & pecuniarum. etenim
diuitias multoties ponunt numiſmatis multitudinẽ,
propter circa hæc eſſe pecuniatiuam & campſoriam.
Alterum autem rurſum delíramẽtum eſſe videtur nu
miſma & lex omnium, natura autem nihil. Quoniam
tráſpoſitis vtentibus, nullo dignum, neq; vtile ad ali-
quid neceſſariorum. Et numiſmate diues, multoties
indigebit neceſſario cibo, q̃uis inconueniẽs tales eſſe
diuitias,

diuitias.quibus abundans fame perit,quemadmodũ & Midam illum fabuloſe dicunt, pp inſatiabilitatem deſiderij,oĩbus ſibi exhibitis aureis. Propter qđ quęrunt alterum aliquid,diuitias & pecuniatiuam recte quærentes.Eſt.n.altera pecuniatiua & diuitiæ quæ ſecundum naturam. & hæc quidem œconomica.Campſoria aũt factiua pecuniarum,nõ oĩno,ſed per pecuniarum pmutationem,& videtur circa numiſma hęc eſſe.Numiſma.n.elementũ & finis cõmutationis eſt.

LECTIO VIII.

ET infinitæ vtiq; diuitiæ, q̃ ab hac pecuniatiua: Sicut.n.medicinalis ad ſanare infinitum eſt,& quęlibet artium finis in infinitũ.q̃ maxime.n. illum volunt facere, eorum aũt quæ ad finem, non in infinitum,terminus.n,quod finis oĩbus,ſic et huic pecuniatiuæ,non eſt finis terminus.finis aut tales diuitiæ & pecuniarum poſſeſſio:œconomicæ autẽ non pecuniatiuæ eſt terminus,non.n.hoc œconomicæ opus,Propter quod ſic quidem videtur oĩum diuitiarum,neceſſarium eſſe terminũ.In iis aũt quę fiunt, video accidens cõtrarium . Oẽs.n.in infinitum augẽt pro rebus ad vſum habentes numiſma. Cauſa aũt propinquitas ipſorum. Variat.n.vſus eiuſdem exiſtẽs vtrique pecuniatiuę,& eiuſdem enim vſus eſt acquiſitio, ſed non ſm idem.Sed huius quidem alius finis,huius aũt augmẽtatio,finis, Quare vr̃ quibuſdam,hoc eſſe œconomicæ opus,& perſeuerant , vel ſaluare oportere exiſtimantes,vel augere numiſmatis ſubſtãtiam in infinitum . Cauſa aũt huius diſpoſitionis ſtudere circa viuere,ſed non circa benę viuere. Infinitum igitur illa concupiſcentia exiſtente,& factiua infinita deſiderant.quicunq; aũt,ipſius bene viuere adiiciunt quod ad fruitiones corporales quærunt,itaq; qm̃ & hoc in poſſeſſione vr̃ exiſtere:oĩa eorum vita,circa acquiſitionem pecuniarum eſt.Et altera ſpecies pecuniatiuę,pp hoc venit.In exceſſu.n.non exiſtente fruitione, fruitiui exceſſus factiuam quærunt,& ſi non pro pecuniatiua poſſint acquirere:per aliam cauſam , hoc attentãt. Vnaquaq; priorum vtentes non ſm naturam.Fortitudinis.n.non pecunias facere eſt:ſed audaciam, neque militaris & medicinalis . Sed huius quidam victoriã, huius aũt ſanitatem . Hi aũt oẽs faciunt pecuniatiuas tanq̃ hic finis exiſtat,ad finẽ aũt oĩa opportunum occurrere. De non neceſſaria quidem igitur pecuniatiua,& quæ,& pp quam cauſam in indigentia ſumus, ipſius dictum eſt,& de neceſſaria,qm̃ altera quidẽ ab ipſa.œconomica aũt ſm naturam,quæ circa cibũ non ſicut ipſa infinita,ſed habens terminum. Palam aũt & quod dubitabant à principio vtrum ęconomici & politici eſt pecuniatiua aut non . Sed oportet hoc quidẽ exiſtere,ſicut.n.& hoĩes non facit Politica, ſed ſumẽs à natura vtitur ipſis,ſic & cibum naturam oportet tradere,terrã,aut mare,aut aliud aliquid.Ex his aũt quõ oportere iſta diſponere conuenit œconomo . Non.n. eſt teſtilis lanas facere,ſed vti ipſis , & cognoſcere etiã quale vtile,& idoneum vel prauum & ineptum.Etenim dubitabit vtiq; aliquis pp quid pecuniatiua quidem pars œconomiæ,Medicinalis aũt non pars,quãuis oportet,ſanari eos qui ĩ domo , ſicut & viuere aut aliud aliquid neceſſariorum. Qm̃ autẽ eſt quidem & œconomici,& principis etiam de ſanitate videre , eſt aut vt non,ſed Medici,ſic et de pecuniis eſt quidem vt œconomici eſt aũt vt non, ſed ſubſeruientis . Maxime aũt quemadmodum dictum eſt prius oportet naturę hoc exiſtere. Naturæ.n.opus eſt cibum genito exhibere.Omni.n.ex quo fit cibus quod relinquitur eſt pp quod ſm naturam eſt pecuniatiua oĩbus ex fructibus & aĩalibus.Duplici aũt exiſtẽte ipſa quemadmodum diximus,& hac quidem campſoria,hac aũt œconomica,& hac quidem neceſſaria & laudata, hac aũt trãſlatiua vituperata iuſte.Non.n.ſm naturam ſed ab inuicem eſt, rõnabiliſſime odio habet obolostatica , eo q; ab ipſo numiſmate fit acquiſitio,& non ſup quo quidem acquiſiuimus , tranſlationis.n. gratia factum eſt vſura,tocos autem ſe ipſum facit amplius, vnde & nomen iſtud accepit.Similia.n.parta generantibus ipſa ſunt.tocos autem fit numiſma ex numiſmate . Quare & maxime pter naturã iſta pecuniarum acquiſitiua eſt.

LECTIO IX.

QVoniam autem quæ ad ſcientiam determinabimus ſufficienter. quæ ad vſum oportet pertranſire. Oĩa.n.talia contemplationem liberã habent,experientiã autem neceſſariam. Sunt autem pecuniatiuæ ptes vtiles,circa poſſeſſibilia expertum eſſe qualia p̃cioſiſſima,& vbi,& quõ puta equorum poſſeſſio.qualis quædã aut boum,aut ouium,ſimiliter autẽ & cęterorum aĩalium. Oportet enim expertum eſſe ad inuicem.horum q̃ preacioſiſſima,& qualia,in quibus locis.Alia.n.in aliis abundãt regionibus.Deinde de terræ cultura,& huius iam nudę & plãtatę & de Apum cultura,& aliorum aĩalium natatilium et volatilium à quibuſcunq; conuenit ſortiri auxilium.Propriiſſime quidẽ igitur pecuniatiuæ hæ partes & primæ.Tranſlatiuæ autẽ maximum quidem mercatura,& huius partes tres naucleria, phoregia,paraſtaſis. Differunt autẽ horum altera ab alteris, eo q; hæc quidem certiora ſunt , hæc autẽ ampliorem acquirunt excreſcentiã.Secundum autem tociſmos, tertium autem miniſtratiua.Huius autem hæc quidẽ banauſarum artium,hęc autem inartificialium,et corpori ſoli vtilium. Quarta autem ſpecies pecuniatiuæ inter media huius & primæ,Habet.n.& eius quæ ſm naturã aliquã partem,& trãſlatiuæ quęcunq; à terra. & ex à terra genitis infructuoſis quidem, vtilibus aũt puta ſiluæ inciſiua,& oĩs metallica , hæc autem multa iam complectitur genera.Multæ.n.ſpecies ex terra metallorum ſunt.De vnaquaq; horum autẽ vniuerſaliter quidem dictum eſt & nunc , particulariter aũt diligentius dicere vtile quidem ad operationes,graue aũt imorari.Sunt aũt maxime artificiales quidẽ operationum,vbi minimum fortunæ, maxime autem banauticæ,in quibus corpora maculãtur maxime. Maxime autem ſeruiles vbi corpis plurimi vſus. ignobiliſſimi autem vbi minimum requiritur virtutis. Qm̃ autem à quibuſdam ſcripta ſunt de his puta à Charete Pario,& Apollodoro Lennio de terrę cultura & nudę & plantatæ.Sil̃r autem & ab aliis de aliis,hæc quidem ex his conſideret cuicunq; eſt cura. Adhuc autem & dicta ſparſim per quæ adepti ſunt quidã pecuniis intendentes oportet colligere.Oĩa.n.hæc proficua ſunt. honorantibus pecuniatiuã puta,& quod Thalis Mileſij. Hæc.n.eſt conſideratio quædam pecuniatiua, ſed

ſed illi quidem pp ſapientiam adaptant, contingit au-
tem vniuerſale aliquid exiſtens. Exprobrãtibus, n. ip-
ſis pp paupertatem tanquam inutili philoſophia exi-
ſtente. Aiunt ipſum cõſideraſſe oliuarum vbertatem
futuram ex Aſtrologia, adhuc quoq; hyeme exiſtente
abundantẽ pecuniis paucis arabones dediſſe oliuarũ
cultoribus, his qui in Mileto & Chio omnibus modi
co pro precio dato, tanquã nullo adiiciente. Qñ autẽ
tempus venit, multis quærẽtibus ſimul & ſubito pre
cium taxans quõ voluit, cum multas pecunias colle-
giſſet, demonſtrauit quia facile eſt ditari philoſophis
ſi volunt, ſed non eſt hoc circa quod ſtudẽt. Tales qui
dem igitur hoc modo oſtenſionem feciſſe ſapientiæ.
Eſt autem quemadmodum diximus vniuerſale quod
tale pecuniatiuum, ſiquis potuerit Monopoliam præ
parare ſibi, pp quod & ciuitatum quædam hoc modo
faciunt diuitias cum egeant pecuniis. Monopoliam
enim venalium faciunt. In Sicilia autem quidã repo-
ſito apud ſe numiſmate, ſimul emit oẽ ferrum de fer-
ri mineris. Poſt hoc autem vt venerunt de nundinis
mercatores, vendebat ſolus, non multum faciens ex-
ceſſum preeij, ſed tñ in quinquaginta talentis ſup aſ-
ſumpſit centum. Huic igitur Dionyſius ſentiens pecu
nias quidem iuſſit aſportare, non tñ amplius manere
in Syracuſis, tanq̃ diuitias inuenientem, ſui ipſius re
bus icõuenientes, quod vero viſum fuit Thali & huic,
idem eſt. Vtriq;. n. ſibi ipſis ſtuduerunt fieri Monopo
liam. Vtile autem notificare hoc politicis. Multis. n. ci
uitatibus opus eſt pecuniæ acq̃ſitione & talibus diui
tiis quẽadmodum domibus. Magis aũt pp qđ & q̃dã
ciuiliter cõuerſantium, ciuiliter cõuerſant̃ p hoc ſolũ,

LECTIO X.

QVoniã autem tres partes œconomicæ erãt,
vna quidem deſpotica de qua dictum, prius
autem paterna, tertia aũt nuptialis. Etenim
mulieri præeſt. & natis, tanquã liberis
quidem ambobus. Non eodẽ aũt modo principatus,
ſed mulieri quidẽ Politicæ, natis autem regaliter. Ma
ſculus. n. natura, ſemella principalior, niſi aliqualiter
conſtet præter naturam, & ſenius & perfectum, iunio
re & imperfecto. In politicis quidem igit̃ principati-
bus, plurimis tranſmutatur principãs & ſubiectum.
Ex æquali. n. vult eſſe ſm naturam & differre, nihil at
tñ cum hic quidam dñetur, hic autẽ ſubiiciatur, quæ
runt differentiam eſſe & figuris, et ſermonibus, & ho
noribus, quemadmodũ Amaſis dixit de pedũ lotore
ſermonem. Maſculus autem ad ſemellam ſemper hoc
modo ſe habet. Puerorum autem principatus regalis.
Quod, n. genuit, & ſm amorem principans, & ſm ſe
nectutem eſt quod quidem eſt regalis ſpecies princi-
patus, pp quod bene Homerus Ioue appellauit dicẽs,
pater virorumq; Deorumq;, regem horum oĩum. pa-
trem dicẽs. Natura. n. regem quidem oportet differre,
genere autem eſſe eundem, quod quidem paſſum eſt,
ſenius ad iuuenem, & qui genuit ad natum. Manife-
ſtum igitur, qm̃ amplios ſollicitudo œconomiæ circa
hoĩes, q̃ circa inaĩatorum poſſeſſionem et circa virtu
tem, q̃ horum circa eam quæ poſſeſſionis, quam voca
mus diuitias, & liberorum magis q̃ ſeruorum. Primo
igit̃ quidem, de ſeruis dubitabit vtiq; aliquis, vtrum
eſt virtus aliqua ſerui præter organicas & miniſtrati-

E uas, alia honorabilior iis puta temperantia, & fortitu
do, & iuſtitia, & aliorum talium habituum, aut non
eſt neq; vna, p̃ter corpalia ſeruitia. Habet. n. dubitatio
nem vtrobiq;, ſi enim eſt, quid differat à liberis, & ſi
nõ eſt, exiſtentibus hoĩbus & rõne cõitantibus, incõ
ueniens. ferè aũt idem eſt ꝙ q̃ſtio de muliere & pue-
ro, vtrum & horum ſunt virtutes, & oportet mulierẽ
eſſe temperatam, & fortem, & iuſtã. & puer eſt intem
peratus & temperatus aut non. Vniuerſaliter itaque
hoc eſt conſiderandum de ſubiecto natura & princi-
pãte, vtrum eadem virtus aut altera. Siq̃dem. n. opor-
tet ambos participare calocagathia, pp quid hũc qui
dem principari oportebit vtique, hunc aũt ſubiici ſm
ſemel, neque. n. per magis & minus poſſibile eſt dif-
re, ſubiici quidem. n. & principari ſpecie differunt.
Magis aũt et minus nihil. Si aũt hũc quidem oportet,
F hunc aũt non, mirabile. Si enim principans nõ erit ſo
brius & iuſtus, quõ principabitur bene, ſi vero ſubie-
ctus quõ ſubiicietur bene. Imtemperatus. n & formi
doloſus nihil faciet eorum quæ oportet. Manifeſtum
igitur, quia neceſſe quidẽ participare vtroſq; virtute,
hmõi aũt eſſe differentiæ, quemadmodum natura ſu-
biectorum, & hoc ſtatim exemplificat̃ circa aĩam. In
hac. n. eſt natura, hoc quidem principãs, hoc aũt prin
cipatum, quorum alterum dicamus eſſe virtutẽ, puta
rõne abundantis, et irrationalis. Manifeſtum igitur ꝙ
eodẽ mõ ſe hẽt & in aliis. Quare natura q̃ plura prin-
cipantia & ſubiecta, alio. n. modo liberum ſeruo prin
cipat̃ & maſculus fœminę, & vir puero. Et oĩbus inſunt
quidem partes aĩæ, ſed inſunt differenter. Seruus qui
dem. n. oĩno non habet, quod cõſiliatiuũ, fœmina ha
G bet quidem ſed inualidũ, puer aũt habet quidem ſed
imperfectum, ſiſt igitur neceſſarium habere, & circa
morales virtutes exiſtimandũ oportere quidem par-
ticipare oẽs, ſed non eodem modo: ſed quantum vni-
cuiq; ad ſui ipſius opus, pp quod principem quidem
pfectã habere oportet moralem virtutem, opus. n eſt
ſimplr̃ Architectonis. rõ aũt Architecton, aliorũ aũt
vnuſquiſq; quantum immittit ipſis. Itaq; manifeſtũ.
qm̃ eſt moralis virtus & dictorum oĩum: & non eadẽ
temperantia mulieris & viri, neq; fortitudo & iuſti-
tia, quemadmodum putauit Socrates, ſed hæc quidẽ
principatiua fortitudo, hæc aũt ſubminiſtratiua. Simi
liter aũt ſe habet & circa alias. palam aũt hoc, & parti
cularitet magis conſiderantibus. Vniuerſaliter. n. di-
centes decipiũt ſe ipſos, quia habere bene aĩam, virtu-
te aut recte operari, aut aliquid taliũ. Multo. n. melius
H dicunt enumerãtes virtutes, ſicut Gorgias, quã ſi qui
ſic determinant. Propter quod oportet ſicut Poeta di-
xit de muliere: ſic putare de oĩbus habere, mulieri or-
natum ſilentium pręſtat, ſed viro nõ iam hoc. Qm̃ aũt
puer imperfectus, palam ꝙ huius quidem virtus, non
ipſius ad ſe ipſum, ſed ad finem et ductorẽ, ſimiliter
aũt & ſerui ad dñm, poſuimus aũt ad neceſſaria vtilẽ
eſſe ſeruum, quare palam ꝙ & virtute indiget parua,
& tanta, vt neque propter intemperãtiam, neque pro
pter timiditatem deficiat ab operibus.

LECTIO XI.

DVbitabit aũt vtique aliquis de nunc dicto. ſi
verum ergo & artifices oportebit habere vir
tutem. multotiens. n. propter intemperãtiã
deficiunt

deficiũt ab operibus, aut differt ab his plurimũ. Seruus quidem.n.particeps vitæ,hic tamen remotius, & tãtum immittit virtutis,quantum & ſeruitutis.Banauſus.n.artifex determinatam quandã habet ſeruitutem,& ſeruus quidem eorum,quę natura.Coriarius autẽ nullus,neq; aliorum artificum. Manifeſtum igitur ꝙ talis virtutis, cauſam eſſe oportet ſeruo dominum,ſed non doctrinatiuam habentem,operum deſpoticam,propter quod dicunt non bene,ratione ſeruos priuãtes,& dicentes pręcepto vtendum ſolum, Monendum.n.magis ſeruos, ꝗ pueros, ſed de iis quidem determinatum ſit iſto modo. De mulieris autem & viri, & natorum & patris, ea quæ circa vnumquęq; ipſorum virtute, & ea quæ ad ſe ipſos Homelia,quid quod bene, & non bene, & qũo oportet quod quidem bene perſequi, quod autem male,fugere. In iis, quæ circa politicas neceſſarium peruenire. quoniam.n.domus quidem omnis pars ciuitatis,hæc autem domus,eam quæ partis ad eam quæ totius,oportet videre virtutem. neceſſarium ad politicam recipientes erudire & pueros & mulieres. Sed quidem aliquid differt ad ciuitatem eſſe ſtudioſam,pueros eſſe ſtudioſos,& mulieres ſtudioſas, neceſſarium autem differre. Mulieres quidem enim dimidia pars liberorum, ex pueris autem diſpenſatores fiunt politicę.Quare quoniam de iis quidem determinatum eſt,de reliquis autem in alijs dicendum.Dimittentes tanquã finem habentes eos qui nunc ſermones, aliud principium facientes dicamus, & primo conſideremus de pronunciatis de optima Politica.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER SECVNDVS

LECTIO I.

QVIA conſiderare voluimus, de communione politica, quæ ſit optima omnium, iis qui poſſunt viuere quàm maxime ad votum, oportet & alias conſiderare politias quibus vtũtur quędam ciuitatum earũ, quæ bene regi legibus dicũtur, & ſiquę aliæ exiſtũt à quibuſdam dictæ & viſæ bene ſe habere, & vt recte habens appareat & vtile. Adhuc autem quærere præter ipſas alterum non videatur eſſe, omnino ſophizare volentium, ſed propter non bene ſe habere, has nunc exiſtentes,propter hoc hanc videamur inſerere methodum. Principium autem primo faciẽdum quod quidem natum eſt eſſe principium ſpeculationis. Neceſſe enim aut omnes omnibus communicare ciues,aut nullo,aut quibuſdam quidem,quibuſdam autem non. Nullo quidem igitur communicare manifeſtum quod impoſſibile. Ciuitas enim communicatio quædam eſt: & primum neceſſe loco communicare. Locus quidẽ enim vnus, quod vnius ciuitatis, ſed vtrum quibuſcunq; contingat communicare,& melius eſt communicare futuram habitari ciuitatem bene, aut quibuſdã quidem,quibuſdam autem non,melius. Contingit enim & pueris & mulieribus & poſſeſſionibus communicare ciues adinuicem quemadmodum in politica Platonis. Ibi enim Socrates ait oportere commu-

A nes pueros,& mulieres eſſe, & poſſeſſiones. Hoc itaque vtrum vt nunc ſit melius habere,aut ſecundum in politia ſcriptam legem.Habet itaque difficultates alias multas,omnium eſſe mulieres communes, & cauſa propter quã, inquit oportere lege ſtatui hoc modo, Socrates nõ videtur accidens ex rationibus. Adhuc autem ad finem, quem ait oportere exiſtere ciuitati, vt quidem dictum eſt nunc impoſſibile, quomodo autem diuidere, nihil determinatum eſt. Dico autem vnam eſſe ciuitatem tanquam optimum ens, quam maxime omnem. Accipit enim hanc ſuppoſitionem Socrates, quamuis manifeſtum ſit, quod procedens & facta vna magis, neque ciuitas erit. Multitudo enim, quædam ſecundum naturam eſt ciuitas,factaque vna magis,domus quidem ex ciuitate, homo autem ex domo erit, magis.n.vnam domum ciuitate dicemus vtiq; & vnum domo. Quare
B ſi potens quis eſſet hoc operari,non faciendum. Interimet enim ciuitatem. Non ſolum autem plurium hominum ciuitas,ſed & ex ſpecie differentibus: non enim fit ciuitas ex ſimilibus. Alterum enim compugnatio & ciuitas, hoc quidem enim quantitate, vtile, quamuis ſit idem ſpecie, auxilij enim gratia compugnatio apta nata eſt,quemadmodum vtique ſi pondus amplius traheret, differet autem tali, & ciuitas à gente,cum non per vicos fuerint ſegregati multitudine, ſed velut Archades. Ex quibus autem oportet vnum fieri,ſpecie differunt,propter,quod æquale contrapaſſum ſaluat ciuitates,quemadmodum in Ethicis dictum eſt prius, quoniam & in liberis & æqualibus neceſſe hoc eſſe. Similiter autem nõ poſſibile eſt omnes principari, ſed aut ſecundum annum, aut ſecundum aliquem alium ordinem, aut tempus, & accidit vtique ſecundum hunc modum vt om-
C nes principentur, quemadmodum vtiq; ſi transmutarentur coriarij & fabri, & non ſemper idem coriarij eſſent,quoniam autem melius ſic habere, quæ circa communitatem politicam, palam quomodo eoſdem ſemper melius principari, ſi poſſibile. In quibus autẽ non poſſibile propter ſecundum naturam æquales eſſe omnes, ſimul autem & iuſtum,ſiue bonum, ſiue prauum principari, omnes ipſo participare, hoc autem imitatur, ſcilicet in parte æquales cedere hoc tãquam ſimiles ſint à principio,ij quidem enim principantur,ij autem ſubijciuntur tanquam vtique alij facti,& eodem vtiq; modo principantium,Alij alios principantur principatus. Manifeſtum igitur ex his, quod non aptum natum eſt vnã ſic eſſe ciuitatem,vt dicunt quidam,& dictum vt maximum bonum in ciuitatibus, quod ciuitates interimit, quamuis vniuſcuiuſq; bonum ſaluet vnumquodq;. Eſt
D autem & per alium modum manifeſtum,quoniam valde quærere vnire ciuitatem non eſt melius:domus quidem enim magis per ſe ſufficiens, vno,ciuitas autem domo,& vult iam tunc eſſe ciuitas cum per ſe ſufficientem accidit eſſe,communitatem multitudinis, ſiquidem igitur magis eligibile, quod magis per ſe ſufficiens & minus vnum,eo quod magis eligibilius.

LECTIO II.

AT vero neq; ſi hoc optimum eſt, ſcilicet vnam quam maxime eſſe cõitatem, nec hoc oſtendi vr̃ per ſermonem, ſi omnes ſimul dicãt meum & non meum. Hoc enim exiſtimat Socrates,ſignum eſſe eius, quod ciuitatem perfecte eſſe vnã, quod enim omnes, duplex, ſiquidẽ igitur vt vnuſquiſq; for-

ſitan vtiq; erit magis, quod vult facere Socrates. Vnuſquiſq; enim filium ſuiipſius dicit eundem, & mulierem vtiq; eandem, & de ſubſtantia, & circa vnumquodque vtiq; contingentium ſimiliter. Nunc autem non ſic dicent communibus vtentes vxoribus & pueris, ſed omnes quidem non vt vnuſquiſque aút ipſorum, ſimiliter autem & ſubſtantiam quidem, non vt vnuſquiſq; auté ipſorum. Quodquidem igitur paralogiſmus quidem eſt dicere omnes, manifeſtum: quod enim omnes & vtraq; & imparia & paria propter duplicitatem, & in orationibus litigioſos faciunt ſyllogiſmos, propter quod eſt omnes idem dicere, ſic quidem, bonum, ſed non poſſibile, ſic autem, nihil conſentaneum. Adhuc antem aliud habet nocumentum quod dicitur. Minime enim cura ſortitur, quod plurimorum eſt commune. De proptijs enim maxime curant, de communibus autem minus quam quantum vnicuiq; attinet, apud alios enim tanquam altero curante, negliguntur magis, ſicut in miniſterialibus ſeruitijs multi ſeruientes quãdoq; deterius ſeruiunt paucioribus. Fiunt autem vnicuique ciuium mille filij, & iſti non vt vniuſcuiuſque ſed contingentis contingens ſimiliter eſt filius, quare omnes ſimiliter negligent. Adhuc ſic vnuſquiſq; meus dicet bene operantem ciuium, aut male quomodocunq; contingat ſecundum numerũ exiſtens, puta meus, aut huius filius, hoc modo dicens ſecundum vnumquenq; mille, aut quodcunq; ciuitas eſt. & hoc dubitans: immanifeſtum enim cui accidit genuiſſe filium, & ſaluatum eſſe genitum. Equidem vtrum ſit melius, meum dicere vnumquenque, idem quidem appellantes duorum millium aut decem millium, aut magis, vt nunc in ciuitatibus meum dicunt: ij quidem enim filium ſuum, hic autem fratrem ſuum appellat eundem, hic antem nepotem, aut ſecundum aliam quandam cognationem, aut à ſanguine, aut ſecundum familiaritatem & curam ipſius primum, aut eorum qui ipſius: adhuc autem alterum fratruelem, aut contribulem, melius.n. proprium nepotum eſſe quam per modũ iſtum filium. Quin immo, ſed neq; diffringere poſſibile non quoſdam ſuſpicari, ſiue ipſorum fratres, & pueros & patres & matres. Secundum ſimilitudines enim, quæ fiunt pueris ad generãtes neceſſarium accipere de inuicem credulitates. Quod quidem aiunt quidam accidere terræ periodos deſcribentium, eſſe.n. qnibuſdam de ſuperiori Libya communes vxores, natos tamen pueros, diuidi per ſimilitudinem. Sũt autem quædam etiam Femellæ, & aliorum animalium, puta Equæ & Boues, quæ valde natæ ſunt ſimiles reddere natos parentibus, quemadmodum. quæ in Pharſalo, vocata iuſta Equa.

LECTIO III.

ADhuc autem & tales difficultates non facile deuitare, hanc conſtruentibus cõitatem, puta vulnerationes, & homicidia inuoluntaria, hęc aũt voluntaria, & pugnas, & maledictiones, quorum nullum conueniens eſt fieri ad patres, & matres, & eos qui non longe, quæ plus accidere neceſſarium ignorantibus, quam ſcientibus, & factorum ſcientibus quidem contingit putatas fieri ſolutiones, alijs autem neq; vnam. Inconueniens autem & cões faciẽtes filios, coire, ſolum auferre ab amantibus, amare autem non prohibere, neq; vſus alios, quos patri ad filium eſſe omnium eſt indecentiſſimum, & fratri ad fratrem, quin & ama-
E re ſolum. Inconueniens autem & coitum auferre propter aliam cauſam quidẽ neq; vnam, vt valde vehementi delectatione facta, quia autem hic quidem pater aut filius, ij autem fratres ad inuicem nihil putare differre. Videtur autem magis terræ cultoribus eſſe vtile, communes eſſe vxores & pueros quã cuſtodibus. Minus.n. erit amicitia communibus exiſtentibus pueris & vxoribus. Oportet autem tales eſſe ſubiectos ad obedire, & non inſoleſcere. Totaliter antem accidere, neceſſe propter talem legem contrarium eorum, quorum conuenit recte poſitas leges cauſas fieri, & propter quam cauſam Socrates ſic arbitratus eſt, oportere ordinare quæ circa pueros & vxores. Amicitiam quidem enim putamus maximum eſſe bonorũ ciuitatibus, ſic enim vtique minime ſeditiones faciunt, & vnam eſſe ciuitatem collaudat maxime Socrates: quod & videtur, & ille eſſe in-
F quit amicitię opus, quemadmodum in amatiuis ſermonibus ſcimus dicentem Ariſtophanem, quod amantibus propter nimis diligere, deſiderantibus, natura vnũ factos eſſe, & ambos fieri vnum ex duobus exiſtẽtibus. Hic quidem igitur, neceſſe ambos corruptos eſſe, aut vnum. In ciuitate autem amicitiam neceſſariam remiſſam fieri propter cõmunionem talem, & minime dicere meum, aut filium patrem, aut patrem filium. Sicut enim modicum dulce in multam aquã mixtum inſenſibilem facit miſtionem, ſic accidit & familiaritatem ad inuicem eam quæ ex nominibus his curare, minime neceſſarium exiſtens in politia tali, aut patrem, vt filij, aut filium vt patris, aut vt fratres inuicem. Duo.n. ſunt quæ maxime faciunt ſolicite curare homines & diligere proprium, & dilectum, quorum neutrum poſſibile eſt exiſtere his qui ſic ciuiliter conuerſantur. At vero &
G de eo quod eſt transferri natos pueros, hos quidem ex cultoribus, & artificibus ad cuſtodes, hos autem ex his ad illos, multam habet turbationem, quo erit modo, & cognoſcere neceſſarium dantes & transferentes quibus quos dant. Adhuc autem & antiqua dicta magis in his neceſſarium accidere, puta vulnerationes, amores, homicidia, non adhuc appellant fratres & pueros, & patres, & matres, qui in alios cines dati cuſtodes, & rurſum qui apud alios cines, vt vereantur talium aliquid operari propter cognationem. De ea quidem igitur quæ circa pueros & vxores cõione determinatum ſit hoc modo.

LECTIO IIII.

HAbitum autem iis, eſt conſiderare de poſſeſſione quomodo oportet conſtituere futuris conuerſari ſm optimam politiam, vtrum communem aut non cõem oporteat eſſe poſſeſſionem.
H Hoc autem vtiq; quis conſiderabit, & ſeorſum extra legis ſtatuta de pueris & vxoribus. dico autem quæ circa poſſeſſionem vtrum & ſi ſint illa ſeorſum ſecundũ modum ſecundum quem nunc ſe habent, omnes cõmunes eſſe poſſeſſiones melius & vſus, puta campos quidem ſeorſum, fructus autem in cõmune ferentes expendere. Quod quidem quædam faciunt nationum, aut contrario modo, terram quidem cõmunem eſſe & colere communiter, fructus autem diuidi ad proprios vſus. Dicuntur autem quidam & hoc modo cõmunicare barbarorum, vt & campos & fructus cõmunes. Alteris quidem igitur exiſtentibus cultoribus, alijs vtiq; erit modus & facilior, ipſis autem ſibi laborantibus quæ circa poſſeſſiones, plures vtiq; exhibebant difficultates, etenim in

fructibus

ſtnctibus & operibus non factis æqualibus, ſed inæqualibus neceſſarium accuſationes fieri ad frnentes, ſi accipientes quidem multa, pauca autem laborantes, ab iis, qui minus quidem accipiant, plus autem laborant. Oío autem cõuiuere & cõmunicare bumanis omnibus difficile, & maxime talibus, oſtendunt cõperegrinantium communitates, fere enim plurimi diſſidentes, ex iis quę in potibus & ex paruis propulſantes inuicem. Adhuc autem famulantium, iis maxime offendimur quibus plurimum indigemus ad miniſtrationes ancillares, communes quidem igitur eſſe poſſeſſiones, has & alias tales habet difficultates. Eodem autem modo quo nune ſe habet ſuper urnatum conſuetudinibus, & ordine legũ rectarum non modicum vtiq; differret, habebit enim quod & ambobus bonum. Dico autem quod ex ambobus: qnod et commnnes eſſe poſſeſſiones, & quod & proprias, oportet enim aliquo modo qnidem eſſe communes, omnino autẽ proprias. Curæ quidem enim diuiſæ, litigia adinuicem noo facient, magis autem addent vt ad proprium vnicuiq; inſiſtentes, propter virtutem autem erit ad vti, ſecundum prouerbium, communia quæq; amicorũ. Eſt autem nune hoc modo in quibuſdam ciuitatibus ſic ſubſcriptum, tanquam non exiſtens impoſſibile, & maxime in bene diſpoſitis. Hæc quidem ſunt, hæc autem fient vtique, propriam.n. vnuſquiſque poſſeſſionem habẽs, hæc qnidem vtilia facit amicis, iis autem vtitur tanqnam communibus, velut etiam in Lacedæmonia ſernis vtuntur iis, qui adinuicem, vt eſt dicere, proprijs. Adhuc autem equis & canibus, ſi iudigeant pro viaticis in agris per regionem. Manifeſtum igitur quod melius eſſe qnidem proprias poſſeſſiones, vſu autem facere communes, qnomodo autem fiant tales, legiſlatoris hoc opus proprium eſt. Adhuc autẽ, & ad delectationem inenarrabilem, quantum differt, putare aliquid proprium, nequaquam enim vanè eamq́ue quę ad ſeipſum habet amicitiã vnuſquiſq;, ſed eſt hoc naturale. Philauton autem eſſe vituperatur & inſte, nõ eſt autem hoc amare ſeipſum, ſed magis quam oportet ſeipſum amare, qnemadmodum & amatorem pecuniarum, quoniam amant quidem omnes, vt dicatur, vnumquodque talium. At vero & largiri & auxiliari amicis, aut extraneis, aut alteris, delectabiliſſimum, quod fit in poſſeſſione propria exiſtente, hæc itaque accidunt vniuerſis, vnũ facientibus ciuitatem, & ad hoc interimunt opera duarum virtutum manifeſte, temperantię quidem circa mulieres, opus enim bonum ab aliena exiſtente abſtinere propter temperantiam, liberalitatis autem circa poſſeſſiones, nec enim manifeſtus erit liberalis exiſtens, nec operabitur actum liberalem nec vnum, in vſu enim poſſeſſionum liberalitatis opus eſt. Bonæ faciei quidem igitur talis legislatio & philantropos vtique eſſe videbitur, audiens enim gaudens ſuſcipit, putans fore amicitiam quandam mirabilem omnibus ad omnes, aliterq; cum accuſat aliquis nune exiſtentia in politijs mala, tanquam facta propter non communem eſſe ſubſtantiam. Dico antem diſceptationes ad inuicem, circa contractum & falſorum teſtimoniorum indicia, & diuitum adulationes, quornm nihil fit propter incommnnicationem, ſed propter malitiam, quoniam & omnia poſſidentes & communicantes, multo magis diſſidentes videmns, quam ſeparatim ſubſtantias habentes. Sed videmus paucos ex communibus diſſidẽtes ad multos com-

A parantes poſſidentes ſegregatim poſſeſſiones. Adhuc autem iuſtum non ſolum dicere quantis priuantur malis communicantes, ſed & quantis bonis, videtur autem eſſe omnino impoſſibilis vita.

LECTIO V.

Cauſa autem deuiatiũis Socratis, oportet putare ſuppoſitionẽ nõ entem rectam. Oportet quidẽ enim eſſe modo aliquo vnam, & domum, & ciuitatem, ſed non omnino, eſt quidem.n. vt non erit procedens ciuitas, eſt, autem vt erit quidem prope aũt exiſtens vt non ſit ciuitas, erit deterior ciuitas. Quẽadmodum vtique ſiquis ſymphoniam facit homophoniam aut rhythmon baſin vnam, ſed oportet multitudinem exiſtentem quemadmodum dictum eſt prius, propter diſciplinam commuoem, & vnam facere, & futuram diſcipliuam inducere, & putantem per hanc fo- B re ciuitatem ſtudioſam, inconueniens talibus exiſtimare dirigere, ſed non conſuetudinibus, & philoſophia, & legibus, ad modum quem circa poſſeſſiones in Lacedæmonia & Creta pro cõuiuijs legislator communicauit. Oportet autem non hoc ipſum ignorare, quia oportet attendere multo tempore & multis anuis, in quibus non vtiq; lateat ſi hæc beue ſe habuerint, omuia enim ferè inuenta ſunt quidem, ſed hæc quidem non conducta ſunt, iis autem non vtuutur cognoſcentes, maxime autem fiet vtiq; manifeſtum, ſiquis operibus videat talem politiam conſtructam, non enim poterit non partiens ipſam & ſegregans facere ciuitatem, hæc quidem in coouiuia, hæc autem in confraternitates & tribus, itaque & nihil aliud accidet eſſe lege ſtatutum præter non agros colere municipes, qnod & nunc Lacedæmonij facere conantur. Quinimmo ſed neq; modus, totius C politiæ quis erit communicantibus, neque dixit Socrates, neq; facile dicere, equidẽ multitudo ferè ciuitatis diuerſorum ciuium multitudo, de quibus nihil determinatũ eſt prius, & agricolis communes eſſe oportet poſſeſſiones, aut ſecundum vnumquemq; proprias, adhuc autem vxores & pueros proprios aut communes. Siquidem enim eodem modo cõia omnia omnibus, quid differrent iſti ab illis municipibus, aut quid plus ſuſtinentibus principatum, niſi aliquid ſapiant tale, quale Cretenſes, illi enim alia hæç ſeruis dimittentes, ſolum negãt gymnaſia & armorum poſſeſſionem. Si autem quemadmodum in alijs ciuitatibus, & apud illos erunt talia quis modus erit communitatis? In vna enim ciuitate, duas ciuitates eſſe neceſſarium, & has ſubcontrarias inuicem, faciunt enim hos quidem municipes velut cuſtodes, agricolas autem & artifices & alios ciues. Accu- D ſationes autem & diſceptationes & quecuuq; alia ciuitatibns exiſtere inquit mala, omnia exiſtent, & his, quãuis dicat Socrates, quod non mnltis indigebnnt legalibus propter diſciplinã, puta legibus circa municipia, & circa forum, & alijs talibus, attribuens ſolum diſciplinam municipibus. Adhuc autem Dominos facit rerum poſſeſſarnm agricolas, oblationem ferentes, ſed multo magis veriſimile eſt graues eſſe & aſtutijs plenos quam à quibuſdam obſequia & humiliationes & ſeruitutes, ſed ſine neceſſaria ſimiliter, ſiue non, nnnc nihil determinatum eſt, & de babitis quæ eorum politia, & diſciplina, & leges quales. Eſt autem neq; inuenire facile, neque differens modicum, quales qnoſdam eſſe hos, ad ſaluandum municipum cõmunitatem. At vero ſi vxo-

res quidem faciet cõmunes, poſſeſſiones autẽ proprias, quis diſpenſabit, quamuis ſint communes poſſeſſiones & agricolarum vxores, quemadmodũ quæ in agris viri ipſarum. Inconueniens autem & ex beſtijs fieri parabolam, quia oportet eadẽ tractare mulieres, viris, quibus Oeconomiæ nihil attinet. In ſecurum autem & principes quomodo inſtituit Socrates, ſemper enim facit eoſdem principes, hæc autem ſeditionis cauſa, & apud nullam dignitatem poſſidentes, ſi aliunde vtiq: apud animoſos, & bellicoſos viros. Quod autẽ neceſſarium ipſi facere eoſdem principes manifeſtum, non enim quandoq; quidem alijs, quandoq; autem alijs mixtum, animabus à deo aurum, ſed ſemper eiſdem, aut autem iis quidem mox genitis miſceri aurum, his autem argentũ, æs autem & ferrum, artificibus futuris & agricolis. Adhuc autem & felicitatem auferens à municipibus, totã, inquit oportere felicem facere ciuitatem legislatorem, impoſſibile autem felicitate totam, non pluribus aut nõ omnibus partibus, aut quibuſdam habentibus felicitatem, non enim eorum felicitate, quorum & par, hoc quidem.n.contingit toti ineſſe, partium autem neutri felicitari autem impoſſibile. At vero, ſi municipes non felices qui alteri? non.n.vtique artifices & multitudo banauſorum, politia quidem igitur, de qua Socrates dicit, has dubitationes habet, & his non minores alteras.

LECTIO VI.

FErè autem ſimiliter, & quæ circa leges ſe habent, poſterius ſcriptas, propter quod & de ea, quæ hic politia, cõſiderare modica, melius. etenim in politia de paucis omnino determinauit Socrates, de vxorum, & puerorum communione, quõo habere oportet & de poſſeſſione, & politiæ ordinem. Diuiditur autẽ in duas partes, multitudo habitantium, hæc quidem in agricolas, hæc autem in partem, quæ ad bellum, tertium autem ex iis conſilians & principale ciuitatis, De agricolis autem & artificibus, vtrum nullo aut aliquo participant participatu, & vtrum arma oportet poſſidere & hos & compugnare, aut non. de iis nihil determinauit Socrates. Sed vxores quidem exiſtimat oportere ſimul bellare, & diſciplina participare eadem municipibus, alia autem exterioribus repleuit ſermonibus, & de diſciplina qualem quandam oportet fieri municipibus, legum autem plurima quidem pars leges exiſtunt entes, pauca autem de politia dixit, & hanc volens communionem facere ciuitatibus, ſecundum modicum, circunducit iterum ad alteram Politiam, præter mulierum enim communionem, & poſſeſſiones alia eadem tradit ambabus Politijs, etenim diſciplinam eãdem, & quod ab operibus neceſſarijs abſtinentes viuere & de conuiuiis ſimiliter. Veruntamen in hac inquit oportere eſſe conuiuia mulierum, & hanc mille arma poſſidentium, hanc autem quinque millium. Superfluum quidem igitur habent omnes Socratis ſermones, & leue, & nouum, & quæſtionibus plenum, bene autem omnia forte difficile, quin nunc dictam multitudinem oportet non latere, quia regione Babylonica, vel aliqua infinita opus erit tot multitudinem ex qua ocioſi quinquemillia nutriantur. Et præter hos mulierum & famulorum alia turba multo maior, oportet quidem igitur ſupponi ad votũ, nihil tamen impoſſibile. Dicitur autem quòd oportet legislatorem ad duo reſpicientem ponere leges, ad regionem & homines, adhuc autem bene ſe habet apponere

E & ad vicinorum loca, primum quidem ſi oportet ciuitatem viuere vitam politicam, non monaſticam. Non enim ſolum neceſſarium eſt, ipſam talibus vti ad bellum, armis, quæ vtilia, ſecundum propriam regionem ſunt, ſed ad exteriora loca, ſi quis autem non talem acceptat vitam, neque propriam, neque communem ciuitatis, tamen nihil minus oportet terribiles eſſe inimicis, non ſolum venientibus in regionem, ſed & diſcedentibus, Multitudinem autem poſſeſſionis videre oportet, ne forte melius altero modo determinetur, planè magis, tantam enim inquit eſſe oportere, vt viuatur temperatè, quemadmodum ſiquis dicat vt viuatur benè, hoc enim vtile magis. Adhuc autem eſt temperatè quidem, miſerè autem viuere, ſed melior determinatio, temperatè, & liberaliter, ſeparatim enim vtrunque, hunc quidem delitiari aſſequetur, hunc autem laborioſè viuere, F quoniam ſoli ij habitus ſunt virtutis, circa habitudines ſubſtantiæ, puta ſubſtantia, manſuetè, aut fortiter vti non eſt, temperatè autem & liberaliter eſt, quare & vſus hos neceſſarium eſſe circa ipſam, inconueniens autem & poſſeſſiones adæquantem circa multitudinem ciuiũ non conſtituere, ſed ſincerè puerorum procreationem infinitam, tanquàm ſufficienter vtique reſpondentem ad eandem multitudinem, propter ſterilitates quantiſcunque generatis, quia videtur hoc etiam nunc accidere circa ciuitates, oportet autem hoc non ſimiliter certè habere circa ciuitates tunc, & nunc. Nunc quidem enim nullus dubitat, eo quòd partitæ ſunt ſubſtantiæ ad quãtamcunque multitudinem, tunc autem indiuiſis exiſtentibus, neceſſe deiectos nihil habere, ſiue pauciores ſint ſecundum multitudinem, ſiue plures, magis autem ſuſpicabitur quis vtiq; oportere determinatam eſſe pue- G rorum procurationem, quàm ſubſtantiam, vt non numero quodam plures generentur, Hanc autem multitudinem ponere aſpicientem ad fortunas, ſi accidat mori quoſdam generatorum, & ad aliorum ſterilitatem, finem autem quemadmodum in alijs ciuitatibus, paupertatis neceſſariam cauſam fieri ciuibus, penuria autem ſeditionem efficit, & malignitatem. Phidon quidem igitur Corinthius, exiſtens legiſlator antiquorum, domus æquales opinatus eſt oportere permanere, & multitudinem ciuium, & ſi primo inæquales habuiſſent ſortes omnes, ſecundum magnitudinem. In legibus autem iis contrarium eſt, ſed de his quidem quomodo vtiq; extimamus melius habere, dicendum poſterius. Derelictus eſt autem legibus iis, & quæ circa Principes, quomodo erunt differentes à ſubiectis, ait.n.oportere quemadmodum ex altero, lanæ filatum fit, quam lini, ſic & Prin- H cipes habere oportet ad ſubiectos, quoniam autem omnem ſubſtantiam ſinit fieri maiorem vſq; quincuplum, propter quid hoc non vtique erit in terra, vſq; aliquid, & domiciliorum autem diuiſionem oportet conſiderare, ne fortè non expediat ad Oeconomiam, Duo enim domicilia, cuilibet diſtribuebat, diuidens ſeorſum, difficile autem domos duas habitare.

LECTIO VII.

COordinatio autẽ tota, vult quidem neq; democratia, neq; oligarchia, media aũt harum quam vocant Politiam: ex vtentibus.n.armis eſt, ſiquidem igitur communiſſimã hanc conſtituit ciuitatibus aliarum Politiarum. benedixit fortè, ſi autem vt optima, poſt primam Politiam, non bene, forſitan enim

eam,

eam, quæ Laconorum aliquis vtiq; laudabit magis, vel etiam aliam aliquam magis Ariſtocraticam. Quid quidam igitur dicunt, quòd oportet optimam Politiam ex omnibus eſſe ciuibus mixtam, propter quod & Lacedæmoniorum laudant, eſſe enim ipſam, ij quidem ex Oligarchia & Monarchia, & Democratia aiunt, dicentes, Regnum quidem Monarchiam. Seniorum autem Principatum, Oligarchiam. Democraticè autem principari ſecundum plebeiorum principatum, propter ex populo eſſe Ephoros, alij antem ephoriam quidem eſſe Tyrannidem. Democraticè autem principari ſecundum conuiuia, & aliam vitam qnotidianam, in legibus autẽ iis, eſt dictũ, quod opportunũ, componi optimam politiam ex Democratia & Tyrannide, quas aut omnino, non vtiq; aliquis ponet politias, ant peſſimas omnibus, melius igitur dicunt, qui plures commiſcent, ex pluribus enim compoſita politia melior, deinde, neq; iis videtur Monarchicum nullum, ſed Oligarchica & Democratica, magis autem determinare vult ad Oligarchiam. Palam antem ex principantium inſtitutione, quod qnidem enim ex electis ſortiales, commune eſt amborum. Quod autem abundantioribus neceſſarium ſit conuocare, & ferre Principes, aut facere aliquid aliud Politicornm, hos autem dimittere, hoc Oligarchichum, & tentare plures ex abundantibus eſſe principes, & maximos, & maximis honorabilitatibus. Oligarchiam autem facit & conſilij electionem. Eligunt quidem enim omnes neceſſario, ſed ex prima honorabilitate, deinde rurſum æquales ex ſecunda, deinde ex tertijs. Veruntamen non omnibus erat neceſſarium his qui ex tertijs, aut quartis. Ex quarto antem quartorum, neceſſarium ſolis primis & ſecundis. Deinde ex his ex qualibet honorabilitate, ait oportere oſtẽdere æqualem numerum. Erunt autem plures qui ex maximis honorabilitatibus. & meliores propter qnoſdam popularium non eligere, quia nõ neceſſarium. Quomodo qnidem igitur ex Democratia & Monarchia oportet cõſtare talem politiam. ex his manifeſtum, & ex poſterius dicendis, cum inciderit de tali politia conſideratio. Habet autem & circa electionem principum, ſcilicet quod ex electis eligibiles periculoſum, ſi enim aliqui inſtituti velint & mediocres multitudine, ſemper ad horum eliguntur voluntatem. Quæ quidem igitur circa politiam, quæ in legibus hunc habent modum.

LECTIO VIII.

SVnt antem quædam politiæ & aliȩ, hæ quidẽ idiotarum, hæ antem philoſophorum & ciuilium, oẽs antem conſtitutarum, & ſecundum quas politicè viuunt, nunc propinqui ſunt, iis ambabus, nullus enim neq; eam, quæ circa pueros communitatẽ & vxores alius adinuenit, neq; circa conuiuia mulierum, ſed à neceſſarijs inchoant magis. Videtur enim quibuſdam quod circa ſubſtantias eſſe neceſſarium maximum ordinari bene. De iis.n. fieri aiũt ſeditiones omnes, propter quod Phaleas Chalcedonius hanc intulit primus, ait.n. oportere æquales eſſe poſſeſſiones ciuium, boc autem eas, quæ habitari incipiebant ciuitates quidem confeſtim non difficile exiſtimabat facere, eas autem, quæ iam habitabantur laborioſius quidẽ, tamen celerrimè vtiq; regulari per dotes diuites dare quidem, accipere autem non, pauperes autem nõ dare quidem, accipere antem. Plato autem leges ſcribens vſq; ad aliquid quidem putabat

A tabat oportere, plus autem quam quintuplum eſſe minimè poſſeſſionis nulli ciuium poteſtatem eſſe poſſidere, quemadmodum dictum eſt & prius. Oportet autem neq; boc latere ſic leges ferentes, quod latet nunc, quoniam ſubſtantiæ ſtatuentes multitudinem, conuenit & multitudinem filiorum ordinare, ſi enim excedat ſubſtantiæ multitudinem puerorum numerus, neceſſe legem ſolui, & ſine ſolutione prauum multos ex diuitibus fieri pauperes, opus enim non inſoleſcentes eſſe tales. Quia quidem igitur habet quandam poni ad politicam communitatem ſubſtantiæ regularitas, etiam antiquorum quidam videntur cognouiſſe. Velut & Solon lege ſtatuit, & apud alios eſt lex, quæ prohibet poſſidere terram quantamcunq; voluerit quis, ſimiliter autem & ſubſtantiam vẽdere, leges probibent, ſicut in Locris, lex eſt non vendere, niſi manifeſtũ infortunium oſtendatur

B datur accidiſſe, Adhuc autem antiqnas ſortes conſeruare, boc autem ſolutum & circa Leucadem democticam valde fecit politiam eorum. non.n. adhuc contingebat à determinatis dignitatibus ad principatus procedere; ſed eſt ȩqualitatem quidem eſſe ſubſtantiæ. Hanc autem vel valde multam eſſe vt delitioſè viuatur, aut valde modicam, vt viuatur tenaciter, palam igitur quod non ſufficiens ſubſtantias æquales facere, erit legiſlator ſecundum medium coniecturandi. Adhuc autem ſiquis mediocrem ordinauerit ſubſtantiam omnibus, nihil prodeſt, magis enim oportet concupiſcentias regulare quã ſubſtantias, hoc autem non eſt, non eruditis ſufficiẽter à legibus, ſed fortè vtiq; dicet Phaleas, quod boc ipſe dicit, putat enim duorum horum æqualitatem oportere exiſtere ciuitatibus, poſſeſſionis & diſciplinæ, ſecũdum diſciplinam quidem, quæ erit oportet dicere, & vnam

C eſſe & eandem nihil vtile, eſt enim eandem quidem eſſe & vnam ſed hanc eſſe talem ex qua erunt electiui ſupergrediendi, aut pecunijs, aut bonore, ant ſimul vtriſque. Adhuc deſident non ſolum propter inæqualitatem poſſeſſionis, ſed etiam propter honorum inæqualitatem. Econtrario autem circa vtrunque, multi quidem enim propter inæquale circa poſſeſſiones, gratioſi autem de honoribus ſi æquales, vnde & indigent honore, hoc quidẽ malus, hoc autem bonus. Non ſolum autem homines propter neceſſaria iniuriantur, quorum remedium eſſe putat æqualitatem ſubſtantiæ, vt non ſpoliẽt propter rigere ant eſurire, ſed vt gaudeant & non concupiſcant: Si enim maiorem babeant concupiſcentiam neceſſariorum propter huius medicinam iniuriabuntur, non igitur propter hanc ſolum, ſed & ſi deſiderent vt gaudeant, ſine triſtitijs delectationibus, quod

D igitur remedium horum trium, iis quidem ſubſtantia modica & operatio, iis autem temperantia, tertium autem ſi aliqui poſſunt per ipſa gaudere, non vtique quærent niſi a philoſophia remedium, aliæ enim hominibus indigent vt gaudeant ſine triſtitijs delectationibus. Iniuriantur autem maxime propter excellentias, ſed non propter neceſſaria, puta Tyrannides exercent, non vt non rigeant, propter quod & honores magni ſi interficiat qnis, non furem ſed Tyrannũ, itaque ad modicas iniurias auxiliatiuus ſolum modus Phaleæ. Adhuc multa opus eſt conſtitui, ex quibus ad ſe ipſos conuerſentur bene, oportet autem ad vicinos & ad extraneos omnes, neceſſarium igitur politiam conſtitui ad bellicum robur de qua ipſe nihil dixit,

LECTIO IX.

Similiter autem & de poſſeſſione. Oportet aűt non ſolum ad politicos vſus ſufficientem exiſtere, ſed & ad extrinſeca pericula, propter quod quidẽ neq; tantam oportet multitudinem exiſtere, quam proximi & meliores concupiſcant, habentes autem ſufferre non poſſunt moleſtantes: neq; ſic modicam vt non poſſint bellum ſufferre inæqualium & ſimilium. Ille quidẽ igitur nihil determinauit. Oportet autem hoc non latere quod confert multitudo ſubſtantiæ. Fortè igitur optimus terminus vt non prolẽ, habeat melioribus propter abundantiam bellum inferre, ſed ſic vt vtiq; eſt non habentibus tantam ſubſtantiã, velut Eubulus Autophradati volenti Acarneam obſidere, præcepit ipſum conſiderãtem in quanto tempore capiet locum, ratiocinati temporis huius expenſam, debere enim minus hoc ſumentes derelinquere iam Acarneam. Hoc autem cum dixiſſet fecit Autophradatum cõſentientẽ factum, ceſſare ab obſidione. Eſt quidem igitur aliquid expedientium ſubſtantias eſſe ęquales ciuibus, ad non ſeditiones fieri ad inuicem, attamen magnum nihil vt eſt dicere. Etenim gratioſi vtique indignabuntur, vt non æqualiũ exiſtentes digni, propter quod & videntur frequenter moleſti, & ſeditiones mouentes. Adhuc autem malitia hominum inreplebilis, & primum quidem ſufficiens duo oboli ſolum. Cum autem iam hoc fuerit patrium, ſemper indigerent pluribus quouſque in infinitum veniant. Infinita enim concupiſcentiæ natura, ad cuius vtiq; repletionem multi viuunt, talium igitur principiũ magis quam ſubſtantias regulari. Epiiches quidem natura tales conſtituere, vt non velint auare agere, prauos autem vt non poſſint. Hoc autem, ſi minores ſint & nõ iuſta patiantur. Non benè autem neq; æqualitatem ſubſtantiæ dixit. Cura terræ enim poſſeſſionem adęquat ſolum, ſunt autem & ſeruorum & pecorum diuitię, & numiſmatis, & præparatio multa eorum quæ ſupellectilia vocantur. Aut igitur omnium horum æqualitatem quærendum, aut ordinem quendam moderatum, aut omnia dimittenda. Videtur autẽ ex legiſlatione conſtruens ciuitatem modicam, ſi quidem artifices omnes publici erunt, & non ſupplementum aliquod exhibebunt ciuitatis, ſed ſiquidem oportet publicos eſſe contraria operantes. Oportet ſicut in Epidamno & ſicut Diophantus aliquando conſtituit in Athenis & hunc habere modũ. De Phalei quidem igitur politia ferè ex his vtique ſpeculabitur, ſiquid benedixit aut non bene.

LECTIO X.

Hippodamus autem Euriphõtis Mileſius qui & ciuitatum diuiſionem inuenit, & ſuburbia incidit, factus circa aliam vitam magis ſuperfluus propter honoris amorem ſic, vt videatur quibuſdam viuere curioſius capillorum multitudine & comæ. Adhuc autẽ veſtitus, vilis quidem, ſed calidi non in hyeme ſolũ, ſed & circa æſtiua tẽpora. Ratiocinatus autẽ & circa totam naturam eſſe volens, primus non politicè viuẽtium conatus eſt aliquod de pulitia dicere optima. cõſtruxit autem ciuitatem multitudine, etiam quidem decem millium virorum in tres autem partes diuiſam. Fecit enim vnam quidem partem artifices, vnam autem agricolas, tertiam autem propugnans & arma habens. Diuidebat autem in tres partes regionem hanc quidem ſacram, hanc autem publicam, hanc autem propriam.

E Vndè quidem deputata ficiant ad Deos ſacra, à quibus autem propugnantes viuant cõem, agricolarum autem propriam. Putauit autem & ſpecies legum eſſe tres ſolũ. De quibus autem diſceptationes fiunt, tria hæc eſſe numero, iniuriam, nocumentum, mortem. Lege autem ſtatuit prætorium vnum principale, ad quod omnes reduci oportet cauſas quæ non benè iudicatæ eſſe videntur, hoc autem conſtruxit ex quibuſdam ſenibus electis. Iudicia enim in prætorijs, nõ ſententiæ collationem putabat fieri oportere, ſed ferrè vnumquemque pugillarem in quo ſcribatur, ſi condemnetur ſimpliciter, ſi autem abſoluatur, ſimpliciter vacuus. Si autem hoc quidẽ, hoc autem non, hoc determinare, nunc enim non putabit lege ſtatutum eſſe benè, cogere enim deierare hic vel hic diſceptantes. Adhuc autem legem poſuit de inuenientibus aliquid ciuitati expediens quatenus adipiſcãtur ho-
F norem. Et pueris eorum qui in bello moriuntur, de publico fieri cibum, tanq̃ nondum hoc apud alios lege, ſtatutum. Eſt aűt & in Athenis iſta lex nunc, & in alteris ciuitatum. Principes aűt a populo eligi oẽs, populũ autẽ faciebat tres partes ciuitatis, Electos autẽ curare de cõibus & peregrinis, & orphanis. Plurima quidẽ igit, & q̃ maximè verbo digna Hippodami ordinatiõis, hæc ſunt.

LECTIO XI.

Dubitabit autem vtiq; aliquis, primum quidem circa diuiſionem multitudinis ciuium, artifices enim & agricolæ, & arma habentes, cõicant politia omnes. Agricolæ quidem non habentes arma, artifices autem neq; terram neq; arma, quare fiunt ferè ſerui arma poſſidentium: participare quidem igitur omnibus honoribus, impoſſibile, neceſſe enim ex arma habentibus inſtitui & duces exercitus, & ciuium te-
G ctores, & principaliſſimos principatus arma dicere, non participantes autem politia quomodo poſſibile eſt amicabiliter ſe habere ad politiam. Sed oportet & meliores eſſe ad arma poſſidentes ambabus partibus, hoc autem non facile non multos exiſtentes: ſi autem hoc erit, quid oportet alios participare politia, & diuerſos eſſe conſtitutionis principium? Adhuc agricolæ quàm vtiles ciuitati, artifices quidem enim neceſſariũ eſſe, omnis enim indiget ciuitas artificibus & poſſint procedere quemadmodum in alijs ciuitatibus ab arte. Agricolæ enim acquirentes quidem arma poſſidentibus cibum, rationabiliter vtiq; eſſent aliqua pars ciuitatis, nunc autẽ propriam habent & hanc propriã colent. Adhuc autem cõmunem à qua propugnantes habebunt cibum, ſi quidẽ, ipſi colent, non vtique erit pugnans alterum & agros colentes, vult autem legiſlator alterum eſſe. Si autem, al-
H teri quidem erũt ab his qui propria colunt bellantibus. Quarta igitur pars erit, huius ciuitatis nullo participãs, ſed aliena à politia. At verò ſiquis eoſdem ponat eos qui propriam & qui cõmunem colant, tunc multitudo deficiens erit fructuum ex quibus vnuſquiſq; miniſtrabat duas domos, & cuius gratia non ſtatim ex terra & eiſdẽ ſortibus ſibiipſis cibum ſumeret & virilis prælij exhibebunt: hæc itaq; omnia multam habent turbationem. Nõ benè autem nec de iudicio habet, lex iudicare ſignificans diuidentes cauſa ſimpliciter ſcripta & fieri iudicem diſquiſitorem, hoc autem in diſquiſitione quidem & pluribus contingit. Colloquuntur enim ad inuicem de iudicio, in prætorijs autem non eſſe, ſed contrarium huius legiſlatorum multi ſtatuunt, vt iudices nõ colloquantur

quantur ad inuicem. Deinde quomodo nõ erit plenum turbatione iudicium cum debere iudex quidem exiſtimauerit non tantum quantum litigans hic quidem viginti minas. Iudex autem indicat decem minas, aut hic quidem plus, hic autem minus. alius autem quinque, hic autem quatuor, & hoc itaq; modo palàm, quia patientur. ij quidem omnia condemnabunt ij autem non. Quis igitur modus erit diſputationis ſententiarum. Adhuc nullus deierare cogit ſimpliciter ab iudicantem aut ſiquidẽ accuſatio ſcripta eſt iuſtè. Non.n. nihil debere abiudicans indicat, ſed viginti minas, ſm illud deierat condemnatus, non computans debere viginti minas.

LECTIO XII.

DE eo autem quod inuenientibus cum aliquod ciuitati vtile oporteat fieri quẽdam honorem. non eſt ſecurum legem ferre, ſed boni aſpectus audire ſolum, habet.n. calũnias & motus ſi eueniat politiæ, incidit autem in aliud problema & conſiderationem alteram. Dubitant.n. quidam vtrum nociuum aut expediens ciuitatibus amouere patrias leges ſi ſit aliqua alia melior, propter quod quidem non facile dicto velociter conſentire ſiquidem non expedit amouere. cõtingit autem inducere quaſdam legum ſolutionem aut politiæ aut cõe bonum. Qm̃ autem ſecimus memoriam modicum amplius de ipſo dilatare, melius.n. habet quẽadmodum diximus dubitationẽ, & videbitur vtiq; melius eſſe amouere, in alijs.n. ſcientijs hoc contulit, puta medicinali mota extra paterna & gymnaſtica & totaliter artes oẽs & virtutes. Quare qm̃ vnam harum ponendum etiam politicam palàm, quia & circa hunc neceſſarium ſimiliter habere. Signum autem vtiq; fieri dicet aliquis in ipſis operibus, antiquas.n. leges valde ſimplices eſſe & Barbaricas, ferrũ.n. portabant. tunc græci & vxores emebant abinuicem. Quęcunq; autem reliqua antiquorum ſunt, alicubi legalium ſtulta omnino ſunt, puta in cume circa homicidia lex eſt ſi multitudo quidam teſtium aſtiterit perſequens homicidam qui ſuorum eſſet cognatorum reum eſſe homicidij fugientẽ. Quęrunt autem totaliter non quod patrium, ſed quod bonũ oẽs. Veriſimile quia prius, ſiue terrigenæ erant, ſiue ex corruptione quadam ſaluati ſunt, ſimiliter eſſe & contingentes & inſenſatos quemadmodum & dicitur de terrigenis. Quare incõueniens manere in horum dogmatibus. Adhuc autẽ neq; ſcriptas ſi immobiles melius, ſicut.n. & circa aliàs artes, & circa politicum ordinem impoſſibile diligenter omnia ſcripta eſſe, vniuerſaliter.n. neceſſarium ſcribere, actus autem de particularibus ſunt, ex iis quidem igitur videtur quia amouendę & quędam & qñq; legum ſunt. Alio autem modo conſiderantibus reuerẽtiæ vtiq; videbitur eſſe multæ. Cum.n. fuerit quod quidem melius modicam aſſueſcere autem facile ſoluere leges prauum. Manifeſtum quod ſinẽdum quædam peccata & legislatoribus & principibus, non.n. tantum proderit qui mutauerit quantum nocebit principibus rebellare aſſueſcens: mendax quoq; exemplum quod ab artibus, non enim ſimile mouere artem & legem, lex.n. robur nullum habet ad perſuaderi præter conſuetudinem, hoc autem non fit niſi per temporis multitudinẽ. Itaque facile mutare exiſtentibus legibus, ad alteras leges nouas facere eſt debilem legis virtutem, Adhuc autẽ ſi mutandę vtrum oẽs & in omni politia, at non, & vtrũ quocunq; aut quibus, hæc.n. habent magnam differentiam propter quod nunc quidem dimittamus: hanc.n. conſiderationem aliorum enim eſt temporum.

LECTIO XIII.

DE ea aũt quæ Lacedęmoniorum politia ferè autem & de alijs politijs duæ ſunt conſiderationes. Vna quidem ſi quid benè vel non benè ad virtutis ordinem lege ſtatutum eſt. altera aũt ſi quid ad modum & ad ſuppoſitionem cõtrariæ propoſitiæ ipſis politiæ. Quod quidem igitur oportet futurę benè politicè viuere neceſſariorum exiſtere ſcholam confeſſum eſt. Quo autem modo exiſtere, non facilè accipere. Theſſalorum.n. inopes moleſti fuerunt multotiens, Theſſalis, ſimiliter aũt Laconibus ſerui, quaſi.n. inſidiãtes in infortunijs perſeuerant: circa Cretenſes autẽ nihil vnq̃ tale accidit. Cauſa aũt fortè vicinas ciuitates, quãuis pugnantes adinuicem, neq; vnam eſſe cõpugnantem diſtantibus propter non expedite, etiam ipſis poſſidentibus prædia circa domos: Laconibus autẽ vicini inimici oẽs erant, Argij, & Meſſenij, & Archades, qm̃ & à Theſſalis à principio diſcedebant propter bellare. Adhuc cũ Achaicis vicinis, & Perebijs, & Magneſibus vr̃ autem & ſi nihil alterum, ſed quod curę quidem operoſum eſſe, quod oporteat ad ipſos colloqui modo. Remiſſi quidem iniuriantur & æqualibus dignificant ſe ipſos dominis & malè ferendo viuentes inſidiantur odiunt, & palàm igitur quod non ex inuenientibus optimum modũ quibus hoc accidit circa ſeruitutem. Adhuc aũt ad mulieres remiſſio & ad electionem politiæ votiua, & ad fęlicitatẽ ciuitatis, quemadmodum.n. domus pars vir & mulier, palàm quia & ciuitatem prope ei quod eſt in duo diuidi oportet putare vt ad virorũ multitudinem & mulierũ, itaq; in quibuſcũq; politijs praue habet quod circa mulieres, mediũ ciuitatis oportet putare eſſe inordinatum lege, quod quidẽ ibi accidit, totã.n. ciuitatem legislator eſſe volẽs perſeueratiuam ſm viros quidem talis eſt. In mulieribus aũt neglexit. Viuunt.n. voluptuosè ad oẽm intemperantiam & delitiosè, itaq; neceſſariũ in tali politia honorari diuitias. Aliterq; & ſi exiſtãt à mulieribus continentes quemadmodum multa militarium & bellicorum generum, vel etiã ſiquidem alteri honorauerunt eum qui ad maſculos coitum, vr̃.n. qui fabuloſè loquutus eſt primus non irrationabiliter: coniunxiſſe Martem ad Venerem, aut.n. ad eã quæ maſculorum collocutionem, aut ad eã quæ mulierum, vñr inhiantes omnes tales, pp quod apud Lacones hoc extitit, & multa diſpenſabantur à mulieribus in principatu ipſorum, quamuis quid differt mulieres principari, aut principes ſub mulieribus regi. Idem.n. accidit, vtili.n. exiſtente audacia ad nihil circularium niſi ad bellum maximè nociue, etiam ad hoc quę Laconum erant, oñderunt aũt in eo qui Thebeorum congreſſu vtiles quidem.n. nihil erãt quemadmodum in alijs ciuitatibus. Tumultum aũt exhibebant plusq̃ inimici, à principio quidem igitur vr̃ accidiſſe Laconibus rõnabiliter mulierum remiſſio, extra domũ.n. pp militias peregrinabantur multo tempore pugnantes ad Argos bellum, & rurſum ad Archades, & Meſſenios, vocantes aũt ſe exhibebant legislatori præparatos factos pp militarem vitam, multas.n. habet partes virtutis. Mulieres aũt aiunt quidem conatum fuiſſe Lycurgum ducere ad leges, vt aũt reſiſtebãt diſcedere rurſum. Cauſę quidem igitur ſunt hęc factorum quia palàm, quia & huius peccati, ſed nos hoc non conſideramus cui oporteat ve-

niam habere, aut non habere, ſed de eo quod rectè aut
non rectè. Quæ autem circa mulieres habentia nõ benè
ſicut dictũ eſt & prius, non ſolum indecentiam quandã
facere politię ipſius ſm ſe, ſed addere aliquid ad amorem
pecunię. Poſt ea.n.q̃ nunc dicta ſunt eos qui circa irregu
laritatẽ poſſeſſionis increpabit vtiq; aliquis, iis quidẽ.n.
ipſorum accidit poſſidere multam valde ſubſtantiam, iis
aũt oĩno modicam, propter quod quidem ad paucos ve
nit regio. Hoc aũt etiam per leges ordinatum eſt prauè,
emere quidem.n.aut vendere exiſtentem fecit non bo-
num, rectè faciens, dare autem & derelinquere poteſta-
tem dedit volẽtibus, quãuis idem accidere neceſſarium
illo modo & iſta. Sunt aũt mulierum ferè oẽs oĩs regio-
nis quinque partium, duæ, hæredibus multis factis, &
pp dotes dare magnas, quãuis Melius nullam, aut modi
cam aut menſuratam inſtitutam eſſe. Nũc aũt licèt dare
hæreditariam cuicũq; voluerit, & ſi moritur non diſpo-
nens quem vtiq; derelinquat hæredem. Iſte cuicũq; no
luerit dat. Igitur cum poſſit regio mille equites mittere
& quingẽtos, & viros ad arma triginta millia, neq; mil-
le multitudine erant, factum eſt aũt per opera ipſorum,
Manifeſtum quia prauè ipſis habebant, quæ circa inſti-
tutionem hanc, nullam n. plagam pertulit ciuitas, ſed
perijt pp hominum paucitatem, dñt aũt quod ſub prio-
ribus regibus deijciebant politiam vt non fieri tunc ho
minum paucitas bellantibus multo tempore, & aiunt
fuiſſe aliqñ Spartiatas, & decem millia, attamen ſiue ſint
vera iſta, ſiue non, melius per poſſeſſionem regulatam
replere viris ciuitatem. contraria aũt & quæ circa filiorũ
procurationẽ lex ad hanc directionem. Volens.n.legiſ-
lator vt plures ſint Spartiatæ prouocat ciues quod plu-
res faciãt pueros. Eſt aũt ipſis lex, eum qui genuerit tres
filios Aphruron eſſe, eum aũt qui quatuor ſine vectiga-
li omnium, quãuis manifeſtum quod multis factis, re-
gione autem ſic diuiſa, neceſſariũ multos fieri pauperes.

LECTIO XIIII.

At verò & quę circa Ephoriam praue ſe habent,
principatus.n.dñs quidam maximorum ipſius
eſt, fiunt aũt ex populo oẽs, vt & multotiens in
cidãt hoĩes valde pauperes in locũ principum,
qui pp penuriam venales erant, oſtenderant aũt multo
tiens & prius, & nunc aũt in Andrijs, corrupti.n.argen
to quidam, quantum in ipſis totam ciuitatem perdide-
runt, & pp principatum eſſe valde magnum & æquity-
ranium, regere populũ ſe ipſos cogebant Reges, vt & ſic
ſimul lędatur politia. Democratia aũt ex Ariſtocratia ac-
cidebat, continet quidem igitur politiã principatus hic,
quieſcet.n.populus, eo quod participet maximo princi
patu, itaq; ſiue pp legiſlatorem, ſiue propter fortunam
hoc euenerit, vtiliter habet rebus. Oportet.n.politiam
ſaluandam oẽs velle partes ciuitatis eſſe, & permanere
has. Reges quidem igitur pp ipſius honorem ſic habẽt,
Boni aũt propter ſenatum, primùm.n.principatus iſte
virtutis eſt, populus aũt propter Euphotiam, conſtitui-
tur.n.ex oĩbus. Sed eligibilem oportebat principatũ eſ-
ſe hunc ex oĩbus quidem, non aũt iſto modo quo nunc,
puerilis.n.eſt valde. Adhuc aũt & iudiciorum magnorũ
ſunt dñi exiſtentes, quicũq;, pp quod quidem non pro-
pria ſnĩa melius iudicare, ſed ſm literas & leges. Eſt aũt
& diæta Ephororum non conſona voluntati ciuitatis,
hæc quidem.n.remiſſa valde, in alijs autẽ magis excedit,
ad durum vt non poſſint perſeuerare ſed latenter legem

E transgrediẽtes fruantur corporalibus delectationibus.
habent aũt & quæ circa ſeniorum principatum, non be
nè ipſis. Placidis.n.exiſtentibus & eruditis ſufficienter
ad Andragathiam.i.ad virilem bonitatem forſitan vtiq;
dicet aliquis expedire ciuitati, quãuis per vitam domi-
nos eſſe iudiciorum magnorum, formidabile ſit. Eſt.n.
quemadmodum & corporis & mentis ſenectus, modo
aũt iſto eruditis vt & legiſlator ipſe diffidat vt nõ bonis
viris, non ſecurum. videntur aũt & velle videri datiui &
inutiliter tribuentes multa communium qui participes
fuerũt principatus iſtius, propter quod melius eſt ipſos
non ſine correctione eſſe, nunc aũt ſunt, videbitur autẽ
vtique Ephororum principatus oẽs corrigere principa-
tus. Hoc autem Ephoriæ magnum valde donum & mo-
do non hoc dominis oportere dare correctiones. Adhuc
autem & electionem quam faciunt ſeniorum ſm iudi-
F cium, eſt puerilis, & ipſum petere qui principatu digni-
ficabitur non rectè habet. Oportet.n.& volentem & nõ
volẽtem principari qui dignus eſt principatu. Nunc au-
tem quod & circa aliam politiam legiſlator vr faciens,
amatores.n.honoris cõſtituens ciues hic vſus eſt ad ele-
ctionem ſenum, Nullus.n.vtiq; principari quæret non
amator honoris exiſtens, quãuis iniuſtitiarum volunta
riarum plurima quidem accidant ferè propter amorem
honoris, & amorem pecuniarum hominibus. De regno
autem ſiquidem melius exiſtere ciuitatibus, aut non me
lius, aliud ſit ſermo, ſed & ſi melius non ſicut nunc, ſed
per ipſius vitam vnumquẽq; iudicare Regum, Quod au
tem legiſlator neq; ipſe putat poſſe facere optimos, ma-
nifeſtum, diffidit.n.vt non exiſtentibus ſufficienter bo-
nis viris, propter quod quidem emittebant ſimul lega-
tos inimicos & ſalutem putabant ciuitati eſſe diffidere
G reges. Non benè autem neque circa conuiuia vocata le-
ge ſtatutum eſt ab eo qui inſtituit primum. Oportebat
enim de cõi magis eſſe. quemadmodum in Creta: apud
Lacedæmonas autem oportet ferre etiam valde pauperi
bus quibuſdam exiſtentibus, & hoc conſumpto non po
tentium expendere. quare accidit contrarium legiſlato-
ris voluntati, vult quidem enim Democraticum eſſe
præparationem conuiuiorum. Fit autem minimè De-
mocraticum ſic lege ſtatutum, participare quidem enim
non facile valde pauperibus. Determinatio autem po-
litiæ iſta eſt ipſis, patria, non potentem hoc tributum
ferre, non participare ipſa, Eam autem quæ circa nauigiũ
principes legem & alteri quidem increpuerunt rectè in
crepantes, ſeditionis.n.fit cauſa, ſub regibus.n.exiſten-
tibus militaribus ſempiternis nauarchia ferè alterum
regnum, & hoc autem ſuppoſitionem legiſlatoris in-
H crepabit vtique aliquis, quod quidem & Plato in legi-
bus increpuit, ad partem enim virtutis omnis ordina-
tio legum eſt, ſcilicet, bellicam, hæc enim vtilis ad domi
nari. igitur ſaluabantur quidem bellantes, peribant au-
tem principantes propter neſcire vacare, neq; ad virtu-
tem exercitari nulla exercitatione, altera principaliori
quam bellica, hoc autem peccatum non modicum, pu-
tant enim fieri bona, quæ circa res bellicas per virtutem
magis quam per malitiam, & hoc quidem benè. Quod
tamen hæc meliora virtute ſuſpicantur non benè, pra-
uè autem habet & circa communes pecunias Spartiatis,
neque enim in communi ciuitatis eſt nihil, bella magna
coactis præliari, inferuntq; malè: eo enim, quod Spartia
tarum eſt plurima terra, non requirunt ab inuicem illa-
tiones

tiones accidit antem contrarium legiſlatori quàm expe
diebat. Ciuitatem quidem enim fecit ſine pecunijs, idio-
tas autem amatores pecuniarum. De Lacedæmoniorum
quidem igitur politia in tantum dictum ſit, hæc.n. ſunt,
quæ maximè vtiq; quis increpabit.

LECTIO XV.

CRetenſium qnidem autem politia proxima qui
dem eſt huic, habet autem modica quidem non
deterius, plurimùm aũt minus planè, etenim vĩ
& dicitur quidem in plurimis imitari Creticã
politiam, quæ Lacedæmoniorum, plurima autem anti-
quorũ minus dearticulata ſunt iunioribus, aiunt enim
Lycurgum cum procurationem Charillæ regis derelin-
quens peregrinatus eſt, plurimo tempore conuerſatum
eſſe circa Cretam propter cognationem. Domeſtici.n.
Cretenſes Lacedæmonibus erant. Suſceperunt autem
qui ad familiaritatem venerant inſtitutionem legum
exiſtentem in tunc habitantibus: propter quod & nunc
incolæ eodem modo vtuntur ipſis vt inſtituit Minos pri
mus ordinem legum, videtur autem inſula & ad princi-
patum Græcorum apta eſſe, & poni benè, toti enim ſup-
ponitur mari, ferè Græcis collocatis circa mare omni-
bus. Diſtat quidem enim à Pelopis inſula modicum ver
ſus Aſiam ab eo loco, qui circa Triopium & à Rhodo
propter quod & maris principatum obtinuit Minos, &
inſulas has quidem ſubegit, has autem habitari fecit, fi-
naliter autem appoſitus Siciliæ vitam conſummauit ibi
circa Caminam, habet autem proportionaliter. Creten-
ſium inſtitutio ad Lacedæmonicam, agriculturæ enim
opus faciunt, iis quidem ſerui, Cretenſibus autem inco-
læ, & conuiuia apud ambos ſunt, & antiquitus voca-
bant Lacedæmones non Phidicia, ſed Andria quemad-
modum Cretenſes, ex quo & manifeſtum quia inde ve-
nit. Adhuc autem politiæ ordo, Ephorum quidem enim
habent eandem potentiam, iis qui in Creta vocantur
Coſmi, verũtamen Ephori quidem quinque numero,
Coſmi autem decem ſunt. Seniores autem ſenioribus
quos vocant Cretenſes cõſilio æquales, regimen autem
primo quidem fuit, deinde diſſoluerunt Cretenſes &
ducatum Coſmi eum qui ad bellum habent. Eccleſia
autem participant omnes, dominatio autem nullius eſt
niſi ſententiandi ea quæ videtur ſenioribus & Coſmis,
quod quidem igitur conuiuiorum habent melius Cre-
tenſibus, quam Lacedæmonibus. In Lacedæmonia qui-
dem enim ſecundum caput vnuſquiſque infert conſti-
tutum, ſi autem non, participare lex prohibet politia
quemadmodum dictũ eſt & prius. In Creta autem com
munius, ab omnibus enim natis fructibus & pecoribus
ex publicis & oblationibus, quas ferunt incolæ conſti-
tuta eſt pars, hęc quidẽ ad Deos & communia ſacrificia,
hæc autem ad conuiuia vt & de cõmuni nutriantur oẽs
& mulieres & pueri. Ad modicum autem cibum, vt pro
ficuum multa philoſophatus eſt legiſlator, & ad diſiu-
gationem mulierum vt non multos pueros faciant eam
quę ad maſculos facit collocutionem, de qua ſi prauè aut
non prauè, aliàs erit cõſiderandi tempus. Quod autem
quæ circa conuiuia melius ordinata ſunt Cretenſibus
quàm Lacedæmonibus manifeſtum, quæ autem circa
Coſmos adhuc deterius, quamq; Ephororum principa-
tus exiſtit & iis, fiunt.n. quicũq;. Quod autem ibi expe-
dit ad politiam, hic non eſt, ibi quidem enim propter
electionem ex omnibus eſſe participans populus maxi-
A mi principatus vult manere politiam, hic autem non ex
omnibus eligunt Coſmos, ſed ex quibuſdam ſenibus,
& ſenes ex quibuſdam qui fuerunt Coſmi, de quibus
eoſdem vtique dicit aliquis ſermones & de iis, quæ in
Lacedæmonia fiũt, quod enim ſine correctione & quod
per vitam maior ſenectus eſt dignitate ipſis, & non ſe-
cundum literas principari, ſed Autognomonas in ſecu-
rum. Quieſcere autem non principantem populum,
nullum ſignum eius quod eſt ordinatam eſſe benè, ne-
que enim ſumptionis aliquid Coſmois ſicut Ephoris:
longè enim peregrinantur in inſula differẽtium, quam
autem faciunt peccati huius medicinam inconueniens,
& non politica: ſed oppreſſiua, multotiens enim iiciunt
conuenientes quidam Coſmos aut comprincipantium
ipſorum, aut Idiotarum, licet autem & intermedie Coſ-
mis abnegare principatum, hæc vtique omnia melius
B fieri ſecundum legem, quam ſecundum hominum vo-
luntatem, non enim ſecurè canon: cauſam autem peſſi-
mam id quod Acoſmie quam conſtituunt frequenter,
cum non ſententias velint dare potentum, aut & palàm
quod habet aliquid politiæ inſtitutio, ſed nõ politia eſt,
ſed potentatus magis, conſueuerunt autem aſſumentes
populum & amicos Monarchiam facere, & ſeditiones
mouere & pugnare ad inuicem, equidem quid differt
quod tale aut quod poſt quoddam tempus non iam ci-
uitatem eſſe talem ſed ſolum politicam communionem
eſt autem periculoſa valde ſic habens ciuitas, volentibus
inuadere & potẽtibus, ſed quemadmodum dictum eſt,
ſaluatur propter locum, ab expulſione enim quod lon-
gè facit propter quod & incolarum manet Cretẽſibus;
miniſtri autem recedunt frequenter, neque enim extrin
ſeco principatu participant Cretenſes, nuperq́; bellum
C peregrinum tranſiuit ad inſulam quod fecit manifeſtam
infirmitatem earum quæ ibi legum. De hac quidem igi
tur politia tantum nobis dictum ſit.

LECTIO XVI.

POlitizare aut videntur & Carchedoni benè & in
multis abundantius ad alios, maximè autem quæ
dam propinquę Lacedæmonibus. hæ.n. politiæ
tres adinuicem propinquæ aliqualiter ſunt, & ab
alijs multum differunt, quæ Cretenſium & Lacedæmo-
nica & Tertia ab iis, quę Carchedoniorũ. Et multa inſti-
tutorum ſe habent apud ipſos benè. Signum autem po-
litiæ coordinatæ populum habentem permanere & in-
ſtitutione politiæ, & neq; ſeditionem quod indignum
dici, fieri. neq; Tyrannum. Habet autem ſimilia Lacedæ-
monum politia, conuiuia quidem ſocietatum Phiditio-
D rum, eum autem qui centum & quatuor principatum,
Ephoris, veruntamen non deterius. Ij quidem enim ex
contingentibus fiunt, hunc autem eligunt principatum
virtuoſum, Reges autem & Geruſiã proportionata iis,
quæ regibus & ſenibus etiã, melius autem Reges, neq;
per ſe eſſe genus, neq; hoc ꝙ contingens, ſed ꝙ differens
ex iis eligibiles magis ꝗ̃ ſecundum ætatem. Magnorum
enim domini conſtituti, ſi viles fuerint, multum lædunt
& læſerunt iam ciuitatem Carchedoniorum. Plurima
quidem igitur increpatorum, vtique propter tranſgreſ-
ſiones contraria exiſtunt entia omnibus dictis politijs
eorum autem quæ ad ſuppoſitionem Ariſtocratiæ, & po
litiæ hæc quidem ad populum declinant magis, hæc
autem ad Oligarchiam. Eius quidem enim quod eſt, hoc
quidem adducere, hoc autem non adducere ad populũ,
Reges

Reges domini cum ſenioribus, ſi conſenſerint omnes, ſi autem non, & horum populus, quæcũq; autem intulerint, non audire ſolum attribuunt populo qui ſtatuit principibus, ſed domini de iudicando ſunt, & volenti illatis cõtradicere, licèt, quod quidem in alijs politijs non eſt. Pentarchias autem dominas exiſtentes multorum & magnorum, ab ipſis eligibiles eſſe, & eum qui centum, hos eligere maximum principatum. Adhuc autem, hos ampliori principari tẽpore alijs, & enim preteriti principãtur & futuri, Oligarchicum. Quòd aũt ſine prætio & nõ ſortiales, Ariſtocraticum ponendum, & ſi quid tale, alterum & ſententias à principibus iudicari oẽs, & non aliàs ab alijs, quemadmodum in Lacedæmonia. Tranſgreditur autem Ariſtocratiæ inſtitutio Carchedoniorũ, maximè ad Oligarchiam, ſecundum quendam intellectum, vt videtur multis, non .n. ſolum virtuoſum, ſed diuitem putant oportere eligi principem. impoſſibile.n. egentem, benè principari, & vacare. Siquidem igitur eligere diuitem Oligarchicum, ſecundum virtutem autẽ Ariſtocraticum, iſte quidem igitur erit ordo tertius ſecundum quem quidem ordinata ſunt, & apud Carchedonas quæ circa politiam, eligunt.n.ad duo hæc reſpicientes, & maximè maximos Reges, & duces exercitus. Oportet autem putare, peccatum legislatoris eſſe tranſgreſſionem hanc Ariſtocratiæ. à principio.n. videre hoc, neceſſariiſſimorum eſt, qualiter optimi poſſint vacare, & nihil dehoneſtari, non ſolum Principes, ſed neq; ſingulariter viuentes. Si autem oportet aſpicere & ad abundantiam, gratia vacationis, prauum, maximos principatuum venales eſſe, regnũ.ſ. & ducatum exercitus lex.n. iſta diuitias facit præcioſas magis virtute, & ciuitatẽ totam amatiuam pecuniarũ, quodcunq; autem exiſtimat præcioſum eſſe, quod principale, neceſſe, & aliarum politiarum opinionem aſſequi, iis. Vbi autem non maximè virtus honoratur, hanc politiam non eſt poſſibile firmiter ſecũdum virtutem principari, rationabile autẽ aſſueſcere lucrum hoc ementes, qn̄ cũ expenderint principentur, inconueniens quidem, ſi pauper quidem exiſtens. Epiiches autem volet lucrari, deterior autem vtiq; non volet, cum expenderit, propter ꝙ oportet eos, qui poſſunt Ariſtocratizare, hos principari. Dignius autẽ, ſi & præferet penuriã Epiichorum legislator, ſed & principantium curaret de vacatione. Prauum autem vtique videbitur eſſe, & plures principatus principari eundem. quod quidem acceptatur apud Carchedonios. vnum.n. opus ab vno optimè perficitur. Oportet autẽ hoc qualiter fiat, huc videre legislatorem, & non præcipere eundem fiſtulare, & coria incidere. Quare vbi non parua ciuitas, magis politicum eſt, plures participare principantibus & magis democticum. Cõmodius.n. ſicut diximus & pulchrius vnumquodq; perficitur ab eiſdem & velocius, palàm aũt hoc in bellicis & nauticis. In iis.n. ambobus per oẽs vt eſt dicere extẽditur principari & ſubiici. Oligarchia autem exiſtente politia, optimè effugiunt iudicando, ſemper aliquam populi partẽ emittentes ſuper ciuitatẽ. hoc.n. faciunt & ſeruant manſurã politiam, ſed hoc eſt fortunæ opus. Oportet autẽ inſeditionales eſſe, propter legislatorem. Nunc aũt ſi infortunium aliquod eueniat, & multitudo abſceſſerit ſubiectorum, nullum eſt remedium quietis per leges. De Lacedæmoniorum quidem igitur politia, & Cretenſium & Carchedoniorum, quæ merito attentantur hoc habet modo.

E

LECTIO XVII.

EOrum autẽ quę pronunciauerunt de politia quidem qui non cõmunicauerunt à cõibus politicis nullis, ſed perſeuerauerunt ſingulari vita viuentes, de quibus ſiquid ſermone dignum, dictum eſt fere de omnibus. Quidam autẽ legislatores fuerunt. ij quidem proprijs ciuitatibus, ij autem & quibuſdam extraneorum politicè conuerſati ipſi, & horum quidem ij fuerunt conditores legum, ij autem & politiæ, puta Lycurgus & Solon. Iſti enim & leges & politias inſtituerunt. De ea quidẽ igitur quæ Lacedæmoniorum dictum eſt. Solonem autem aliqui quidem putant fuiſſe legislatorem ſtudioſum. Oligarchiam.n. diſſoluiſſe valde intemperatam exiſtentem, & ſeruientem populum liberaſſe, & Democratiam patriam inſtituiſſe, miſcuiſſe, quia benè politiam, fuiſſe.n. quod in Ariopago conſi-
F lium, Oligarchicũ, quod autem principatus eligibiles, Ariſtocraticum, prætorium autem, demoticum. Videtur autem Solon illa quidem exiſtentia prius, non diſſoluiſſe conſilium.ſ. & principatum electionem, populum autem inſtituiſſe prætoria faciens ex omnibus. Propter quod & quidẽ accuſant ipſum, ſoluere verò alterã cum fecerit prætorium dominum omnium, cum ſit fortiale. Cum.n. hoc inualuit ſicut tyranno populo largientes politiam in eam quæ nunc Democratiam inſtituti ſunt, & id quidem quod in Ariopago conſilium Ephialtes prohibuit & Pericles & hoc itaq; modo vnuſquiſq; rectorum populi augens produxit in eam quæ nunc Democratiam. Videtur autem hoc non ſecũdum Solonis voluntatem factum fuiſſe, ſed magis ab accidente. Nauarchiæ enim in medis populus factus cauſa aſtute concepit & rectores populi accepit prauos pro politicè
G conuerſantibus Epiicneis. Quoniam & Solon videtur neceſſariam maximè potentiam attribuere populo, ſcilicet principatus eligere & corrigere, neque enim huius populus exiſtẽs dominus, ſeruus vtiq; eſſet, & aduerſarius, principatus autem ex inſignibus & abundantibus inſtituit omnes ex quingentis Medimnis & Iugatijs & tertio fine vocato equeſtri, quartum autem quod mercenarium quibus nullus principatus attinebat. Legislatores autem fuerunt Zaleuchus Locrenſis occidentalibus & Charondas Cataneus ſuis ciuibus & alijs Calchidiæ ciuitatibus circa Italiam & Siciliam. Volunt autem quidem colligere qualiter Onomacritus fuit primus induſtrius circa legislationẽ, exercitatum autem fuiſſe in Creta cum eſſet Locrus, & præfectum populo, ſecũdum artem, huius autem fuiſſe ſocium Thaletem, Thaletis autem auditorem Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci autem
H Charondam, ſed hoc quidem dicunt inconſideratius tẽpore dicentes. Fuit autem & Philolaus Corinthius legislator Thebeis, erat autem Philolaus de genere quidẽ Bachidorum, amator aũt factus Dioclis qui vicit Olympiadem. vt ille ciuitatem reliquit recordatus amorem matris Alcyones abijt Thebas & ibi vitam finierunt ambo, & nunc adhuc oſtendunt ſepulchra ipſorum inuicem quidem facile conſpectibilia exiſtentia, ad regionem autem Chorinthiorum, hoc quidem conſpectibili, hoc autem non conſpectibili, fabulantur enim ipſos ſic ordinaſſe ſepulturam. Dioclea quidem propter abſtinentiam paſſionis quatenus nõ viſibilis ſit Corinthia à puluere, Philolaum autem quatenus viſibilis, habitauerunt quidem igitur propter talẽ cauſam apud Thebeos.

Legislator

Legiſlator antem fuit ipſis Philolaus de alijs quibuſdã
& de puerorum procreatione, quas vocant illi leges po-
ſitiuas, & hoc eſt ſingulariter ab illo lege ſtatutum, qua
tenus numerus ſaluetur ſortium. Charódæ aũt nihil eſt
proprium niſi vindictæ falſorum teſtium: primus.n.fe-
cit conſiderationem, diligentia aũt eſt legum placentio-
rum & his qui nunc legiſlatoribus, Philolai autem pro
prium eſt ſubſtantiarum irregularitas, Platonis autem
mulierum & puerorum & ſubſtantiæ cõmunitas & cõ-
uiuia mulierum. Adhuc autem lex circa ebrietatem, ſ.ſo
brios ſympoſiarchizare, & exercitium in bellicis quate-
nus ambidexter fiant per ſtudium, vt opportunum eſt
non hac quidem manuum vtile eſſe, hac autem inutile,
Draconis auté leges ſunt, politiæ aũt exiſtenti leges po-
ſuit, proprium auté in legibus nihil eſt quod ſit memo-
ria dignum niſi ſeuitia propter magnitudinem damni.
Fuit aũt & Pittacus legum conditor ſed non politiæ, lex
auté propriè ipſius, ebrios ſi percuſſerint amplius damni
ferre quam ſobrios, quia plures iniuriantur ebrij quàm
ſobrij. non ad veniam reſpexit, quia oportet ebrios ha-
bere magis, ſed ad conferens magis, fuit auté & Andro-
damas Rheginus legiſlator Chalcidibus q in Thracia.
Cuius circa homicidialia & hæreditationes eſt. Attamé
proprium ipſius nihil vtiq; habebit dicere aliquis, quæ
quidem igitur circa politias principales, & circa dictas
politias ab aliquibus, ſint conſiderata hoc modo.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER TERTIVS

LECTIO I.

EIqui de politia conſiderat quid ſit vna-
quæq; & qualiſq;, quæ prima eſt cõſide-
ratio de ciuitate videre, quid quidem ſit
ciuitas, nunc enim dubitant ij quidem di
cétes ciuitatem egiſſe actionem, ij, autem
non ciuitatem, ſed Oligarchiam vel tyrannum, politici
autem & legiſlatoris videmus omne negocium exiſtens
circa ciuitatem, politia autem eſt ordo quidam habitan
tium ciuitatem, quoniam autem ciuitas eſt compoſito-
rum ſicut aliud aliquod totorum quidem & conſtan-
tium ex multis partibus, palam quod prius ciuis eſt in-
quirendus, ciuitas enim ciuium quædam multitudo
eſt. Quare quem oporteat vocare ciuem & quis ſit ciuis
conſiderandum: etenim ciuis dubitatur ſæpe: non enim
eundem confitentur omnes eſſe ciuem, eſt enim aliquis
qui in Democratia ciuis exiſtens, in Oligarchia ſæpè nõ
eſt ciuis, Eos quidem igitur qui aliter qualiter ſortiun-
tur hanc appellationem velut poetales ciues, dimitten-
di: ciuis autem non perhabitare alicubi ciuis eſt, etenim
aduentitij & ſerui communicant habitatione, neque iu
ſtorum participes, ita vt & ſententiam obtineant & iu-
dicentur. Hoc.n.ineſt & iis qui à contractibus commu-
nicant. In multis quidem neq; iis perfectè aduentitij par
ticipant, ſed neceſſe tribuere aſtitorem. Quare imperfe-
ctè aliqualiter participant, ſed neceſſe tribuere aſtitoré.
Quare imperfectè aliqualiter participát tali communio-
ne, Sed ſicut & pueros qui nondum propter ætatem

A inſcripti ſunt, & ſenes, dimiſſos dicendũ eſſe aliqualiter
quidem ciues non ſimpliciter aut valde, ſed apponentes
hos quidem imperfectos. hos auté vltra prouectos, vel
aliquod tale alterum, nihil.n.differt, palam enim quod
dicitur. Quatenus enim ſimpliciter ciuem & nullam ta
lem habentem adiectionem opportunam directioni,
quoniam & de vilibus & profugis eſt talia & dubitare
& ſoluere: ciuis autem ſimpliciter nullo aliorum deter-
minatur magis quàm per participare iudicio & princi-
patu. principatuum autem ij quidem ſunt diuiſi pro té-
pore, vt & quibuſdam omnino non liceat eundem bis
principare vel per aliqua determinata tempora, alius au
tem indeterminatus, velut prętor & concionator. Fortè
quidem igitur dicet vtique quis, neque principes eſſe ta
les neq; participare propter hoc principatu, ſed differat
nihil. De nomine enim ratio: innominatum enim quod
B cõmune in prætore & concionatore quid oporteat hæc
ambo vocare. Sit itaq; determinationis gratia indeter-
minatus principatus, ponimus itaque ciues eos, qui ſic
participant. Qui quidem igitur maximè congruit vtiq;
ciuis ad omnes qui dicunt ciues, ferè talis eſt. Oportet
autem non latere quod rerum in quibus ſuppoſita dif-
ferunt ſpecie, & hoc quidem ipſorum eſt primum, hoc
autem ſecũdum, aliud autem habitum, aut omnino ni-
hil eſt ſecundum quod talia quod commune, aut vix.
politias autem videmus ſpecie differentes ab inuicem,
& has quidem poſteriores, has autem priores exiſten-
tes, vitiatas enim vt tranſgreſſas neceſſarium poſterio-
res eſſe non vitiatis, tranſgreſſas autem quomodo dici-
mus, poſterius erit manifeſtum. Quare & ciuem neceſ-
ſarium alterum eſſe eum qui ſecundum vnamquanque
C politiam: propter quod quidem dictus in Democratia
quidem maximè eſt ciuis, In alijs autem contingit qui-
dem non tamen neceſſarium, quibuſdam enim non
eſt populus neque eccleſiam putant, ſed conuocatos, &
ſententias iudicant ſecundum partem. velut in Lacedæ-
monia, eas quæ cõtractuũ iudicat Ephororũ, alius aliàs.
Senes autem homicidiales, fortè autem alius principa-
tus, aliàs. Eodem autem modo & circa Carchedonem
omnes enim ſententias principatus aliqui iudicant. Sed
habet directionem ciuis diffinitio. In alijs enim politijs
non qui indeterminatus princeps eſt concionator &
prætor, ſed qui ſecundum principatum determinatus.
horum enim aut omnibus aut quibuſdam attribuitur
conſiliari & iudicare, vel de omnibus, vel de aliquibus.
Quis quidem igitur ſit ciuis ex iis manifeſtum, cui enim
poteſtas cõmunicandi principatu conſiliatiuo vel iudi-
D catiuo, eum eſt iam dominus eſſe huius ciuitatis, Ciuitaté
autem talium multitudinem ſufficientem ad Autar-
ciam vitæ vt ſimpliciter eſt dicere. Determinant etiam
ſecundum vſum ciuem, eum qui ex ambobus ciuibus
& non ex altero ſolum, puta patre vel matre. Alij autem
& hoc ad plus requirunt, puta ad alios duos vel tres vel
plures. ſic autem determinatis politice & celeriter, dubi
tant quidam tertium hunc vel etiam quartum quomo-
do erit ciuis. Gorgias quidem igitur Leótinus, hoc qui
dem forte dubitãs, hoc autem ironice loquens, ait ſicut
mortariola eſſe ea quæ a mortariolificis facta ſunt, ſic, &
Lariſſeos eos qui à condentibus facti ſunt, eſſe.n.quoſ-
dam Lariſſofactiuos, eſt autem ſimplex. Si enim partici-
pabant ſecundum dictam diffinitionem politia erant
ciues, neque enim poſſibile eſt adaptare quod ex ciue

mare

mare aut fœmina ad primos qui habitauerunt vel ædificauerunt.

LECTIO II.

SEd forte illi magis habent dubitationem quicunq; participant trāſmutatione facta politiæ velut Athenis fecit Cliſthenes poſt tyrannorum eiectionem, multos.n.ad tribus applicuit extraneos & ſeruos aduentitios. Dubitatio aūt ad hos eſt non quis ciuis, ſed vtrum iniuſtè vel iuſtè. Equidem & cum hoc adhuc aliquis dubitabit, vtrum ſi non iuſtè ciuis, non ciuis: tanq̄ idē potente iniuſtè & falſo. Qm̄ autem videtur & principantes quoſdam iniuſtè quos principari quidem dicemus, ſed non iuſtè, ciuis autem principatu quodam determinatus eſt. Qui.n.communicat tali principatu ciuis eſt vt dicimus, palam quia ciues quidem eſſe faciendum & hos. De eo aūt quod eſt iuſtè vel non inſtè, copulatur ad dictam prius dubitationem, dubitant.n. quidem qn̄ ciuitas egit, & quando non ciuitas, puta quando ex Oligarchia vel tyrannide fiat Democratia: Tūc enim neque conuentiones volunt quidem diſſoluere tanquā non ciuitas ſed tyrannus accepit, neq; alia multa talium tanq̄ quædam politiarum ſint in obtinendo, ſed non propter cōmuniter expediens. Siquidem igitur in Democratiam verſi fuerant quidam ſecūdum hunc modum, ſimiliter dicēdum ciuitatis huius eſſe eas, quæ huius politię actiones, & eas quæ ex Oligarchia & tyrannide. Videtur aūt ſermo propius eſſe dubitationis huius, qualiter quidem oporteat dicere ciuitatem eſſe eandem, aut non eandem ſed alteram. ſuperficialis quidem igitur inquiſitio dubitationis circa locum & homines eſt, contingit.n.diſiungi locum & homines, & hos quidem alterum: hos autē alterum habitare locum. Hanc quidem igitur minorem ponendum dubitationem, multipliciter.n.ciuitate dicta, eſt aliqualiter alleuiatio talis inquiſitionis. Similiter aūt & hominum eundem locum habitantium quando oportet vnam eſſe ciuitatem, non.n.vtiq; muris: erit.n. vtique Peloponneſo circumponere vnum murum, talis autē forte eſt & Babylon, & omnis quæ habet circūſcriptionem magis gētis quam ciuitatis, qua quidem capta aiunt tertio die non ſenſiſſe quandam partem ciuitatis. Sed de hac quidem dubitatione in aliud tempus opportuna ſpeculatio: De magnitudine enim ciuitatis, ſcilicet quantum & vtrum gens vna vel plures expediāt, oportet non latere politicum, ſed eiſdem habitantibus eundem locum, vtrum donec vtique ſit genus idem habitātium dicendum eandem eſſe ciuitatem, quāuis ſemper iis quidem corruptis, iis autē generatis, ſicut & fluuios conſueuimus dicere eoſdem, & fontes eoſdem, quamuis ſemper hoc quidem ſuperueniente fluxu, hoc aūt recedente. An homines quidem dicendum eſſe eoſdem propter talem cauſam, ciuitatem autē alteram, ſiquidem.n. eſt cōmunicatio quædam ciuitas. eſt autem cōmunicatio ciuium politica facta altera ſpecie, & differente politica neceſſarium eſſe videbitur, & ciuitatem eſſe nō eandem: ſicut & chorum, quādoq; quidem Comicū, quandoque autē Tragicum alterum eſſe dicimus eiſdem ſæpè hominibus exiſtentibus; ſimiliter aūt & omnem aliam cōmunionem & cōpoſitionem alteram, ſi ſpecies alterа compoſitionis ſit; velut Harmoniam eorundem ſonorum alteram eſſe dicemus ſi quandoque quidem ſit Doria, quandoq; autē Phrygia. Si itaq; hunc habet modum, manifeſtum quod maxime dicendum eandem ciuitatem ad politiam reſpicientes. Nomine autem vocare altero vel eodem vtiq; & eiſdem habitantibus ipſa & omnino alteris hominibus. Si autem iuſtum diſſoluere vel non diſſoluere quando ad alteram politiam tranſmittatur ciuitas ratio altera.

LECTIO III.

HIs aūt quæ dicta ſunt habitū eſt cōſiderare vtrū eandē virtutē boni viri & ciuis ſtudioſi vel nō eandē. At vero ſiquidē hoc oportet ſortiri inquiſitione eam quæ ciuis, typo quodam primo ſumendum. Sicut igitur nauta vnus aliquis cōmunium eſt, ita & ciuem dicimus. Nautarum aūt quāuis diſſimilium exiſtentium potentia, hic quidem.n.eſt remigator, hic autem gubernator, hic aūt proratius, hic autem aliā quandam talem habens denominationem, palam quod diligentiſſima vniuſcuiuſque ratio propria virtutis erit, F ſimiliter autem & cōmunis quædā congruet omnibus. Salus enim nauigatiōis opus eſt ipſorum omnium: hoc enim deſiderat vnuſquiſq; nautarum. Similiter igitur ciuium quāuis diſſimilium exiſtentium, opus eſt ſalus cōmunitatis, communitas autem eſt politia, propter quod quidem neceſſarium eſt eſſe ciuis virtutē ad politiam. Siquidem igitur ſunt plures politiæ ſpecies, palā quod non contingit ſtudioſi ciuis vnam eſſe virtutem perfectam, bonum aūt virum dicimus eſſe ſecundum virtutem perfectam; quod quidem igitur contingit ciuē exiſtentem ſtudioſum non poſſidere virtutem ſecundum quam eſt ſtudioſus vir manifeſtum. Quinimmò & ſm̄ alium modū eſt dubitantes venire ad eandem rationem de optima politia. Si enim impoſſibile ex omnibus ſtudioſis exiſtentibus eſſe ciuitatem, oportet autem vnumquēq; quod ſecundum ipſum opus benę facere, hoc autem à virtute, quoniam impoſſibile ſimiles eſſe omnes ciues, nó vtiq; erit virtus vna ciuis & boni viri. Eam quidem enim quæ ſtudioſi ciuis oportet omnibus ineſſe, ſic enim optimā neceſſariam eſſe ciuitatem, eam autem quæ viri boni, impoſſibile, ſi non omnes neceſſariū bonos eſſe eos qui in ſtudioſa ciuitate ciues. Adhuc enim ex diſſimilibus eſt ciuitas, ſicut animal mox eſt ex anima & corpore, & anima ex ratione & appetitu, & domus ex viro & muliere, & poſſeſſio ex domino & ſeruo. Eodē modo & ciuitas ex omnibus iis, & adhuc ex alijs diſſimilibus ſpeciebus conſiſtit, neceſſe non vnam eſſe ciuium omniū virtutem, ſicut neq; Chorizantium ſummi & aſtantis. Quod quidem igitur non eadem, manifeſtum ex iis, ſed forte erit alicuius eadem virtus ciuis ſtudioſi & viri ſtudioſi. Dicimus vtique principem ſtudioſum, eſſe bonum & prudentem, politicū autem neceſſarium eſſe prudentem, & diſciplinam autem mox alterā eſſe dicunt quidam principis, ſicut & videntur regum filij equeſtram & bellicam eruditi, vt Euripides ait, non mihi quæ vana altera, ſed quorū ciuitati opus eſt, tanq̄ ſit quædam principis diſciplina. Si itaq; eadem principis boni & viri boni: ciuis autem eſt & qui ſubditus, nó eadem vtiq; erit ſimpliciter ciuis & viri. Alicuius tamen ſcilicet potentis principari ſolius ciuis, nó enim eadem principis & ciuis & propter hoc Iaſon ait, Eſurire quando non tyrannizat, tanquam neſciēs idiota eſſe. At vero laudatur poſſe principari, & ſubiici, & probati ciuis virtus eſſe poſſe principari & ſubiici benè, Si igitur eā quidem quę boni viri ponimus, principatiuam, eam autem quæ ciuis ambo, non vtiq; erunt ambo laudabilia ſimiliter.

liter. Quoniam igitur aliquando videtur vtraq; & non
eadem oportere principé diſcere & ſubditú, ciuem au-
tem ambo ſcire & principare ambobus, & hinc vtique
conſiderabit aliquis. Eſt enim principatus deſpoticus,
hunc auté quæ circa neceſſaria dicta ſcire facere princi-
pem non neceſſariú, ſed vti magis, alterú aut ſeruile: di-
co aút alterum poſſe & ſeruire miniſterialibus actioni-
bus. Serui aút ſpecies plures dicimus: operationes enim
plures quarum vnam partem tenent manuales, iſti aút
ſunt ſicut & nomen ſignificat ipſos, qui viuunt de mani
bus in quibus Benauſus artifex eſt: propter quod apud
quoſdam non participabant principatu antiquitus ar-
tifices, antequá fuiſſet populus deuius extremis. Opera
quidem ſubditorú ſic non oportet bonú neq; politicú,
neq; ciuem bonú addiſcere, niſi quandoq; gratia oppor-
tunitatis ſibi ad ſe ipſum: non.n. adhuc accidit fieri húc
quidé deſpotum, hunc auté ſeruum. Sed eſt quidá ptin
cipatus ſecundú quem principatur ſimilibus genere &
liberis, hunc enim dicimus eſſe ciuilem principatú qué
oportet principem ſubditum addiſcere, velut equeſtri-
bus principari eum qui inter illos ſubditus fuit, & exer
citum ducere in exercitu ductú, & qui ordini præfuit, ec
in copias diſpoſuit. Propter quod dicitur & hic bene, qd
non eſt bene principari eum qui non ſub principe fuit
horum aút virtus quidé altera: oportet autem ciuem bo
num ſcire, & poſſe principari & ſubijci, & hęc virtus ci-
uis, ſcire principatú liberorú ad vtraq;, & boni etiá viri
ambo, & ſi altera ſpecies temperantiæ & iuſtitiæ princi-
patiuæ. Et enim ſubiecti quidem, liberi aút boni, palam
quia non vna vtiq; erit virtus puta iuſtitia, ſed habens
ſpecies ſecundum quas principabitur & ſubiicietur. Si-
cut enim viri & mulieris alia temperantia & fortitudo,
videbitur enim vtiq; timidus vir eſſe ſi ſic fortis fuerit,
ſicut mulier fortis: & mulier loquax ſi ſic ornata fuerit
ſicut vir bonus. Quoniá & œconomia altera viri & mu-
lieris, huius quidem.n. acquirere, huius autem ſeruare
opus eſt, prudentia autem principis propria virtus ſola,
alias enim videtur neceſſarium eſſe vel conueniens ſub
ditorum & principum, ſubditi auté non eſt virtus pru-
dentia, ſed opinio vera: Sicut enim fiſtularum factor ſu-
biectus, princeps autem fiſtulator qui vtitur, vtrum qui
dem igitur eadem virtus viri boni & ciuis ſtudioſi vel
altera, & qúo eadem, & quo altera manifeſtum ex iis.

LECTIO IIII.

Circa ciuem autem adhuc reſtat quædam dubita
tionum, vt verè enim vtrum ciuis eſt cui licet
cóicare principatu aut Banauſus ciues ponen-
dum. Siquidem igitur & hos ponédum quibus
non intereſt principatuum, non eſt poſſibile omnis ci-
uis eſſe talem virtutem: ipſe.n. ciuis. Si autem nullus ta-
lium ciuis, in qua parte ponendus vnuſquiſq;, neq;.n.
aduena neq; peregrinus. Aut propter hanc quidem ra-
tionem nullum dicemus accidere incóuenieus, neq;.n.
ſerui dictorú nullum neq; libertiui: hoc.n. verum, quod
non omnes ponendum ciues ſine quibus non vtique
erit ciuitas, qm̃ neq; ſimiliter ciues pueri & viri, ſed ij
quidem ſimpliciter, ij autem ex ſuppoſitione, ciues qui-
dem enim ſunt ſed imperfecti. In antiquis quidem igi-
tur temporibus apud quoſdam erat ſeruú quod Banau-
ſum vel peregrinum, propter quod multi tales & nunc.
Optima autem ciuitas non faciet banauſum ciuem, Si
autem & hic ciuis, ſed ciuis virtutem quá diximus dicé-

A dum non omnis vtiq; liberi ſolum, ſed quicunq; operi-
bus neceſſarijs ſunt dimiſſi. Neceſſariorú auté qui qui-
dem vni miniſtrantes talia, ſerui. qui aút cóiter, banauſi
& mercenarij. Manifeſtum auté hinc parum conſideran
tibus qúo habet de ipſis: ipſum enim apparens quod di-
ctum eſt facit euidens. Quoniam.n. plures ſunt politiæ
& ſpecies ciuis neceſſariú eſſe plures, & maxime ſubditi
ciuis. Quare in aliqua quidem politia neceſſariú eſſe ba
nauſum & mercenarium ciues, in aliquibus autem im-
poſſibile: puta ſiqua eſt. quam vocant Ariſtocratiam, &
in qua ſecundum virtutem dantur honores, & ſecundú
dignitatem: neq; enim poſſibile eſt exhibere quæ virtu-
tis viuenté vita banauſia vel mercenaria. In Oligarchijs
aút mercenarium quidem non contingit eſſe ciuem, ab
honorabilitatibus enim longis participationes princi-
patuum, banauſum autem contingit. Ditantur.n. myld
B artificum. In Thebis autem lex erat eom qui decé anno-
rum non abſtinuiſſet à foro non participare virtute. In
multis autem politijs contrahitur & peregrinorum lex.
Qui enim ex matre ciue in quibuſdam Democratijs, ci-
uis eſt, eodem autem modo habent & quæ circa ſpurios
apud multos. Attamen quoniam propter indigentiam
legitimorum ciuium, faciunt ciues tales, propter pauci-
tatem enim hominum ſic vtútur legibus, defectum ha-
bentes turbæ paulatim eligunt eos qui ex ſeruo primú
vel ſerua. Deinde eos qui ex mulieribus, tandem autem
ſolum eos qui ex ambobus ipſis, ciues faciút. Quod qui-
dem igitur ſpecies plures ciues, manifeſtú ex iis, & quod
dicitur maxime ciuis qui participat honoribus, ſicut &
Homerus poetizauit, ac ſi quendam inhonoratum poſt
exſurgentem. Sed vbi quod tale occultum eſt gratia de-
ceptionis cohabitantium eſt. Sicut aduena.n. eſt qui ho
C noribus non participat, vtrum quidem igitur alteram
vel eandem ponendum, ſecundum quam vir bonus eſt
& ciuis ſtudioſus, palam quia alicuius quidem ciuitatis,
idem, alicuius autem alius, & ille autem non omnis, ſed
qui ciuis & dominus & potens eſſe dominus, vel ſecun
dum ſe vel cum alijs curæ communium.

LECTIO V.

Quoniam auté hęc determinata ſunt, quod poſt
hęc conſiderandum, vtrum vnam ponendum
politiam vel plures, & ſi plures quę & quot &
differentiæ quæ ſunt ipſarum. Eſt autem
politia ordo ciuitatis aliorum principatuum, & ma-
ximè dominantis omnium. Dominans quidem enim
vbiq; eſt politeuma ciuitatis, politeuma autem eſt, poli-
tia. dico autem puta in Democraticis quidem dominás
D populus, pauci auté econtrario in Oligarchijs. Dicimus
& politiam alteram eſſe eorum, eundem auté hunc ſer-
monem dicemus de alijs. ſupponendum itaque primo
cuius gratia cóſtructa eſt ciuitas, & principatus ſpecies
quot, eius qui circa hominem & circa cómunionem vi-
tæ. Dictum eſt autem in primis ſermonibus in quibus
de œconomia determinatú eſt, & de Deſpotica: & quod
natura quidem eſt homo, animal ciuile, propter quod
& nullo indigens eius quæ ab inuicem politiæ, appetút
conuiuere. Quinimmo & cóiter conferens colligit in-
quantum adiacet & vnicuiq; pars vt viuatur bene. Ma-
ximè quidem igitur hoc eſt finis & communiter omni-
bus & ſigillatim, conueniunt autem & adinuicem gra-
tia ipſius & continent politicá communionem, fortè.n.
ineſt aliqua boni particula, & ſecundum ipſum viuere,
ſolum,

ſolum, ſi non diris ſecundum vitam excedatur valde, pa
lam auté quod perſeuerant multa mala ſuſtinentes mul
ti hominú inuiſcati ad viuere, tanquã exiſtente quodã
ſolatio in ipſo & dulcedine naturali. At vero principa-
tus dictos modos facile diuidere, etenim in extrinſecis
ſermonibus determinamus de ipſis ſæpe. Deſpotia qui
dem.n. quãuis ſit idé conſerens ſecundũ veritaté ei qui
natura ſeru⁹, & ei qui natura. Deſpotes, tñ principat ad
cõſerens deſpotis nihil minus, Ad id aũt qđ ſerui ſecun-
dũ accidens, Non.n.cõtingit corrupto ſeruo ſaluari de-
ſpotiam. Principatus auté puerorũ & mulieris & totius
domus qué vtiq; vocamus ęconomicum, vel ſubiecto-
rum gratia eſt, vel alicuius cõis amborum ſecundum ſe
quidem ſubiectorum vt videmus & alias artes: puta me
dicinalem, & exercitatiuam, ſecundum accidens autem
& vtiq; ipſorũ erunt, nihil enim prohibet exercitia do-
centem pueros aliquando eſſe & ipſum eorũ qui exerci
tantur. ſicut gubernator eſt ſemper vnus nautarũ, pue-
rorum quidé igitur exercitator vel gubernator conſide
rat ſubiectorum bonum, quando auté vnus horũ fuerit
& ipſe, ſecundũ accidens participat vtilitates. Hic quidé
enim nauta, hic autem fit vnus eorum qui exercitantur
cum ſit puerorum exercitator, propter quod & politi-
cos principatus quando fuerint ſecundũ æqualitatem ci
uium conſtituti & ſecũdum ſimilitudinem, ſecundum
partem dignificant principari, prius quidé qua aptum
natũ erat dignificantes in parte miniſtrare & conſidera
re aliqua. Rurſum quod ipſius bonum ſicut ipſe princi-
pans conſiderabat quod illius conſerens. Nunc aũt pro-
pter vtilitates quæ à cõmunibus vt eas quæ ex principa-
tu volunt continue principari, veluti ſi accideret ſanos
eſſe ſemper principantes cum eſſent ægrotatiui, etenim
ſic forte vtiq; perſequerentur principatus. Manifeſtum
ergo quod quæcunq; quidem politiæ intendunt quod
communiter conſerés, ipſe quidem recte exiſtunt entes
ſecundum id quod ſimpliciter iuſtum. Quæcũq; autem
conſerens principum ſolũ vitiatæ & omnes ſunt tranſ-
greſſiones rectarum politiarum. Deſpotice enim: ciuitas
autem communitas liberorum eſt.

LECTIO VI.

Determinatis aũt iis habitum eſt politias cõſide-
rare quot numero & quæ ſint & prius rectas
ipſarum: etenim tranſgreſſiones erunt manife-
ſte iis determinatis. Qm̃ aũt politia quidem &
politeuma ſignificant idem, politeuma auté eſt quod do
minans ciuitatum, neceſſe auté eſſe dominans, aut vnũ,
aut paucos, aut multos, quandoquidem vnus, vel pauci
vel multi ad cõmune conferens principantur, has qui-
dem rectas neceſſarium eſſe politias, eas aut quæ ad pro
prium vel vnius vel paucorum vel multitudinis, tranſ-
greſſiones, aut enim non ciues dicendũ eſſe participan-
tes, aut oportet communicare conferente. Vocare auté
conſueuimus Monarchiarũ quidé eam quæ ad commu-
ne conferens reſpicit regnum: eam auté quæ paucorum
quidem, plurium auté vno, Ariſtocratiam, aut propter
optimos principari, aut propterea quod ad optimum ci
uitati & cõmunicãtibus ipſa. Qñ auté multitudo ad cõ-
mune conferens viuit, vocatur communi nomine, om-
nium politiarũ politia, Accidit aũt rationabiliter, vnum
quidem igitur differre ſecundum virtutem vel paucos
cõtingit, plures autem iam ad ſummum omnis virtutis
perueniſſe difficile, & maxime ad bellicam, hoc enim in

E multitudine fit: propter quod quidem ſm hanc politiã
principaliſſimum quod propugnatiuum & participant
ipſa qui poſſident arma. Tranſgreſſiones autem dictarũ
tyrannis quidem regni, Oligarchia autem Ariſtocratiæ,
Democratia autem politiæ. tyrannis quidem igitur eſt
Monarchia ad conferens Monarchiantis, Oligarchia aũt
ad id quod abundantiũ. Democratia autem ad conferés
egenorum. Ad id auté quod expedit communi nullam
ipſarum. Oportet autem paulo per longiora dicere quæ
ſit vnaquæq; harum politiarum. Etenim habet quaſdã
dubitationes: ei auté quæ circa vnamquãq; Methodum
philoſophantur & non ſolum aſpicit ad regem conue-
niens eſt non deſpicere, neq; prętermittere, ſed declara-
re circa vnumquodq; veritaté. Eſt autem tyrannis qui-
dem Monarchia ſicut dictum eſt, deſpotica politicę com
munitatis, Oligarchia auté quando fuerint domini po-
F litiæ qui ſubſtantias habent. Democratia autem econtra
trario, quando qui non poſſident multitudinem ſubſtã
tiæ, ſed egeni, prima autem dubitatio ad diffinitionem
eſt, ſi enim fuerint qui plures exiſtentes diuites domini
ciuitatis. Democratia autem eſt quando fuerit domina
multitudo: ſimiliter autem rurſum vtiq; ſi alicubi acci-
dat egenos pauciores quidé eſſe diuitibus, meliores aũt
exiſtentes dominus eſſe politiæ, vbi autem pauca multi-
tudo domina Oligarchiam eſſe aiũt, non videbitur vtiq;
bene diffinitũ eſſe de politijs. At vero ſiquis conuectens
abundantiæ quidé paucitatem, penuriæ autem & mul-
titudiné ſic appellet pulitia, Oligarchiã quidem in qua
principatus habent qui diuites pauci multitudine exi-
ſtentes. Democratiam autem in qua qui egeni multi exi
ſtentes multitudine aliam habet dubitationé. Quas.n.
dicemus modo dictas politias eam in qua plures opulé-
C ti & in qua pauciores egeni: domini auté vtiq; politia-
rum, ſiquidem nulla alia politia eſt præter dictas. Vide-
tur igitur ratio facere palam quod paucos quidem vel
multos eſſe dominos accidés eſt, hoc quidé Oligarchijs
hoc autem Democratijs: propterea quod opulenti qui-
dem pauci, egeni autem multi ſunt vbiq;, propter quod
etiam non accidit dictas cauſas fieri differentiæ, quo aũt
differunt Democratia & Oligarchia abinuicem penuria
& diuitiæ ſunt, & neceſſarium quidé vbicunq; princi-
pantur propter diuitias ſiue pauciores, ſiue plures, hanc
eſſe Oligarchiam, vbi aũt egeni Democratiam, ſed acci-
dit ſicut diximus, hos quidem paucos eſſe, hos aũt mul-
tos, abundant enim pauci. libertate autem participant
omnes, propter quas altercantur vtiq; de politia.

LECTIO VII.

H Sumendum aũt prius, quos terminos dicunt Oli-
garchię & Democratię & quidem quod iuſtum eſt
Oligarchum exiſtens & Democraticum, omnes.n.
tangunt iuſtum quoddam ſed vſq; ad aliquid pro-
cedunt, & dicunt non omne quod proprie iuſtum, puta
vř ęquale eſſe quod iuſtum eſt, & eſt, ſed non omnibus,
ſed æqualibus, ij autem hoc auferunt. ſ. quibus & iudi-
cant male. Cauſa autem quia de ſe ipſis iudiciũ, ferè au-
tem plurimi ſunt iudices, praui de proprijs. Quare quo
niam quod iuſtũ aliquibus & diuiſum eſt, eodé modo
in rebus & quibus, ſicut dictum eſt prius in Ethicis, rei
quidem æqualitaté confitentur: eam aũt quę quibus du
bitant maxime quidem propter dictum modo quia iudi
cãt de ſe ipſis male. Deinde autem & quia dicere vſque-
quo vtroſq; iuſtũ aliquid, putant iuſtum dicere ſimpli-
citer.

citer. Ij quidem enim ſi ſecũdum aliquid inęquales ſint puta ſecũdum pecunias, totaliter putant inæquales eſſe, ij aũt ſi ſecundum aliquid æquales. puta ſecũdum libertatem totaliter æquales, Quod autem principaliſſimum non dicunt, ſiquidem enim poſſeſſionũ gratia cõmunicaſſent & conueniſſent tm̃ participant ciuitate, quantũ & poſſeſſione, quare Oligarchicorum ſermo videbitur vtiq; inualeſcere, non enim eſſe iuſtum, æquum participare centum minis vnum qui intulit minam vnã cum eo qui dedit reſiduum totum, neq; iis, qui à principio neq; poſt acquiſitis. Si aũt neq; ipſius viuere gratia ſolũ, ſed magis ipſius bene viuere, etenim ſeruorũ vtiq; & aliorũ aĩalium eſſet ciuitas, nunc aũt non, quia nõ participant felicitate, neq; ipſo viuere ſecundum electionẽ, neq; compugnationis gratia quatenus à nullo iniuſtitiam patiantur, neq; propter cõmutationes, vt eũ vſum qui ad inuicem. Etenim vtiq; Tyrrheni & Carchedonij, & oẽs quibus ſunt cõtractus adinuicem & vnius vtiq; ciuitatis ciues eſſent. Sunt enim ipſis pacto de introductilibus, & conuentiones de nõ iniuſtitiã faciendo, & ſcripturæ de cõpugnatione, ſed neq; principatus omnibus cõmunes in ijs conſtituti ſunt, ſed alij apud vtroſq; neq; quales quoſdam eſſe oporteat alterus alteri curát, neq; quomodo nullus erit iniuſt' eorũ qui ſub pactis, neq; quomodo malitiam nullam habeant. Sed ſolum quomodo nihil iniuſte agant inuicem, de virtute autẽ & malitia miniſtrant, quicunq; curant bonam legiſlationem. Qua & manifeſtũ quod oportet de virtute ſolicitam eſſe ei quę tanq̃ vere nominatur ciuitas, non ſermonis gratia, fit enim communicatio & cõpugnatio de aliis loco differens ſolum ab iis, qui de longe cõpugnãt & lex pactum: ſicut ait Lycophron ſophiſta fideiuſſor inuicem iuſtorum ſed non qualis faciat bonos & iuſtos ciues. Quod autem hoc modo ſe habeant manifeſtum, ſi enim aliquis & copulet loca in vnũ vt ſe tangant Megareorum ciuitas & Corinthiorum muris, tamen non vna ciuitas, neq; ſi adinuicem cõnubia fecerint, quãuis hoc propriarum cõmunicationũ ciuitatibus ſit. ſimiliter autem neq; ſi qui habitarent ſeparatim quidem, nõ tamen tm̃ de longe vt non cõmunicarent, ſed ſi eſſent ipſis leges vt non ſe ipſos iniuſte moleſtarent circa mutuas dationes, puta ſi hic quidem eſſet faber, hic autem agricola, alius autem coriarius, alius vero aliud aliquid tale, & multitudine eſſent decem millia. non tamen cõmunicarent in alio nullo quã in talibus, puta cõmunicatione & cõpugnatione: neq; ſic quidem ciuitas, propter quam itaq; cauſam, non. n. vtiq; propter non propinquum cõmunitatis, Si. n. ſic & conuenirẽt ſic cõmunicantes vnuſquiſq; tñ vteretur propria domo tanquã ciuitate, & ſibi ipſis auxiliantes ſicut pugna exiſtẽte ad iniuriãtes ſolum, neq; ſic vtiq; videbitur eſſe ciuitas diligenter conſiderantibus. Siquidem ſimilititer colloquerentur cõgregati & ſigillatim. Manifeſtum igitur quod non eſt ciuitas cõmunio loci, & eius qđ eſt non iniuſta agere ad ſe ipſos, & mutuæ datiõis gratia, ſed hoc quidẽ neceſſarium exiſtere ſi erit ciuitas. Attamen neq; exiſtẽtibus omnibus iis, eſt iam ciuitas, ſed ipſius bene viuere cõmunicatio & domibus & generibus gratia vitę perfectę & per ſe ſufficientis, non erit tamen hoc non vnũ & eundem locum habitantium & vtentium cõnubiis, propter quod affectiones factæ ſunt in ciuitatibus & fraternitates. & immolationes, & deductiones ipſius cõui

A nere. Quod autem tale amicitiæ opus, conuiuendi enim electio amicitia eſt. Finis quidẽ igitur ciuitatis bene viuere, hæc autem finis gratia, ciuitas autem generum & vicorum cõmunitas vitæ perfectæ, & per ſe ſufficientis, hoc autem eſt, vt dicimus viuere feliciter & bene, bonarum ergo actionũ gratia ponendũ eſſe politicam cõmunionẽ, ſed nõ ipſius cõuiuere: propter quod quidem qui cunque adijciunt plurimum ad talem communionem iis ciuitatis attinet pluſquam æqualibus ſm libertatem & genus vel maioribus. ſecundum politicã autem virtutem inæqualibus vel excedentibus ſecundum diuitias ſecundum virtutem autem exceſſis. Quod quidem igitur omnes qui de politijs altercantur partem quandam iuſti dicant, manifeſtum eſt ex dictis.

LECTIO VIII.

HAbet autem dubitationẽ quid oportet eſſe dominatiuum ciuitatis, aut. n. multitudinem, aut diuites, aut Epieces, aut optimũ virum omniũ, aut tyrannum. Sed hæc omnia videntur habere difficultatem. Quid. n. ſi pauperes, quia plures ſunt diripient ea quæ diuitum, hoc non iniuſtum eſt. Videbatur enim vtiq; per Iouem dominatio iuſte, iniuſtitiã igitur quid oportet dicere extremã. Rurſumq; omnibus acceptis, qui plures ea quæ paucorum ſi diripiant manifeſtũ quod corrumpunt ciuitatem. At vero non quidẽ virtus corrũpet quod ipſam habet, neq; iuſtum ciuitatis corruptiuum. Quare palam quod & legem hanc nõ eſt poſſibile eſſe iuſtam. Adhuc & actiones quaſcũq; tyrannus egit neceſſarium eſſe omnes iuſtas. Vim. n. infert potentior exiſtens, ſicut & multitudo diuitibus, ergo ne pauciores principari iuſtum & diuites? ſi igitur & illi hoc faciant, & diripiant, & poſſeſſiones auferãt multitudinis, C hoc eſt iuſtum. Alterum ergo. Hoc quidem igitur quod ſint praua omnia & non ſtudioſa manifeſtum, Sed Epieces principari oportet & dominos eſſe omnium, igitur neceſſe alios omnes inhonoratos eſſe, qui non honorantur politicis principatibus, principantibus autem ſemp eiſdem neceſſarium eſſe alios inhonoratos, ſed vnũ ſtudioſiſſimum principari melius, Sed adhuc hoc magis Oligarchicum. Qui enim inhonorati plures, ſed forte dicet vtiq; aliquis dominatiuum totaliter hominẽ eſſe habentem accidentes paſſiones circa animam ſed non legem prauum, Si igitur ſit lex quidem, Oligarchia aũt, vel Democratica, quid differret de dubitatis, accident enim ſimiliter dicta prius. De alijs quidem igitur altera ſit aliqua ratio. Quod autem oportet dominans eſſe magis multitudinem, quam optimos quidem, paucos autem, videbitur vtique ſolui & alicuius habere dubitaD tionem, forte autem vtiq; veritatem. Multos enim quorum vnuſquiſq; eſt non ſtudioſus vir, tamen contingit cum conuenerint eſſe meliores illis, non vt ſingulum, ſed vt ſimul omnes, veluti cõportatæ cœnam, ijs quæ ex vna expenſa elargitę ſunt. Multis. n. exiſtentibus vnumquodq; partem habere virtutis & prudentiæ, & fieri cõgregatorum quaſi vnum hominem, multitudinẽ multorum pedũ & multarum manuũ & multos ſenſus habentem: ſic & quæ circa mores & circa intellectũ propter quod & melius qui multi & quæ muſicæ opera & quæ poetarum, Alij enim aliam particulam aliquam. omnia aũt omnes. Sed hoc differunt ſtudioſi virorum ab vnoquoq; multorum, ſicut à non bonis bonos aiũt & picta partem à veris: eo quod collecta ſint diſperſa

ſeorſum

ſeorſum in vnum, qm̃ ſeparatum quidem pulchrius habere picto, hoc quidẽ oculum, aliquo autem altero alteram particulam. Siquidem igitur circa totum populum & circa totam multitudinẽ, contingit hanc eſſe differentiam multorum ad paucos ſtudioſos immanifeſtum. Forte autem per Iouem palam, qood de quibuſdam impoſſibile: eadem enim vtiq; ratio & in beſtijs cõgruet. equidem quid differunt quidem à beſtijs, vt conſequens eſt dicere, ſed circa aliquam multitudioem oihil prohibet quod dictum eſt, eſſe verum.

LECTIO IX.

PRopter quod & prius dictam dubitationẽ ſoluet vtiq; quis per hoc, & habitam ipſi, quorum oportet dominos eſſe liberos & multitudinẽ ciuium, tales aũt ſunt quicunq; neq; dignitatem habent virtutis nullam, participare quidem.n. ipſos principatibus maximis: non ſecurum, propter iniuſtitiã.n. & propter imprudentiam, hoc quidem iniuſte agere vtiq;, hoc autem peccare ipſos, non tradere, aũt, neq; participare, terribile. Cum.n. inhonorati multi & pauperes extitetint, neceſſarium ciuitatem hanc eſſe plenam ſeditionibus, reſtat vtiq; eo quod eſt conſiliari & iudicare participare ipſos: propter quod quidẽ & Solon & aliorũ legiſlatorum aliqui ſtatuuot fieri electiones principatuum & correctiones principum, priucipati autẽ ſingulariter oou permittuut. Omnes quidem.n. habent congregati ſufficientem ſenſum, & admixti melioribus, ciuitatibus proſunt, ſicut non purũ alimentum cũ puro totum facit vtilius pauco, Sigillatim aũt vnuſquiſq; circa iudicare imperfectus eſt. Habet aũt ordinatio hoc politiæ dubitationem, primam quidẽ quia videbitur vtiq; eiuſdẽ eſſe iudicare quis recte medicatus eſt, cuius quidẽ & medicari & facere ſanum laborantem ab ægritudine præſente. Iſte aũt eſt medicus, Similiter autẽ & hoc & circa alias experientias & artes, ſicut.n. medicum oportet dare correctiones in medicinis, ita & alios in ſimilibus. medicus aũt & qui operatur & qui architectonicus & tertius qui eruditus circa artem. Sunt.n. aliqui tales circa omnes vt eſt dicere artes, attribuimus aũt iudicare nihil minus eruditis quam ſcientibus. Deinde circa electiooem eodem vtiq; modo videbitur habere, etenim eligere recte ſcientium opus eſt veluti Geometram Geometricorum, & gubernatorem gubernatiuorum, etenim ſi de quibuſdam operibus & artibus participant etiã idiotarum aliqui. Sed nunquid ſcientibus magis. Quare ſecundum hanc quidẽ rationẽ ooo vtiq; erit faciendum multitudinem dominorũ, neq; electiooũ principatuũ neq; correctionum. Sed forte non oĩa hæc dicuntur bene. propter eam quæ olim ratiooem ſi ſit multitudo nõ nimis vilis, erit enim vnoſquiſq; qoidẽ deterior iudex ſcientibus. omnes antem congregati meliores, aut non deteriores, & qoia de quibuſdã neq; ſolus qui fecit, oeq; optime vtiq; iudicabit quorũcũq; opera cognoſcũt, & qui non habent artem. puta domum non ſolum eſt cognoſcere eios qui fecit, imo melius qui vtitur ipſa iudicat, vtitur autem œconomus. Et gubernaculum gubernator carpentario, & cibũ epulans ſed noo coquus, hãc quidem igitur dubitatiõnẽ forte videbitur vtiq; aliquis ſic ſoluere ſufficienter. Alia autẽ eſt habita huic, videtur enim incõueniens eſſe maiorum eſſe dominos prauos, q̃ Epieces. Correctiones autẽ & principatuũ electiones ſunt, maxime quas in quibuſdam politijs, ſicut dictum,

E & populis attribuũt, eccleſia.n. talium omnium domina eſt, equidem eccleſiæ quidem participant & cõſiliantur & iudicant a paruis honorabilitatibus & cuiuſcũq; ætatis. præſunt autẽ operibus & exercitus ducũt, & maximis principatibus principãtur à maioribus. Similiter itaq; ſoluet vtiq; aliquis & hãc dubitationẽ, forte.n. habent & hoc recte, neq;.n. iudex, neq; cõſiliator neq; cõcionator princeps eſt, ſed prætorium & coosiliũ; & populus. Dictorum autem vnuſquiſq; pars eſt horum, dico aũt partem, conſiliarium & concionatorẽ & iudicẽ. Quare iuſte dominans maior multitudo: ex multis.n. popnlus & conſilium & prætorium. Honorabilitas autẽ amplior horum omnium quam eorum quæ ſecundum vnum, & ſecundum paucos principantiũ magnis principatibus. Hæc quidem igitur determinata ſiot hoc modo. Prima autẽ dicta dubitatio facit manifeſtum nihil ſic
F alterum quomodo quod oportet leges recte poſitas eſſe dominas. principem autẽ, ſiue vnus, ſiue plures ſint, & de iis eſſe domioos, de quibuſcunq; non poſſunt leges dicere certitudioaliter. propterea quod non facile ſit vniuerſaliter determinare de omnibus. Quales tñ quaſdam oportet eſſe recte poſitas leges nõdum palam, ſed adhuc manet olim dubitatum. Sed ſi ſimul politijs oeceſſe & leges prauas vel ſtudioſas eſſe & iuſtas vel iniuſtas. Verũ tamen hoc manifeſtum quod oportet ad politiam poni leges. At vero ſi hoc. palam quod eas quidem quæ ſecundum leges rectas politias, neceſſarium eſſe iuſtas, eas autem quæ ſecundum tranſgreſſas, nou iuſtas.

LECTIO X.

QVoniam autẽ in omnibus quidem ſcientijs & artibus bonum, finis: maximum itaq; & maxime in principaliſſima omnium, hæc autem eſt
C politica potentia, eſt autẽ politicum bonũ qđ iuſtum: hoc autẽ eſt quod communiter conſerens. Videtur aũt omnibus æquali aliquid eſſe qood iuſtũ & vſq; ad aliquid quidem conſentiunt, iis, qui ſecundum philoſophiam ſermonibus, in quibus determinatum eſt de moralibus, quod enim & quibuſnam quod iuſtũ, & oportet æqualibus æquales eſſe aiunt. Qualiũ autẽ ęqualitas eſt & qualium inæqualitas eſt oportet nun latere, habet enim hoc dubitatiõnẽ & philoſophiam politicã. Forte enim vtiq; dicet aliquis ſm̃ omnis boni exceſſum oportere inæqualiter diſtriboi principatus. Si omnia reliqua nihil differant, ſed ſimiles acciderit eſſe. Differentibus enim alterum eſſe quod iuſtum & ſecundũ quod dignitatem. At vero ſi hoc verum erit & colorem, & ſecundum magnitudinem & ſecundum quodcũq; bonorum ſuperabundantia quedam politicorum iuſtorum
H excedentibus. aut hoc ſuperficiale falſum, manifeſtum autem in aliis ſcientiis & potentiis. Similiter.n. fiſtulatoribus ſecundum artem non dandã ſuperabundãtiam fiſtularum nobilioribus: neq; enim fiſtulabuot melius, oportet autem ei qui ſecundum opus excedit dare & organorum exceſſum, ſi autem nondum palam quod dicitur adhuc magis ipſum producentibus erit manifeſtũ. Si.n. ſit aliquis excedens quidem ſecuodũ fiſtulatiuam multũ autem deficiẽs ſecundum oobilitatẽ vel pulchritudinem, & ſi vnũquodq; bonorum illorũ ſit magis fiſtolatiua. Dico aotẽ nobilitatem & pulchritudinem, & ſecundum analogiam excedant plus fiſtolatiuam quã ille ſecundum fiſtulatiuã, tamen huic dandum differentes fiſtularũ. Oportet enim ad opus cõparari exceſſum

& diuitiis

& diuitijs & nobilitati comparantur nihil. Ahuc ſecundum hanc rationem omne bonum ad omne vtique erit comparabile. Si enim magis aliqua magnitudo & totaliter magnitudo vtiq; adęquabilis erit & ad diuitias & ad libertatem. Quare ſi plus hic differat ſecundum magnitudinem quàm hic ſecundũ virtutem, & amplio rum virtutis magnitudo totaliter excedit, erunt vtique comparabilia omnia: tanta enim magnitudo ſi melior va lentior tanta, palàm quod ęqualis. Quoniam autem hoc impoſſibile palàm quod in politijs rationabiliter non ſecũdum omnem ęqualitatem altercantur de principatibus, ſi enim ij quidem tardi, ij autem veloces, nihil propter hoc oportet hos quidem plus, hos autem minus habere, ſed in exercitatiuis agonibus horum differentia accipit honorem.

LECTIO XI.

SEd ex quibus ciuitas conſiſtit in iis neceſſariũ fieri altercationem: propter quod quidem rationabiliter præparãtur honori nobiles & diuites & liberi. Oportet.n. liberos eſſe & honorabilitatem ferẽtes nõ enim vtiq; erit ex egenis omnibus ciuitas ſicut neq; ex ſeruis. At verò ſi opus eſt horum, palàm quia & iuſtitiæ, & bellicæ virtutis, neq; enim ſine iis habitari ciuitatem poſſibile eſt, Sed ſine prioribus quidem impoſſibile eſſe ciuitatem, ſine iis, autem habitari benè. Ad ciuitatem quidem igitur eſſe videbuntur vtiq; vel omnia vel quædam horum rectè dubitari, ad vitam vero bonam diſciplina & virtus maximè iuſtè vtique dubitarentur quemadmodum dictum eſt prius. Quoniam autẽ neq; oĩum æquale oportet habere æquales ſecundum vnum aliquid ſolum exiſtentes, neq; inæquale inæquales ſecũdum vnum, neceſſe omnes tales politias eſſe tranſgreſſiones. Dictum eſt quidẽ igitur & prius quod altercantur modo quodam iuſtè omnes. ſimpliciter autem non omnes iuſtè. Diuites quidem quia plus regionis attinet ipſis, regio autem cõmune. Adhuc ad conuentiones fideles magis vt in pluribus. liberi autem & ingenui tanquam propè inuicem. Ciues enim magis qui generoſi iis qui non generoſi, Ingenuitas autem apud quoſcunque, habetur honorabilis. Adhuc quia meliores veriſimile eos qui ex melioribus, ingenuitas autem eſt virtus generis. Similiter autem dicemus iuſtè & virtutem altercari. Communicatiuam enim virtutem dicimus eſſe iuſtitiam, cui neceſſarium omnes aliàs aſſequi, at verò & plures ad pauciores. Etenim valẽtiores & ditiores & meliores ſunt, vt acceptis pluribus, ad pauciores, ergo ſi omnes ſint in vna ciuitate. dico autem, puta boni, & diuites, & ingenui. Adhuc autem multitudo alia politica.

D Vtrum altercatio erit quos oporteat principari, aut non erit: ſecundum vnamquãq; quidem igitur politicam dictarum indubitatum iudicium quos oporteat principari. Dominantibus enim differunt ab Inuicem. puta hæc quidem eo quòd per diuites, hæc autem eo quòd per ſtudioſos viros ſit, & aliarum vnaquæq; eodẽ modo. Attamen conſideramus quando circa idem tempore hæc exiſtunt quomodo determinandum, ſi itaq; ſint numero pauco valde qui virtutem habent quo oportet diuidere modo, vel hoc quod pauci, ad opus oportet conſiderare ſi poſſit habitari ciuitas, vel quòd tanti multitudine vt ſit ciuitas ex ipſis. Eſt autem dubitatio quædam ad omne alterantes de politicis honoribus. Videbuntur

A tur enim nihil dicere inſtum qui propter diuitias volũt principari, ſimiliter autem & qui ſm genus, palàm.n. rurſus quod ſi quis vnus ditior omnibus eſt, palàm quod ſecundum idem iuſtum oportebit hunc vnum principari omnibus. Similiter autem & differentem ingenuitate altercantibus propter libertatem, idem autem iis accidet & circa Ariſtocratias de virtute. Si.n. aliquis vnus ſit melior vir, alijs qui ſunt in politeumate ſtudioſis exiſtentibus, hunc oportet eſſe dominum ſecundum idem iuſtum. Igitur ſi & multitudo oportet eſſe dominans quia valentiores ſunt paucis, & ſi vnus vel plures quidẽ vno, pauciores autem multis. valentiores ſunt alijs, hos vtiq; oportebit dominos eſſe magis quã multitudinem. Omnia itaq; hæc videntur facere manifeſtum quòd horum terminorum nullus rectus ſit, ſecundum quem volunt ipſi quidem principari, alios autem omnes ſub ſe

B ſubici. Etenim vtiq; ad eos qui ſecundum virtutem volunt domini eſſe politeumatis, ſimiliter autem & ad eos qui ſecundum diuitias habebunt vtique dicere multitudines rationem quandam iuſtam, nihil enim prohibet aliquando multitudinem eſſe meliorem paucis & ditiorem, non vt ſecundum ſingulum ſed vt ſimul omnes.

LECTIO XII.

PRopter quod & ad dubitationem qua quærũt & præmittunt quidam, contingit hoc modo obuiare. Dubitant n. quidam vtrum legislatori volenti ponere rectiſſimas leges ſit ponendum leges ad conferens meliorum vel ad id quod plurium: cum acciderit quod dictum eſt, quod autem rectum ſumendum forte, rectum autem fortè ad conferens totius ciuitatis:

C & ad commune ciuium, ciuis autem communiter quidem eſt qui participat eo quod eſt principari & ſubici: ſecundum vnamquanque politiam, alter Ad optimam autem qui poteſt & eligit ſubici & principari ad vitam quæ ſecundum virtutem. Si autem eſt aliquis intantum differens ſecũdum exceſſum virtutis, vel plures quidem vno, non tamen ſit poſſibile complementum exhiberi ciuitatis, vt non ſit comparabilis aliorum omnium virtus, neq; potentia ipſorum politica ad eam quę illorum ſiue plures ſiue vnus, eam quæ illis ſolũ, non adhuc ponendum partem huius ciuitatis. Iniuriabuntur enim dignificati æqualibus, inæquales tantum exiſtentes ſecundum virtutem, & ſecundum politicam potentiam, ſicut enim Deum inter homines veriſimile eſſe talem. Vnde palàm quia & legiſlationem neceſſariam eſſe circa æquales & genere & potentia. De talibus autem non

D eſt lex: etenim deridendus vtique erit aliquis leges ſtatuere tentans de ipſis. Dicentur enim vtique fortè quæ quidem Antiſthenes ait, Leones condentibus lepuſculis, & æquale volentibus, omnes habere, propter quod & ponunt relegationem Democratizatæ ciuitates propter talem cauſam. Hęc enim vtiq; perſequuntur ęqualitatem maximè omnium. Quare eos qui videntur excedere potentia propter diuitias, vel multos amicos, vel propter aliquam aliam politicam potentiam relegabant & tranſtulerunt extra ciuitatem tẽporibus determinatis. Fabulantur autem & Argonautas Herculem dereliquiſſe propter talem cauſam, non enim voluiſſe ipſum ducere Argo, id eſt nauem cum alijs, tanquam excedentẽ multũ nautas, propter quod & vituperantes tyrannidẽ

& Periandri Thraſibulo conſilium non ſimpliciter extimandum rectè increpare: aiunt enim Periandrum dixiſſe quidem nihil ad miſſum preconem de conſilio, ſed auferentem excedentes ſpicarum planaſſe aream. Vnde ignorante quidem precone eius quod fiebat cauſam, proferente autem quod contingit, intellexiſſe Thraſibulum quod oportet excellentes viros perimere, hoc enim non ſolum expedit tyrannis, neque ſolum tyranni faciunt, ſed ſimiliter habet & circa Oligarchias & circa Democratias. Relegatio enim eandem habet potẽtiam, modo quodam ſcilicet prohibere, excellentes & fugare. Idem autem circa ciuitates & gentes faciunt qui domini potentiæ: velut Athenienſes quidem circa Samios, & Chios, & Lesbios. Cum enim magis imperialiter haberent principatum, humiliauerunt ipſos præter pacta, Perſarum autem Rex Medos & Babylonios & aliorum ſagaces factos, quia fuerant aliquando in principatu, diſperſit ſæpè. Problema aũt vniuerſaliter eſt circa omnes politias etiã rectas, tranſgreſſæ quidem enim ad id quod proprium reſpicientes hoc agunt: non ſolum ſed cura commune bonum intendentes eodem habẽt modo. Palàm autem hoc & in alijs artibus & ſcientijs, neq; enim pictor ſinet vtiq; aliter habere pedem excedentem commenſurationem, neque ſi differat pulchritudine: neque puppim nauis factor, vel aliarum partium nauis, neque vtique magiſter chori eum qui altius & pulchrius toto choro cantat ſinet ſimul chorum agere. Quare propter hoc quidem nihil prohibet Monarchias concordare ciuitatibus, ſi proprio principatu proficuo ciuitatibus exiſtente, hoc agunt, propter quod ſecundum exceſſus excellentias habet aliquod ciuile iuſtum, ſermo qui circa relegationem. Melius quidem igitur legiſlatorem à principio ſic inſtituere politiam vt non indigeat tali medicina. Secunda autem nauigatio ſi euenerit tentare dirigere tali aliqua directione, quod quidem non faciebant circa ciuitates: non enim reſpiciebat ad conferens propriæ politiæ, ſed ſeditioſè vtebantur relegationibus. In tranſgreſſis quidem igitur quod quidem ſingulariter expediat & iuſtum ſit, manifeſtum. Fortè autem & quod nõ ſimpliciter iuſtum, & hoc manifeſtum. Sed in optima politia habet multam dubitationem, non ſecundum aliorum bonorum exceſſum, puta roboris, & diuitiarum, & multitudinis amicorum, ſed ſiquis fuerit differens ſecundum virtutem, quid oporteat facere. Non enim dicet vtique oportere eiicere & transferre talem, at vero neq; principari talem. Simile enim & vtiq; ſi Iouem principari velimus partientes principatus. Relinquitur igitur, quod etiam videtur aptum natum eſſe tali obedire omnes lætanter, vt Reges ſint tales perpetui in ciuitatibus.

LECTIO XIII.

FOrtè autem benè habet poſt determinatas rationes trãſire & conſiderare de Regno hoc. Dicimus enim rectarum politiarum vnam eſſe hanc. Conſiderandum autem vtrum expediat benè habente habitari ciuitati, & regioni, Rege regi, aut nõ, ſed alia aliqua politia magis vel aliquibus quidem expedit, aliquibus autem non expedit. Oportet itaque primò diuidere, vtrum vnum aliquod genus eſt ipſius, vel plures habet differentias. Facilè itaque hoc addiſcere quod plura genera continet, & principatus modus eſt non vnus omnium. Qui enim in Laconica politia, videtur quidẽ

E eſſe Regnum maximè eorum quæ ſecundum legem, nõ eſt autem dominans omnium, ſed quãdo exierit regionem dux eſt eorum quæ ad bellum. Adhuc autem quæ ad Deos, attributa ſunt Regibus, hoc quidem igitur Regnum velut ducatus quidam exercitus imperialis & perpetuus eſt. Occidendi enim non dominus, niſi in aliquo Regno quemadmodum ſub antiquis, in bellicis exercitibus promptus potens lege, ſignificat autem Homerus, Agamẽnon enim malè quidem audiens deprimebatur in congregationibus, egreſſis autem & interficiendi dominus erat, dicit enim, quem ego videro fugientem è prælio non ſufficiens erit ſibi fugere canes vel vultures, apud me enim eſt mors. Vna quidem igitur ſpecies huius Regni ducatus exercitus per vitam. Horum autem ij quidem ſecundum genus ſunt, ij autem eligibiles. Præter hanc autem alia monarchiæ ſpecies, quaF lia erunt Regna apud quoſdam Barbarorum, habent autem hæc omnia potentiam ſimilem tyranni, ſunt tamen ſecundum legem & paterna. Quia enim magis ſeruiles moribus ſunt natura barbari quidem græcis, Qui autem circa Aſiam, iis qui circa Europam, ſufferunt deſpoticum principatum nihil contriſtati, tyranni quidem igitur propter tale ſunt. Secura autem quia patria & ſecundum legem ſunt. Et cuſtodia autem Regalis & non tyrannica propter talem cauſam. Ciues enim cuſtodiunt armis Reges, tyrannos autem extranei; ij quidem enim ſecundum legem & voluntarijs, ij autem inuoluntarijs principantur. Quare ij quidem & ciuibus, ij autem ſuper ciues habent cuſtodiam. Duæ quidem igitur ſpecies hæ Monarchiæ, altera autem quæ quidem erat in antiquis græcis quos vocant Eſymnetas. Eſt autem hæc, vt ſimpliciter eſt dicere, electa tyrannis. Diffe-

G rens autem à barbarica non eo quòd non ſecundum legem, ſed eo quòd non patria ſit ſolum, principabuntur autem ij quidem per vitam principatu hoc, ij autem vſque ad quædam determinata tempora, vel actiones, qualem elegerunt quandoq; Mitilenęi Pittacum aduerſus profugas quibus præerant Antimenides & Alceus poeta. Significat autem Alceus quod elegerunt Pittacum tyrannum, in quodam ſcoliorum verſuum, Increpat enim quia malum patriæ Pictacum præfecerunt ciuitati ſine felle & grauis felicitatis, tyrannum quidem laudantes ſimul collecti. Hæ quidem ſunt & erant, quia enim tyrannicè erant, deſpoticè, quia autem electæ & volũtariorum, Regales. Quarta autem ſpecies monarchiæ Regalis quæ ſecundum Heroica tempora voluntariæ & patriæ factæ ſecundum legem, quia primi fuerunt benefactores multitudinis ſecundum artes, aut bellum,

H aut quia collegerunt, aut emerunt regionem, facti fuerunt Reges voluntariorum & ſucceſſiuè ſumentibus patrij. Domini autem erant præſulatus ſecundum bellum & ſubſtantiarum quæcunque non ſacerdotales, & cum iis ſententias iudicabant. Hoc autem faciebant ij quidem non iurantes, ij autem iurantes. Iuramentum autem erant ſceptri eleuatio. Qui quidem igitur in antiquis temporibus & ſuper ea quæ penes ciuitatem, & quæ popularia, & quæ circa confinia, continuè principabantur. Poſterius autem hoc quidem permittentibus ipſis Regibus, hoc autem turbis occupantibus. In alijs quidem ciuitatibus patriæ ſuſtantiæ remanſerunt regibus ſolum, vbi autem dignum eſt dicere Regnum in confinijs bellicorum ducatum ſolum habebant.

bant. Regni quidem ſpecies hæ quatuor numero. Vna quidem quæ circa Heroica tempora, hæc autem erat voluntariorum quidem, in quibuſdam autem determinatis, dux enim exercitus & iudex, erat Rex & eorum quæ ad Deos dominus. Secunda autem quæ barbarica, hæc autem ex genere principatus deſpoticus ſecundum legem. Tertia autem quam Eſymneticam appellant, hæc autem eſt electa tyraunis. Quarta autem quæ Laconica horum, hæc autem eſt (vt ſimpliciter eſt dicere) ducatus exercitus ſecundum genus perpetuus, hæ quidem igitur hoc modo differunt ab inuicem. Quiuta autem ſpecies Regni quando fuerit omnium dominus exiſtens, ſicut vnaquæq; gens & ciuitas vnaqueq; communium, ordinata ſecundum œconomicam, ſicut enim œconomica Regnum quoddam domus eſt, ita Regnum ciuitatis & gentis vnius vel plurium œconomia: ferè itaque duæ ſunt (vt eſt dicere) ſpecies Regni de quibus conſiderandum, hæc & quod eſt Laconica. Aliarum enim multę intermediæ harum ſunt, pauciorum quidem enim domini quam Regnum, pluriũ autem ſunt quam Laconicus. Quare conſideratio ferè de duobus eſt. Vnum quidem vtrum expediat ciuitatibus, ducere exercitus perpetuũ eſſe & hunc vel ſecundum genus vel ſecundum partem, aut non expedit. Vnum autem vtrum quidem vnum expedit dominum eſſe omnium, vel non expedit. De tali quidem igitur ducatu exercitus conſiderare habet magis legum ſpeciem quam politiæ. In omnibus enim politijs contingit hoc fieri. Quare dimittatur primum, reliquus autem modus Regni politiæ ſpecies eſt. Quare de hac oportet conſiderare, & dubitationes quæ inſunt tranſcurrere.

LECTIO XIIII.

PRincipium autem inquiſitionis eſt hoc, vtrum expedit magis ab optimo viro Regi, vel ab optimis legibus. Videtur itaq; putantibus expedire. A rege regi, vniuerſale ſolum leges dicere, ſed non ordinare ad ea quę eueniunt. Quare in quacũq; arte principari ſcdm literas miſerum, & quidem in Egypto poſt tertium diem mouere licèt Medicis, ſi autem prius, in ſuo periculo, manifeſtum igitur q; nõ eſt quæ ſecũdum literas & leges optima politia propter eandem cauſam. At verò & illum ſermonem vniuerſalem oportet exiſtere principibus, valentius autem cui non adeſt quod paſſionale omnino, quam cui connaturale, lege quidem igitur hoc non ineſt, humanam autem animam neceſſe hoc habere omnem. Sed fortè dicet vtiq; aliquis, vt contra hoc conſiliabitur de ſingularibus melius. Quod quidem igitur neceſſe ipſum eſſe legislatorẽ, palàm, & ponere leges, ſed non dominos qua tranſgrediuntur, qm̃ de alijs oportet eſſe dominos. Quæcũq; verò non poſſibile legem iudicare, vel omnino, vel benè. vtrum vnum oportet optimum principari, vel omnes: etenim nunc conuenientes diſceptant & cõſiliantur & iudicant, hæc autem ſunt iudicia omnia de ſingularibus. ſecundum vnum quidem igitur comparatus quicunque fortè deterior, ſed eſt ciuitas ex multis, ſicut conſeruatio comportata pulchrior vna & ſimplici, propter hoc & iudicat melius turba multa quam vnus quicunque, Adhuc magis indifferens quod multum, quemadmodum aqua amplior, ſic & multitudo pauci magis indifferens. Vno autem ab ira obtento, vel ab alia aliqua paſſione tali neceſſarium corrumpi iudicium. Ibi autem habent diffi-

A cilè ſimul omnes impetu ferri & peccare. Sit auté multitudo qui liberi nihil præter legem agentes niſi de quibus neceſſarium deficere ipſam, ſi autem non hoc facilè in multis, ſed ſi plures ſint boni viri & ciues, vtrum vnus magis incorruptibilis princeps, vel magis plures quidem numero. boni autem viri. An palàm quod plures, ſed ij quidem diuiſioues facient, vnus autem ſine ſeditione. Sed ad hoc contraponendum fortè quod ſtudioſi ſecundum animam ſicut & ille vnus, ſi itaque plurium principatum, bonorum autem virorum omnium Ariſtocratiam ponendum, eum autem qui vnius, Regnum, eligibilior vtiq; erit ciuitatibus Ariſtocratia quã regnum, & cum potentia & ſine potentia exiſtente principatus, ſi ſit accipere plures ſimiliter. Et propter hoc fortè rege regebantur prius, quia rarum erat inuenire viros multum differentes ſecundum virtutem. Alterum
B & tunc paruas habitabant ciuitates. Adhuc autem à beneficio inſtituebãt Reges, quod quidem eſt opus bonorum virorum. Quoniam auté euenit fieri multos ſimiles ad virtutem non adhuc ſufferebant, ſed quærebant commune aliquid & politiam inſtituerunt. Quoniam autem deteriores facti, opulenti facti ſunt, à communibus hinc rationabile factas eſſe Oligarchias, honorabiles enim fecerunt diuitias, ex iis autem primo in tyrannides tranſmutabantur, ex tyrannidibus autem in Democratiam, ſemper enim ad pauciores ducentes propter turpe lucrum fortiorem ipſam multitudinem fecerunt, vt inſurgerent & fierent Democratiæ. Quoniam autem & maiores accidit eſſe ciuitates, fortè neque facile iam fieri politiam, aliam præter Democratiam. Si verò aliquis ponat optimum ciuitatibus à rege regi, quam ſe habebunt quæ de natis, vtrum & genus oportet regnare,
C ſed genitorum quales quidem contingunt, nociuum, ſed non tradet dominus exiſtens natis. Sed nõ facile adhuc hoc credere. Difficile enim & maioris virtutis, quam ſecundum humanam naturam. Habet auté dubitationem & de potentia, vtrum oportet habere regnaturum robur aliquod circa ipſum quo poſſit cogere non volentes obedire, aut qualiter contingit principatum diſpenſare, ſi enim ſecundum legem ſit dominus nihil agens ſecundum ſuam voluntatem præter legem, tamen neceſſarium exiſtere ipſi potentiam qua cuſtodiet leges. Forte quidem igitur quæ circa Regem talem non difficile determinare, oportet enim ipſum quidem habere potentiam, eſſe autem tantam potentiam, vt ſit ea quæ ſingulorum & vnius & ſimul plurium maior, ea autem quę multitudinis minor, quemadmodum antiqui cuſtodias dederunt quãdo pręfecerũt ciuitati quẽ
D dam quam vocabant Eſymnetem vel tyrannum & Dionyſio, quando petebat cuſtodias, conſuluit quidam Siracuſanis dare tot cuſtodias.

LECTIO XV.

DE rege autem qui ſecundum ſuam voluntatem omnia agat ſermo inſtat nunc, & faciendũ conſiderationem, qui quidem.n. ſcdm legem rex, nõ eſt ſpecies regni, ſicut dicimus. In omnibus.n. contingit eſſe ducatũ exercitus perpetuum. puta in Democratia & Ariſtocratia, & multi faciunt vnũ dominũ diſpenſationis, talis enim quidã principatus eſt & circa Epidamnum & circa Opunta autem circa aliquam partem minor eſt. De vocato aũt omnimode rege, hoc auté eſt in quo Rex principatur omnibus ſecundum ſuam

voluntatem. Dicēdum videtur autem quibuſdam, neq; E ſecūdum naturam eſſe quod dominus ſit communium ciuium vnus, vbi conſiſtit ex ſimilibus ciuitas. Similibus enim natura idem iuſtum, neceſſarium & eandem dignitatem ſecundum naturam eſſe, quare ſiquidem inęquales æquale alimentum habere vel veſtimētum nociuum corporibus, ſic habent & quæ circa honores, ſimiliter & inæquales æquales, propter quod quidem nihil magis principari quam ſubici, iuſtum eſt: & viciſſim igitur eodem modo, hoc autem iam lex, ordo enim lex, legem ergo principari eligibilius magis quam ciuium vnum aliquem, ſecundum eādem autem rationem hanc vtiq;, ſi aliquos principari melius hos inſtituendum ſeruatores legis & miniſtros legum. Neceſſarium enim eſſe quoſdam principatus, ſed non hunc vnum eſſe aiunt iuſtum, ſimilibus exiſtentibus omnibus. At vero quæcūq; non videtur poſſe determinare lex, neq; homo vtiq; po F terit nota facere, Sed vniuerſale lex inſtituit reliqua iuſtiſſima ſententia iudicare & diſponere principes. Adhuc autem omnia dirigere dant quodcunque videbitur tentātibus melius eſſe poſitis. Qui quidem intellectum iubet principari, videtur iubere principari Deum & leges. Qui autem hominem iubet, apponit & beſtiam. Quando enim concupiſcentia tale, & furor principatum habuerit tandem & optimos viros interimet: propter quod quidem ſine appetitu intellectus lex. eſt exēplum autem artium videtur eſſe falſum quod ſecundum literas medicari ſit prauum, ſed & eligibilius vti habentes artes. Ij quidem enim propter amicitias nihil præter rationem faciunt, ſed accipiunt mercedem ægrotos, curantes, ij autem in politicis principatibus multa ad affectum & gratiam conſueuerunt agere, quoniam & medicos quando ſuſpicantur perſuaſos ab inimicis pe- G rimere propter lucrum, tunc eam quæ ex literis curam quærent vtiq; magis. At verò medici ægrotantes inducunt ad ſe ipſos alios medicos. Et exercitatores puerorum cum ſint in exercitio, inducunt exercitatores diſciplinæ tanquam non potentes iudicare quod verum quia iudicarent de proprijs, & in paſſione exiſtentes. Quare palàm quod iuſtum quærentes medium quęrūt, lex enim ipſum medium. Adhuc principaliores & de principalioribus quàm hæ ſecundum literas leges ſunt, quæ ſecundum conſuetudines. Quare ſi iis quæ ſecundum literas homo princeps eſt ſecurior, ſed non iis, quę ſecundum conſuetudinem. At verò neq; facile proſpicere multa vnum. Oportebit igitur multos eſſe ſub ipſo conſtituto principe, quare quid diſter hoc à principio mox exiſtere, vel vnum conſiſtere hoc modo. Adhuc quod & prius dictum eſt. Si quidem vir ſtudioſus, quia H melior principari dignius, vno autem duo boni meliores, hoc autem eſt quod dicitur ſimul duobus venientibus, & oratio Agamēnonis, tales mihi ſodales, vt non iam principari iuſtum, ſunt autem & nunc de quibuſdam principatus dominantes iudicio, ſicut iudex de quibus lex non poteſt determinare, quoniam de quibus potuit, nullus dubitat de iis tanquam non vtique optimè lex præceperit, iudicabit, ſed quoniam hęc quidem contingit comprehendi legibus, hæc autem impoſſibilia. Hæc ſunt quæ faciunt dubitare & quærere, vtrum optimam legem principari eligibilius quàm optimum virum. De quibus enim conſiliantur ſunt impoſſibilium lege conſtituta eſſe. Non igitur hoc contradicunt, tanq̄ non neceſſarium eſſe hominem iudicantem de talibus, ſed quòd non vnum ſolum, ſed multos. Iudicat.n. vnuſquiſque princeps eruditus à lege benè. Inconueniensq; fortè vtiq; eſſe videbitur, ſi melius percipiat quis, duobus oculis & duabus auribus iudicans, & agens duobus pedibus & manibus, q̄ multi multis. Qm̄ & nunc oculos multos Monarchæ faciunt ſibi & aures & manus & pedes. Eos.n. qui principatui & ipſius ſunt amici faciunt comprincipes, non amici quidem igitur exiſtentes non faciunt ſecundum Monarchæ voluntatem, ſi autem amici & illius principatus quoque amicos fortè & ſimiles, quare ſi hos extimat oportere principari ęquales & ſimiles principari extimat oportere ſimiliter. Quod quidem igitur dicunt dubitātes aduerſus regnum ferè hæc ſunt.

LECTIO XVI.

Sed fortè hęc in aliquibus quidem habent hoc modo, in aliquibus autem non ſic, eſt enim aliquid natura deſpoticum, & aliud politicum & iuſtum & conferens, tyrannicum autem non eſt ſm naturā, neque aliarum politiarum quæcunque tranſgreſſiones ſunt, hæc enim fiunt quæ præter naturam. Sed ex dictis manifeſtum quod in ſimilibus quidem & æqualibus, neq; expediens eſt, neque iuſtum, vnum dominum eſſe omnium, neq; non exiſtentibus legibus, ſed ipſum, tanquam ſit lex neq; legibus exiſtentibus, neq; bonum bonis, neq; non bonis non bonum, neque ſi ſm virtutem melior ſit, niſi modo quodam. Quis autem modus dicendum. Dictum eſt autem aliqualiter & prius, primo autem determinandum quid ſit regnabile & quid ſit Ariſtocraticum & quid Politicum. Regnabile quidem igitur talis eſt multitudo quę nata eſt ferre genus ſuperexcellens ſecundum virtutem ad pręſulatum politicum. Ariſtocratia autem multitudo quę nata eſt ferre multitudinem potentem Regi principatu liberorum ab iis qui ſecundum virtutem præſidibus ad politicū principatū, Politica autē multitudo in qua nata eſt fieri multitudo politica, potens principari & ſubici ſecūdum legem diſtribuentem principatus ſecūdum dignitatē opulentis. Cum igitur vel genus totum, vel aliorū vnum acciderit eſſe differentē ſecundum virtutem tm̄, vt excedat quæ illius, eam quæ aliorum omnium tunc iuſtum eſt genus hoc eſſe Regale & dominās omnium, & Regem vnum hunc. Sicut.n. dictum prius, non ſolum ſic habet ſm iuſtum quod proferre conſueuerunt qui Politias inſtituerint & qui Ariſtocratias & qui Oligarchias. Et iterū qui Democratias: penitus.n. ſm exceſſum volunt, ſed exceſſum non eundem, imo ſecundum quod prius dictū eſt, neq;.n. occidere, vel fugare, neq; relegare vtiq; talē decens eſt, neq; vllo ſubici ſecundum partem, non.n. nata eſt pars excellere ipſum omne, ei autem qui tantam excellentiam habet, hoc accidit, quare relinquitur ſolum obedire tali & dominum eſſe, non ſm partem ſed ſimpliciter. De regno quidem igitur quas habet differētias, & vtrum non expediat ciuitatibus, aut expediat, & quibus & quō, determinatum ſit hoc modo. Quoniā aūt tres dicimus eſſe rectas politias. Horum autem neceſſarium optimam eſſe eam quæ ab optimis diſpenſatur, talis autem eſt in qua accidit vel vnum aliquem ſimul omnium, vel genus totum, vel multitudinem excedentem eſſe ſm virtutem, iis quidem ſubici potentibus, iis autē principari ad electiſſimam vitam. In primis autē ſermonibus oñſum eſt quod eandem neceſſarium viri virtutē

eſſe

eſſe & ciuis optimæ ciuitatis, manifeſtum quod eodem modo & per eandem fit vir ſtudioſus, & ciuitatem inſtituet vtique quis Ariſtocratizatam & regno gubernatam. Quare erunt & diſciplina & aſſuetudines eædem ferè quæ faciunt ſtudioſum virum & quæ faciunt politicum & regale. Determinatis autem iis de politica optima, iam tentandum dicere quo nata ſit fieri modo & inſtitui quomodo neceſſe vtique facturum de ipſa conuenientem ſpeculationem.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER QVARTVS

LECTIO I.

IN omnibus artibus & ſcientijs, iis quæ nõ ſecundum particulam fiunt, ſed circa genus vnum aliquod, perfectis exiſtentibus, vnius eſt conſiderare quod congruit circa vnumquodq; genus: puta exercitatio corpori qualis quali expediat, & quæ optima: Ei enim qui optimè aptus natus & proportionatus, optimam neceſſarium congruere. Et quæ plurimis vna omnibus. Etenim hæc exercitatiuæ opus eſt. Adhuc autem ſiquis non attinẽtem deſideret, nec habitum nec ſcientiam eorum quæ circa Agonian, nihil minus exercitatoris diſciplinæ & gymnaſtici eſt præparare & hanc adhuc potentiam. Similiter autem, hoc & circa medicatiuam, & nauificam, & circa veſtitum, & circa omnem aliam artem, videmus accidens. Quare palàm, quod eiuſdem ſcientiæ eſt politiam optimam cõſiderare, quæ eſt, & qualis quædam vtique exiſtens, maximè erit ſecundum votum, nullo impediente extrinſecorum: & quæ quibus cõgruẽs. Multis enim valde fortè impoſſibile ſortiri optimam. Quare optimam ſimpliciter, & eam quæ ex ſuppoſitis optimam, non oportet latuiſſe bonum legislatorem, & eum qui eſt, vt verè, politicus. Adhuc autem tertiam, eam quæ ex ſuppoſitione: oportet enim & datam poſſe conſiderare, & à principio quomodo vtique fiet, & facta quo vtique modo ſaluabitur plurimo tempore. Dico autem, puta, ſi alicui ciuitati accidit neque optima politia diſponi, non abundantemq; eſſe etiam neceſſarijs, neque ea quæ contingent ex exiſtentibus, ſed quadam peiori. Præter omnia autem hæc, eam quæ maximè in omnibus ciuitatibus congruit, oportet cognoſcere, quo plurimi pronunciantium de politia, & ſi alia dicant benè, tamen in optimis peccant, nõ enim ſolum optimam oportet conſiderare ſed etiam poſſibilem. Similiter autem & faciliorem & communiorem omnibus. Nunc autem ij quidem ſummam & indigentem multis copijs quærunt ſolum, ij autem magis communem quandam dicentes eas quæ ſunt interimentes politias, ſcilicet Laconicam, vel quam aliam laudamus. Oportet autem talem induci ordinem ad quem facilè exiſtentibus perſuadeantur & poſſint proſequi tanquam non ſit minus opus corrigere politiam, quàm inſtruere à principio, ſicut & poſt addiſcere à principio, propter quod eum dictis oportet & exiſtentibus politijs poſſe auxiliari politicum, ſicut dictum eſt & prius. Hoc autem impoſſibile

A ignorantem quot ſunt ſpecies politię. Nunc enim vnam Democratiam putant quidem eſſe, & vnam Oligarchiam. Non eſt autem hoc verum. Quare oportet differentias politiarum non latere quot, & quot modis componantur. Cum eadem autem hac prudentia & leges optimas videre, & eas quæ vnicuique politiarum congruunt: Ad politias enim leges oportet poni & ponuntur omnes, ſed non politias ad leges; politia quidem enim eſt ciuitatibus ordo qui circa principatus quomodo diſtribuantur, & quid dominans politiæ, & quid quod finis eſt, communionis ſingulis, leges autem ſeparatæ ſignificantium politiam ſecundum quas oportet principes principari & obſeruare tranſgredientes ipſas, quarum palàm quòd differentias & numerum neceſſarium habere politiæ vniuſcuiuſque & ad legum poſitiones. Non enim poſſibile eſt eaſdem leges conferre

B Oligarchijs, neque Democratijs, omnibus ſiquidem plures & non vna Democratia neque Oligarchia ſolum eſt. Quoniam autem in prima Methodo politiarum diuiſimus tres quidem rectas politias, Regnum, Ariſtocratiam, Politicam. Tres autem harum tranſgreſſiones tyrannidem quidem Regni, Oligarchiam autem Ariſtocratiæ, Democratiam autem politiæ, & de Ariſtocratia autem quidem in Regno dictum eſt. De optima enim politia conſiderare idem & de iis eſt dicere nominibus, vult enim vtrũq; conſiſtere ſecundum virtutem diffuſam. Adhuc autem quid differant inuicem Ariſtocratia & Regnum, & quando oportet Regnum putare, determinatum eſt prius. Reliquum de politia percurrere ea quæ communi nomine appellatur & de alijs politijs, Oligarchia. & Democratia & Tyrannide. Manifeſtum quidem igitur & harum tranſgreſſionum quæ peſſima,

C & ſecunda quæ, neceſſe enim eam quidem quæ primæ & diuiniſſimæ, tranſgreſſionem, eſſe peſſimam, Regnũ autem neceſſarium, aut nomen ſolum habere non exiſtens, aut propter multam excellentiam Regis eſſe, & tyrannidem peſſimam exiſtentem plurimum diſtare à politia, ſecundo autem Oligarchiam, Ariſtocratia enim diſtat multum ab hac politia. Menſuratiſſimam autem Democratiam. Iam quidem igitur pronũciauit & quidam priorum ſic, non tñ in idem nobis aſpiciens. Ille quidem iudicauit omnibus quidem exiſtentibus Epiiceis: puta Oligarchia bona, & alijs, peſſimam Democratiam, prauarum autem optimam. Nos autem totaliter has vitiatas eſſe dicimus, & meliorem quidem Oligarchiam aliã alia, non benè habet dicere, minus autem prauam: ſed de tali quidem iudicio dimittatur nunc. Nobis autem primo diuidendum eſt, quot ſunt differentiæ politiarum

D ſiquidem ſunt ſpecies plures Democratię & Oligarchię. Deinde quæ communiſſima & quæ eligibiliſſima poſt optimam politiam, & vtiq; ſiqua alia contigerit Ariſtocratia & conſiſtens benè, ſed pluribus congruens ciuitatibus quæ ſit: deinde & aliarum, quæ quibus eligibilis. Fortè enim iis quidem neceſſaria Democratiã magis quã Oligarchia, iis autem hæc magis quam illa. Poſt hoc autem quo modo oportet inſtituere volentem has politias, dico autem Democratias ſecũdum vnamquãq; ſpeciem, & iterum Oligarchias tandem autem poſt hæc oĩa qñ fecerimus breuiter, contingentem memoriam, tentandum ſuperuenire quæ corruptiones & quę ſaluationes politiarum, & cõmuniter & ſigillatim vniuſcuiuſq;, & propter quas cauſas hæc maximè fieri nata ſunt.

LECTIO. II.

Ius quidem igitur quod eſſe plures politias cauſa, quia omnis ciuitatis ſnnt partes plures numero. Primo quidem.n.ex domibus compoſitis videmus omnes ciuitates. deinde rurſus huius multitudinis hos quidem opulentos neceſſarium eſſe, hos autem egenos, alios autem medios: & opulétorum autem & egenorum, hic quidem arma exercens, hic autem ſine armis, & hunc quidem populum videmus agricultores eſſe, hunc autem circa forum occupatos, hunc autem banauſum. Et inſignium ſunt differentiæ & ſecundum diuitias & magnitudines ſubſtantiæ: puta ſecundum nutritiones equorum, hoc enim non facilè non diuites facere, propter quod quidem in antiquis temporibus qui buſcunq; ciuitatibus in equis potentia erat, Oligarchiæ apud iſtos erant, vtebantur autem ad bella equis ad vicinos velut Eretrij, & Chalcidij, & Magnetes qui ſub Meandro, & aliorum multi circa Aſiam. Adhuc cum iis, qui penes diuites differentijs ſunt, hæc quidem ſm genus, hæc autem ſm virtutem, & ſiquid vtique tale alterum dictum eſt eſſe ciuitatis pars, in eo quæ circa Ariſtocratiam: ibi enim diuiſimus ex quot partibus neceſſarijs eſt omnis ciuitas. Harum enim partium aliquando quidem omnes participant politia, aliquando autem pauciores, aliquando autem plures. Manifeſtum igitur quòd plures neceſſarium eſt eſſe politias ſpecie differentes ab inuicem, etenim hæ partes differunt ſpecie a ſe ipſis. Politia quidem enim principatuum ordo eſt, hunc autem diſtribuunt omnes vel ſecundum potentiam participantium, vel ſecundum quandam ipſorum communem æqualitatem, dico autem puta egenorum vel opulentorum vel communem quandam ambarum. Neceſſarium ergo politias eſſe tot quot quidem ordines ſecundum excellentiam ſunt, & ſecundum differentias partium. Maximè autem videntur eſſe duę quemadmodum de ventis dicitur, ij quidem Auſtrales, ij quidem Boreales, reliqui autem horum prætergreſſiones, ſic & politiarum duæ, Populus & Oligarchia, Ariſtocratiam enim, ponunt ſpeciem Oligarchiæ tanquam exiſtentem quandam Oligarchiam, & eam quæ vocatur Politia Democratia, ſicut in ventis Zephyrum quidem Boreæ, Auſtri autem Eurum: Similiter autem habet & circa Harmonias vt aiunt quidam, etenim ibi ponunt duas ſpecies Doriam & Phrygiã, aliàs autem coordinationes has quidem dorias, has auté phrygias vocant. Maximè quidem igitur conſueuerunt ita exiſtimare de politijs, verius autem & melius vt nos diuiſimus duarum aut vnius exiſtentis benè inſtitutæ, aliàs eſſe tranſgreſſiones, has quidem benè contemperatæ Harmoniæ, has autem optimæ politiæ, Oligarchias quidem eas quæ duriores & magis deſpoticæ, remiſſas autem & molles, democticas. Non oportet autem poni Democratiam ſicut conſueuerunt, quidam nunc ſimpliciter ita, vbi dominans multitudo etenim in Oligarchijs & vbiq; amplior pars dominans, neq; Oligarchiam vbi domini politiæ pauci, ſi enim eſſent qui omnes mille & trecenti & horum ipſi mille diuites, & non traderent de principatu ipſis trecentis & pauperibus liberis exiſtentibus, & quantum ad alia ſimilibus, nullus vtique diceret democratizare iſtos. Similiter autem & ſi pauperes quidem pauci eſſent, valétiores autem diuitibus pluribus exiſtentibus. nullus vtiq; Oligarchiã appellaret, neq; talé ſi alijs exiſtétibus diuitibus

E non attineret honorem. Magis igitur dicendum quod Demos quidem eſt qñ liberi fuerint domini: Oligarchia autem, qñ diuites, ſed accidit hos quidé, plures eſſe, hos autem paucos: liberi quidem.n.multi, diuites autẽ pauci, etenim vtiq; ſi ſecundum magnitudinem diſtribuetur principatus, ſicut in Æthiopia aiunt quidam, vel ſecundum pulchritudiné, Oligarchia vtique eſſet: pauca enim multitudo & pulchrorum & magnorum, ſed neque iis ſolum ſufficienter habet determinare politias has. Sed quoniam partes plures & populi & Oligarchiæ ſunt, adhuc diſtinguendum; tanquam neq; ſi liberi pauci exiſtentes, pluribus & non liberis principentur, Demos, velut in Apollonia quæ in Ionio & in Thera. In vtraque enim harum ciuitatum in honoribus erant qui diſſetebant ſecundum ingenuitatem, & primi obtinentes vicinias, pauci exiſtentes multorum, neque vtique diui-

F tes propter excedere ſecundum multitudinem Demos. velut in Colophone antiquitus ibi non poſſidebant magnam ſubſtantiam qui plures antequam fieret bellum aduerſus Lydos; ſed eſt Democratia quidem quando liberi & egeni plures exiſtentes domini fuerint principatus, Oligarchia autem quando diuites & nobiliores pauci exiſtentes. Quod quidem igitur politiæ ſunt plures & propter quam cauſam dictum eſt.

LECTIO. III.

Quod autem & plures dictis, & quę, & propter quid, dicimus, principiũ ſuméntes dictũ prius. Confitemur.n.non vnam parté, ſed plures habere oém ciuitaté. Sicut igitur ſi animalis vellemus accipere ſpecies primo quidé vtiq; ſegregaremus, quod quidem neceſſarium habere omne aial, velut quidam ſenſitiuorum & quod alimenti elaboratiuum & ſu-

G ſceptiuum: puta os & ventrem. Adhuc autem quibus mouetur partibus vnũquodq; ipſorum. Si itaq; tot ſpecies ſolorum aũt horum eſſent differentiæ, dico aũt puta oris quædam plura genera, & vétris, & ſenſitiuorum, Adhuc aũt & motiuarũ partium, numerus cõiugationis horum ex neceſſitate faciet plura genera animalium. Nõ enim poſſibile eſt idem animal habere plures oris differentias, ſimiliter aũt neq; aurium. Quare qñ acceptę fuerint horum oẽs cõtingentes cõbinationes, facient ſpecies animalis, & tot ſpecies animalis quot quidem coniugationes neceſſariarum partium ſunt. Eodem aũt modo & dictarum politiarum, etenim ciuitates non ex vna ſed ex multis partibus cõponuntur, ſicut dictum eſt ſępe. Vna quidem igitur eſt quę circa alimentũ multitudo, quę vocatur agricolæ, ſecunda autem quæ vocatur banauſa, eſt

H autem hæc quæ circa has artes ſine quibus ciuitatem impoſſibile eſt habitari. Harum autem artium has quidem ex neceſſitate oportet exiſtere, has autem ad delitias, vel benè viuere. Tertia autem quæ circa forum, dico autem foralem quæ circa venditiones & emptiones & negociationes, & campſorias demoratur. Quarta autem quod mercenarium. Quintum autem genus quod propugnans quòd iis nihil minus neceſſarium eſt exiſtere, ſi debeant non ſeruire inuadentibus. Nihil enim minus impoſſibilium quàm dignum eſſe vocare ciuitatem natura ſeruam: per ſe ſufficiens.n.eſt ciuitas, quòd autem ſeruum non per ſe ſufficiens. Propter quod quidam in politia leuiter hæc, non ſufficienter autem dictum eſt. Ait.n.Socrates è quatuor neceſſariiſſimis componi ciuitatem, dicit autem hos, textorem, agricolam, coriarium, ædificatorem.

ædificatorem. Rurſum autem apponit tanquã non neceſſariis iis Aerariũ, & eos qui ſupra neceſſaria pecora. Adhuc autem negotiatorem & campſorem: & hęc omnia fiunt complementum primæ ciuitatis, tanquã gratia neceſſariorum omnis ciuitas ſit conſtituta, ſed non boni qui magis æqualibusque indigeat ærariis & agricolis. Partem autem propugnantem non prius attribuit anteꝗ regione creſcente, ac tangente vicinos ad bellum inſtituantur. At vero & inter quatuor & quotcũq; cõmunicantes neceſſarium eſſe aliquid reddentẽ & iudicantem ꝙ iuſtum: ſiquidem igitur, & aiam ponat vtiq; quis magis partem animalis quam corpus, & ciuitatum magis talia ponendum quam ea quę ad neceſſariũ vſum tendunt, ſcilicet bellicum & quod participat iuſtitia diſceptatiua. Adhuc autem quod conſiliatur, quod quidẽ eſt intellectus politici opus, & hæc ſiue ſeparatim exiſtant aliquibus, ſiue eundem: nihil enim differt ad rationem: ditari & agros colere accidit eiſdem ſæpe. Quare ſi quidem & hoc & illa ſunt ponenda partes ciuitatis manifeſtũ quod & qui ad arma neceſſaria ciuitatis pars eſt. Septima aũt quæ ſubſtantiis miniſtrat, quam vocamus opulentos. Octaua aũt Demiurgica ſi populi inſtitutiua & quę circa principatus adminiſtratiua: ſiquidẽ ſine principatibus impoſsibile eſſe ciuitatem. Neceſſarium igitur eſſe aliquos potentes principari & adminiſtrãtes vel continue vel ſecundum partem ciuitati hac adminiſtratione. Reliqua autem de quibus determinauimus perfecte, quod conſiliabitur, & conuincat altercantibus de iuſtis: ſiquidem igitur hæc oportet fieri in ciuitatibus, & bene fieri, & iuſte, neceſſarium & aliquos politicorũ eſſe principantes virtute. Alias quidem igitur potentias videtur multis cõtingere exiſtere eiſdem. puta eoſdem eſſe propugnantes, & agricolas, & artifices, adhuc autẽ conſiliantes & iudicantes. Informantur autẽ & virtute oẽs, & plurimis principatibus principari putant poſſe, ſed pauperes eſſe & diuites eoſdem impoſſibile eſt: propter quod hæ partes maxime eſſe videntur ciuitatis diuites & egeni. Adhuc autẽ propterea quod vt in pluribus, ij quidem pauci ſunt, ij autem multi; hæ videntur cõtrarię partes partium ciuitatis, vt & politiæ ſecundũ exceſſus harum conſiſtant, & duæ politiæ videntur eſſe Democratia & Oligarchia. Quod quidem igitur ſint politiæ plures & propter quas cauſas, dictum eſt prius.

LECTIO IIII.

QVod autẽ ſint & Democratiæ ſpecies plures & Oligarchiæ dicamus, manifeſtũ autẽ hoc & ex dictis. Species enim plures populi & dictorũ inſignium ſunt: puta populi quidem species vna quidem agricolæ, altera autem quæ circa artes. Alia autem foralis quæ circa emptionem & venditionẽ verſatur. Alia autem quæ circa mare, & hæc quidẽ bellica, hæc autem pecuniatiua, hæc autem vectiua, hæc autẽ piſcatiua. In multis enim locis ſingula horũ multę turbæ, puta piſcatores quidẽ in Tarento & Bizantio, Triericale aũt Athenis, negociatiuum aũt in Egina & Chio, tranſuectiuum autẽ in Tenedo. Adhuc autem quod manuale & quod modicam habet ſubſtãtiam vt non poſſit vacare. Adhuc quod quidẽ ex ambobus ciuibus liberũ & vtiq; ſiquæ talis alterius multitudinis ſpecies. Inſignium autem diuitiæ, nobilitas, virtus, diſciplina, & iis ſimilia dicta ſecundum eandẽ differentiam. Democratia igitur eſt prima quidẽ quæ dicitur maxime ſecundum

A æquale, æquale enim ait lex talis Democratiæ nihil magis exiſtere egenis, vel diuitibus, neque dominos eſſe vtroſcũq; ſed ſimiles ambos. Siquidẽ. n. libertas maxime eſt in Democratia, ſicut exiſtimant quidã, & æqualitas ſic vtiq; erit maxime communicantibus oĩbus maxime politia ſimiliter. Qm̃ autem amplior populus, dominans autem quod viſum fuerit pluribus, neceſſe Democratiam eſſe hanc: vna quidẽ igitur ſpecies Democratiæ hæc, alia aũt ꝙ principatus ſint ab honorabilitatibus & breuibus exiſtẽtibus iis. Oportet aũt ei qui poſſidet poteſtatem eſſe participandi, & carentem nõ participare. Altera ſpecies Democratiæ, oẽs quidẽ eſſe principariũ, ſi ſolũ ſit ciuis, principari aũt legem. Altera autẽ ſpecies Democratiæ, alia quidem eſſe eadem, dominans aũt eſſe multitudinem & non legem, hæc autẽ fit qñ ſententiæ fuerint dominæ, ſed nõ lex. Accidit autem hoc propter B demagogus, in quibus quidem. n. quæ ſecundũ legem Democratizant non fit demagogus. Sed optimi ciuium ſunt in præeminentia, vbi autem leges nõ dominantur, hic fiunt demagogi. Monarchus. n. fit populus cõpoſitus vnus ex multis. Ipſi enim multi ſunt domini, nõ vt vnuſquiſq; ſed omnis. Quale aũt dicat Homerus nõ bonam eſſe multi dominationem: vtrum hanc vel quãdo plures ſunt qui principantur vt vnuſquiſq; incertum, talis igitur populus veluti monarchus exiſtens quærit monarchizare, quia non ſubiicitur ſub lege, & fit deſpoticus. Quare & adulatores honorati: & eſt populus iſte proportionaliter tyrãnidi monarchiarũ. propter quod & mos idem & ambo deſpotica meliorum & ſententiæ ſicut ibi præcepta, & demagogus & adulator idẽ & proportionaliter: & maxime aũt vtiq; apud vtroſq; valent. Adulatores quidem apud tyrannos. Demagogi autem C apud populos tales. Sunt aũt iis cauſa vt ſententiæ ſint dominæ, ſed non leges, omnia reducentes ad populum. Accidit. n. ipſis fieri magnos propter populũ quidẽ eſſe dominum omnium, opinionis autẽ populi hos, ſuadetur enim multitudo iis. Adhuc autem qui principatus accuſant aiunt oportere populum iudicare, hic aũt gaudenter recipit aduocationem. Quare diſſoluuntur oẽs principatus. Rationabiliter autẽ vtiq; videbitur increpare qui dicit talem eſſe Democratiã non politiam, vbi enim non principantur leges non eſt politia. Oportet enim legem quidem principari oĩum: De ſingularibus aũt principatus & politiam iudicare. Quare ſiquidẽ eſt Democratia vna politiarum. Manifeſtũ quod talis inſtitutio in qua ſententiæ omnia diſpẽſant, neq; Democratia proprie, nullam. n. ſententiam contingit eſſe vniuerſalem. Species quidem igitur Democratiæ determinatæ D ſint hoc modo. Oligarchię autem ſpecies, vna quidem eſſe principatus ab honorabilitatibus tãtis, vt egeni nõ participent, cum ſint plures. Licere aũt poſſidenti participare politia. Alia autem qñ ab honorabilitatibus immẽſis ſunt principatus & eligunt ipſi eos qui deficiũt. Siquidem igitur ex omnibus iis hoc faciãt, videtur hoc eſſe magis Ariſtocraticum. Si autem ex aliquibus determinatis Oligarchicum. Altera ſpecies, Oligarchię quando puer pro patre vnus fit. Quarta autem quãdo extiterit quod nunc dictũ eſt, & principetur non lex, ſed principes & eſt conuertibilis hoc in Oligarchiis, ſicut tyrannus in monarchiis, & de qua diximus vltima Democratia in Democratiis, & vocãt talem Oligarchiã potentatũ. Oligarchiæ quidẽ igitur ſpecies tot & Democratię.

LECTIO V.

NOn oportet autem latere q; in multis locis accidit vt politia quidem quæ ſm leges non ſit Democratia, ꝓpter aſſuetudiné autem & modum politizet & Democratizet. Similiter autem rurſum apud alios enim quædam quæ ſecũdum leges politiam eſſe magis Democraticam. Aſſuetudinibus autem & modo Oligarchizaret magis. Accidit auté hoc maxime poſt tranſmutationes politiarum, non enim ſtatim tranſmutantur, ſed amant in primis paulatim rapientes ex inuicem, vt leges quidem permaneant quæ prius extiterunt, obtineant autem quæ tranſmutant po litiam. Quot autem ſunt tot ſpecies Democratię & Oligarchiæ ex ipſis quæ dicta ſunt, manifeſtũ: neceſſe enim aut omnes dictas partes populi cõmunicare politia, aut has quidem, has autem non. Quãdoquidé igitur quod agricultiuum & quod poſſidet mediocré ſubſtantiam fuerint dominans politiæ, politizant ſecundum leges, habent enim viuere laborantes, non poſſunt autem vacare. Quare legem ſcientes conuocant neceſſatiſſimas congregationes, aliis autem participare licet, cum poſſideant honorabilitatem determinatam à legibus: propter quod omnibus poſſidẽtibus licet participare. Vniuerſaliter quidem enim nõ licere omnibus, Oligarchicum: licere autem vacare impoſſibile non exiſtentibus prouentibus. Hæc quidem igitur vna ſpecies Democratiæ propter cauſas has. Altera aũt ſpecies propter cõſequentem electionem, eſt enim & omnibus licere non refutatis ſecundum genus, participare tamen potẽtibus vacare: propter quod quidem in tali Democratia leges principantur propter non eſſe prouentũ. Tertia auté ſpecies omnibus licere quicunq; liberi fuerint participare politia, non tamen participare propter prædictam cauſam. Quare neceſſarium & in hac principari legem.

Quarta auté ſpecies Democratiæ temporibus vltimo in ciuitatibus facta. Quia.n. factæ ſunt ciuitates maiores multo quã à principio & prouentus exiſtũt & opulentiæ, participãt quidem omnes politia propter exceſſum multitudinis, cõmunicãt autem & politizant quia poſſunt vacare etiam egeni accipientes mercedem, & maxime autem vacat talis multitudo, neq; enim impedit ipſos, neq; propriorum cura, diuites impedit autem vt ſæpe non cõmunicent cõgregationi, neq; ei quod eſt iudicare: propter quod fit multitudo egenorum dominans politiæ, ſed non leges. Species quidé igitur Democratiæ, tot & tales propter has neceſſitates ſunt. Oligarchiæ autem quando quidem plures habent ſubſtantiã, minorem autem & non multam valde, primæ Oligarchiæ ſpecies eſt, faciunt.n. poteſtatem principandi poſſidenti: & propter multitudinem eſſe participantium politeumate neceſſe nõ homines, ſed legé eſſe dominans. Quãto.n. vtiq; plus diſtant à monarchia, & neq; tantũ habeant ſubſtantiã vt vacent negligentes, neq; tam modicam vt nutriantur à ciuitate, neceſſe legem velle ipſis principari, ſed non ipſos. Si autem vtiq; pauciores ſunt qui ſubſtantias habent quàm qui prius, ampliorem aũt ſecundæ Oligarchiæ fit ſpecies: magis enim potentes ſupergredi volunt, propter quod ipſi quidem eligunt ex multis eos qui ad politeuma admittuntur. Quia autem nõdum ſic fortes ſunt vt ſine lege principentur, legem ponunt talem: ſi aũt inualuerint pauciores exiſtẽtes habere maiores ſubſtantias, tertius gradus fit Oligarchiæ

E ſcilicet per ſe ipſos principatus habere, ſecũdum legem autem præcipientem, morientium filios ſuccedere. Qñ autem iam plus inualuerint ſubſtãtiis & multis amicis prope talis potentatus monarchia eſt, & domini fiunt homines: ſed non lex: & quarta ſpecies Oligarchiæ hæc eſt, conuertibilis vltimæ Democratiæ.

LECTIO VI.

ADhuc autem ſunt duæ politię prętet Democratiam, & Oligarchiam, quarum alteram quidé dicunt omnes & dicta eſt quatuor politiarum ſpẽs vna, dicũt aũt quatuor, monarchiã, Oligarchiam, Democratiam. quartam vero vocatam Ariſtocratiam. quinta autem eſt quæ appellatur communi nomine omnium, politiam enim vocant, ſed quia non ſæpe fit, latet tentantes enumerare ſpecies politiarũ, & vtũtur quatuor ſolum ſicut Plato in politiis. Ariſtocratiam F quidé igitur bene habet vocare, de qua pertractauimus quidem in primis ſermonibus, eam enim quæ ex optimis ſimpliciter politicam ſecundum virtutem, & nõ ad hypotheſim aliquam bonorum virorum, ſolam iuſtum appellare Ariſtocratiam. In ſola enim ſimpliciter idem vir & ciuis bonus, bonus eſt. Qui auté in aliis boni, ad politiam ipſorum ſunt. Sed ſane ſed ſunt aliquę ad Oligarchizatas habent differentias, & vocantur Ariſtocratiæ & ad vocatam politiam. Vbi vero non ſolum, reſpectu diuitiarum, ſed & reſpectu virtutis eligunt principatus, hæc politia differt ab ambabus, & Ariſtocratica vocatur, etenim in non facientibus cõmunem cauſam virtutis ſunt tamen quidam approbati, & qui videntur eſſe Epiices, vbi igitur politia reſpicit ad diuitias & virtutes & populum velut in Carchedonia, hęc Ariſtocratica eſt: in quibus ad duo ſolum, vt quæ Lacedæmoniorum ad virtutem & populum, & eſt mixtio horum G duorum Democratiæ & virtutes. Ariſtocratiæ quidem igitur præter primam optimam politiam, hæ duæ ſpecies, & tertia, quæcunq; eius quæ vocatur politia inclinantur ad Oligarchiam magis.

LECTIO VII.

REliquum auté eſt nobis de nominata politia differentiæ & de tyrannide. Ordinauimus autem ſic non exiſtenté, neq; hanc trãſgreſſioné neq; aſſignatas Ariſtocratias, quia ſm veritaté quidé oẽs ſunt vitiatę à rectiſſima politia. Deinde dinumerantur cum iis. Suntq; ipſarum hæ tranſgreſſiones, ſicut in iis, quæ à principio diximus. Vltimo aũt de tyrannide rationabile eſt facere mentioné, quia omniũ minime politia hæc eſt, nobis autem eſt methodus de politia. Propter quam quidem igitur cauſam & ordina- H tum eſt, hoc modo, dictum eſt. Nunc autem oſtẽdendũ eſt nobis de politia. Manifeſtiſſima enim potẽtia ipſius determinatis iis quę de Oligarchia & Democratia, eſt enim politia, vt ſimpliciter eſt dicere, mixtio Oligarchiæ & Democratiæ, Conſueuerunt autem vocare declinantes quidem vt ad Democratiam, politias. Declinantes autem ad Oligarchiã magis, Ariſtocratias, quia magis aſſequitur diſciplina & nobilitas opulentioribus. Adhuc autem videntur habere opulenti quorum gratia iniuſta agũt iniuſti, vnde & Caluſagathus, & inſignes hos ꝓpellãt. Qñ igitur Ariſtocratia vult excellentiam attribuere optimis ciuium, & Oligarchias eſſe aiunt ex Caluſagathis magis, vidẽtur autem eſſe impoſſibilium ciuitatem Ariſtocratizantem non bene legibus diſponi, ſed

ni,ſed male gubernatam, ſimiliter autem & Ariſtocratizari eam quæ non bene legibus diſponuntur, non eſt autem bona legum diſpoſitio,bene poni leges, nõ obedire autem. propter quod vnam quidem bonam legum diſpoſitionem exiſtimandum eſſe,obedire poſitis legibus,alteram autem bene poni leges quibus immaneāt. Eſt enim obedire & bene poſitis, hoc aũt contingit dupliciter,aut enim optimis contingentium ipſis, aut ſimpliciter optimis, videtur autem Ariſtocratia quidē eſſe maxime honorem diſtribui ſm virtutem, Ariſtocratiæ quidem enim terminus,virtus. Oligarchiæ autem diuitiæ. Democratiæ autem libertas, hæc aũt quodcunq; videatur pluribus in oĩbus exiſtit: Etenim in Oligarchia & in Ariſtocratia & in Democratia, quodcunq; videatr maiori parti participantium politia,hoc eſt dominans, In plurimis quidem igitur ciuitatibus politiæ ſpecies vocatur,ſolum enim mixtio coniecturat diuitũ & pauperum diuitias & libertatem: ferè enim apud plurimos qui opulenti caloncagathon vñt tenere regionem. Qm̃ autem tria ſunt quæ altercantur de æqualitate politiæ, libertas,diuitiæ,virtus. Quartum enim quod vocant ingenuitatem aſſequitur duobus. Ingenuitas enim eſt virtus & diuitiæ antiquę, manifeſtum quod mixtionē,quidem duorum.ſ.opulentorum & egenorum politiam dicendum,trium autem Ariſtocratiam maxime aliarum, præter veram & primam,quod quidē igitur ſint & aliç ſpecies politiæ præter monarchiam & Democratiã, Oligarchiam dictum eſt,& quales hæ, & quid differunt inuicem Ariſtocratiæ & politiæ ab Ariſtocratia, & quod non ab inuicem longe,manifeſtum.

LECTIO VIII.

QVo aũt modo ſit pręter Democratiam & Oligarchiã quę vocatur politia,& qualiter ipſam oportet inſtitui dicimus conſequenter dictis, ſimul autem palam erit & quibus determināt,Democratiam & Oligarchiam. Sumendum.n. horum diuiſionem:deinde ex iis,ex vtraq;, velut ſymbolum accipientes componendum. Sunt aũt termini tres compoſitionis & mixtionis, aut.n.vtrunq; ſumendum quæ vtriq; lege ſtatuunt, puta de eo quod eſt iudicare. in Oligarchiis quidem.n.opulentis damnum ordinant ſi non diſceptent, egenis autem nullam mercedem.In Democratiis autem egenis quidem mercedem,opulentis autem nullum damnum.Commune aũt & medium horum ambo hæc.propter quod & politicum, mixtum eſt enim ex ambobus. Vnus quidē igitur iſte cõbinationis modus.Alterum autem accipere medium eorũ quę vtriq; ſtatuunt.puta congregationes fieri,ij quidem ab honorabilitate nulla vel parua omnino, ij autem ab immenſa honorabilitate.Cõmune autem neutrũ, ſed media honorabilitas vtriuſq; horum.Tertium aũt ex duabus inſtitutionibus, hæc quidē ex Oligarchica lege, hęc autem ex Democratica.Dico aũt, puta videtur Democraticum quidem eſſe, ſortiales eſſe principatus, eligibiles autem Oligarchicum. Et Democraticum quidē qui nõ ab honorabilitate Oligarchicum aũt qui ab honorabilitate.Ariſtocraticum igitur & politicũ ex vtraque, vtrũque accipere,ex Oligarchia quidē eligibiles facere principatum,ex Democratia autem quod non ab honorabilitate.Modus quidem igitur mixtionis iſte. Eius autem quod eſt bene miſceri Democratiam & Oligarchiã terminus,quando contingit dicere eandem politiam, De-

A mocratiam & Oligarchiam:palam enim quod hoc patiuntur dicentes propter mixtas eſſe bene. Patitur autē hoc & medium, apparet enim vtrunquē extremorum in ipſo,quod quidem accidit circa Lacedęmoniorũ politiam, multi enim conanť dicere tanq̃ Democratia exiſtēte, quia Democratica multa ordo habet, puta primo quod circa alimentum puerorum, ſimiliter enim qui diuitum nutriuntur iis, qui pauperum & erudiũtur, hoc modo vtiq; quo poſſent & pauperum pueri. Similiter aũt & in habita ætate, & cum viri fuerint eodem modo. Nullo enim diſtinctus diues & pauper, ſic quæ circa alimentum eadem omnibus in conuiuiis & veſtimentum tale diuitēs quale vtiq; præparare poſſet & pauperum aliquis quicunq;. Adhuc eo quod duos maximos principatus,hunc quidem eligat populus, hoc autem participet.Senes quidem enim eligunt, ephoria autem parti B cipant.Alij autem Oligarchiam,quia multa habet Oligarchica, puta quod omnes ſunt eligibiles & nullus ſortialis & quod pauci ſunt domini mortis & fugæ, & alia talia multa.Oportet autem in politia mixta bene,videri vtranq; eſſe,& neutrum,& ſaluari per ſeipſam, non eo ꝙ plures extrinſecus ſint,qui volunt. erit enim vtiq; & prauæ politiæ hoc exiſtens, ſed eo quod neq; vtiq; velit politiam alteram nulla partium politiæ totaliter. Quo quidem igitur modo videtur conſiſtere politia. Similiter autem & putatæ Ariſtocratiæ nunc dictum eſt.

LECTIO IX.

DE tyrānide aũt erat reliquum nobis dicere, nõ quaſi ſit multa ſermocinatio circa ipſam, ſed vt accipiat quis methodi partem, qm̃ & hunc ponimus politiarũ quandã partem. De regno quidē igitur determinauimus in primis ſermonibus, in qui C bus de eo qđ maxime dř regnum fecimus conſiderationem. vtrum inexpediēs vel expediat ciuitatibus, & quã & vnde oportet conſiſtere & qualiter. Tyrannidis autē ſpecies duas quidem diuiſimus in quibus de regno conſiderauimus. propter potentiam ipſarũ vergere aliqualiter & ad regnum propter ſecundum legem eſſe ambos hos principatus, In quibuſdam enim Barbarorum eligunt imperatores, monarchos, & olim apud antiquos græcos fiebant quidem monarchæ iſto modo quos vocabant Eſymnetas, habent autem hæ quaſdam ad inuicē differentias, erant autem propterea quod ſecundum legem regales & quia monarchizabant voluntariis, tyrannice aũt propter deſpotice principari, & ſecundum ſuã ſententiam. Tertia autem ſpecies tyrannidis quæ quidē maxime videtur eſſe tyrannis conuertibilis exiſtens, ei qui omnimode regnum: tale autem neceſſarium tyran D nidem eſſe monarchiam quæ eſt incorrigibilis principatus ſimilium & meliorum omnium ad proprium ſiue conferens, ſed non ad id quod ſubiectorum: propter quod inuoluntarius. Nullus enim voluntarius liberorum, ſuſtinet tale principatum. Tyrannidis quidem ſpecies hæ & tot propter dictas cauſas.

LECTIO X.

QVæ autem ſit optima politia, & quę optima vita plurimis ciuitatibus, & plurimis hominũ neq; ad virtutem comparandum eſſe ſup idiotas neque ad diſciplinam qua natura indigēt, & ſucceſſu fortunali, neque ad politiam ſecundum votum factã, ſed ad vitã poſſibilem communicari plurimis, & ad politiã qua plurimas ciuitates contingit participare

ticipare, etenim quas vocāt Ariſtocratias de qbus nunc diximus. hæc quidem magis extra cadunt plurimis ciuitatum, hæc autem appropinquant ei quæ vocatur politia: propter quod de ambabus & de vna dicendum. Iudicium enim de omnibus iis ex eiſdem elementis eſt. Si enim bene in Ethicis dictum eſt, felicem vitam eſſe eam quæ ſecundum virtutem non impeditam, medietatem autem virtutem, neceſſarium mediam eſſe vitam optimam. Medietatis autem contingentis ſortiri à ſingulis. Eoſdem autem terminos, hos neceſſarium eſſe, & ciuitatis, virtutis & malitiæ, politia enim vita quędam eſt ciuitatis. In omnibus itaq; ciuitatibus ſunt tres partes ciuitatis, ij quidem opulenti valde, ij autē egeni valde, ij aūt tertij qui medij horū. Quoniam igitur cōceditur quod mediocre, optimum, & quod medium: manifeſtū quod bene ſortuitorum poſſeſſio quę media, optima omniū. Facillima enim rationi obedire. ſuper pulchrum, aut ſuper forte, aut ſuper ingenuum, aut ſuper diues, aut contraria iis ſuper egenum, aut ſuper debilē, aut valde vile, difficile rōnem ſeqni. Fiunt enim, ij quidem iniuriosi & in magnis iniqui magis, ij aūt aſtuti, & in paruis iniqui valde. Iniuriatum autem hæ qnidē fiunt propter iniuriam, hæ autem propter aſtutiam. Adhuc autem iſti minime amant principes, & volunt eſſe principes: hæc aūt ambo nociua ciuitatibus. Adhuc autem qui quidē ſunt in exceſſibus euſortuniorum potentiæ & diuitiarum, & amicorum & aliorū talium, ſubici neq; volunt, neq; ſciunt. Et hoc ſtatim à primordio exiſtit pueris exiſtētibus, propter delitias enim neq; doctoribus ſubici conſuetum ipſis. Qui autem ſecundū exceſſum in indigentia horū, humiles valde: vt ij qnidem principari neſciāt; ſed ſubici ſeruili principatui. ij autē ſubici quidē neq; vno principatu, ſubici autem ſecundum deſpoticum principatum, fit igitur ſeruorum & deſpotorum ciuitas ſed non liberorum. Et horum quidem inuidentium, horum autem contemnentium, quæ plurimum diſtant ab amicitia & cōmunione politica. Cōmunio enim amicabile, neq; enim in via volunt cōmunicare cū inimicis. Vult aūt ciuitas ex ęqualibus eſſe & ſimilibus quā maxime, hoc autem exiſtit maxima medijs. Quare neceſſarium optime politizare hanc ciuitatem ex quibus dicimus eſſe natura conſtitutionem ciuitatis. Et ſaluantur autem in ciuitatibus iſti maxime ciuium, neq; enim ipſi aliena deſiderant ſicut pauperes eam quę diuitum concupiſcunt. Et propterea ꝙ neq; inſidias patiuntur, neq; fraudes moliūtur, ſine periculo degunt, propter hoc bene optauit Phocylides multa medijs optima, medius volo in ciuitate eē, palam ergo ꝙ & cōio politica optima per medios. Et tales contingit bene politizare ciuitates in quibus vtiq; multū quod mediū, & valentius maxime quidem amborum. Si autem non, alterius partis, appoſitum enim facit inclinationem, & prohibet fieri cōtrarios exceſſus. Propter quod quidem Euſortunium maximum, politizantes ſubſtātiam habere mediam & ſufficientem tanquam vbi, ij quidem multa valde poſſiderunt, ij autem nihil, aut populus extremus fit, aut Oligarchia intēperata, aut tyrannis, propter ambos exceſſus, Etenim ex Democratia maxime iuuenili & ex Oligarchia fit tyrānis: ex medijs autem ex ijs qui prope multo minus. Cauſam autem poſterius in ijs, quæ circa trāſmutationes politiarum, dicemus. Quod autem quæ media, optima, manifeſtum? ſola enim ſine ſeditiōe, vbi

E enim multum quod inter medium, minime fiunt conturbationes & diſſeſsiones politiarum. Et magnę ciuitates ſunt magis ſine ſeditioīb9 propter eandē cauſam, quia multi quod medium. In paruis autem facile diuidere omnes in duo vt nullum relinquatur medium, & omnes ferè egeni, vel opulenti ſunt. & Democratiæ aūt ſecuriores ſunt Oligarchiis, & durabiliores ſunt ꝓpter medios, plures enim ſunt & magis participant honoribus in Democratiis quam in Oligarchiis, qm̄ qn̄ ſine iis multitudine inualuerint homines, mala operatio fit & pereūt cito. Signum autem oportet putare & quod optimi legiſlatores fuerunt de mediis ciuibus. Solon enim fuit de iis, ſignificat autem ex poeſi: & Lycurgus, non.n. fuit Rex: & Charondas, & ferè plurimi aliorum. Manifeſtum autem ex iis, & quod plurimæ politiæ, hæ quidem Democratiæ ſunt, hæ autem Oligarchiæ, quia.n. ſæpe in F iis paucum eſt quod medium, ſemper quicunq; exceſſerint, ſiue qui ſubſtantias habent, ſiue populus. Qui medium egrediuntur ſm̄ ſe ducūt politiam. Quare aut Democratia fit, aut Oligarchia. Adhuc autem propter ſeditiones fieri & pugnas ad inuicē populo & diuitibus, quibuſcunq; euenerint obtinere magis contrarijs, non inſtituunt communem politiā, neq; ęqualem, ſed victoriæ pręmium exceſſum politię accipiunt, & ij quidem Democratiā, ij aūt Oligarchiam faciunt. Adhuc autem & eorum qui in prędominentia fuerunt Græcię ad eam, quæ apud ipſos politiam vtiq; reſpicientes, ij quidem Democratiam in ciuitatibus inſtituerunt, ij autem Oligarchiam, non ad conferens ciuitatis intendentes, ſed ad id quod ſui ipſorum: vt & propter has cauſas aut nūquam media ſit politia, aut raro, & apud paucos: vnus enim vir, ſolos eorum qui prius in præſidatu fuerunt,
G perſuaſus fuit hunc ordinem aſſignare. Iam autem & in iis qui in ciuitatibus, extat conſuetudo neq; velle quod æquale. ſed aut principari quærere, aut obtentos ſufferre. Quæ quidem igitur ſit optima politia & ꝓp quā cauſam, ex iis manifeſtum. Aliarum autem politiarum qm̄ plures Democratias & plures Oligarchias diximus eſſe, qualem ponendum primam & ſecūdam, & hoc modo, conſequentem: per eſſe hanc quidem meliorem, hāc autem deteriorē: determinata optima non difficile videre, oportet aūt neceſſario eſſe meliorē quæ propinquiſſima huic, deteriorem aūt plus diſtantē à medio ſi non ad hypotheſim iudicet aliquis. Dico aūt ad hypotheſim quia ſæpe exiſtente alia politia magis eligibili, quibuſdam nihil prohibet expedire magis eſſe alteram politiam.

LECTIO XI.

H Quæ aūt politia quibus, & qualis, & qualibus expediat, habitum eſt dictis pertranſire. Sumēdum itaq; primo de oībus vniuerſaliter idē, oportet.n. valentiorem eſſe partem ciuitatis volentem, non volente manere politiam. Eſt autem omnis ciuitas ex quali & quanto. Dico aūt quale quidē libertatem, diuitias, diſciplinam, ingenuitatem, quantū autem multitudinis exceſſum. Contingit autem quale quidē exiſtere alteri parti ciuitatis, ex quibus partibus conſiſtit ciuitas, alij autem parti quod quantum vt plures eſſe in numero nobilibus ignobiles, & diuitibus pauperes, non tamen tantum excedere quanto, quantū deficere quali, propter quod hęc & alia comparandum. Vbi quidem igitur excedit egenorum multitudo ſecundum dictam anologiam hic nata eſt eſſe Democratia.

Siquidem

Siquidem enim agricolæ excedunt, ſit agricolarum Democratia: & vnaquæque ſpecies Democratiæ ſecundum exceſſum populi vniuſcuiuſq;. puta ſiquidem agricolarum inualuerit multitudo primam Democratiam. Si autem multitudo banauſarum & mercede agentium vltimam, ſimiliter autem & aliàs intermedias harum. Vbi autem multitudo diuitum & inſignium ſuper tendat quali, quoniam deficit quanto, hic Oligarchiam: & Oligarchiæ eodem modo vnaquęq; ſpecies ſecũdum exceſſum Oligarchicæ multitudinis. Oportet autem ſemper legiſlatorem in politia coaſſumere medios, ſiue enim Oligarchicas leges ponat oportet coniecturare medios, ſiue Democraticas adducere legibus hos: vbi autem mediorum ſupergreditur multitudo, quoniã ſimul amborum extremorum, aut etiam alterius ſolum, hic contingit politiam eſſe legalem. Nihil enim timendum ne fortè conſentiant diuites pauperibus ſuper hoc. Nunquam enim alteri volunt ſerui eſſe, cõmuniorem autem ſi quęrant, nullam inuenient aliã ab hac. In parte enim principari, non vtiq; ſuſtinebunt propter diſcredentiam ad inuicem. vbiq; autẽ Dietetes fideliſſimus, Dietetes autẽ qui medius. Quãto enim vtiq; melius politia miſceatur tanto magis manſiua. Peccant autem multi & eorum qui Ariſtocraticas volunt facere politias, non ſolum in plus attribuere diuitibus, ſed in præter audiendo populum, neceſſe enim tempore aliquando ex falſis bonis verum euenire malum. Supergreſſiones enim diuitum deſtruunt magis politiã, quã quę populi. Adhuc autẽ quęcunq; proloquutionis gratia in politijs ſapienter loquuntur ad populum, ſunt quinque numero: circa congregationem, circa principatus, circa prætoria, circa armationem, circa exercitia. Circa congregationem quidem licere omnibus congregationi intereſſe, damnum autem imponi diuitibus, ſi non interſint congregationi vel ſolum vel multò maius. Circa principatus autem, habentibus quidem honorabilitatẽ, non licere abiurare, egenis autẽ licere. circa prętoria, diuitibus quidem eſſe damnũ ſi nõ diſcutiant, egenis autem licentiã, vel iis quidem magnum, iis autẽ paruum, ſicut in legibus Charondæ. Alicubi autem licet quidem omnibus ſcriptis, congregationi adeſſe & diſcutere. Si autem ſcripti neq; conuenerint neq; diſcuſſerint imponuntur iis magna damna vt propter damnum quidem fugiant ſcribi, propter non ſcribi autem, neq; diſcutiant neque conueniant. Eodem autem modo & de poſſidendo arma & de exercitari, leges ferunt, egenis quidem enim licet nõ poſſidere, diuitibus autem damnoſum non poſſidentibus, & ſi non exercitantur, iis quidem nullum damnũ, diuitibus autem damnoſum, quatenus ij quidem propter damnum participent, ij autem propter non timere, non participent, hæc quidem igitur ſunt Oligarchica ſophiſmata legiſlationis. In Democratijs autem aduerſus hæc ſapienter obſiſtunt, egenis quidem enim mercedem acquirũt congregationi præſentibus & diſcutientibus, diuitibus autem nullum ſtatuunt damnum. Quare manifeſtum, quod ſiquis vult miſcere iuſtè, oportet quę apud vtroſq; colligere, & iis quidem mercedem acquirere, iis autem damnum, ſic enim communicabunt omnes. Illo autem modo politia fit ſolorum alterorũ. Oportet autem politiam eſſe quidem ex habentibus arma ſolis, honorabilitate autem ſecundum multitudinem; ſimpliciter quidẽ determinata, non eſt dicere tãtum exiſtere, ſed conſide-

A rantes quod quale adijcit longiſſimum, vt participantes politia ſint plures non participantibus hoc ordinare. Volunt enim pauperes etiam non participantes honoribus, quietem habere, ſi neq; aliquis moleſtet ipſos, neq; auferatur aliquid ſubſtantiæ, ſed hoc non facilè, non. n. accidit ſemper gratioſos eſſe eos qui participant politeumate, & conſueuerunt autem quãdo bellum fuerit mouere, ſi non accipiant alimentum, pauperes autem ſunt. Si autem acquirat aliquis alimentum, volunt bellare. Eſt enim politia apud aliquos non ſolum ex iis qui ſunt ad arma. Sed etiam ex iis qui fuerunt ad arma, Malienſi autem politia quidem erat ex iis, principatus autem eligebant ex militantibus, & prima autem politia in græcis fuit poſt regna ex præliantibus. Quæ quidem à principio ex equeſtribus, robur. n. & excellentiam ex equeſtribus prælium habebat, ſine coordinatione autẽ enim
B inutile quod ad arma. Experientiæ autem de talibus & ordinationes inter antiquos non erant quo in equeſtribus eſſet robur. Creſcentibus autem ciuitatibus, & iis qui in armis inualeſcentibus magis, plures participabãt politia: propter quod quidem quas nunc vocamus politias, priores vocabãt Democratias. Erant autẽ & antiquæ politiæ rationabiliter Oligarchiæ & regales, ꝓpter paucitatem enim hominum non habebant multum quod medium. Quare pauci exiſtentes multitudine & ſecundum coordinationem magis ſuſferebant ſubiici. Propter quam quidem igitur cauſam ſunt politię plures, & propter quid præter eas quæ dicuntur aliæ: Democratia autẽ non vna numero eſt, & aliarum ſimiliter. Adhuc autem quæ differentiæ, & propter quam cauſam accidit, adhuc autem quæ ſit optima politiarum dictum eſt.

LECTIO XII.

C RVrſum autem eum dixerimus & cõiter & ſigillatim de vnaquaq; dicamus de iis quæ deinceps, accipientes ipſorum principium conueniens. Sunt itaq; tres partes oĩum politiarũ de quibus oportet conſiderare ſtudioſum legiſlatorem conferens vnicuiq; quibus ſe habentibus benè, neceſſe politiam habere benè, & politias ab inuicem differre in differendo vnũquodq; horum. Eſt autem tertium horũ, vnum quidẽ aliquid quod cõſiliatur de cõibus, Secũdum autem quod circa principatus, hoc autem eſt quos oportet eſſe & quorum dominos & qualem quandam oportet fieri electionem ipſorũ. Tertium autem aliquid quod iudicat. Dominans autem eſt quod conſiliatur de bello & pace, & compugnatione, & diſſolutione, & de legibus, & de morte & fuga, & populatione, & de electione principatuum & correctionum. Neceſſarium autem aut
D omnibus dare omnia hæc iudicia, aut quibuſdam omnia velut principatui alicui vni, aut pluribus, aut alijs alia, aut quædam quidem ipſorum omnibus, quædam autẽ quibuſdam. Omnes quidẽ igitur & de omnibus democraticè, talem enim æqualitatem quærit populus. Sunt autẽ modi eius quod eſt omnes plures, vnus quidem ſecũdũ partem, ſed nõ omnes ſimul, ſicut eſt in politia Teleclei Mileſij, & in alijs autem politijs conſiliantur comprincipatus conuenientes. Ad principatus autem vadunt omnes particulariter ex tribubus & minimis partibus omnino, donec vtiq; pertranſeat per omnes, conuenire autem ſolum de legũ poſitione, & de iis quæ de politia, & reſpõſa audientes à principibus. Alius autẽ modus quod omnes ſimul. Conuenire autem ſolum ad electiones princi-

principatuum electuros & ad legiſlationes & de bello E & de pace, & ad correctiones, alia autem conſiliari principatus in ſingulis inſtituens eligibiles exiſtentes ex oĩbus vel ſortiales. Alius autem modus circa principatus & correctiones occurere ciues & de bello cõſiliaturos & compugnatione, alia autem principatus diſponere eligibiles exiſtentes quoſcunq; contingit, tales autem ſunt quoſcũq; principari neceſſarium ſciẽtes. Quartus aũt modus omnes de omnibus conſiliari, conuenientes aũt de nullo iudicare, ſed ſolum referre, quo quidem modo nunc Democratia vltima diſpenſatur, quã proportionalem dicimus eſſe Oligarchiæ poteſtatiuæ & Monarchiæ tyrannicæ. Iſti quidem igitur modi ſunt Democratici omnes. quidam autem de omnibus, Oligarchicum, habet autem & hoc differentias plures. Quando quidem enim ab honorabilitatibus mediocribus eligibiles ſunt & plures propter mediocritatis honorabilitatis & de F quibus lex vetat ne moueant, ſed ſequãtur & liceat poſſidenti honorabilitatem participare, Oligarchia quidẽ; politia autem eſt talis propter moderare. Quando autẽ non omnes eo quod eſt cõſiliari participant, ſed electi, ſecundum legem autem participant ſicut & prius, Oligarchicum. Quando autem ipſos elegunt ipſi qui domini eius quod eſt conſiliari, & quando puer pro patre ingreditur, & domini legum ſunt, Oligarchicum neceſſarium eſſe ordinem hunc. Quando autem quorundam puta belli quidem, ſicut & pacis & correctionũ omnes. Aliorum autem principes, & iſti eligibiles, vel ſortiales: Ariſtocratia eſt vel politia. Si aũt quorũdam quidem eligibiles, quorundam autem ſortiales, & ſortiales, vel ſimpliciter, vel ex præiudicatis: vel communiter eligibiles & ſortiales, hæc quidem horum ſunt politię Ariſtocraticę, hæc aũt ipſius politiæ. Diuiſum eſt quidem igitur quod G conſiliatur ad politias hoc modo: Et diſponitur q̃libet politia ſecundum dictum modum. Expedit autem Democratiæ quæ maximè eſſe videtur Democratia quæ nunc. Dico autem talem in qua dominus populus & legum eſt ad conſiliari, meliusq; ipſum facere quod quidem in prætorijs in Oligarchijs. Statuunt enim dãnum iis quos volunt iudicare vt iudicent, Demotici autem mercedem ęgenis, hæc autem & circa congregationes facere, conſiliantur enim melius cõmuniter conſiliantes omnis populus quidem cum inſignibus. Iſti autem cum multitudine. Expedit autem & eligibiles eſſe conſiliarios, vel ſortiales æquales ex partibus. Expedit autẽ ſi excedant multum ſecundum multitudinem Demotici ſuper politicos, aut non omnibus dare mercedem, ſed quot commẽſurati ad multitudinem inſignium, aut H exſortes facere plures. In Oligarchijs autem aut pręeligi quoſdam ex multitudine, aut præparantes principatum velut in quibuſdam politijs eſt quos vocant præmiſſos vel legis ſeruatores. De iis negociari de quibus vtiq; iſti præconciliauerint, ſic.n. participabit populus eo quod eſt conſiliari, & ſoluere nihil poterit eorum quæ circa politiam. Adhuc eadem ſententiare populum, aut nihil contrarium iis, qui inferuntur, aut conſiliarijs quidem tradere omnibus. Conſiliari quidem principes. Et oppoſitum autem eius quod fit in politijs, oportet facere abſoluentem quidem enim per ſententiam dominam oportet facere multitudinem. Condemnantem autem per ſententiam non dominam ſed referatur rurſum ad principes. In politijs enim contra faciunt, pauci enim abſoluentes quidem domini. Cõdemnantes autem non domini, ſed reducetur ad plures ſemper.

LECTIO XIII.

De conſiliante quidem igitur & dominãte vtiq; politiæ, determinatum ſit hoc modo. Habitum iis eſt quę circa principatus diuiſio, habet enim & hęc pars politię multas differẽtias, quot principatus, & quorum domini, & de tempore quantum vniuſcuiuſq; principatus, ij quidem enim ſex menſium, ij autem per minus, ij autem annuales, ij autem diuturniores faciunt principatus perpetuos, vel multi temporis, vel neutrum, ſed ſæpè eoſdem, vel non eundem bis, ſed ſemel ſolum. Adhuc autem circa inſtitutionẽ principatuum ex quibus oportet fieri, & à quibus, & qualiter, de omnibus enim iis oportet poſſe diuidere ſecundum quot contingit fieri modos. Deinde coaptare qualibus, quales politiæ expediant. Eſt aũt neque facilè hoc determinare, quales oportet vocare principatus: multis enim præceptoribus politica communitas indiget: propter quod quidem omnes, neque electos, neq; ſortiales ponendum principes. puta ſacerdotes primo. Hoc enim alterũ aliquid præter politicos principatus, ponendum. Adhuc & diſtributores & precones: eliguntur autem & legati. Sunt autem hæ quidem politicæ curarum, vel omnium ciuium ad quandam operationem, velut dux exercitus militantium, vel ſecundum partem Gyneconomus, vel pueronomus, ij autẽ œconomicæ, ſæpè enim eligunt frumenti menſuratores, hæ autem miniſteriales & ad quas vtique abundauerint ordinant ſeruos. Maximè autem, vt ſimpliciter eſt dicere, principatus dicendum hos, quibus enim attribuitur cõſiliari de aliquibus, & iudicare, & præcipere, & maximè hæc. præcipere.n. magis principatuum eſt. Sed hæ differunt ad oportunitates quidem nihil vt eſt dicere, non enim vnquam iudicium fuit altercantium de nomine, habent autem quoddam aliud intellectuale negocium. Quales autem principatus, & quot neceſſarij, ſi erit ciuitas, & quales neceſſarij quidem, non opportuni autem ad ſtudioſam politiam magis vtique quis dubitat ad oẽm politiam & etiã ad paruas ciuitates. In magnis enim vtique contingit, & oportet vnum ordinari ad vnum opus, multosq;.n. contingit ire ad principatum propter multos eſſe ciues, vt ſit hos quidem intermittere multo tempore, hos autem ſemel principari. Et melius vnumquodque opus ſortitur cura circa vnum intenta, quam circa multa. In paruis autem neceſſe congregare in paucos multos principatus; propter paucitatem enim hominum non facilè eſt in principatibus multos eſſe. Qui enim erũt qui hos ſucceſſiuè ſuſcipiunt iterum. Indigent autem aliquando eiſdem principatibus & legibus paruæ cum magnis. Veruntamen hæ quidem indigent ſępè eiſdem, alijs autem in multo tempore hoc accidit. propter quod quidem nihil prohibet multas curas ſimul pręcipere, non enim impediunt: & ad paucitatem hominum neceſſarium principatus velut Obeliſcolychnia facere. Si igitur habeamus dicere quot neceſſarium exiſtere omni ciuitati, & quot non, neceſſarium quidem, oportet autem exiſtere, facilè autem quis ſciens hoc colligit quales principatus congruit congregare in vnum principatum. Congruit autem & hoc, non latere quales oportet ſecundum locũ principatus de multis curare, & qualium vbique vnum principatũ eſſe dominum. puta boni ornatus eſſe, verũ

in foro

in foro quidem fori præfectum, alium anté in alio loco
vel vbiq; eundé, & vtrum ſecundum rem oportet differ
re vel ſecundum homines. Dico autem puta vnum bo-
ni ornatus, vel puerorum alium & mulierum. Et ſecun-
dum politias autem v trum differt ſecundum vnáquáq;
etiam genus principatuum, vel nihil. puta in Democra-
tia, & Oligarchia, & Ariſtocratia, & Monarchia, vtrum
idem ſint principatus quidem domini, non ex æquali-
bus, neq; ex ſimilibus, ſed alij in alijs. puta in Ariſtocra-
tijs quidem ex eruditis. In Oligarchijs autem ex diuiti-
bus. In Democratijs verò ex liberis, aut exiſtunt quidem
quidam exiſtentes, & ſecundum has differentias princi
patuum. Eſt autem vbi conferunt idem, & vbi differunt
propter hoc, hic quidem enim congruit magnos, hic eſſe
paruos eoſdem. Non ſolum, ſed & ſingulares quidem
ſunt, velut qui præconſulum: hic enim non Democra-
tijs. Conſilium autem Democraticum: oportet enim
quidem eſſe aliquid tale, cui cura erit populi præconſi-
liari, quatenus non vacans erit, ij autem cum pauci nu-
mero ſint, præconſules autem paucos neceſſarium eſſe
multitudine. Quare Oligarchicum, ſed vbi ambo idem
principatus præconſules inſtituuntur ſuper cõſiliarios:
Conſiliarius quidem enim Democticum, præconſul auté
Oligarchicum. Diſſoluitur autem & conſilij potentia
in talibus Democratijs, in quibus ipſe propter conue-
niens tractat de omnibus, hoc autem accidere conſueuit
quando penuria aliqua fuerit, vel merces conuocatis:
Vocantes enim colliguntur ſæpè, & omnia ipſi iudicãt.
Pueronomus aũt & mulieronomus & ſiquis alius prin-
cipans dominus eſt talis curæ, Ariſtocraticũ, Democra-
ticum autem non. Quomodo enim poſſibile prohibe-
re exire eas quæ egenorum, neq; Oligarchicorum, delitian
tur enim quæ Oligarchizantium. Sed de iis quidem in
tantum dictum ſit nunc.

LECTIO XIIII.

CIrca inſtitutiones autem principatuum tentan-
dum à principio pertranſire: ſunt autem differé
tiæ in tribus terminis quibus compoſitis neceſ-
ſarium oẽs acceptos eſſe modos. Eſt auté trium
horum vnum quidem qui ſunt inſtituẽtes principatus,
ſecundum autem ex quibus. reliquum autem quo mo-
do, Vniuſcuiuſq; autem horum trium ſunt tres differen
tiæ, aut enim omnes ciues inſtituunt, aut quidam, aut
ex omnibus, aut ex aliquibus determinatis, puta vel ho-
norabilitate, vel genere, vel virtute, vel tali aliquo alio,
ſicut in Megaris ex condeſcendentibus & compugnan-
tibus ad populum, & hoc aut electione aut ſorte. Rur-
ſum hæc combinata. Dico autem hos quidem quidam,
hos autem omnes, & hos quidem ex omnibus, hos auté
ex aliquibus, & hos quidem electione, hos autem ſorte,
Horum autem vniuſcuiuſq; differentiæ erũt modi qua-
tuor, aut enim omnes ex omnibus electione, aut omnes
ex omnibus ſorte, & aut ex omnibus ſimul, aut diuiſim,
puta ſecundum tribus & populos & ſocietates, donec
vtique pertranſeat per omnes ciuiles, aut ſemper ex ſi-
mul omnibus, & aut hoc quidem ſic, hoc autem illo mo
do. Rurſum ſi quidam inſtituentes, aut ex oĩbus electio-
ne, aut ex oĩbus ſorte, aut ex quibuſdã electione, aut ex
quibuſdam ſorte, aut hoc quidem ſic, hoc aũt illo modo.
Dico aũt hoc quidem ex omnibus electione, hoc autem
ſorte. Quare duodecim modi fiunt exceptis duabus cõ-
binationibus, harum autem duæ quidem inſtitutiones

A Democticę, ſecundum omnia ex omnibus electione vel
ſorte fieri: aut ambarum, hos quidem ſorte, hos autem
electione principatuum. Non omnes autem ſimul qui-
dem inſtituere ex ſimul omnibus, vel ex quibuſdam,
aut ſorte, aut electione, aut ambarum, aut hos quidem
ex omnibus, hos autem ex quibuſdam amborum. Dico
autem amborum, hos quidem ſorte, hos auté electione
politicum. Et quoſdam ex oĩbus hos quidem electione
inſtituere, hos ſorte: aut amborum, hos quidé ſorte, hos
aũt electione, Oligarchicũ. magis. Oligarchicũ aũt quod
ex ambobus, ſed hos quidem ex oĩbus, hos auté ex qui-
buſdam, politicum Ariſtocratice, aut hos quidem ele-
ctione, hos autem ſorte. Quoſdam autem ex quibuſdam
Oligarchicum, & quoſdam ex quibuſdam ſorte, non fa-
ctum autem ſimiliter, & quoſdam ex quibuſdam ambo
rum, quoſdam autem ex ſimilibus omnibus non Oli-
B garchicum, ex quibuſdam autem electione omnes, Ari-
ſtocraticum. Modi quidem igitur eorũ quę circa princi-
patus, tot numero ſunt, & diuiſi ſunt ſecundum politias
ſic. Quæ autem quibus expediant, & quomodo oportet
fieri inſtitutiones ſimul cum potentijs principatuũ quæ
ſunt, erit manifeſtum. Dico autem potentiam principa-
tus velut eam quæ domina prouentum & dominam cu
ſtodiæ, alia enim ſpecies potentiæ velut ducatus exerci-
tus, & dominæ eorum qui circa forum contractuum.

LECTIO. XV.

REliquum aũt trium dicere quod iudicatiuum
de prætorijs, ſumédum aũt & horum modos
ſm eádem hypotheſim. Eſt aũt differentia prę
toriorum in tribus terminis, ex quibus, & de
quibus, & quo modo. Dico autem ex quibus quidem,
C vtrum ex quibus oĩbus, aut ex quibuſdam, de quibus au
tem quot ſpecies prętoriorum, quõ autem vtrum ſorte,
aut electione, prius igitur diuidatur, quot ſpecies præto
riorum. Sunt autem numero octo, vna quidem correcti
ua, alia autem ſiquis iniuſtè lęſerit aliquid communiũ,
alia quęcunq; in politiam ferunt, quarta & principibus
& idiotis quicunque de damnificationibus altercantur,
quinta de proprijs cõmutationibus & habentibus ma-
gnitudinem, & propter hoc quod homicidiale & quod
peregrinum. Homicidialis quidem igitur ſpecies, ſiue
inter eoſdem iudices, ſiue inter alios, ſed de iis quæ ex
præmeditatione & de inuoluntarijs, & quæcunq; con-
fitentur quidem, altercantur autem de iuſto. Quar-
tum autem quæcunq; fugientibus in deſcenſu feruntur
homicidia, velut Atheuis dicitur & quod in puteum cõ
pulit iudex. Accidit autem talia in præſenti tempore pau
D ca, & in magnis ciuitatibus, Peregrinalis autem, vnum
quidem extraneis ad extraneos. aliud extraneis ad ipſos
Adhuc autem præter omnia hæc de paruis cõmutationi
bus quæcunq; pũctalia & quinque drachmarũ & pau-
lo amplioris. Oportet enim & de iis fieri iudicium, non
incidunt autem in iudicum multitudinem, ſed de iis
quidem dimittatur, & de homicidialibus, & de peregri-
nalibus. De polirijs autem dicamus de quibus non fa-
ctis benè, ſeditiones fiunt & politiarum motus. Neceſſe
itaq; aut omnes de omnibus iudicare, diuiſis electione,
aut ſorte. Aut omnes de omnibus, ij quidé ſorte, ij auté
electione. Aut de quibuſdam eiſdem, hos quidem ſorte,
hos autem electione. Iſti quidem igitur modi quatuor
numero, tot autem & alteri qui ſecundum partem. Rur
ſum enim ex quibuſdam & iudicantes de omnibus ele-
ctione

ctione, aut ex quibuſdam de omnibus ſortè, aut hoc quidem ſortè, hoc autem electione, aut quædam prætoria de eiſdem ex ſortialibus & electis. Iſti quidem igitur ſicut dicti fueruot modi dictis. Adhuc autem eadem combinata, dico autem puta, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibuſdam, ij autem ex ambobus, velut ſi prætorij eſſent, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibuſdam, & aut ſortè, aut electioue, aut ambobus. Quot quidem Igitur contingit eſſe modis prætoria dictum eſt, horum autem prima quidem Demotica quicũque ex omnibus, aut de omnibus, ſecuoda autem Oligarchica quæcunq; ex quibuſdam de omnibus. tertia autem Ariſtocratica & politica, quæcunque ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibuſdam.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER QVINTVS

LECTIO I.

De alijs quidem igitur quæ præeligimus ferè dictum eſt de omnibus: ex quibus aũt tranſmutantur politiæ, & ex quot, & ex qualibus, & quę ſint vniuſcuiuſq; politiæ correctiones, & ex qualibus ad quales maximè referuntur, adhuc auté ſaluationes quæ ſint vniuſcuiuſq; & cõmuniter & ſigillatim. adhuc autem per quæ vtique maximè ſalnabitur politiarum vnaquæq;, conſiderandum conſequenter dictis. Oportet autem primo ſuſcipere principium quia multæ factæ ſunt politiæ, omnibus quidem cooſitentibus quod iuſtum, & quod ſecũdum proportioné ęquale. Adhuc autem peccantibus, ſicut dictum eſt & prius. Demos quidem enim ſactus eſt ex eo quod eſt æquales in quocũque exiſtentes, putare ſimpliciter æquales eſſe. Quia enim liberi ſimiliter oés, ſimpliciter æquales eſſe putant. Oligarchia autem ex eo quod eſt inæquales in quacũq; exiſtétes, exiſtimare totaliter eſſe inęquales: ſecuodum ſubſtantiam. n. inæquales, ſimpliciter inæquales exiſtimant eſſe. Deiude quidem ij tanquam æquales exiſtentes, omnibus ęqualibus volunt participare, ij aũt tanquam inęquales exiſtentes, ſupergredi quęrũt: quod enim plus, inæquale. Habét quidé igitur politiæ omnes aliquid iuſtum, vitiatæ autem ſunt ſimpliciter. Et propter hanc cauſam quando non ſecundum exiſtimationem quam fortè vtriq;, participent politia, ſeditiones faciunt. Omnium autem iuſtiſſimè quidem vtiq; ſeditiones facerent, minimè autem hoc agunt qui ſecundum virtutem differunt. Maximè enim rationabile inæquales ſimpliciter eſſe hos ſolum. Sunt autem quidem qui ſecundum geous excellétes, non dignificant æqualibus, ſeipſos propter inæqualitatem hanc: Nobiles enim eſſe videntur quibus exiſtunt progenitorum virtus & diuitiæ. Principia quidé igi͂t, vt eſt dicere, hęc & fontes, ſeditionum ſunt, vnde ſeditiones mouent, propter quod & tranſmutationes fiunt dupliciter. Quandoque quidem enim ad politiam vt ex inſtituta aliam conſtituant, velut ex Democratia, Oligarchiam aut Democratiam. Ex Oligarchia aut politiam & Ariſtocratiam, ex iis aut has ex

E illis. Quoniam autem neque ad conſtitutam politiam, ſed inſtitutionem quidem eliguot eádem, per ipſos autem eſſe volunt hanc, velut Oligarchiã & Monarchiam. Adhuc de eo quod eſt magis & minus, velut Oligarchiá exiſtentem ad magis Oligarchizari, vel ad minus ad Democratiam exiſtentem ad magis Democratizari, vel ad minus. ſimiliter etiam & in reliquis politijs, vt aut inténdantur aut remittantur. Adhuc ad partem aliquam politiæ mouere, puta priocipatum aliquem inſtituere, vel deſtruere, ſicut in Lacedæmonia, aiunt quidem Lyſandrum conatum fuiſſe diſſoluere Regnum, & Pauſaniam regem Euphoriam. Et in epidamno autem tranſmutata fuit politia ſecundum partem. pro philarchis enim conſilium fecerunt, in prætorio autem eorum oeceſſe eſt, Adhuc quis politeumate ire priocipatus cum eligitur aliquis priocipatus. Oligarchicum autem & princeps

F vnus io hac politia. Vbiq; enim propter inæquale ſeditio noo ſolum inæqualibus exiſtit proportionale, perpetuum enim regnum inæquale, ſi ſit inæqualibus. Totaliter enim æquale quærentes ſedioones faciunt. Eſt enim duplex quod æquale, hoc quidem. n. oumero, hoc auté ſecũdum dignitatem eſt. Dico autem numero quidem, multitudioe aut magnitudioe idem & æquale: ſecundũ dignitatem autem quod ratione, vt puta excedunt ſecũdum numerum quidem æquali. Tria duo, & hoc vnum, ratione autem quatuor duo, & hoc vnum, ęqualis enim pars duo ipſorum quatuor, & vnum duorum, ambo. n. dimidium. Confitentes autem ſimpliciter eſſe iuſtum quod ſecundum dignitatem, differunt, ſicut dictum eſt prius, ij quidem quia ſi ſecundum aliquid æquales ſint, æquales totaliter eſſe putant, ij auté quia ſecundum aliquid inæquales, oĩbus inæqualibus dignificant ſe ipſos.

G Propter quod & maximè duæ fiunt politiæ demos, & Oligarchia, nobilitas enim & virtus in paucis, hæc auté in pluribus. Nobiles enim & boni nuſquam centum, egeni autem in multis locis. Simpliciter autem omnino ſecundum vtrãlibet ęqualitatem ordinatum eſſe, prauũ. manifeſtum autem ex eo quod accidit: oulla enim ex talibus politijs manſiua manifeſta eſt, huius autem cauſa quia impoſſibile à primo, & eo quod in priocipio vitiato, noo occurrere in fine malum aliquod, propter quod oportet hoc quidé Arithmetica æqualitate vti, hoc auté ea quæ ſecundum dignitatem. Attamen ſecurior magis & minus ſeditioſa Democratia quam Oligarchia. In Oligarchijs quidem enim fiunt duæ, quæ adinuicem ſeditio, & adhuc quæ ad populum. In Democratijs autem quæ ad Oligarchiam ſolum, ipſi aũt populo ad ſe ipſum quod & dignum dicere, noo fit ſeditio, Adhuc auté quę

H ex medijs politia propinquior populo, quã quæ paucorum, quæ quidem eſt ſecuriſſima talium politiarum.

LECTIO II.

Quoniam autem conſideramus ex quibus ſeditiones fiunt & tranſmutationes circa politias ſumendũ vniuerſaliter prima principia & cauſas ipſorum. Sunt autem ferè (vt eſt dicere) tres oumero quas determinandum ſecundum ſe Typo primũ: oportet enim accipere qualiter ſe habentes ſeditiones mouent, & quorum gratia, & tertio quæ principio fuerint ciuilium turbationum & ſeditionum adinuicem. Eius quidem igitur quod eſt ipſos ſe habere aliqualiter ad tranſmutationem cauſam voiuerſaliter maximè ponendũ de qua iam exſtitimus dicentes. Ii quidem enim

enim æqualitatem appetentes ſeditiones mouent, ſi pu-
tant minus habere, æquales exiſtentes ſupergredienti-
bus, ij autem inæqualitatem & exceſſum, ſi exiſtimant
inæquales exiſtentes non plus habere, ſed æquale vel mi
nus, hæc autem eſt quidem appetere iuſtè. Eſt autem &
iniuſtè, minores enim exiſtentes vt æquales ſint ſeditio-
nes faciunt, & æquales exiſtentes, vt maiores. Qualiter
quidem igitur ſe habentes ſeditiones faciũt dictum eſt.
De quibus autem diſſident ſunt lucrum, & honor &
contraria iis: etenim dehonorationem fugientes & dam-
num vel pro ſe ipſis, vel pro amicis, ſeditiones faciunt in
ciuitatibus. Cauſæ autem & principia motuum, vnde
ipſi diſponuntur dicto modo, & de dictis, Sunt quidem
vt numero ſeptem exiſtentes, ſunt autem vt plures quo-
rum quidem duo ſunt eadem dictis, ſed non eodem mo
do, propter lucrum enim & propter honorem exacer-
bantur ad inuicem vt non obtineant ſibi ipſis, ſicut di-
ctum eſt prius, ſed alios videntes, hos quidem iuſtè, hos
autem iniuſtè plus habentes in his. Adhuc propter iniu
riam, propter timorem, propter exceſſum, propter de-
ſpectionem, propter excreſcentiam, propter proportio-
nem. Adhuc autem alio modo propter verecundiam,
propter paruipenſionem, propter paruitatem, propter
diſſimilitudinem. Horum autem iniuria quidem & lu-
crum quam habeant potentiã & qualiter cauſa ferè ſunt
manifeſtum. Iniuriãtibus enim iis qui in principatibus
& ſupergredientibus, ſeditiones mouent & adinuicem,
& ad politias dantes poteſtatem, ſuperacceptio autem
fit quãdoq; quidem à proprijs, qñq; autẽ à cõmunibus.
Palàm autem & honor & quid poteſt & quomodo cau
ſa ſeditionis. Et enim ipſi inhonorati, & alios videntes
honoratos, ſeditiones faciunt. Hæc autem iniuſtè quidẽ
fiunt, quando præter dignitatem aut honorãtur aliqui,
aut inhonorantur. Iuſtè autem, quando ſecundum di-
gnitatem. Propter exceſſum autem, quando aliquis po-
tentia maior aut vnus, aut plures, aut penes ciuitatem &
potentiam politeumatis. Ex talibus enim fieri conſue-
uit monarchia vel potentatus, propter quod alicubi cõ-
ſueuerunt relegare, velut in Argo & Athenis quãuis me
lius à principio: qualiter non viderunt tantũ excedẽtes,
quam poſtquã permiſerunt fieri, ſanare poſterius. Pro-
pter timorem autem ſeditiones mouent, & qui iniuſta
fecerunt timentes ne dent vindictam, & qui iniuſta paſ
ſuri, volentes præuenire antequam iniuſta patiantur, ſi-
cut in Rhodo conuenerunt inſignes contra populum
propter ſententias quę ſuperſerebantur. Propter deſpe-
ctionem & ſeditiones mouent & inſurgunt velut in
Oligarchijs quando plures fuerint qui non participant
politia. Valentiores enim putant eſſe & in Democra-
tijs opulenti contemnentes eos qui ſine ordine & ſine
principatu, velut in Thebis poſt eam quæ in œnophytis
pugnã malè politizantibus Democratia corrupta eſt, &
quæ Megateorum propter victorum inordinationem
& defectum principatus. Et in Syracuſis ante tyranni-
dem Gelonis: & in Rhodo populus ante inſurrectionẽ.
Fiunt autem & propter excreſcentiam quæ propter pro
portionem tranſmutationes politiarum, ſicut enim cor-
pus ex partibus componitur, & oportet augeri propor-
tionaliter vt maneat commenſuratio, ſi autem, non cor-
rumpitur, quando pes quidem quatuor cubitorũ, aliud
autem corpus duorum palmorum, aliquando autem
vtiq; & in alterius animalis formam tranſmutabitur, ſi

A non ſolum ſm quantitatem ſed & ſm quale creſcat pre-
ter proportionem. Sic & ciuitas componitur ex parti-
bus, quarum ſæpè latet aliqua excreſcens, velut egeno-
rum multitudo in Democratijs & politijs. Accidit autẽ
aliquando hoc & propter fortunas velut in Tarento vi-
ctis & pereuntibus multis inſignibus ab Iapygijs paulo
poſterius à Medis, Democratia facta eſt ex politia, & in
Argo iis qui in ſeptima pereuntibus à Cleomene Lace-
dæmone, compulſi amittere vernaculorum aliquos. Et
in Athenis infortunatis in campo inſignes pauciores fa
cti ſunt, quia militabant ſupputati ſub Laconico bello.
Accidit autem hoc, & in Democratijs minus autem, plu
ribus.n. egenis factis, vel ſubſtantijs augmentatis tranſ-
mutantur in Oligarchias & potentatus, tranſmutantur
autem & politiæ & ſine ſeditione propter verecundiam
ſicut in Hæ rea. Ex eligibilibus enim propter hoc fecerũt
B ſortiales, quia eligebant verecundiam paſſos. Et propter
paruipenſionem quando permittũt principatus intrare
non amicos politiæ ſicut in Horeo diſſoluta fuit Oligar-
chia principum facto Heracleodoro qui ex Oligarchia
politiam & Democratiam inſtituit. Adhuc propter id
quod penes paruum, Dico autem penes paruum quia
ſæpè latet magna facta tranſgreſſio legitimorum, qñ ne-
gligunt quod paruum. ſicut in Ambracia, paruum erat
honorabilitas, tandem autem nullius principabantur
tanquam propinquum ſit vel nihil differẽs ab eo quod.
nihil id quod paruum. Seditionale autem & quod non
eiuſdem tribus donec vtique ſimul ſpirauerunt ſicut.n.
neq; ex quacũq; multitudine ciuitas fit, ita neq; in quo
cũq; tempore. Propter quod quicũq; iam cohabitatores
ſuſceperint vel ſuperuenientes, plurimi ſeditione diuiſi
ſunt velut cum Trezenijs Achæi cohabitauerunt Siba-
C rim, deinde Achaici plures facti eiecerunt Trizenios. Vn
de odium accidit Sibaritis. Et in Thurijs Sibarite iis, qui
ibi cohabitauerunt, exigentes.n. plus habere tanq̃ ſua
regione, exciderunt. Et Bizantinis aduenæ inſidiantes de
prædati exciderunt per pugnam. Et Antiſſei. profugas de
Chio, proicientes per pugnam eiecerunt. Zanclei autem
Samios ſuſcipientes exciderunt ipſi. Et Apoloniatæ qui
in Euxino ponto aduenas ſuper inducentes, ſeditiones
paſſi ſunt. Et Syracuſani poſt tyrannica extraneos & mer
ces portantes ciues cum feciſſent, ſeditiones paſſi ſunt
& ad pugnam deuenerunt. Et Amphipolitæ ſuſcipien-
tes Chalcideorum expulſos exciderunt ab iis plurimi
ipſorum. Seditiones autem mouent in Oligarchijs qui-
dem qui multi, tanq̃ iniuſta ſuſtinentes, quia non parti
cipant æqualibus, ſicut dictum eſt prius, æquales exiſtẽ
D tes, in Democratijs autem qui inſignes, quia participãt
æqualibus non æquales exiſtentes. Seditiones aũt ſuſti-
nent aliqñ ciuitates, & propter loca, qñ non benè aptè
habet regio ad hoc quod ſit vna ciuitas velut in Clazo-
menis qui in Chytro ad eos qui in inſula. Et Colopho-
nij & Notij & Athenis non ſiſr ſunt, ſed magis Demoti-
ci ſunt qui inhabitãt ſuburbium quam qui municipiũ,
ſicut.n. in bellis penetrationes aperturarũ etiam valde
paruarum diſtrahunt acies, ita vr̃ omnis diuerſitas face-
re diſſidionem, maximum quidẽ igitur fortè diſſidentia
virtus & malitia. Deinde diuitię & paupertas, & ſic vti-
que altera magis quã altera, quarũ vna & quæ dicta eſt.

LECTIO III.

FIunt quidem igitur ſeditiones non de paruis, ſed ex
paruis, ſeditiones autem faciunt de magnis. Maximè
autem

auté & paruę inualeſcunt quando inter dominos fiunt, velut accidit in Syracuſis in antiquis temporibus:tranſmutata enim fuit politia ex duobus iuuenibus diſſidentibus in principatibus qui erant circa amoroſam cauſam, altero enim abſente, leno quidam exiſtens amicum ipſius finxit. Rurſum autem ille huic indignatus eſt, vxorem ipſius perſuaſit tanquam ipſum venire. Vnde coaſſuméres eos qui in politeumate, diuiſerunt omnes. Propter quod quidem ſubditos vereri oportet talia, & diſſoluere pręſidú & potentú diſſenſiones, in principio enim fit peccatú, principium aút dicitur eſſe dimidium totius. Quare & quod in principio paruú peccatú proportionale eſt ad ea quæ in alijs partibus. Totaliter auté inſignium diſſenſiones coaſſumere faciunt & totam ciuitaté. velut in Heſtiæa accidit poſt medica, duobus fratribus de paterna hæreditate diſſidentibus, pauperior quidem.n.tanquam non, proferente alio ſubſtantiam, neque theſaurum, quem inuenit pater, adduxit populares: Alius autem habens ſubſtantiam multam opulentos. Et in Delphis, differentia quæ facta eſt ex cura, fuit principium omniú ſeditionum poſteriorum. Hic quidem enim auguratus quodam ſymptoma, vt venit ad ſponſam, non accipiens abſceſſit, hi autem tanquam iniuriam paſſi iniecerunt ſacratum rerum ſacrificatorem, & deinde tanquam ſacrorum violatorem interſecerunt. Circa Mitylenam aút ex hæreditatibus diſſenſione facta multorum fuit principium malorum, & belli quod aduerſus Athenienſes in quo Pachus cepit ciuitatem ipſorum Tymophane enim egenorum quodam relinquente duas filias. Doxander coartatus & non accipiens filijs ſuis incepit ſeditionem, & Athenienſes exacerbauit aduena exiſtens ciuitatis. Et Phoceis ex hæreditatione facta ſeditione circa Mnaſeam patrem Mnaſonis & circa Euthycratem Onomarchi, ſeditio hæc principium fuit ſacri belli Phoceis. Fuit autem tranſmutata & in epidáno politia ex nuptialibus. Cum deſponſaſſet.n.quidam filiá, & læſiſſet ipſum, deſponſati pater factus principatium, alter cóprehendit eos qui extra politiá, tanq̃ deluſus. Tranſmutantur autem & in Oligarchiam & in Demum & in politiam, ex eo quod eſt approbari aliquid vel augeri, vel principatum vel partem ciuitatis, velut in Ariopago conſilium benè complacens in Medicis videbatur fortiorem facere politiam. Et rurſus naualis turba facta cauſa victoriæ circa Salaminá, & per hanc præſulatus propter eam quæ in mari potentiam Democratiam fortiorem fecit. Et in Argo inſignes acceptati circa eam quæ in Mantinea pugná ad Lacedæmonios, conati ſunt diſſoluere demú. Et in Syracuſis populus cum eſſet cauſa victoriæ belli q̃ ad Athenienſes, ex politia in Democratiam tranſmutatio facta eſt, & in Chalcide populus cum inſignibus Foxum tyrannum perimens ſtatim habebat politiæ. Et in Ambracia rurſum ſimiliter, populus coniiciens Periandrum tyrannum iis qui infeſti erant, in ſeipſo conſtituit politiam. Et vniuerſaliter etiam oportet hoc non latere quòd qui potentiæ cauſa facti, & idiotę, & principatus, & tribus, & totaliter pars, & qualiſcúq; multitudo ſeditioné mouét, aut.n.qui iis honoratis inuident inchoant ſeditionem, aut iſti propter exceſſum non volunt manere inæqualibus. Mouétur autem politiæ & quando quę videntur eſſe contrariæ partes ciuitatis æquantur inuicem, velut diuites & populus, medium autem ſit nullum, aut valde paruú,

E ſi enim multum excedat alterutra partium ad manifeſtè valentius, reliqua non vult periclitari propter quod & qui ſecundum virtutem differunt non faciunt ſeditionem, vt eſt dicere: pauci enim fiunt ad multos. Vniuerſaliter quidem igitur circa omnes politias principia & cauſæ ſeditionum & tranſmutationum. hunc modum habent. Mouent autem politias quádoq; quidem per violentiam, quandoq; autem per fallaciam, per violentiam quidem, aut mox a principio, aut poſterius cogentes. Etenim fallacia duplex qui quidem enim cum deceperit primo voluntariorum tranſmutant politiam. Deinde poſterius violentia detinent inuoluntariorum velut in trecentis qui populum deceperút dicentes, Regem daturum pecunias ad bellum aduerſum Lacedæmonios, & cum mentiti fuiſſent conabantur retinere politiam. Aliquando autem à principio cum perſuaſe-F rint, & poſterius iterum perſuaſis ipſis voluntarijs principantur, ſimiliter quidem igitur circa omnes politias ex dictis accidit fieri tranſmutationes.

LECTIO IIII.

SEcundum vnamquanq; autem ſpeciem politiæ ex iis partientes, accidentia conſiderare oportet. Democratiæ quidem igitur maximè tranſmutantur, propter Demagogorum impudentiam, ij quidem enim ſeorſum calumniantes habétes ſubſtantias, coadunant ipſos. cógregat enim & ſeparatiſſimos communis timor. Hi autem communiter multitudinem inducentes, & hoc in multis, videbit vtiq; aliquis factú. Etenim in Co Democratia tranſmutata fuit Demagogis factis malis. Inſignes enim coadunati ſunt. Et in Rhodo Demagogi tractantes ſtipendia, acquiſierút, & prohibebát reddere quæ debebantur trierarchis. Ij autem propter G illatas iniurias coacti ſunt coadunati diſſoluere Demú. diſſolutus eſt autem & in Heraclia Demus poſt migrationem mox propter Demagogas. Inſignes enim iniuſta paſſi ab ipſis ſeceſſerunt. Deinde coadunati qui ſeceſſerant, & superuenientes, diſſoluerunt Demum, conſimiliter autem & in Megaris diſſoluta eſt Democratia. Demagogi enim vt pecunias haberent depopulari, eiecerunt multos inſignium, donec multos facerét fugientes. Ij autem deſcendentes oppugnantes populú vicerunt & inſtituerunt Oligarchiam. Euenit aút idem & circa Cumam in Democratia quam diſſoluit Thraſimacus. Ferè autem & in alijs videbit vtiq; aliquis conſiderans tráſmutationes hoc modo ſe habétes. Quandoq; quidé enim vt dona habeant iniuſta facientes, inſignes coadunant, vel ſubſtantias æquè partiales facientes, vel redditus ſacrificijs. Quádoq; autem criminantes vt ha-H beant depopulari poſſeſſiones diuitum. In antiquis aút quando erat idem Demagogus, erat & dux exercitus, in tyrannidem fiebat tranſmutatio, ferè enim plurimi antiquorum tyrannorum ex Demagogis facti ſunt. Cauſa autem quare tunc quidem fiebat, nunc autem non, quia tunc quidem Demagogi erant ex militantibus. Nódum enim erant diſſerti loqui. Nunc autem rhetorica augumentata, qui poſſunt loqui fiunt Demagogi, propter inexperientiam autem bellicorum, non ſuper ponuntur: niſi alicubi aliquid breue fiat tale. Fiebant autem tyrannides prius magis quam nunc, & quia magni principatus cómittebantur aliquibus, ſicut in Mileto ex Prytannea. multorum enim & magnorum erat dominus Prytannus. Adhuc aút quia non magnę erant túc ciuitates,

ſed

ſed in ægris habitabat populus,occupatus exiſtés operibus,optimates populi,qñ bellicoſi erant,tyrãnide præferebantur. Oés auté hoc faciebant crediti à vulgo,perſuaſin auté erat inimicitia ad diuites.velut Athenis Piſiſtratus ſeditioné mouit aduerſus Pediacos,& Teagenes in Megaris diuitũ pecora occidens, capiens iuſta fluuiũ paſceotes,& Dionyſius accuſans Daphneũ & diuites dignificatus eſt tyrannide ,ppter inimicitiá creditus tanq̃ popularis exiſtens. Tranſmutantur aũt & ex prima Democratia in maximè nouá, vbi.n.eligibiles quidé principatus,non aũt ab honorabilitatibus,elegit aũt populus.Demagogi qui ſtudent principari,ad hoc inſiſtũ: vt populus ſit dominus legem. Remedium autem vt non fiat velut minus fiat, tribus ferre principes, ſed nõ oém populum. Democratiarum quidem igitur tranſmutationes omnes ferè fiunt propter has cauſas.

LECTIO V.

OLigarchiæ aũt tranſmutãtur maximè pp duos modos manifeſtiſſimos. Vnũ quidem ſi iniuſta agant in multitudiné. Oís.n.fit preſes ſufficiens.Maximè aũt qñ ex ipſa Oligarchia accidit fieri preſidé,ſicut in Naxo Lygdamus,q & poſterius tyrãnizauit ſup Naxios. Habet aũt & qui ex alijs principatus ſeditionis differẽtias.Qñq; quidé.n.ex ipſis diuitibus nõ exñtibus aũt in principatibus fit diſſolutio,qñ pauci valde ſiũt q in honoribus, velut in Maſſalia & in Iſtro,& in Heraclea,& in alijs ciuitatib' accidit. Qui.n. non participabant principatibus euacuabãt donec trãſmutarent ſeniores prius factum , poſterius auté minores iterum. Nõ.o.principantur alicubi quidé ſimul pater & filius,Alicubi aũt ſenior & iunior frater,Et in Co quidé magis politica facta fuit Oligarchia. In iſtro auté ad demum remiſſa fuit.In Heraclea aũt ex paucioribus ad ſexcentos venit,trãſmutata aũt fuit & in Cnido Oligarchia ipſis inſignibus ſeditioné faciẽtibus ad ſe ipſos pp paucos participare;& ſicut dictũ eſt, ſi pater filiũ nõ participare, neq; ſi plures fratres,ſed aut ſeniſſimũ. Inſurgens.n.populus ſeditioné agentibus,& accipiés præſidé ex inſignibus, inualeſcés obtinuit. Debile.n.qd ſeditione diuiſum: & in Erythres aũt in Oligarchia reginarũ in antiquis tpibus , quãuis bene curá habentibus iis qui in politia, tñ pp a paucis regi indignatus popul' trãſmutauit politiã.Mouẽtur aũt Oligarchiæ ex ipſis & pp contentioné demagogizantium , Eſt.n.Demagogia dupliciter,Hęc qdé inter ipſos paucos.Inſit.n.Demagogus & ſi oíno pauci ſunt. velut in triginta Athenis qui circa Chariclea habuerũt triginta demagogizãtes, & in trecẽtis qui circa Phrynichũ eodé modo,aut qñ turbam demagogizãt qui in Oligarchia ſunt.velut in Lariſſa ciuiũ cuſtodes pp eligere ipſos vulgus demagogizabãt & in quibuſcũq; Oligarchijs non iſti eligunt principatus ex quib' principes ſunt,ſed principatus quidé ex honorabilitatibus magnis ſunt ac in ſocietatibus,eligunt aũt qui ad arma, vel populus, qđ quidem in Abydo accidit & vbi ꝑtoria non ex politeumate ſint.Demagogizantes aũt aduerſus iudicia tranſmutãt politiã , qđ quidé & in Heraclea quæ in ponto factũ fuit, adhuc auté qñ aliqui ad pauciores trahunt Oligarchiã.Qui.n.quęrunt quod æquale,coguntur inducere polũ adiutoré.Fiunt autem tranſmutationes Oligarchię & cum cõſumpſerit ,ppria viuẽtes impudice, etenim qui tales innouare q̃runt, & aut tyrãnide præferuntur ipſi,aut diſponunt aliũ, ſicut

A Ipparinus Dionyſium in Syracuſis:& in Amphipoli cui nomé erat Cleotimus aduenas Chalcideorum induxit, et cũ veniſſent ſeditioſe mouit ipſos aduerſus diuites:et in Aegina qui actionem ad Charetam egit conatus eſt tranſmutare politiam pp talem cãm. Qñcunq; quidem Igitur mox conatur mouere aliquid, qñq; aũt furantur cõia,vnde ad ipſos ſeditiones agunt,aut iſti,aut qui pugnant aduerſus iſtos fures. qđ quidé accidit in Apollonia ea quæ in Ponto , concors aũt Oligarchia non facile corruptibilis ex ſe ipſa,ſignũ auté quæ in Pharſalo politia. Illi.n.pauci exñtes multorum dñi ſunt quia vtũtur ſe ipſis bñ. Diſſoluuntur aũt & qñ in Oligarchia alterá Oligarchiã inducunt,hæc auté eſt qñ toto politeumate pauco exñte,maximis principatibus nõ participant qui pauci oés,qđ quidé in Elide accidit aliqñ, politia.n.per paucos exñte ſenũ, pauci oíno fiebant, pp ppetuos eſſe B nonaginta exiſtentes & pp electioné poteſtatiuá eſſe.et ſimilem ei quæ in Lacedemonia ſenũ. fit aũt tranſmutatio Oligarchiarũ & in bello & in pace. In bello quidem pp diſcredentiam ad populũ, militibus coactis vti,cuicũq;.n.manus iniecerunt iſte ſępe fit tyrannus, ſicut in Corintho. Timophanes,ſi aũt plures iſti amplius acquirunt potentatum.Qui aũt hoc formidant tradunt multitudini politiæ quia compelluntur populo vti. In pace aũt pp diſcredentiam ad inuicem immittũt cuſtodiam militibus & principante Meſidin qui aliqñ fit dñs amborum , quod quidem accidit in Lariſſa in principatu Aluadorum circa Samum; & in Abydo in ſodalitatibus quarũ vna erat quæ iphiadæ,fiunt auté & ſeditiones & ex circũuenire alios ab alijs ipſorũ qui in Oligarchia. & ex diſſidere penes nuptias vel ſententias,puta ex nuptiali quidem cauſa, quæ prius dictæ , & Oligarchiam quæ C in Eretria equeſtrium Diagoras diſſoluit iniuſta paſſus circa nuptias Ex iudicio autem prætorij quæ in Eraclea ſeditio facta fuit, & in Thebis ex cá adulterij, iuſte quidem.ſeditionaliter aũt facientibus punitionem,iis quidem in Eraclea cõtra Euritionné,iis autem qui in Thebis contra Archiũ,vicerunt.o.ipſos inimici, quare exceperunt in foro in Cyphone. Multæ auté & propter valde deſpoticas eſſe Oligarchias ab ĩis qui in politia contriſtatis diſſolutę ſunt,ſicut quæ in Cnido & quæ in Chio Oligarchia,fiũt aũt & ab euentu trãſmutationes,& vocatæ politiæ,& Oligarchiarũ,in quibuſcũq; ab honorabilitate conſiliãtur & iudicãt & principatibus principãtur. Sæpe.n.primo ſtatuta honorabilitas ad præſentia tempora vt participent in Oligarchia quidem pauci , in politia auté medij facilitate facta pp pacem , vel pp aliã aliquam bonam fortunam accidit eaſdem poſſeſſiones D fieri dignas multiplicata honorabilitate , vt oés nĩbus participent , qñq; quidem paulatiue & ſecundum modicum facta tranſmutatione & latente:quandoq; aũt & celerius , Oligarchiæ quidem igitur tranſmutantur & ſeditiones ſuſtinent propter tales cauſas. Totaliter auté & Democratiæ & Oligarchiæ tranſeunt, aliquando oñ in contrarias politias, ſed in eas quæ in eodem genere, puta ex legibus Democraticis & Oligarchicis in eas quæ dominæ, & ex iis in illas.

LECTIO VI.

IN Ariſtocratijs aũt fiunt ſeditiones hæ quidem pp paucos participare honoribus, quod quidé dictum eſt mouere & Oligarchias ,ppter Ariſtocratiã eſſe aliqualiter Oligarchiam. In ambabus.n.pauci qui

principantur non tñ propter idẽ panci qm̃ videtur pp hoc & Ariſtocratia Oligarchia eẽ, maxime aũt hoc accidere neceſſarium qñ ſuerit multitudo aſtutorum tanq̃ ſimilis ſm virtutem, velut in Lacedæmonia qui dicebãtur Partheniæ, ex ſimilibus erant, quos depredãtes cum inſidiari ſuiſſent emiſeruot Tarentũ inhabitare. Aut qñ aliqui in honorantur magni exiſtẽtes & nullo minores ſm virtutẽ ab aliqoibus honoratioribus. velut Lyſãder a regibus. Aut qñ virilis aliquis exiſtens non participat honotibus velut Cinadõ qui ſub Ageſilao ſtatuit inſurrectionẽ in Spartiatas. Adhuc qñ ij quidẽ egẽt valde, ij aũt abundãt, & maxĩe hoc fit in bellis. Accidit aũt hoc & in Lacedæmonia ſub Meſenaico bello. Palam aũt hoc ex Tyrtei poeſi vocata eunomia. Tribulati.o. quidem pp bellõ voluerũt æque partialẽ facere regionẽ. Adhoc ſiquis magnus ſuerit, & potẽs adhuc maior eſſe vt monarchizet. ſicut io Lacedæmonia vt̃ Pauſanias qui ſoerat dux exercitus in medio bello: & in Carchedone Annõ. Soluſitur aũt maxime politiæ & Ariſtocratiæ pp eam q̃ in ipſa politia iuſti tranſgreſſiooẽ. principiũ.o. id quod eſt noo eſſe mixta bene. In politia quidẽ Democratiã & Oligarchiam, in Ariſtocratia aotẽ hæc & virtutẽ: maxĩe aũt ipſa duo. Dico aũt duo demum & Oligarchiam, hæc aũt politiæ tentant miſceri, & multæ vocatarũ Ariſtocratiarũ, differunt.n.à noĩatis politijs Ariſtocratiæ hoc, & pp hoc ſunt hæ quidẽ minus, hæ aũt magis mãſiuę ipſarũ. Declinantes.n.magis ad Oligarchiam Ariſtocratias vocant, eas aũt q̃ ad multitudinẽ, politias. Propter quod quidẽ ſecuriores tales alijs ſunt. Valentius.n.qđ plus & magis amant æquale habentes, qui aũt in abundantijs ſi politia det exceſſum, iniuriari q̃runt & ſupergredi. Totaliter aũt ad quodcunq; vtũ declinauerit politia ad hæc trãſit, vtriſq; quod ſuũ augẽtibus: velut politia quidem ad demũ, Ariſtocratia aũt ad Oligarchiã. vel ad cõtraria velut Ariſtocratia quidẽ ad demũ: tanq̃.n.iniuſta patientes trahũt incõtrariũ qui magis egent, politię aũt ad Oligarchiam, ſolũ.n.manſiuũ quod ſm dignitatẽ æquale & id qood eſt habere quę ipſorũ. Accidit aũt qđ dictũ eſt, in Thurijs. Quia quidẽ.n.ab ampliori honorabilitate erant priocipatus ad vnius tranſiuit & ad principatiua plura, quia quidẽ.n.regionẽ totam inſignes poſſidebant præter legẽ: politia.n.magis Oligarchia erat. Quare poterant ſupgredi, populus aũt exercitatus in bello factus fuit valẽtior donec dimitterẽt regionẽ quicunq; plus erãt habẽtes. Adhuc quia oẽs Ariſtocraticæ politiæ ſunt Oligarchicæ, magis plus occupãt qui iſignes, velut in Lacedæmonia ad paucos ſubſtãtiæ deueniũt, & licet facere quodcũq; voluerint iſignibꝰ magis, & curare de quocũq; volũt. Propter quod & Locrorũ ciuitas perijt ex ea q̃ ad Dionyſiũ cura ſingulari, quod in Democratia nõ vtiq; fieret, neq; vtique in Ariſtocratia bene mixta. Maxime autem latent Ariſtocratiæ tranſmutantes eo ꝙ ſoluãtur paulatim, quod quidẽ dictum eſt in prioribus vniuerſaliter de oĩbus politijs, quod cã tranſmutationũ eſt & quod modicũ. Qñ.n.ſm aliquid eorũ q̃ ad politiã ꝓlabuntur, poſt hæc & aliud paulo maius facilius mouẽt, donec vtiq; moueant totũ mundum, Accidit autem hoc & in politia Thuriorũ, lege.n.exiſtẽte ꝑ quinq; annos docatũ exercitus obtinere: quidã virorum bellicoſi facti & apud multitudioẽ cuſtodiarũ accepit, deſpicientes ea q̃ in rebus, & putãtes facile obtioere, hãc legẽ ſoluere conati ſunt, prio vt liceret cõtinue eoſdẽ ducatum

E exercitus obtinere, videntes populum ordinantẽ ipſo prõpte. Qui aũt ſup hoc inſtituti eraot priocipũ, vocati cõſiliarij, cũ impetũ feciſſent prio ad contrariandũ, perſuaſi ſunt exiſtimantes eum hanc mouiſſent legẽ ſioere aliam politiam. Poſterius aũt volẽtes ꝓhibere, alijs motis, nõ adhuc plus faciebãt aliquid, ſed tranſmotatus eſt ordo totus politiæ ad potẽtatum eorũ qui conati ſuerãt inſoleſcere. Oẽs aũt ſoluuntur qñq; quidem ex ſe ipſis. qñq; aũt ab extrinſeco, qñ cõtraria politia ſuerit vel ꝓpe vel lõge quidẽ, habẽs aũt potẽtiã, Quod quidẽ accidit in Athenienſibus & Lacedęmooijs: Atheniẽſes qoidem.n. vbiq; Oligarchias. Lacedæmonij autem demos diſſipabant. Vnde qoidem igitur tranſmutationes fiunt politiarum & ſeditiooes, dictum eſt ferè.

LECTIO VII.

F De ſaluatiõe aũt cõiter & ſigillatim vniuſcuiuſq; politiæ habitũ eſt dicere. Prio quidẽ igitᷣ palam qđ ſiquidẽ habemus ꝑ q̃ corrũpuntur politię, habemus & ꝑ q̃ ſaluaotur, cõtrariorũ.o. cõtraria ſunt factiua. Corruptio aũt ſaluationi cõtrariũ. i bene aũt tẽperatis quidẽ igitur politijs, ſicut aliud aliquid oportet obſeruare, vt nihil præuaricẽtur & maxime qđ paruũ ſeruare, latet.n.ſubintrãs præuaricatio, ſicut ſubſtantias paruę expẽſę cõſumũt ſæpe factæ. Latet aũt ſeditio quia nõ ſimul tota fit, paralogizatur.o.mens ab ipſis ſicut ſophiſtica oratio, ſi vnũqnodq; paruũ & oĩa. Hoc aũt eſt qdẽ vt ſic, eſt aũt vt nõ, totũ.n. & oĩa, oõ paruũ, ſed cõponitur ex parois. Vnã quidẽ igitur cuſtodiã, ad hoc principium oportet facere. Deinde non credere ijs qui ſophiſmatis gratia ad multitudinẽ applicantur. Arguuntur.n.ab opibus, qualia aũt dicimus politiarum ſophiſmata prius dictũ eſt. Adhuc aũt videre quod q̃dam

G maoẽt nõ ſolũ Ariſtocratiæ ſed Oligarchiæ nõ ꝓpterea quod firmæ ſint politiæ, ſed quia bene vtũtur ij qui in principatibus fiunt & ijs q̃ extra politiã & ijs quę in politeomate, non iniuſta faciẽtes in eos quidẽ qui nõ participant, & ĩtroducẽdo principales eorũ ipſorũ in politiã, & amatores qoidẽ hooorã nõ iniuriãdo in iohonoratione: & multos in lucro: ad ſe ipſos aũt & ad principãtes ĩ vtẽdo inuicẽ demotice. Quod.n.in multitudine q̃rũt æqoale qui demooci. Hoc in ſimilibus, nõ ſolũ iuſtũ, ſed expediẽs eſt Propter qđ ſi plures ſint in politeumate multa expediunt demoticorũ lege ſtatutorũ, velut ſex mẽſiũ pricipatus eſſe, vt oẽs qui ſimiles participẽt, ẽ.n. ſicut demos iã qui ſimiles: pp quod & in ijs fiunt demagogi ſæpe ſicut dictum eſt prius, deinde minus in potẽtatus incidũt Oligarchiæ & Ariſtocratiæ: nõ.n. ſimiliter facile malignari pauco tpe priocipãtes & multo. Qm̃

H pp huc in Oligarchijs & Democratijs fiunt tyrannides, aut.n.qui maximi in vtraq; pręferuntur tyrãnide, ij quidẽ demagogi, ij aũt potentes, aut qui maximos habent prĩcipatus qñ multo tpe principant. Saluantur aũt politiæ nõ ſolũ pp longe eſſe à corrumpentibus, ſed aliqñ & quia ꝓpe, timentes.n.ꝑ manus habent magis politiã, Quare oportet eos qui de politia ſolicitantur timores præparare vt cõſeruent & oõ diſſoluãt, quemadmodũ nocturnã cuſtodiã politiæ obſeruationem & qđ longe ꝓpe facere. Adhuc inſignũ cõtentiones & ſeditiones & per leges oportet temptare caoere, & eos qui extra contentionem ſunt anteq̃ cõprehendantur, & ipſi tãquam quod in principio fit malũ cognoſcere, ſit nõ cuiuſcũq; ſed politici viri, Ad eam autem quæ ꝑ honorabilitatem

ſit

ſit tranſmutationẽ ex Oligarchia & politia,cũ acciderit
hoc,manẽtibus quidẽ eiſdẽ honorabilitatibus, abũdan
tia aũt honorabilitatis facta expedit honorabilitatis cõis
multitudinẽ cõſiderare ad pteriẽs. In quibuſcunq; qui
dẽ ciuitatibus honorant̃ ſecũdũ annũ,ſm hoc tp̃s in ma
ioribus aũt p triẽnium aut quinquẽnium, & ſi ſit mul-
tiplex vel ſubmultiplex prioris in quo honorationes in
ſtitutę fuerunt politiæ,legẽ & honorabilitates intẽdere
vel remittere,ſiquidẽ excedãt intẽdẽtes ſm multiplica-
tionẽ,ſi aũt deficiãt remittẽtes,& minorẽ faciẽtes hono
rationẽ.In Oligarchijs.n.& politijs nõ faciẽtibus quidẽ
ſic,hic quidẽ Oligarchiã,hic aũt potentatũ fieri accidit.
Illo aũt mõ ex politia quidẽ Democratiã, ex Oligarchia
aũt politiã vel Demũ.Cõe ãt & ĩ Demo & ĩ Oligarchia,
& in monarchia,& ĩ oĩ politia, neq; creſcere valde mul
tũ p̃ter cõmẽſurationẽ,ſed magis tẽtare paruos & mul-
ti tp̃is dare honores quã breuiter magnos.Corrumpun
tur.n.& non oĩs viri ferre bonã fortunã, ſi aũt nõ,neq;
cum ſimul multos totos dederint auferre rurſum ſimul
totos,ſed gradatim. Et maxime quidẽ tẽtare legibus.ſic
ordinare, vt nullus fiat multũ excedẽs potẽtia neq; ami
corũ neq; pecuniarũ,ſi ãt nõ,ſeq̃ſtratas facere ſtationes
ipſorũ.Qm̃ aũt & pp ,pprias vitas inſoleſcũt, oportet fa
cere principatũ quendã q cõſideret viuentes nociue ad
politiã,in Democratia quidẽ ad Democratiã,in Oligar-
chia aũt ad Oligarchiã,ſilr autẽ & in vnaquaq; aliarum
politiarũ.Et qd̃ iocundũ aũt ciuitatis ſigillatim obſerua
re pp eaſdẽ cãs,huius aũt remediũ ſup oppoſitis partib⁹
firmare actiones & prĩcipatus.Dico aũt opponi Epijces
multitudini, egenos aũt opulẽtis, & tentare cõmiſcere
egenorũ multidinẽ & eã q̃ diuitum, vel qd̃ mediũ auge
re. Hoc.n.diſſoluit eas quæ pp inæqualitatẽ ſeditiones.
maximũ aũt in oĩ politia & legibus & alia ,puiſione ſic
ordinari,vt nõ ſit principatus lucrari,hoc ãt maxime in
Oligarchijs oportet ſeruare: oẽ.n.ſic indignant̃ coher-
citi ab eo qd̃ eſt principari multi. Immo gaudẽt, ſiquis
ſinit circa ,ppria vacare,quare ſi putauerint principãtes
furati cõia,tunc ambo contriſtant̃.ſ.honoribus nõ par-
ticipare & lucris.Singulariter ãt cõtingit ſimul eſſe De-
mocratiã & Ariſtocratiã ſi hoc inſtituerit aliq̃s:contin-
git.n.& inſignes & multitudinẽ vtroſq; hr̃e q̃ volunt.
Licere quidẽ enim.ſ.oĩbus principari Democraticũ.In-
ſignes aũt eſſe in principatibus Ariſtocraticum,hoc aũt
erit cũ nõ ſit lucrari à principatibus,,egeni.n.nõ volent
principari,eo q nullũ ſit lucrũ, ſed circa ,ppria eſſe ma-
gis,opulẽti aũt poterũt pp nullo cõium indigere. Qua-
re accidit egenis quidẽ fieri opulentos pp ĩmorari circa
opa,inſignibus aũt nõ ſubijci quibuſcunq;.& vbi nõ fu
rent̃ q̃ cõia,traditio fiat pecuniarũ p̃ſentibus oĩbus ciui
bus,& reſcripta penes fraternitatis,& cõtubernia,& tri
bus reponant̃.Eius aũt qd̃ eſt ſine lucro prĩcipari opor-
tet eſſe honores lege ſtatutos, lege approbatis. Oportet
aũt in Democratijs q̃dẽ opulẽtis parcere nõ ſolũ in nõ
faciẽdo poſſeſſiones ęque partiales, ſed neq; fructus qd̃
in q̃buſdã politiarũ latet factũ. Melius ãt & ,phibere vo
lẽtes oblationes facere ſumptuoſas quidẽ non vtiles pu
ta chorigias quidẽ & lãpadarchias & q̃cũq; alię tales.In
Oligarchia aũt egenorũ facere curã multã, & principa-
tus à q̃bus receptiones ijs tribuere, & ſiquis opulẽtorũ
iniuriatus fuerit iſtis maiores increpationes eſſe, quã ſi
ſibi ipſis.Et hęreditates nõ ſm dationẽ eſſe,ſed ſm gen⁹
neq; plures quã vnã eundẽ hęreditare,ſic.n.vtiq; ęqua-

A liores ſubſtãtiæ erũt.& egenorũ vtiq; plures ad abondã
tiã pertingẽt.Expedit aũt & in Democratia & in Oligar
chia aliorũ vel ęqualitatẽ, vel poſſeſſionẽ dare ijs qui mi
nus cõicant politia hac, in Democratia quidẽ opulẽtis,
in Oligarchia aũt egenis:excepto quicunq; principatus
ſunt dñi politię.Hoc aũt ijs qui ex politia cõmittere ſo-
lis vel pluribus. Tria aũt q̃dã oportet hr̃e futuros prin-
cipari principales principatus, prĩo quidẽ amorẽ ad cõſi
ſtẽtẽ politiã,deinde potẽtiã maximorũ operũ principa-
tus:tertio ãt virtutẽ & iuſtitiã in vnaquaq; politia eã q̃
ad politiã, ſi.n.non idẽ iuſtũ ſm oẽs politias, neceſſe &
iuſtitiæ eſſe dr̃ias.Habet aũt dubitationẽ qñ non accide
rit hæc oĩa circa eundẽ, quõ oportet facere diuiſionem.
puta ſi militaris quidẽ aliquis fuerit,nequã aũt et nõ po
litię amicus, alius aũt iuſtus & amicus qualiter oportet
fieri electionẽ,vr̃ ãt oportere reſpicere ad duo,quo plus
B participãt oẽs,& quo minus, pp qd̃ in militia quidẽ ad
experientiã magis virtute, minus.n.militia participãt.
Epijcia aũt plus.In cuſtodia aũt & cameratione contra-
riũ, ampliori.n.virtute indiget quã qualem multi hñt.
Sciẽtia aũt cõis oĩbus.Dubitabit aũt vtiq; aliquis ſi po
tentia extiterit politię & amor,quid opus eſt virtute,fa
ciẽt.n.q̃ expediũt p ipſa duo,aut q̃ cõtingit eos qui hęc
duo hñt incõtinẽtes eſſe,quare quẽadmodũ & ipſis nõ
ſeruiũt ſcientes & amãtes ipſas, ſic & ad cõe nihil ,phi-
bet quoſdã ſe hr̃e. Simplr̃ aũt q̃cunq; in legibus vt con
ferentia dicimus politijs, oĩa hæc ſaluant politias.Et qd̃
ſæpe dictũ eſt maximũ elementũ,vt valẽtior ſit multitu
do q̃ vult politiã quã q̃ nõ vult.Pręter aũt oĩa hæc opor
tet non latere qd̃ vtiq; latet trãſgreſſas politias qd̃ me-
diũ. Multa.n.eorũ q̃ vñr demotica ſoluit Democratias
& Oligarchicorũ Oligarchias, qui aũt putant hanc eſſe
C vnã virtutem trahũt ad exceſſum,ignorãte quẽadmodũ
naris eſt trãſgreſſa quidem rectitudinẽ eã q̃ pulcherri-
ma ad aquilinũ vel ſimũ, ſed tñ adhuc pulchra & gratiã
hñs ad aſpectũ, nõ tñ ſi intendat aliq̃d adhuc magis ad
exceſſum. prĩo q̃dem obijciet mediocritatem partis, fi-
nalr̃ aũt ita qd̃ neq; narẽ faciet apparere pp excellentiã
& defectũ cõtrariorũ.Eodẽ aũt mõ hẽt & de alijs parti-
bus,accidit itaq; hoc & circa alias politias. Etenim Oli-
garchiã & Democratiã eſt vt hr̃ ſufficienter non ex exi-
ſtẽte optimo ordine, ſi aũt aliquis intẽdat magis vtrãq;
ipſarũ,prĩo q̃dẽ deteriorẽ faciet politiã, tandẽ aũt neq;
politiã. Propter hoc oportet nõ ignorare legiſlatorẽ &
politicũ qualia ſaluãt demoticũ & qualia corrũpũt De-
mocratiã,& qualia Oligarchiã, neutrũ.n.ipſarũ contin
get eẽ & pmanere ſine diuitib⁹ & ſine multitudine, ſed
qñ æqualitas facta fuerit ſubſtãtiæ, aliã neceſſe eſſe hãc
D politiã, quare corrũpẽtes ijs q̃ ſm exceſſũ legib⁹ corrũ-
pũt politiã.Peccãt aũt in Democratijs & in Oligarchijs,
in Democratijs q̃dẽ demagogi vbi multitudo domina
legũ,dominos.n.faciũt ſup ciuitatẽ pugnãtes cũ diuiti-
bus,oportet ãt cõtrariũ ſp videri dicere ,p diuitibus,in
Oligarchijs aũt pro pplo Oligarchicos,Et iurare contra
q̃ nũc iurẽt Oligarchicos, nunc q̃dẽ.n.in q̃buſdã iurãt
& populo malignus ero, & cõſulam quodcũq; habebo
malũ,oportet aũt & exiſtimare & ſimulare contrarium
inſinuantes in iuramẽtis qd̃ non iniuſte agat in pplm̃.
Maximũ aũt oĩum dictorũ ad pmanẽdũ politias qd̃ nũc
negligũt oẽs.ſ.erudiri ad politias,,pfectus.n.null⁹ vtiliſ
ſimarũ legũ & cõglorificatarũ ab oĩb⁹ politizãtib⁹,ſi nõ
erũt aſſueti et eruditi ĩ politia,ſiq̃dẽ leges demotice de-

motic aliter, ſi ãt Oligarchice Oligarchichaĺr ꝗ quidẽ eſt
I viro ſocõtinẽtia, eſt & ĩ ciuitate, eſt aũt erudiri ad poli
tiã nõ hęc facere quibos gaudent Oligarchizãtes & De-
mocratiã volentes, ſed quibns poterũt, ij quib⁹ Oligar-
chizare, ij aũt Democratizare, oũc ãt in Oligatchijs qui
dẽ principãtiũ filij delicianť, qui aũt egenorũ fiunt exer
citati & laborioſi. Quare & volunt magis & pñt ioſole
ſcere, in Democratijs aũt ꝗ maxime vñr eſſe Democrati
cę cõttariũ cõſerẽtis cõſiſtit. Cã aũt buius quia male dif
finiũt qđ liberum. duo.n.ſunt quibus vř Democratitia
diffinita eſſe in id quod populus eſſe dñm: & libertate,.
qđ quidẽ.n.iuſte, æquale vř eſſe, ęqnale aũt qđcuoq; vi
deať multitudini hoc eſſe dñans, liberũ ãt & ęquale qđ
cunq; nnluit quis facere; quare viuete in talibus Demo
cratijs vnuſquiſq; noo vult, & ad quod abundat, vt ait
Enripides, hnc aũt prauũ, nñ.o. oportet putare ſeruitu-
tem eſſe viuere ad politiã, ſed ſalntẽ. Ex quibus quidem
ergo politiæ tranſmutantur & corrumpunť & per quæ
ſaluanť & permanent, vt ſimpliciter eſt dicere, tot ſunt.

LECTIO VIII.

R Eſtat aũt ſupnenire de monarchia ex qnibus
corrũpiť & p ꝗ ſaluari nata eſt ferè aũt cõſiml
lia dictis circa politias, ſunt & ꝗ accidũt circa
regna, & tyrãnides. regnũ.n. ſm Ariſtocratiã
eſt, tyrãnis aũt ex Oligarchia extrema cõponiť & demo
cratia: pp qđ vtiq; & maxime oociua ſnbdiõs eſt. velnti
ex duabus malis cõpoſita, & tranſgreſſinnes & peccata
hñs ꝗ ab ambabus politijs. Exiſtit aũt gñn mox ex cõtra
rijs vtriq; monarchiarũ. Regnũ q̃dã.n.ad auxilium qđ
à pplñ Epijcis ſcm̃ eſt, & ĩſtituiť Rex vnos Epijcorũ ſm
exceſsũ virtutis, vel actionũ ꝗ à virtnte, vel ſm exceſsũ
talis gñis. Tyrãnns aũt ex popnlo & multitudine ad in-
ſignes quatenus ppl̃s nihil mnleſteť ab ipſis. Maniſeſtõ
aũt ex ijs ꝗ acciderũt, ferè.n. plurimi tyrãnnrũ facti ſue-
runt ex demagogis, vbi eſt dicere credibiles facti ex con
trariati inſignibus, hæc quidẽ.n. hoc mõ conſtituerunt
tyrãnides iã ciuitatibus augmẽtatis. Quæ sũt ante iſtas,
ex regibus tranſgredien ðbus patria & magis deſpoticũ
ptiocipatum appetẽtibus. Hę aũt ex electis ad prĩcipales
principatus, antiquitus.o. ppl̃i inſtituerunt mulð tpis
conditores ppl̃i & proſpectores. Hæ aũt ex Oligarchijs
eligẽtibos voũ aliquem dñm ad maximos principatus.
Oibus.n.inerat modis ijs ad efficere de facili ſi ſnlũ vo-
luiſſent pp potentiã pexiſtere, ijs qnidẽ regalis priocipa
tus, ijs aũt eam ꝗ hnnnris. Pbidon quidẽ circa Argũ &
alij tyrãni conſtiterũt regno exiſtẽte, qui aũt circa Ioniã
& Phalaris ex honnribus. Panetius aũr in Leontinis, &
Cypſelus io Coriothn, & Piſiſtratus Athenis, & Dinny-
ſius in Syracnſis, & alij eodẽ mõ ex demagogis. Sicut di
ximus.n. regoũ inſtituni fuit ſm Ariſtocratiã: ſm digni
tatem.n.eſt, vel ſm genus, vel ſm bñficium, vel ſm hæc
& potentiã, oẽs.o.cum bñficiaſſent, vel potentes benefi
ciare ciuitates, vel gẽtes, adepti ſunt bonorem bunc, ij
quidẽ ſm bellum ꝓhibentes ſeruire ſicut Codrus, ij aũt
liberantes ſicut Cyrus, vel cũ inſtituiſſent regionẽ ſicut
Lacedæmoniorũ teges, & Macedooũ, & Moloſſorum.
Vult.n.Rex eſſe cuſtos, vt quidẽ qui poſsidẽt ſubſtãtias
nihil iniuſtum patianť, ppl̃s aũt nullã ſuſtineat iniuriã.
Tyrãnis aũt ſicut dictũ eſt, ſæpe aũt nihil cõe reſpicit ni-
ſi ꝓpriæ vtilitatis grã. Eſt aũt intẽtio tyrãnica quidẽ qđ
delectabile, regalis aũt, qđ booũ. Propter qđ & ſopgreſ
ſioonm ꝗ quidẽ pecuniarum, tyrãnicæ, ꝗ ãt ad honorẽ

E regales magis, Et cuſtodia, regalis q̃dẽ, ciuilis, tyrãnica
aũt, p extraneus. Quod aũt tyrãnis habeat mala & quæ
Democratiæ & quæ Oligarchiæ, maniſeſtũ, ex Oligar-
chia quidẽ eo qđ finis ſit diuitiæ, ſic.o. ſolũ & pmanere
oeceſſariũ cuſtodiã & delioas, & multitudini nihil cre-
dere: pp quod & ablationẽ faciuot armotũ, & ſuſpectã
hr̃e turbã, & à munitinne repellere, & demotari in dn
mo, cõe eſt ambarũ, & Oligarchiæ & tyrãnidis. Ex De-
mocratia aũt & oppugnare inſignes & corrũpere occul
te & maniſeſte, & fugare, tanq̃ contra machinantes &
impeditores aduerſus principatus, ex ijs.n.accidit fieri
& ioſidias, ijs qnidem principari vnlentibus, vñ & Pe-
riandri ad Thraſibulũ conſiliũ fuit, excedentiũ ſpicarũ
cunlſin quaſi opportunũ ſit ſemp excedentes perimere.

LECTIO IX.

S Icut igiť ferè dictum eſt trãſmotaoonũ ipſa princi
F pia nportet putate circa politias eẽ & circa monar
chias. Prnpter ininſtitiã.n.& pp timorẽ & pp con
tẽtum multi ſubditnrũ inſurgũt aduerſus monar-
chias, iniuſtitię aũt maxime pp ioiuriã, aliqñ aũt & pp
ꝓpriotũ ſpoliatiooẽ, ſuot aũt & fines ijdẽ, quẽadmodũ
ibi & circa tytãuides & circa regna. Magnitudo.o.diui
tiarũ & hnnntis exiſtit monarchis ꝗ deſiderant oẽs. In-
ſurrectinuũ aũt hęc quidẽ ad corpus fiũt principantiũ,
hęc aũt ad principatũ, ꝗ quidẽ igiť pp cõtumeliã ad cor
pus, contumelia aũt exiſtẽte multarũ partiom ꝗlibet ip
ſarum fit cã iræ. Iratorũ aũt ferè plurimi puoitionis grã
inſurgunt, ſed nñ excellentię, velut Piſiſtratidarũ quidẽ
pp prnpulſaſſe Armodij ſororem & illnſiſſe Armodio,
Armodius quidẽ.n. pp ſorotẽ Ariſtogitõ aũt pp Armo
dium, ioſidiati ſunt aũt Periãdru ei qui in Ambtacia ty
rãnn, quia ſimul bibẽs ipſe cũ pueris interrogauit ipſe,
G ſi iã ex ipſo pgnãtes ſunt. Quæ autẽ Philippi à Pauſania
quia permiſit cõtumeliã pati ipſum ſub Attalo, & quæ
Amintę parui hypoderda, quia ĩſultauit ad ſtaturã ipſi⁹.
Et ꝗ Eunuchi Euagnræ Cyprio, q̃a.n.mulier recuſauit
filium ipſi⁹, occidit tanq̃ cõtumeliã paſſus. Multę ãt ĩſur
rectiones factę ſuot & ppea qđ aliqui monarcharum in
corpus verecundiã fecerunt, velut & ꝗ Cratei ad Arche
laum. ſemp.o. grauiter ſe hẽbat ad colloquium, quare
ſufficiẽs et minor fuit occaſio ppea qđ filiarum nullã de
dit cũ ꝓmiſiſſet ipſi, ſed ptintẽ quidẽ detinẽs à bello ad
uerſus Scirtã & Arabeum dedit regi Elibeas. iuointẽ au
tem filio Amintę exiſtimãs ſic vtiq; illum oihil differre
& eum q ex Cleopatra, ſed ab alienationis ptincipium
extitit grauiter ferre ad venereã gratiã. Cum inſurrexit
aũt & Ellanocrates Lariſſeus pp eãdẽ cãm, tanq̃.n. vtẽs
ſtatuta ipſius oñ deduxit ſpondẽs pp contumeliã, & oõ
H pp amatiuã cõcupiſcẽtiã putauit eſſe factã colloquutio
nem. Paron ãt & Heraclides Aenij, Co tin pimerunt pſi
ſuppliciũ inferẽtes, Adamas autẽ diſceſſit à Cotyo q
puer exiſtẽs exciſus fuit ab ipſo, tãq̃ iniuriã paſſus. Mul
ti ãt & ppea qđ ĩ corpus afflicti fuerunt pcuſſionib⁹ ira
ti, ij quidẽ deſtruxerunt, hi ãt aggreſſi ſuor tanq̃ iniuriã
paſſi, & ea ꝗ circa prĩcipatus et tegales potẽtatus, velut ĩ
Megacles Pẽtalidas circũſtãtes & verberãtes corynes in
ſurgẽs cum amicis pemit. Et poſterius Smerdes Pentilũ
cũ plagas accepiſſet & ab vxore extractus, pemit. Et ſur-
rectinois Archelai Decamnichus dux fuit exacerbãs in-
ſurgẽtes primus, cã autẽ iræ, quia ipſum tradidit flagel-
landum Euripidi poetę. Euripides autẽ infremoit cum
dixiſſet ipſe aliqd aduerſus fetorẽ otis, et alij autẽ multi
propter

propter tales cauſas,ij quidem perempti ſunt;ij aũt inſidias paſſi ſunt.Siſt aũt & pp timorem: vnum.n.aliquid erat hoc cauſarũ,ſicut politias & monarchias velut Xerſen Artapaues timens criminationem quę circa Dariũ, q a ſuſpendit cũ non iuſſiſſet Xerſes. Sed putans indulgeri tanq̃ nõ memoratem pp cœnã , hoc autem pp cõtemptum,ſicut Sardanapalũ videns qdã pcutientem ſe cum mulieribus, ſi vere hoc fabulantes dicũt , ſi autem non de illo,ſed de alio erit vtiq; hoc verũ . Et Dionyſio poſteriori Dion inſurrexit pp deſpectiuuem videns ciues ſic ſe habentes,& ipſum ſemp ebrium , & amicorũ autem quidã inſurgunt pp deſpectionem , pp confidere.n.contemnunt, tanq̃ obliturí & putantes poſſe obtinere principatũ, modu quodã pp contemnere inſurgunt: tanq̃ potentes.n.& cõtemnentes periculum pp potẽtiã inuadũt de facili ſicut ducẽtes exercitus monarchis ſicut Cyrus Aſtyagi, & vitã cõtemnentes & potentiã:pp potentiã quidem inoperoſam fuiſſe, ipſum autẽ delitiari.Et Seuthis thrax Amadoco exiſtens dux exercitus.Ij autem & pp plura horum inſurgunt.vt & deſpicientes,& pp lucrum ſicut Ariubarzani Mitridates.Maxime autem pp hanc cauſam inuadunt, qui quidem natura audaces & honorem habẽt bellicũ à monarchis.virilitas.n.potentiã habens audax eſt, propter quas ambas tanq̃ de facili pręualituri faciunt inſurrectiones.

LECTIO X.

EOrum autem qui pp amorem honoris inſurgũt eſt alius modus cauſæ pręter dictos prius, nõ.n. ſicut quidam tyrannos inuadunt videntes lucra magna & honores magnos exiſtẽtes ipſis , ſic & eorũ qui pp amorẽ honoris inſurgũt vnuſquiſq; pelegit periclitari,ſed illi quidẽ pp dictã cauſam , ij aũt ac ſi vtiq; aliqua alia fieret actio ſingularis & pp quã noĩati fierent & noti,ſic & monarchas inuadunt non poſſidere volentes monarchiã ſed gloriã . Sed tñ paucíſſimi numero ſunt pp hanc cauſam impetum facientes , ſupponi.n.oportet nihil curare de eo quo eſt ſaluari ſi nõ debeat pualere in actione, quibus aſſequi quidẽ oportet Dionis extimatiuuẽ,non facile aũt ipſam adeſſe multis: ille.n.cum paucis militauit aduerſus Dionyſiũ ſic habere dicens , qd vbicunq; poſſit pcedere ſufficiẽs ſibi tm̃ participare actionis veluti ſicut modicũ inuaſiſſet terrę mox accideret mori huic bene habere ſibi mortẽ. Corrumpitur aũt tyrãnis vnu quidem modo ſicut aliarum politiarum vnaquęq; ab extrinſeco, ſi contraria aliqua ſit politia valentior,conſiliari quidem.n.palã qd exiſtit pp contrarietatem electiuuis . Quæ autem volunt potẽtes agunt omnes:cõtrariæ aũt politię,Demos quidẽ tyrannidi ſm Heſidodũ ſicut Figulus figulo: Etenim Democratia vltima tyrannis eſt, regnum aũt & Ariſtocratia pp contrarietatem politiæ , pp quod Lacedæmonij plurimas diſſoluerunt tyrannides & Syracuſani pro tẽpore quo politizabant bene . Aliqñ autem ex ſe ipſa qñ qui participant ſeditiones fecerunt.ſicut qui circa Gelonem.& nunc quę eorũ quæ circa Dionyſium.Quæ quidem Gelonis Thraſybulo Hieronis fratre filium Gelonis abducẽte , & ad delectationes excitante vt ipſe principaret,familiaribus aũt cõgregatis ne tyrãnis oĩno diſſolueretur.ſed Thraſybulus , congregati autem ipſorũ tanq̃ tp̃s habentes,eiecerunt oẽs ipſos , Dionyſium aũt Dion aggreſſus curator exiſtẽs & aſſumẽs populũ , illũ eiiciens peremit.Duabus aũt exiſtẽtibus cauſis pp quas

A maxime inſurgunt cõtra tyrãnides.ſ.odio & contẽptu, alterum quidem horũ oportet exiſtere tyrannis.ſ.odiũ ex cõtemptu autem fiunt multæ diſſolutionum , ſignũ autem.Eorum quidem.n.qui acquiſierunt plurimi cõſeruauerũt principatus,qui aũt ſuſceperunt mox,vt eſt dicere,peremit oẽs.Fruitiue.n.viuentes facile cõtẽptiui fiunt & multas opportunitates dant inſurgentibus. Partẽ aũt quãdam irę & odij oportet ponere: modo.n. quodã earũdẽ actionũ cã fit , ſępe aũt & magis operoſa quã odiũ:robuſtius.n.inſurgunt ppea qd nõ vtit̃ rõcinatione paſſio,maxime aũt ſignificat furoribus aſſequi pp iniuriam,pp quã cãm Piſiſtratidarum deſtructa eſt tyrãnis,& multæ aliarum, ſed magis odium , ira quidẽ enim cum triſtitia adeſt,quare non facile rõcinari, inimicitia autem ſine triſtitia . Vt aũt in ſumma eſt dicere quotcũq; cãs diximus Oligarchiæ intẽperatę & vltimę B & Democratiæ extremæ tot & tyrannidis ponẽdũ: etenim hæ exiſtũt entes diuiſibiles tyrãnides. Regnũ autẽ ab extrinſecis qdẽ minime corrumpit̃ , pp qd & multi tpis eſt,ex ſe ipſo autem plurimę corruptiones accidũt. Corrumpit̃ autem ſm duos modos,vno quidẽ ſeditionem facientibus ijs,qui participant regno , aliu aũt mõ magis tyrãnice tentãtibus gubernare qñ exegerũt eſſe dñi plurium & pter legem. Nõ fiunt autem regna nũc, ſed ſi fiãt,monarchiæ & tyrãnides magis, pp regnũ quidem eſſe voluntarium principatum,dñm autem maiorum & pp multos eſſe ſimiles & nullũ differẽtẽ tm̃ vt correſpõdeat ad magnitudinem & dignitatem principatus,quare pp hoc quidem nõ pmanent voluntarij; ſi autem p fraudem principat̃ aliquis vel p violentiã, iam hic vr̃ tyrãnis eſſe.In ijs autem q̃ ſm genus regnis ponere oportet cauſam corruptionis cum ijs q̃ dicta ſunt,& C hoc,qd eſt fieri multos cõtemptibiles facile,& hoc, qd eſt potentiã non poſſidentes tyrãnicã ſed regalem honorẽ,iniuriari:facilis.n.fieret diſſolutio, nõ volentibus enim mox non erit Rex ſed tyrãnus nõ volentium. corrumpuntur.ergo monarchię pp has & alias tales cãs.

LECTIO XI.

SAluantur autem palã , vt ſimplr̃ quidem eſt dicere,ex cõtrarijs. Vt autem ſm vnumquodq; eo qd eſt regna quidem ducere ad moderati⁹ , quãto.n. pauciorum fuerint dñi, ampliori tpe neceſſarium manere oĩum principatum,ipſi.n.& fiũt minus deſpotici & moribus ęqui magis , & à ſubditis inuidetur eis minus.Propter hęc.n.& circa Moloſſos multo tpe regnum pmãſit,& qd Lacedæmoniorum,ppea qd à principio in duas partes diuiſus fuit principatus,& rurſum Theopõpo moderante & in alijs & inſtituente ephoro D rum principatum,à ptãte.n.auferens auxit tpe regnũ , quare modo quodã fecit nõ min⁹ ſed maius ipſum , qd quidem & ad vxorem rñdiſſe dicunt ipſum,q̃ dixerat ſi nihil verecundatur minus regnum tradens filijs quã à pr̃e accepit,nõ oportet hoc dicere:trado.n.diuturnius. Tyrãnides autem ſaluantur ſm duos modos cõtrariſſimos,quorum alter eſt qui traditus eſt. & ſm quem diſpenſant plurimi tyrãnorum principatum, horum aũt multa aiunt inſtituiſſe Periandrum Corinthium:multa.n.talia eſt accipere & à principatu Perſarum.Sũt autem & olim dicta ad ſaluationem vt poſſibile eſt tyrãnidis excellentes perimere,& ſapientes deſtruere & neq; cõicatiões ſinere,neq; ſodalitatẽ, neq; diſciplinã , neq; aliud nihil tale,ſed oĩa cauere. Vnde cõſueuerunt fieri

duæ ſapiẽtiæ & pſuaſio, & neq; ſcholas, neq; alias colle
ctiones pmittere fieri vacatiuas, & oĩa facere ex quibus
quã maxime ignoti inuicem erunt oẽs, notitia.n. fidem
facit magis ad inuicem. Et pſectos populi ſemp palã eſſe
cõmorari circa ianuas, ſic.n. minime latebit quid agũt,
& deprehendere ſi aſſuefiant modicum ſemper ſeruien
tes & alia q̃cunq; talia Perſica & Barbara tyrãnica ſunt
omnia.n. idem poſſunt. Et tentare non latere q̃cunque
extiterit quis dicens vel agens ſubditorum, ſed eſſe attẽ
tos velut circa Syracuſanos vocate podagogides, & auri
bus audientes, quos miſit Hieron vbi fuerit aliqua con
gregatio & collectio, confident.n. minus timentes ta-
les, & ſi confidant, latebunt minus. Et criminari inui-
cem, & turbare, & amicos cum amicis, & populum cũ
inſignibus, & diuites cũ ſe ipſis. Et pauperes facere ſub
ditos tyrannicum, quatenus neq; cuſtodia alatur, & oc
cupati circa quotidiana non vacantes ſint ad machinan
dum. exemplum aũt huius, tyrannides q̃ circa Ægyptũ
& anathemata Cypſelidorũ, & Olympij ędificatio à Pi-
ſiſtratidibus, & eorum quæ de Samo opera multi impe
rij, omnia.n. hæc poſſunt idem. ſ. non vacationem & pe
nuriam ſubditorum, & illatio vectigalium, velut in Sy-
racuſis, in quinq; enim annis ſub Dioniſio ſubſtãtiam
omnem inferri accidit. Adhuc autem & bellorum pro-
curator tyrannus, vt vtiq; ſine vacatione ſint & perma-
neant in indigentia præſidis exiſtentes. Regnum qui-
dem ſaluatur per amicos. tyrannicum autem maxime
diſcredere amicis, tanq̃ volentibus quidem omnibus,
potentibus autem ijs maxime. Et adhuc quæ circa De-
mocratiam fiunt vltimam, tyrannica ſunt omnia. Et Gi
necocratia circa domos vt enuntient cõtra viros, & ſer-
uorum remiſſio pp eandem cauſam, neq;.n. machinant
ſerui & mulieres contra tyrannos, gandẽtes quia neceſ
ſarium beniuolos eſſe & tyrannidibus & Democratijs,
Etenim Demus vult eſſe monarchus, pp quod & adu-
lator apud vtraſq; eſt honoratus, apud Demos quidem
demagogus, eſt enim demagogus Demi adulator, apud
tyrannos autem qui humiliter colloquuntur, qđ qui-
dem eſt opus adulationis. Etenim propter hoc Poniro
philon. i. malorum amicus eſt tyrannus, adulatione.n.
recipientes gaudent, hoc autem nullus vtiq; faciet ſen-
ſum habens liberum, ſed amant qui Epijces ſi non adu
lentur, & oportuni maligni ad maligna, clauo enim cla
uus ſicut prouerbium. Et nullo gaudere venerabili ne-
que libero, tyrannicum: ipſum enim eſſe ſolum vult ty
rannus, qui autem contra, venerabilis & liberabilis au
fert excellentiam, & quod deſpoticum tyrãnidis, odiũt
igitur quemadmodũ diſſoluentes principatum, & vti
conniuijs, & cum diuturnari extraneis magis quam ci-
uilibus, tyrãnicum, tanq̃ hos quidem aduerſarios, hos
autem non cõtrariantes. Hęc & talia, tyrãnica quidem
ſaluatiua principatus, nihil aũt deficit magis malignita
tis. Sunt aũt, vt eſt dicere, omnia hæc comprehenſa tri-
bus ſpeciebus, coniecturat.n. tyrannus tria. vnum qui-
dem vt modica ſapiant ſubditi, nulli.n. vtiq; puſillani-
mus inſidiabitur, ſm autem vt diſcredant inuicem, nõ
diſſoluitur.n. prius tyrannus anteq̃ credant aliqui ſibi
ipſis, propter quod & Epijceis aduerſantur tanquã no
ciuius ad principatum, non ſolum propterea quod nõ
volunt ſubici deſpotice, ſed & quia fideles ſunt ſibi ip-
ſis & alijs, & quia non prodũt neq; ſe ipſos neq; alios.
Tertium autem negociorũ impoſſibilitas; nullus enim
E manum mittit ad Impoſſibilia, quare neq; tyrannidem
diſſoluere non exiſtente potẽtia, Ad quos quidẽ igitur
reducuntur volita tyrannorum iſti tres exiſtunt entes,
omnes enim vtiq; reducet quis tyrannica ad has hypo
theſes, hoc quidem vt non credant inuicem, hoc aũt vt
non poſſint, hoc vt parum ſapiãt. Vnus quidem igitur
modus per quem fit ſaluatio tyrannidibus, talis eſt.

LECTIO XII.

ALius autem vt ex contrario dictis habet curam
eſt autem accipere ipſum ex corruptione re-
gnorum, ſicut.n. vnus modus corruptionis re
gni facere magis tyrannicum principatum, ſic
tyrannidis ſaluatio facere ipſum magis regalem, vnius
ſeruantem ſolum potentiam, vt principetur nõ ſolum
volentibus, ſed & nolentibus. protendens.n. & hoc ꝓ-
tendit & tyrannizare: ſed hæc quidem ſicut ſuppoſitio-
F nem oportet manere, alia aũt hęc quidẽ facere, hęc aũt
videri ſimulantem quod regale bene. Primo quidem vt
videatur curare communia, neq; expendat gratuita ta-
lia, in quibus multitudines moleſte ferant, quando ab
ipſis quidem accipiunt operantibus & laborantibus aſ
ſidue, dant autem meretricibus & extraneis & artifici-
bus copioſe. Rationemq; reddat acceptorum & expen-
ſarum, quod quidem iam fecerunt quidam tyrannorũ,
ſic.n. vtiq; quid diſpenſans, œconomus, ſed non tyran
nus eſſe videbitur. Non oportet aũt timere, ne forte de
ficiat pecunijs, dominus exiſtens ciuitatibus, ſed extor
ribus tyrannis à domo, & expedit hoc magis, quàm de
linquere cum congregauerint. Minus enim vtique qui
ſeruant inſilient rebus. Sũt autem tyrannorum qui ſer
uant terribiliores egredientibus à populo q̃ ciuibus, ij
quidem enim peregrinantur, hi autem ſubſiſtunt. De-
G inde introitus oportet videri colligere diſpenſationis
gratia, & ſi aliquando opportunum fuerit vti ad belli-
cas opportunitates. Vniuerſaliter autem exhibere ſe ip
ſum cuſtodem & camerarium, tanq̃ communium, ſed
non tanq̃ propriorum. & videri non ſeuus, ſed reuerẽ
dus. Adhuc aũt talem, vt non timeant occurrentes, ſed
magis verecundentur hoc tamẽ adipiſci non facile, nõ
exiſtentem facile contemptibilem. Propter quod opor-
tet, & ſi non aliarum virtutum curam habeat, tamẽ po-
liticæ, & opinionem efficere de ſe ipſo talem. Adhuc au
tem non ſolum ipſum videri, nullum ſubditorum iniu
riantem, neque iuuenem, neq; iuuenculam, ſed neque
alium vllum eorum qui circa ipſum. Similiter autem
& habere vxores familiares ad eas quæ aliorum, tanq̃,
& propter vxorum iniurias, multæ tyrannides perie-
runt. Et circa fruitiones corporales contrarium facere
H q̃ nunc quidem tyrannorum faciunt, non ſolum enim
mox diluculo hoc faciunt & cõtinue multis diebus, ſed
etiam videri alijs volunt hoc operantes, vt tanquam fe-
lices & beatos admirentur, ſed maxime quidem mode-
ratos eſſe talibus, ſi autem non, tunc videri aliis diffuge
re, neque enim facile inuaſibilis, neque facile contem-
ptibilis qui ſobrius, ſed qui ebrius, neque qui vigil, ſed
dormiens. Contrariumque faciendum olim dictis ferè
omnibus, preparare enim oportet & ornare ciuitatem,
tanquam procuratorem exiſtentem, & non tyrannum.
Adhuc autem quæ ad Deos videri ſemper in ſtudio ha-
bentem differenter, minus enim timent pati aliquid
iniquum à talibus, ſi deicolam putant eſſe principem,
& curare de Dijs, & machinantur minus, tanquam ha-
beant

beant propugnatores etiam Deos. Opottet autem ſine
inſipientia videri talem, bonosque circa aliquid factos
honorare, ita vt putentur nunquam honorari magis à
ciuibus ſuæ legis exiſtentibus. Et tales quidem hono-
res diſtribuere ipſum. Supplicia autem per alios Prin-
cipes, & prætoria. Cómunis autem cuſtodia omnis mo
narchiæ, nullum virum facere magnum, ſed ſiquidem
plures: ſeruabunt enim inuicem, ſi aliquid forte opor-
teat facere magnum, nequaquam ſecúdum morem au-
dacem: maxime enim inuaſiuus talis mos penes omnes
actiones, Et ſi à potentatu aliquem videatur dimittere,
gradatim hoc agere, & non totam ſimul auferre pote-
ſtatem. Adhuc aũt omnem quidem iniuriam cohibere,
pręcipue aũt duas, eam. ſ. quæ in corpus flagellationé,
& eam quæ in ætatem. Maxime aũt hanc faciendum re-
uerétiam, circa amatores honoris: eam quidem. n. quæ
ad pecunias minorationé, amatores pecuniarũ ferunt
grauiter: eam aũt quæ ad inhonorationé, amatores ho-
noris, & epieices hominum: propter quod quidem. n.
vti oportet talibus, aut ſupplicia videri facientem pa-
trie, & non propter paruipenſionem. Eas auté quæ ad
ętatem collocutiones, propter amatiuas cauſas, ſed non
propter poteſtatem: totaliter. n. reputatas inhonoratio
nes redimere maioribus honoribus. Inuadentium aũt,
ad corporis differentiam, hi maxime terribiles, & indi-
gent ampliori cuſtodia, quicũq; non eligunt acquirere
viuere cum peremerint. propter quod maxime vereri
oportet putantes iniuriam pati, aut ipſos, aut eos, quo-
rum curantes exiſtunt: nó parcunt. n. ſibi ipſis, qui pro-
pter furorem inuadunt ſicut & Heraclitus dixit, dicés,
difficile eſſe cum furore pugnare: animę. n. pretiũ fieri.
Qm̃ auté ciuitates, ex duabus partibus conſtitutæ ſunt,
ex egenis hoĩbus & opulétis, maxime quidem vtroſq;
oportet exiſtimare ſaluari, propter principatũ, & alios
ab alijs iniuſtum pati nihil. Quicũq; aũt fuerint valen-
tiores, hos proprios facere maxime principatus, Quod
ſi hoc extiterit rebus, neq; ſeruorum liberationem, fa-
cere tyrannum neq; armorum ablationé: ſufficiens. n.
altera pars appoſita ad potentiã, vt valétiores ſint inſur
gentibus. Superfluum aũt dicere p̄ ſingula talium. In-
tentio. n. manifeſta, quia oportet non tyrannicum, ſed
œconomum & regalem videri eſſe ſubditis, & non ſuũ
curãtem, ſed ꝓcuratoré, & mediocritates vitę perſequi
non excellentias. Adhuc autem inſignes quidem affari,
multos autem demagogizare: ex his. n. neceſſarium nõ
ſolum principatum eſſe pulchriorem & magis zelabi-
lem, q̃ quod meliores principentur, & non humilem,
neq; odio habitum, & timore perſeuerare, ſed & prin-
cipatum eſſe durabiliorem. Adhuc aũt ipſum diſpone-
re ſ m morem, vel bene ad virtutem, vel ſemibonũ exi-
ſtentem, & non malignum, ſed ſemimalignum. Equi-
dem omnibus malis politijs, paucioris temporis ſunt
Oligarchia, & tyrannis. Plurimo. n. tempore fuit, quæ
circa Sicyonem tyrannis quæ Orthagori puerorum, &
ipſius Orthagori: permanſit enim ipſa annis centum.
huius autem cauſa, quia ſubditis vtebantur moderate,
& multis legibus ſeruiebãt, & quia bellicoſus fuit Cli-
ſtenes, nõ fuit facile contemptibilis, & quantũ ad mul-
ta, curis demagogizabat. Dicit̃ igitur Cliſtenes, reſpon-
dentem de victoria, ipſum quomodo coronauit. Qui-
dam autem aiunt, eſſe imaginem eius qui iudicauit ſic
ſtatuam quæ in foro ſedet. Aiunt autem & Piſiſtratum

A aliquando ſuſtinuiſſe ſententiam, cum eſſet vocatus ap
ariopagum. Secunda autem circa Corinthum quæ Cyp
ſelidorum, etenim hęc perſeuerauit annis ſeptuagin-
ta tribus, & menſibus ſex. Cypſellus quidem tyranniza
uit annis triginta, Periander autem quadraginta qua-
tuor, Pſammiticus auté qui Gordiæ annis tribus. Cau-
ſæ autem eędem, & huius: Cypſellus quidem enim De-
magogus erat, & à principio permanſit ſine armorum
cuſtodia. Periander autem fuit quidem tyrannicus, ſed
bellicoſus. Tertia autem quæ Piſiſtraticorum Athenis,
non fuit vero continua, bis enim fuit Piſiſtratus tyran-
nizans, ita vt & in annis triginta tribus, decem & ſepté
annis tyrannizarit, pueri autem decem & octo, quare
omnes anni fuerunt triginta & quinque. Reliquarum
autem quę circa Hieronem & Gelonem, circa Syracu-
ſas, non autem permãſit ipſa multis annis, ſed omnes
B duobus deficientibus de viginti. Gelon quidem enim
ſeptem annis tyrannizauit, octauo vitam finiuit, decem
autem Hieron, Thraſibulus autem vndecimo méſe ex-
cidit. Multæ autem tyrannides, pauci temporis fuerũt
omnes penitus. Quæ quidé igitur circa politias, & quę
circa monarchias, ex quibus corrumpuntur & iterum
ſaluantur, ferè dictum eſt de omnibus.

LECTIO XIII.

IN politia autem dicitur quidem de tranſmutationĩ
bus à Socrate, non tamen dicit̃ bene. Optime enim
politiæ, & primę exiſtentis non dicit tranſmutatio
nem proprie. ait enim cauſam eſſe id quod eſt, non
manere aliquid, ſed in aliqua periodo trãſmutari, prin
cipium autem eſſe horum, quorum epitritus, fundus
quinario coniugatus, duas harmonias exhibet, dicens.
Quando numerus diagrammatis huius, ſolidus fuerit,
C tanq̃ natura q̃ñq; producéte & meliores & peiores di-
ſciplina, hoc ipſum dicens forte non male. Cõtingit. n.
eé aliquos, quos diſciplinari & fieri ſtudioſos viros im
poſſibile eſt. Sed hæc quidé vtiq; erit propria tranſmu-
tatio eius, quę ab illo dicitur optima politia, magis quã
aliarum omnium, & eorum quæ fiunt omnium & per
tempus, per quod dicit omnia tranſmutari, & quę non
ſimul inceperunt fieri, ſimul tranſmutãtur, velut ſi die
priori ante tropicum facta fuerunt ſimul tranſmutan-
tur. Adhuc autem propter quam cauſam ex hac in eam
quæ Lacedæmoniorum fit tranſmutatio, ſepius enim
in contrariam tranſmutantur omnes politię quàm in
eam quæ prope. Eadem autem ratio & de alijs tranſmu
tationibus. ex Lacedæmonienſi enim, ait, tranſmutan-
tur in Oligarchiam. Ex hac autem in Democratiam, in
tyrannidem autem ex Democratia, & quidem etiã econ
D trario tranſmutantur, puta ex demo in Oligarchiam, &
magis quàm in monarchiam. Adhuc autem tyrannidis
non dicit, neque ſi erit tranſmutatio, neque ſi non erit,
propter quam cauſam & in qualem politiam. Huius au
tem cauſa, quia non facile vtiq; haberet dicere. Indeter
minàtum enim quoniam & ſecundum illum oportet,
& in primam & optimam: ſic enim vtiq; fieret conti-
nuum & circulus, ſed tranſmutatur & in tyrannidem
tyrannis, ſicut quę Sicyonis, ex ea quę Myronis in eam
quę Cliſtenis, & in Oligarchiã, ſicut quę in Chalcide,
quæ Antileontis, & in Democratiam, ſicut quæ Gelo-
nis in Syracuſis, & in Ariſtocratiam, ſicut quæ in Cari-
lai, in Lacedæmonia, & in Carchedonę, & in tyranni-
dem tranſmutatio fit ex Oligarchia, ſicut in Sicilia. ferè

plurimæ antiquarum in Leontinis in tyrannidem Pa-
netij,& in Gela,eam quæ Cleandri, & in Rhegio iu eã
quæ Anaxilai,& in aliis ciuitatibus multis ſimiliter, in
conueniẽs autẽ & putare in Oligarchiam propter hoc
tranſmutari, quia amatores pecuniarum & pecunioſi,
qui in principatibus, ſed non quia qui multum exce-
duut in ſubſtautiis non iuſtum putant æqualem parti-
cipare per ciuitatem eos qui nihil poſſident,cum his, q̃
poſſident.In multisque Oligarchiis non licet pecunio
ſum fieri,ſed leges ſunt prohibẽtes.In Carchedone au-
tem Democratizantes pecunioſi ſunt, & ſic tranſmuta
tæ fuerunt.Inconueniens enim eſt dicere, duas ciuita-
tes eſſe eam quæ Oligarchia diuitum & pauperũ.Quid
enim hæc magis q̃ Lacedæmonica paſſa eſt, vel queçũ-
que alia,vbi nou omnes poſſident æqualia,vel nõ om-
nes ſimiliter erũt boni viri, nullo añt pauperiori facto
q̃ prius nihil minus tranſmutantur in demum ex Oli-
garchia ſi fiant plures qui egeni,& ex Demo in Oligar-
chiam,ſi valentius fuit ꝙ opulentum, q̃ multitudo, &
ij quidem non curent,ij aũt adhibeant intellectũ,mul-
tisq; exiſtentibus cauſis per quæ fiũt tranſmutationes
nõ dicit,ſed vuam,quia prodigi facti, vſurarij fiũt pau-
peres,vt à principio diuitibus exiſtẽtibus omnibus aut
plurimis,hoc autem eſt falſum.Sed quando quidam p̃-
ſidum perdiderunt ſubſtantias,innouant, quando aũt
aliorum,nihil fit dirum, & tranſmutantur nihil magis
nunq̃ in demum q̃ in aliam politiam. Adhuc autẽ, &
ſi honoribus non participant,& ſi iniuſta patiãtur, vel
iniurias,ſeditiones faciunt & tranſmutant politias & ſi
non cõſumpſerit ſubſtantiam, ꝓpter licere ſibi quod-
cunq; voluerunt facere,cuius cauſam, eam quæ valde
libera, eſſe dicit,pluribus autẽ exiſtẽtibus Oligarchiis,
& Democratijs, tanqnam vna exiſtente vtraque, dicit
tranſmutatioues Socrates.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEXTVS.

LECTIO I.

QVot quidem igitur differentiæ, & quæ
eius quod conſiliatiuum & dominus po-
litiæ, & eius q circa principatus ordinis
& de prætorijs,& qualia ad qualem po-
litiam coordinata ſunt. Adhuc autem de
corruptione & ſaluatione politiarum, ex qualibus fit,
& propter quas cauſas,dictum eſt prius.Quoniam au-
tem fuerunt ſpecies plures Democratiæ exiſtentes, &
aliarum ſimiliter politiarum, ſimulq́ue de illis, ſiquid
reſiduũ,non deterius conſiderare & modum congruũ
& conſerentem aſſignare ad vuam quamq;. Adhuc aũt
& collectiones ipſorum dictorum omnimodorum cõ-
ſiderandum. Hæc enim combinata faciunt politias va-
riari, vt Ariſtocratiæ ſint Oligarchicæ, & Politiæ ſint
magis Democratiæ. Dico autem combinationes quas
oportet quidem conſiderare. non ſunt autem conſide-
ratæ nunc,puta ſi quod quidem conſiliãs,& ꝙ circa ele
ctionem principatuum Oligarchice fuerit inſtitutum,
quæ autem circa prætoria Ariſtocratice, aut hoc quidẽ
E & quod circa conſilians Oligarchice Ariſtocratice au-
tem ꝙ circa electiones principatuum,aut ſecũdum ali-
quem alium modum non omuia compouãtur quæ po
litiæ conuenientia. Qualis quidem igitur Democratia
ad qualem congruit ciuitatem,ſimiliter autem & qua-
lis Oligarchiarum,quali multitudini,& reliquarũ au-
tem politiarum quid quibus expediat dictum eſt pri.
Attamen oportet fieri palam,non ſolum qualis harum
politiarum ſit optima ciuitatibus, ſed & qualiter opor
tet inſtituere,& has,& alias,pertractemus breuiter. Et
primo de Democratia dicamus: ſimul enim & de oppo
ſita politia manifeſtum,hæc autem eſt, quam quidã vo
cant Oligarchiam. Sumendum autem ad hanc metho-
dum,omnia quæ Demotica,& quæ videntur Democra
tijs aſſequi, ex his enim compoſitis Democratiæ ſpe-
cies fieri accidit,& Democratias plures vna eſſe, & dif-
F ferentes.duæ enim ſunt cauſæ,propter quas Democra-
tiæ ſunt plures,primo quidẽ,quæ dicta eſt prius, quia
diuerſi populi,fit enim hæc quidem agricola multitu-
do,hęc autem bauauſum & mercenarium,quorum pri
mo aſſumpto cum ſecundo, & tertio rurſum cum am-
bobus,non ſolum differt in fieri meliorem & deterio-
rem Democratiam,ſed ex eo quod non eandem,ſecun-
da autem de qua nunc dicimus,quę enim Democratijs
aſſequuntur,& videntur eſſe propria politiæ huius,ſi-
mul poſita,faciunt Democratias alias, huic quidem.n.
pauciora,huic autem aſſequuntur plura, huic aũt om-
nia hæc.Opportunum autem vnumquodq; ipſorũ co-
guoſcere ad inſtituendum, quamcũq; ipſarum aliquis
extiterit volens,& ad directiones. Quærũt quidem.n.
qui politias inſtituunt, omnia conuenientia ad hypo-
theſim congregare, peccant autem hoc facientes,quem
G admodum in ijs,quæ circa corruptiones & ſaluationes
politiarum dictum eſt prius,nunc autem exigentias &
mores,& quæ appetunt dicamus.

LECTIO II.

HYpoteſis quidem igitur Democraticæ politiæ
libertas,hoc enim dicere conſueuerunt, tanq̃
in ſola hac politia participantes libertate, hoc
enim coniectare aiunt omnem Democratiam.
Libertatis aũt, vnum quidem in parte ſubici & princi-
pari,etenim iuſtũ Democraticũ eſt,habere ęquale,ſecũ
dum numerum,ſed non ſecundum dignitatem. Huius
autem exiſtentis iuſti multitudinem neceſſarium eſſe
dominam, & quodcunq; videatur pluribus hũc eſſe fi
nem,& hoc eſt quod iuſtum.Aiũt enim oportere ęqua
le habere vnumquemq; ciuium.Quare in Democratiis
accidit magis eſſe dominos egenos diuitibus,plures.n.
H ſunt. Dominans autem quod pluribus viſum. Vnum
quidem igitur libertatis ſignum,hoc,ꝙ terminum po-
litiæ ponunt omnes qui demotici,vnum autem viuere
vt vult quis.Hoc enim opus libertatis eſſe aiunt, ſiqui-
dem ſeruientis ipſum viuere,non vt vult. Et Democra-
tiæ quidem igitur terminus iſte ſecundus. Hinc autem
venit id quod eſt non ſubici,maxime autem ſub nullo,
ſi autem non,ſecundum partem,& facit hac ad liberta-
tem eam quæ ſecundum æquale. Talibus autem ſuppo
ſitis,& tali exiſtẽte principatu, talia demotica.ſ.eligere
principatus omnes ex omnibus, principari omnes qui
dem ſup vnũquemq;, vnũquemq; aũt in parte ſup oẽs
ſortiales eſſe principatus, vel omnes, vel quicũq; nõ in
digent experientia & arte, non ab honorabilitate ali-

quа eſſe principatus, aut q̃ paruiſſima. Nõ bis eundem A
principari, aut raro, aut paucis, excepо̂s ijs quæ penes
bellum. pauci temporis eſſe principatus ijs quæ penes
vel omoes, vel qualcũq; contingit. Iudicare omnes vel
ex omnibus & de omnibus, vel de plurimis & de maxi-
mis, & de principaliſſimis, puta de correctionib⁹ & de
politia, & de propriis commutationibus. Congregatio
nem eſſe dominam omnium, principatum autem nul-
lum nullius, aut q̃ pauciſſimorum, aut maximorũ do-
minam. Principatuum autem maxime Democicum con
ſilium, vbi non mercedes de ſactis omnibus, ij enim au
ferunt, & huius principatus potentiam, ad ſe ipſum. n.
reducit iudicia omnia populus abundans precio ſicut
dictum ſuit prius in methodo quæ ante hanc. Deinde
præmiare, maxime quidem omnes, congregaciõné, præ
toria, & principatus, ſi autem non, principatus & præ- B
toria, & conſilia, & congregationes præcipuas, aut prin
cipatuum neceſſe conuiuari cum inuicem. Adhuc aũt,
qm̃ Oligarchia, & genere & diuitijs, & diſciplina deter
minatur, quæ Demotica, videtur, contraria horum eſſe,
ignobilitate, paupertate, banauſia. In principatibus au-
tem, nullum perpetuũ eſſe, ſi aũt aliquis deficiat ex anti
qua tranſmutatione, tunc circum tollere potentiam ip
ſius, & ex eligibilibus ſorciales facere. Communia qui-
dem Democratiæ hæc ſunt, accidit autem ex iuſto con-
feſſo eſſe Democraĉo, hoc autẽ eſt æquale habere om-
nes ſecundum numerum. Quæ maxime videntur eſſe
Democratia & Demus, equale enim nihil magis, princi
pari egenos q̃ diuites, neq; dominos eſſe ſolos, ſed om-
nes ex æquo ſecundum numerum. Sic enim vtiq; puta
bunt exiſtere equalitatem ciuitati & libertatem.

LECTIO III.

QVod autem poſt hoc dubitatur, quomodo ha C
bebunt ꝙ equale, vtrum oportet honorabili-
tates diuidere ipſis mille, eas quę quingento-
rum, & ipſos mille equale poſſe quingentis,
aut non ſic oportet poni in ijs equalitatem, ſed diuide
re quidem ſic. Deinde ex quingentis equales accipien-
tem, & ex mille hos dños eſſe diuiſionum & pretorio-
rum. Vtrũ igitur hęc quæ ſm multitudinem honorabi
litatum politia, iuſtiſſima ſm Demoticum iuſtum, aut
magis quæ ſm multitudinem. Aiunt. o. Demotici hoc
iuſtum quodcunq; videatur pluribus, Oligarchici aũt
quodcũq; videatur ampliori ſubſtantiæ, ſm multitudi
nem. o. ſubſtantiæ aiunt oportere iudicari. Habent aũt
ambo inequalitatem & iniuſtitiã. Si quidem. n. quod-
cunq; qui pauci, tyrannis, etenim ſi vnus habeat plura
aliis diuitibus, ſm Oligarchicum iuſtum, principari ſo
lum iuſtum. Si autem quodcũq; qui plures ſm nume- D
rum, iniuſta agent, depopulantes quæ diuitum & pau-
corũ, ſicut dictum eſt prius. Quæ igitur vtiq; erit æqua
litas quam confitentur vtriq; conſiderãdum ex quibus
iuſtis determinant. Dicunt. n. ꝙ quodcũq; videbit̃ plu
ribus ciuium, hoc oportet eſſe dominans. Sit itaq; hæc
non cauſa tñ omnino, ſed qm̃ duæ partes exiſtunt, ex
quibus ciuitas, diuites & pauperes, quodcunq; vtriſq;
videatur, vel pluribus, hoc ſit quod dominans, ſi autem
contraria videantur quodcunque qui plures, & quorũ
honorabilitas amplior, puta ſi ij quidem decem, ij autẽ
viginti. Videbatur autem diuitũ quidem ipſis ſex, pau
perorũ aũt ipſis quindecim. Adiũgãtur autem pauperi
bus quidem diuitum quatuor, diuitibus autẽ pauperũ
A quinque, quoruncunq; igitur honorabilitas excedit, ſi
mul numeratis vtriſque, hoc dominans vtriſque. Si au
tem æquales euenerint, communem hanc putandũ eſ-
ſe dubitatiunẽ, ſicut nũc ſi diuiſa ĩ duo cõgregaĉo fiat,
vel prætorium, aut. n. ſortiendum, aut aliquid aliud ta
le faciendum. Sed de equali quidem & iuſto, quãuis ſit
valde difficile inuenire veritatem, de ipſis, tamẽ facilius
ſortiri, q̃ permittere potentes ſupergredi, ſemper enim
quærunt ꝙ iuſtum, & quod æquale qui minores, præ-
eminentes autem nihil curant.

LECTIO IIII.

DEmocratijs aũt exiſtentibus quatuor, optima
quidem quæ prima ordine, quẽadmodũ dictũ
eſt in ſermonibus qui ante hos. Eſt aũt & anti
quiſſima oĩum hęc. Dico aũt primam, ſicut ſi-
B quis diſtinguat populus, optimus enim popul⁹ qui ter
ræ cultiuus eſt. Quare & facere contingit Democratiã,
vbi viuit multitudo ab agricultura vel paſcuis. Propter
quidem enim ꝙ non multam ſubſtantiam habet neq;
vacans, vt non ſępe congregationes faciat. Propterea au
tem ꝙ non habent neceſſaria, circa opera immorant̃, &
aliena non concupiſcunt, ſed delectabilius eſt ipſis la-
borare q̃ politizare & principari, vbicũq; nõ fuerint ac
ceptationes magnę à principatibus. Qui multi. n. ma-
gis appetunt lucrum & honorem. Signum autem, ete-
nim antiquas tyrannides ſuſtinuerunt, & Oligarchicas
ſuſtinent, ſiquis ipſos operari non prohibeat, neq; au-
ferat aliquid. Celeriter. n. ij quidem ditantur ipſorum,
ij autem non egent. Adhuc aũt, quod domini ſunt eli-
gendi, & corrigendi, ſupplet indigentiam ſi quid ambi
tionis habent, qm̃ apud quoſdã Demos, quãuis nõ par
ticipent electione principatuum, ſed quidam eligibiles
C ſecundum partem ex omnibus, ſicut & in Mantinæa.
Eius aũt quod eſt conſiliari domini ſint ſufficiẽter hoc
multis, & oportet putare, etiam hoc ſchema eẽ quod-
dam Democratiæ, ſicut in Mantinæa aliquando erat.
Propter quod vtiq; & expediens eſt prius dictæ Demo
cratiæ, & exiſtere cõſueuit eligere quidem principatus,
& corrigere & iudicare omnes, principari autem maxi
mis electos, & ab honorabilitatibus maioribus, à maio
ribus autem ab honorabilitatibus quidem nullum, ſed
eos q poſſunt. Neceſſe autem politizantes ſic politizare
bene, principatus enim ſemper meliores erunt populo
conſulente, & epijceis non inuidente, & epijceis & in-
ſignibus ſufficere hunc ordinem, ſubicientur enim nõ
ſub aliis deterioribus, & principabuntur iuſte, ꝓpter
ꝙ correctionum ſint alij domini, ſuſpendere enim &
non omnem licere facere quodcũq; videatur expediẽs,
D poteſtas enim agendi quodcunq; voluerit aliquis non
poteſt ſeruare ꝙ in vnoquoq; hominum tribuale. Qua
re neceſſarium accidere quod qui leu eſt maximi pro-
fectus in politijs, principari epijceis impeccabiles exi-
ſtentes, nihil minorata multitudine. Quod quidem igi
tur hæc Democraĉarum ſit optima manifeſtum, & pro
pter quam cauſam, quia propter qualem quendam eſſe
populum. Ad inſtituendum autem populum agricolã,
aliquæ legum apud antiquos poſitarum antiquitus, vti
les omnes, aut totaliter non licere poſſidere ampliorem
terram menſura quadam, aut ab aliquo loco ad muni-
cipium & ciuitatem, erat autem antiquitus in multis
ciuitatibus lege ſtatutum neque licere vendere primas
ſortes, eſt autem & quem dicunt Oxyli legem eſſe tale
aliquid

aliquid potens non mutuare ad aliquam partem terrę
exiſtentis vnicuiq;. Nunc autẽ oportet dirigere & lege
Aphytolorũ, ad id.n. quod dicimus, eſt vtile. Illi.n. qui-
dem exiſtentes multi, poſſidẽtes aũt terram paucam, tñ
oẽs terram colunt appreciantur.n. non totas poſſeſſio
nes, ſed ſecundũ tantas partes diuidentes, vt habeãt ex-
cedere preciis etiã pauperes. Poſt agricolarũ aũt multi-
tudinẽ optimus populus eſt, vbi paſtores ſunt & viuũt
ex pecoribus. Multa.n. habet conſimiliter agriculturæ
& actionibus ad bellica maxime iſti exercitati ſunt ſm
habitus, & vtiles ſm corpora, & potentes venari. Aliæ
aũt omnes multitudines ferè ex quibus reliquę Demo
cratię conſiſtunt, multo deteriores iis, vita.n. praua, &
nullum opus cũ virtute eorũ quæ tractat multitudo, &
quę banauſorũ, & quæ forenſium hoĩum, & quæ mer
cennaria. Adhuc aũt ꝓpterea ꝙ circa forum & circa mu
nicipium conuerſantur, omne tale genus, vt eſt dice-
re, facile congregationes facit. Qui aũt terrę cultores, ꝓ
pterea ꝙ diſperſi ſunt per regionem, neq; concurrunt,
neq; ſimiliter indigent ſynodo hac. Vbi aũt & accidit
regionẽ poſitionẽ habere talẽ, vt regio multũ a ciuitate
ſemota ſit, facile & Democratiã facere bonã & politiã.
Cogitur.n. multitudo in agris facere habitacula. Quare
oportet & ſi hęc turba forẽſis ſit, nõ facere in Democra
ticis cõgregationibus ſine multitudine q̃ per regionẽ.

LECTIO V.

Qvumodo quidẽ igitur oportet inſtituere op-
timam & primã Democratiam dictũ eſt. Ma-
nifeſtũ autem & qũo alias. Conſequenter.n.
oportet tranſgredi, & deteriorem ſemp mul-
titudinem ſeparare. Vltimam aũt ꝓpterea
ꝙ oẽs cõicant, neq; ferre eſt oĩs ciuitatis, neq; facile per
manere non bene compoſitam legibus & conſuetudi-
nibus. Quę aũt accidit corrũpere & hanc & alias poli-
tias, dicta ſunt prius plurima ferè. Ad firmandũ autem
hanc Democratiam & faciendũ populum impotentem
cõſueuerunt pręſides aſſumere q̃ plurimos, & facere ci
ues nõ ſolũ legitimos, ſed ſpurios, & eos q ex vtrocũq;
cine. Dico aũt, puta ex patre vel matre, oẽ.n. conueniẽs
magis tali populo. Conſueuerũt quidem igitur Dema-
gogi inſtituere ſic, oportet tñ aſſumere donec vtiq; ex
cedat multitudo inſigniorum & mediorum, & non vl
tra hoc procedere. Excedentes enim, inordinatiorem fa
ciunt politiam, & inſignes exacerbant magis ad graui-
ter ſufferre Democratiã. Quod quidem euenit fieri cau
ſa ſeditionis circa Cyrenem, paucum quidem enim ma
lum negligitur, multum aũt factum magis in oculis eſt.
Adhuc autẽ & talia inſtituta ſunt opportuna ad Demo
cratiam talem, velut Cliſthenes Athenis vſus fuit volẽs
augere Democratiam, & circa Cyrenem qui demum in
ſtituebant. Tribus enim aliæ faciendæ plures & frater-
nitates & in propriis ſacris, colligendũ in pauca & cõ-
munia, & oĩa ſophiſticãdũ, vt vtiq; q̃ maxime pmiſceã
tur oẽs inuicẽ. Conſuetudines aũt coniungantur quæ
priores. Adhuc aũt & tyrannica inſtituta, demotica vĩr
oĩa, dico aũt, puta anarchia ſeruorum. Hæc autem vtiq;
erit vſq; ad aliquid expediens & mulierũ & puerorum
& viuere vt quis vult diſſimulare, multũ.n. erit politiæ
tali auxiliãs, delectabilius.n. multis viuere inordinate,
q̃ temperate. Eſt aũt opus legiſlatoris, & volentium cõ
ſiſtere talem quandam politiã, non inſtituere maximũ
opus, neq; ſolum vnum, ſed vt ſaluetur magis. Vno.n.

B aut duobus aut tribus diebus non difficile manere poli
tizãtes qualitercuuq;, ꝓpter quod oportet de quibus
cõſideratum eſt prius, quæ ſaluationes, & correctiones
politiarũ, ex iis temptare facere firmitatem, verẽtes qui
dẽ corrũpẽtia, ponẽtes aũt tales leges & non ſcriptas &
ſcriptas, q̃ comprehendent maxime ſaluãtia politias, &
non putare hoc eſſe Democticũ, neq; Oligarchicum qđ
faciet ciuitatẽ q̃ maxime Democratizari neq; Oligarchi
zari, ſed quod plurimo tpe. Qui aũt Demagogi gratioſi,
populis multa Democratizant per prætoria, ꝓpter qđ
oportet, ad hæc contra agere eos, qui cordi habent poli
tiam: lege ſtatuentes nihil eſſe publicum, eorũ quę con
demnantur & ferũtur ad cõe, ſed ſacrum. Qui quidem
enim iniuſta agunt, nihil minus verentes erunt, dãnifi
cabunt enim ſimiliter, turba autẽ, minus corrũpet ſen-
tentias de iis qui iudicantur, cũ nihil debeat accipere.
F Adhuc aũt eas q̃ fiũt publicas vindictas, q̃ pauciſſimas
ſemper facere, magnis dãnis prohibentes eos qui vane
ſcribunt, non enim populares, ſed inſignes conſueue-
runt inducere. Oportet aũt politiæ, omnes ciues maxi-
me quidẽ beniuolos eſſe, ſi aũt nõ, nunq̃ vt aduerſarios
putare dños. Qm̃ aũt vltimæ Democratiæ multorũ ho-
minũ ſunt, & difficile congregari ſine mercede, hoc aũt
vbi redditus nõ exiſtũt entes aduerſarium inſignibus,
ab illatione enim & depopulatiõe neceſſarium fieri, &
prætoria malorum q̃ multas iam Democratias euerre-
runt. Vbi quidem igitur redditus non exiſtunt entes,
oportet facere congregationes paucas, & prætoria, mul
torũ quidem, paucis aũt diebus, hoc.n. facit, & ad nõ ti
mere diuites expenſas, ſed diuites quidem nõ accipiant
prætoriale, pauperes aũt: facit aũt & ad iudicare ſenten
tias multo melius. Diuites.n. multis quidem diebus nõ
G volũt à propriis abeſſe, breui autem tpe volunt. Vbi au
tem ſunt redditus nõ facere qđ nunc demagogi faciũt,
obuenientia enim diſtribuunt, accipiunt autẽ ſimul &
rurſum indigent eiſdem, perforata.n. lagena eſt tale au
xiliũ pauperibus. Sed oportet vere Demoticũ prouide
re, qualiter multitudo non valde egens ſit, hæc.n. cau-
ſa eius ꝙ eſt prauam eſſe Democratiam, artificiandum
Igitur, qualiter abundantia fiat diuturna. Qm̃ aũt ex-
pedit hoc etiam diuitibus, quæ quidẽ à redditibus fiũt
congregantes ſimul tota oportet diſtribuere pauperi-
bus, maxime aũt ſi quis põt tm̃ congregans quantũ ad
fundiculi acquiſitionem, ſi autem non ad occaſionem
negociationis & agriculturæ, & ſi non oĩbus poſſibile,
ſaltem ſecundũ tribus vel ſecũdum partem aliquam al
teram in parte diſtribuere. In hoc autem ad neceſſarios
ſynodos diuites inferre mercedem reſpuẽtes vanas ob-
H lationes. tali autem quodã modo Carchedonij politizã
tes, amicum acquiſierunt populum. Semper.n. aliquos
de populo emittentes ad negocia domus, faciunt diui-
tes. Gratioſorum autẽ & intellectum habentium inſi-
gnium eſt & aſſumentes pauperes, occaſiones quidem
dantes ꝓuocare ad operationes. Bene habet aũt imitari
& Tarentinorũ principatũ, illi.n. cõia facientes poſſeſſa
pauperibus ad vſum, beniuolam inſtituunt multitudi-
nem. Adhuc aũt principatus oẽs duplices fecerunt, hos
quidem eligibiles, hos autẽ fortiales, fortiales quidẽ vt
populus ipſis participet, eligibiles autem, vt politizarẽt
melius. Eſt autem hoc facere, & de eodem principatu,
partientes, hos quidem fortiales, hos autem eligibiles.
Qũo q̃dẽ igitur oportet democratias inſtituere dictũ ẽ.

LECTIO VI.

FEre autem & circa Oligarchias, quomodo opor-
tet, maniſeſtũ ex ijs, ex contrariis.n.vnamquãq;
Oligarchiam oportet colligere, ad contrariã De-
mocratiam reputantẽ:bene temperatam quidem
maxime Oligarchiarum & primam, hæc aũt eſt q̃ ꝓpin
qua vocatæ politię, qua oportet honorabilitates diuide
re, has quidem minores, has aũt maiores faciẽtes. Mino
res quidẽ à quibus participabunt neceſſarijs principa-
tibus. Maiores aũt à quibus principalioribus hñti quę
honorabilitatẽ licere participare politia. tantam popu li
multitudinem introducentes ꝑ honorabilitatẽ cũ qua
valentiores erunt ijs, qui nõ participãt. Semper autem
oportet aſſumere ex meliori populo cõicantes. Siſr aũt
& communicantes, ſiſr & cõſequentem Oligarchiam
intendentes oportet parum inſtituere, oppoſitæ vlti-
B mę Democratiæ ei quæ maxime poteſtatiua & maxime
tyrannica Oligarchiarum, quanto quidem peſſima tan
to amplioti cautela opus eſt. Sicut.n.corpora, quæ be-
ne diſponuntur ad ſanitatem, & naues quæ bene ſe ha-
bent nautis ad nauigationem, ſuſtinent plura peccata,
vt non corrumpantur ꝑꝑ ipſa. Quæ autẽ ægrotantia ſe
habẽt corporum & nauium reſolutæ & nautas prauos
ſortitæ, neq; praua pñr ferre peccata. Ita & politiarum
peſſimæ plurima indigent cautela. Democratias quidẽ
igitur totaliter multitudo hoĩum ſaluat, hęc.n.opponi
tur ad iuſtum id, quod ſm dignitatem. Oligarchiam au
tem palam quod econtrario à bona ordinatione opor-
tet ſortiri ſaluationẽ. Qm̃ autem quatuor quidem ſunt
maxime partes multitudinis, agricultiua, banauſa, forẽ
ſis, mercenoaria. quatuor autem q̃ opportuna ad bellũ
equeſtre, armatiuum, nudum, nauticũ, vbi.n.accidit re-
C gionem equitabilem eſſe, hic quidem bene apte habet
inſtituere Oligarchiam fortem, ſalus.n.habitantibus ꝑ
hanc potentiam eſt. nutriturę autem equorum magnas
ſubſtantias poſſidentium ſunt: vbi aũt armatiuam, con
ſequentem Oligarchiam, quod.o.armatiuum eſt diui-
tum magis q̃ egenorũ, nuda aũt potentia & nautica po
pularis oĩno hæc quidem. Nunc quidem igitur vbi eſt
talis magna multitudo, cũ diſſenſerint agonizant dete-
rius, oportet aũt ad hoc remedium accipere, à ducibus
exercitus bellicia qui cõhinent ad equeſtrem potentiã
& armatiuã eam q̃ congruit nudorũ. Hac aũt ꝑualẽt in
diſſenſionibus diuitibus populares, nudi.n.exiſtentes
& ad equeſtrem & armatam agonizant facile, ex ijs qui
dem igitur conſiſtere hanc potentiam ſibi ipſis eſt con-
ſtituere, oportet aũt diuiſa ætate, & ijs quidem exiſtẽti-
bus ſenioribus, ijs aũt iuuenibus. Adhuc exiſtẽtes iuue
D nes ipſorum filios, doceri leues & nudas operationes,
ſequeſtratos aũt ex pueris athletas eſſe ipſos operũ, ap-
poſitionem aũt fieri multitudini politeumatis, vel quẽ
admodum dictũ eſt prius, ijs qui honorabilitatẽ habẽt,
vel ſicut Thebanis abſtinentibus per tempus aliquod
à banauſis operibus, vel ſicut in Maſſalia diſcretionem
facientes dignorũ qui in politeumate & eorum quę ex
tra ciuitatẽ. Adhuc aũt & principatib⁹ præcipuis, quos
oportet eos, qui in politia, obtinere, opus eſt apponere
oblationes: vt voluntarius populus nõ participet, & cõ
paſſionem habeat ad principes tanq̃ principantes mul
tum pretium dantes principatus. Congruit aũt ſacriſi-
cia immittentes facere magnifica & ꝑparare aliquid cõ
munium vt ijs q̃ circa cõuiuationes participans popu-

A lus & ciuitatem videns ornatam, hæc quidem ſurſum
ſuſpenſis, hæc autem ædificijs, gaudens videat manen-
tem politiam. Accidet autem & inſignibus eſſe memo-
rialia expenſarum. Sed hoc nunc qui circa Oligarchias
non faciunt ſed contrarium, acceptiones enim quærũt
non minus q̃ honorem, propter quod quidem bene ha
bet dicere has eſſe Democratias paruas. Quomodo qui
dẽ igitur oportet firmare Democratias & Oligarchias,
determinatum ſit hoc modo.

LECTIO VII.

COnſequens aũt dictis eſt, diuidere bene q̃ cir-
ca principatus quot, & qui, & quorũ, ſicut di-
ctum eſt & prius; ſine neceſſariis quidẽ.n.prin
cipatibus impoſſibile eſt eſſe ciuitatem, ſine iis
aũt qui ad bonũ ordinẽ & ornatũ, impoſſibile habitari
B bene. Adhuc aũt neceſſariũ in paruis quidẽ pauciores
eſſe principatus, ĩ magnis aũt plures, ſicut extitit prius
dictum. Quales igitur congruit ſimul ducere, & quales
ſeparare, oportet non latere, primo quidem igitur cura
neceſſariorum, quæ circa forũ cui oportet quendã prin
cipatum ꝑeſſe aſpicientem circa contractus & bonum
ornatum: ferè.n.neceſſarium oĩbus ciuitatibus, hũc q-
dem emere, hunc autem vendere. ad eam quę ad inuicẽ
neceſſariam vtilitatem, & hoc eſt accõmodatiſſimum
ad autarciam, propter quam videntur in vnam politiã
conueniſſe. Altera autem cura huic habita & propin-
qua q̃ eorum q̃ circa municipium publicorum & pro-
priorum qualiter bonus ornatus ſit & cadentium ędifi
ciorum & viarũ ſaluatio & directio, & cõfiniũ ad inui-
cem, qualr ſine quærela ſe habeant & curæ alia q̃cunq;
ijs ſimilis modi, vocant aũt plurimi aſtinomiam talem
principatũ. Habet aũt partes plures numero, quarũ ad
C alias alios inſtituunt in ciuitatibus magis populoſis, ve
lut murorum factores, & fontium curatores, & portus
cuſtodes, alia aũt neceſſaria & conſimilis huic. De eiſdẽ
quidem.n.ſed circa regionem eſt, & de eo quod extra
oppidum. Vocãt aũt principes hos, ij q̃dem agorono-
mus, ij aũt Hylores. hæ quidem igitur curæ horũ ſunt
tres. Alius aũt principatus ad quem redditus cõium re
feruntur, à quibus cuſtodientibus patiuntur ad vnam-
quãq; diſpenſationem. Vocãt aũt receptores hos & ca-
merarios. Alius aũt principatus, ad quem reſcribi opor
tet ꝓprios contractus & iudicia ex prætorijs, apud eoſ
dem aũt iſtos, & ſcripturas ſñiarum fieri oportet, & in
ductiones. alicubi q̃dem igitur partiunt & hũc in plu-
res. eſt aũt vnus principalis horum omnium: vocantur
autem Hieromnimones & præſides, & alijs ijs noĩbus
propinquis. Poſt hunc autem conſequens quidem ne-
D ceſſarijſſimus aũt ferè & maxime difficilis principatuũ
eſt, qui circa actiones cõdemnatorũ, & ꝓpoſitorũ ſcri-
ptionibus & circa cuſtodias corporũ, grauis quidẽ igit
eſt ꝑꝑ multam habere inimicitiã, ita vt vbi non eſt ma
gna lucrari, neq; principari ſuſtinent ipſo, neq; qui ſu-
ſtinent volunt agere ſm leges. neceſſarius aũt eſt, quia
nullus profectus eſt fieri quidem ſententias de iuſtis,
has autem non accipere finem. Quare ſi factis non cõi-
care inuicem impoſſibile, & executionibus non factis,
ꝓpter quod melius, non vnum eſſe hunc principatum
ſed alios & aliis prætoriis, & circa prępoſitiones eorũ,
quæ reſcripta ſunt eodem mõ tentare diuidere. Adhue
aũt quędam agere, & ipſos principatus alioſq; & nouo
rum magis nouos, & eos qui inſtãtium cum alter con-
demnauerit

demnauerit, alterum eſſe exequẽtem velut aſtynomus E eos qui agronomum, eos autem qui ab ijs alios, quáto enim vtiq; minor inimicitia infuerit exequentibus, tāto magis accipient finem executiones, eoſdem quidem igitur eſſe cōdemnantes & exequentes inimicitiam habet duplicem, de oībus autem eoſdem, aduerſarios omnibus in multis autem locis diuiſi ſunt qui cuſtodit ad eum qui exequit, velut Athenis vocatorum vndecim, pp qđ melius, & hunc ſeparare & ſophiſma q̃rere etiã circa hunc, neceſſarius quidem.n.non minus dicto. Accidit autem epiices quidem fugere maxime hunc principatum, prauos autem non ſecurum facere dominos. Ipſi.n.indigent cuſtodia aliorum magis q̃ poſſint alios cuſtodire, pp quod oportet, non vnum repoſitum principatum eſſe apud ipſos, neq; continue eoſdem, ſed iouenum, vbi aliquis Ephebor um vel cuſtodiarum eſt ordo. F Et principatuum oportet ſm partes facere curam alios: hos quidem igitur principatus, tanq̃ neceſſarijſſimos ponẽdum eſſe primos, poſt hos autem neceſſarios quidem nihil minus, in maiori autem ſchemate ordinatos. Etenim experientia & fide indigent multa, tales autem erunt vtiq; qui circa cuſtodiã ciuitatis, & quicũq; ordinãtur ad bellicas oportunitates. Oportet autẽ & in pace & in bello, portarum, & murorum cuſtodiæ ſimiliter curatores eſſe exquiſitionis & coordinationis ciuium. Hic quidem igitur in oībus ijs principatus plures ſunt, hic autem pauciores, velut in paruis ciuitatib. vnus in omnibus. Vocant autem duces exercit⁹ & principes belli tales. Adhuc autem & ſi ſint equites, aut nudi, aut ſagittarij, aut nautici, & ſup horũ vnũquodq; aliqñ cōſtituũtur principatus vocati nauarchiæ & equarchię, & ordinum archię, & particulariter autem qui ſub ijs trierarchię inſidiarum diſpōnes & phylarchiæ, G & quęcunq; partes horum, qđ autem oẽ vna quędam horum eſt ſpecies curę bellicorum. Circa hunc quidẽ igitur principatum habet hoc modo. Qm̃ autem principatuum quidã, & ſi non omnes tractãt multa cõium, neceſſarium alium eſſe ſumentem rũnem, & emendãtem ipſum nihil aliud tractantem: vocant autem hos, ij quidem correctores, ij autem rõcinatores, ij autem exq̃ſitores, ij vero ſynigores, p̃ter omnes autem hos principatus qui maxime dñans eſt oĩum. Idem n. ſæpe habet finem & ephoriam q̃ prę ſidet multitudini, vbi dominans eſt populus, oportet.n.eſſe congregatis q dominans politię: vocantur autem hic quidem p̃conſules. pp p̃conſiliari, vbi autem multitudo eſt conſilium magis: politici quidem igitur principatuũ tot quidẽ ſunt. Alia autem ſpecies curę q̃ circa Deos, velut ſacerdotes H & curatores eorum q̃ circa ſacra, vt ſeruentur exiſtentia, & erigantur decentia ędificiorum, & aliorum quęcunq; ordinata ſunt ad Deos. Accidit autem, curã hãc alicubi quidem eſſe vnã, velut in paruis ciuitatibus, alicubi autem multas & ſeparatas ſanctitatis. puta ſacrorũ factores & tẽplorum cuſtodes, & camerarios ſacrarum pecuniarum, habitus autem huic qui determinat⁹ ad immolationes cões omnes quaſcunq; non aſſignat lex ſacerdotibus, ſed à cõi menſa habent honorem. Vocant autem quidem principes hos, ij autem reges, ij vero prytanes. neceſſarię quidẽ igitur curę ſint de ijs, vt ẽ dicere ſummatim, circa dęmonia & bellica, & circa redditus, & ea q̃ expenduntur, & circa forum, & circa municipium, & portus, & regionem. Adhuc q̃ circa p̃toria E & commutationes, ſcripturas & executiones, & cuſtodias, & circa rõcinationes, & exquiſitiones, & correctiones principatuum, & finaliter q̃ circa cõſiliãs ſunt cõium. Proprij autem ciuitatibus quæ magis vacant & magis gaudent. Adhuc autem ſoliciti de bono ornatu, de gyneconomia, de cuſtodia legum, de lege puerorum de principatu exercitiorum. Adhuc autem cura circa agones gymnaſticos & dionyſiales, & vtiq; ſi quas tales alteras accidit fieri theorias. Horum autem manifeſte quidam ſunt non Demotici principatuum, puta Gyneconomia & pædonomia, egenis.n.neceſſe vti mulieribus, & pueris tanq̃ conſequentibus propter inſeruilitatem, tribus autẽ exiſtentibus principatibus ſm quos eligunt quidem principatus principales. f. cuſtodibus legum, præconſulibus conſilio, qui quidem legum cuſtodes, Ariſtocraticum, Oligarchicum autem qui p̃con F ſules, cõſilium vero Demoticum. de principatibus quidem igitur in typo ferè dictum eſt de omnibus.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER SEPTIMVS

LECTIO I.

DE Politia optima facturum conuenientem inquiſitionem neceſſe determinare prius q̃ ſit eligibiliſſima vita. In manifeſto.n.exiſtente hoc, & optimam politiam neceſſarium eſſe immanifeſtã. opti G me.n.agere cõuenit eos qui optime politizãt exiſtentibus ſibi, niſi aliquid fiat præter rõnem, pp quod oportet prius confeſſum eſſe quæ ſit quæ omnibus (vt eſt dicere) eligibiliſſima vita, poſt hæc vtrum communiter & ſeorſum eadem vel altera. Putantes igitur ſufficienter multa dicere, & eorum quę extrinſecis ſermonibus de optima vita, & nunc vtendum ipſis: vt vere.n.ad vnam diuiſionẽ nullus dubitabit vtique, qm̃ tribus exiſtentibus partitionibus eorum q̃ extrinſecus & eorum q̃ in corpore, & eorum quę in anima, oĩa hęc exiſtere beatis oportet, nullus.n.vtiq; dicet beatũ eũ, qui nullam partem habet fortitudinis, neq; temperantiæ, neq; iuſtitiæ, neq; prudentiæ, ſed formidantẽ quidem volãtes muſcas, abſtinentem autem à nullo extremorum, ſi appetat comedere vel bibere, gratia quadrantis perimentem amiciſſimos amicos. ſilr autem & quæ H circa prudentiam ſicut imprudentem & mendacem, ſicut quidam puerulus vel inſenſatus. Sed hæc quidẽ dicta, vt oẽs vtiq; cõcedẽt, differũt aũt in quanto & exceſſibus virtutis q̃dem.n. quã tãcunq; habere ſufficiẽs eſſe putant. Diuitiarum aũt & pecuniarum, & potẽtię & gloriæ, & oĩum talium infinitum q̃runt exceſſum, nos autem ipſis dicemus qđ facile quidem de ijs & per opa p̃uenire fidem, videntes q̃ oia acquirant & conſeruãt non virtutes extrinſecis, ſed illa ijs, & viuendo feliciter, ſiue in gaudere eſt, ſiue in virtute omnibus, ſiue in ambobus, quia magis exiſtit ornatis moribus quidem & intellectu ad exceſſum, circa extrinſecam aũt poſſeſſionem bonorum mediocribus q̃ ijs qui illa quidẽ poſſident ampliora optimis, in ijs aũt deficiunt, quinimo &

ſecundum

ſecundum rationem conſiderantibus facile conſpicabile eſt. Quæ quidem.o.extra habent terminum, ſicut organom quoddam, omne aotem qnod vtile eſt eorum exceſſum aut nocere neceſſarium, aot nihil proficuum eſſe habentibus. Bonorum autem quę circa aĩam vnum quodq; quanto quidem vtiq; excedit tanto magis vtile eſſe, ſi oportet & in ijs dicere non ſolum quod bonum, ſed & quod vtile, totaliterq́; palam quod aſſequi dicemus diſpoſitionem optimam vniuſcuiuſq; rei ad inuicem ſecundum exceſſum, quem diſtantia quidem ſortita eſt, quarum dicimus eſſe, ipſas has diſpões. Quare ſi quidem eſt anima pręcioſior & poſſeſſione, & corpore, & ſimpliciter & nobis, neceſſe & diſpoſitionem optimam vniuſcuiuſq; proportionaliter ijs habere. Adhuc autem & animæ graria eligibilia nata ſunt hæc, & oportet omnes eligere bene prudentes, ſed non illorum gratia aĩam. Quod quidem igitur vnicuiq; felicitatis adiacet tm̃, qnanrum quidem virtutis & prudentiæ, & eius quod eſt agere ſecundum has, ſit confeſſum nobis teſte Deo vtentibus, qui felix quidem eſt & beatus, propter nullom autem extrinſecorum bonorum, ſed propter ſeipſum ipſe, & propterea ꝙ qualis quis eſt ſm naturã. Quoniam & bonam fortunam à felicitate, propter hoc, neceſſarium eſſe alteram, Bonorum quidem.n.quæ extra aĩam cauſa caſus, & fortuna, iniſtus antem nullus neque temperatus à ſortuna, neq; pp fortunam eſt. Habitum autem eſt & eiſdem rationibus oportunum & ciuitatem felicem eſſe eam quæ optima & agentem bene. Impoſſibile autem bene agere ijs qui non bona agnnt. Nullum autem bonum opus, neq; viri, neq; cinitatis, ſine virtute & prudentia, fortitudo autem ciuitatis & iuſtitia & prudeotia eandem habet potẽtiam & formam, quibus participans vnuſquiſq; hoĩum dicitur ioſtus & prudens & temperatus. Sed hęc quidẽ in tm̃ ſint proœmialiter dicta ſermone, neque enim non attingere ipſa poſſibile, neq; omnes conuenientes rationes contingit ediſcere: alterius enim ſtudij opus ſuot hæc. Nunc autẽ ſupponantur tantũ, ꝙ vita quidem optima & ſeorſum vniuſcuiuſq; & communiter ciuitatibus, quæ cum virtute redundante in tantum vt ſit participare ijs quæ ſecundum virtutem actionibus. Ad dubitantes autem dimittentes in præſenti methodo cooſiderandum poſterius ſi quis dictis exiſtit non perſuaſus.

LECTIO II.

VTrum aotẽ felicitatem eandem eſſe dicendum vniuſcuiuſq; hoĩum & ciuitatis vel non eandem reliquum eſt dicere manifeſtum autẽ & hoc, omnes.n.vtiq; confitebuntur eſſe eandẽ. Quicunq;.n.in diuitijs viuere bene ponunt io vno. iſti & ciuitatem totã ſi fuerit diues beatificant. Et quicuoq; tyranoicam vitam maxime appretiantur, iſti & cinitatem plurimis principantem feliciſſimã eſſe dicent vtiq;, ſi etiam aliquis voum pp virtutem recipit, & ciuitatem feliciorem, dicet eam quæ ſtudioſorum. Sed iam duo hęc ſunt quę cõſideratione egent. vnum qnidem vtrum eligibilior vita, quę per ſimul politizare & cõicare ciuitate vel magis quę peregrina, & a politica cõione abſoluta. Adhuc autem quã politiam ponendum & qualem diſpoſitionem ciuitatis optimam, ſiue omnibos exiſtente eligibili cõicare ciuitate, ſiue & quibuſdam quidem noo, plurimis autem. Qm̃ antem & politici intellectus & theorię hoc eſt opus, ſed noo circa vnumquodq; eli-

A gibile, nos autem nunc hanc eligimus ſpeculationem. id quidem acceſſorium vtiq; erit, hoc autem opus methodi huius. Quod quidem igit̃ oeceſſarium eſſe politiam optimam hauc ſm quem ordinem & quicunque vtiq; optime aget & viuet beate, manifeſtum eſt. Dubitat̃ autem ab ipſis qui cõfitentur vitam cum virtute eſſe eligibiliſſimam, vtrum politica & actiua vita eligibilis vel magis abſoluta ab omnibus exteriotibus, velut contemplatiua quędam quam ſolam quidam aiunt eſſe philoſophicam. Ferè.n.has duas vitas hoĩom honoratiſſimi ad virtutem vñr pręeligeotes, & priorum, & eorum qui nunc, dico autem duas politicam & philoſophicam. Differt autem non modicum, vtro modo ſe habeat veritas, neceſſe enim bene prudentem ad meliorem coordinare intentionem & hoĩum voicuiq; & cõi politiæ. Putãt autem ij quidem ꝓximis principari deſpotice quidem

B factum cum iniuſtitia eſſe maxime, politice autẽ quod quidem iniuſtum non hr̃e. impedimentum autem habere qui circa ſe ipſum iucuoditati: ijs aũt ex cootrario. alij exiſtunt opinantes, viri.n.ſolam vitam actiuam ẽſſe & politicã: in vnaquaq;.n.virtute nõ eſſe actiones magis ſolitarijs q̃ ijs qui cõia agunt & politizãtibus. Ij quidem igitur ſic exiſtimant, ij autem deſpoticum & tyrannicum modum politiæ aiunt ſolum eſſe felicem. apud quoſdam autem iſte & legum & politię terminus, quatenus deſpotizent vicinis Propter quod & plurimorũ legalium diſperſim, vt eſt dicere, poſitorum apud plurimos: tñ, ſi alicubi aliquid ad vnum leges reſpiciunt, vt imperent coniecturãt oẽs. ſicut io Lacedæmonia & Creta ad aduerſarios coordinata ſuot ferè diſciplina & legum multitudo. Adhuc autem in gẽtibus omnibus potentibus ſupergredi, talis potentia honorata eſſet, velut

C inter Scythas & Celtas. In aliquibus enim & leges quædam ſunt prouocantes ad virtutem haoc, ſicut in Charcedooe aiunt ornatum ex lilijs accipere qnotcunq; militijs militauerunt. Erat autẽ aliqñ & circa Macedoniã lex, eum qui nullum occidiſſet inimicorum virom circumcingi capiſtro. Inter Scythas autem noo licebat bibere io feſto quodam cyphum circumportatum ei, qui nullum inimicum occidiſſet. Inter Hiberos autem, qui ſunt gens bellicoſa, tot numero obeliſcos commaſſant circa ſepulchrum, quot vtiq; peremeriot ioimicotum & alia multa vtiq; apud alios ſunt talia, hæc quidem legibus cõprehenſa, hęc autem conſuetudinibus. Quãuis videbitur vtiq; valde incõueniens eſſe forte volentibus cõſiderare, ſed hoc eſt opus politici, poſſe ſpeculari qualiter principetur & deſpotizet vicinis & volentibus & nõ volentibus. Qualiter.n.vtiq; erit hoc politicum, aut

D legeferibile quod neq; legale eſt, nõ legale autem, oon iuſte ſolum, ſed & iniuſte principari. Imperare autem eſt & non iuſte: neq;.n.medici neq; gubernatoris opus eſt ſuaſiſſe aut ſanaſſe. huius qnidem eos qui curantur, huius autem nautas. Sed videutur multi deſpoticam putare eſſe politicã, & quod quidem ſinguli ſibi nõ aiunt eſſe iuſtum neq; expediens, hoc noo verecuodantur ad alios ſtudentes. Iſti quidem.o.apud ſe iuſte principari quærunt ad alios autem oihil curant ioſtorum, ioconueniens autem ſi non oatura hic quidem deſpotizans eſt, hic autem ooo deſpotizans. Quare ſi quidem habet hoc modo, oon oportet omnibus tenttare deſpotizare ſed deſpotibus, ſicut oeq; venari ad falſiciam vel boſtiã homines, ſed ad id quod eſt ad hoc venabile, eſt autem

venabile

venabile quodcunq; ſilueſtre fuerit eſibile aſal, aut non erit vtiq;, & ſm ſe ipſum vna ciuitas felix quę polizizat videlicet bene. Siquidem contingit ciuitatē habitari alicubi ſm ſe ipſam legibus vtentem ſtudioſis, cuius coordinatio politiæ non ad bellum neq; ad imperādum erit aduerſarijs, nihil enim exiſtit tale. Palam ergo, quia omnes q̃ ad bellum curas, bonas quidem ponendum, non autem tanq̃ finem oīum ſummum, ſed illius gratia has. Studioſi autem legislatoris eſt conſiderare ciuitatem, & genus hoīum, & omnem aliam communionem, vita bona qualiter participabunt & contingente ſibi felicitate. Different tñ ſtatutorum quædam legalium, & hæc legis latiuæ eſt videre ſi aliqui extiterint vicini, quali ad quales ſtudendum, aut qualiter deuenientibus ad quoſcunq; vtendum. Sed hoc quidem poſterius vtiq; ſortietur congrua cōſideratione ad quem finem oportet optimam politiam tendere. Ad eos autem qui confitentur quidem vitam q̃ cum virtute eſſe eligibiliſſimam. differentes autem de vſu ipſius, dicendum nobis ad vtroſq; ipſos. ij quidem.n.reprobant politicos principatus, putantes vitam liberi alteram quandam eſſe à politica, & oīum eligibiliſſimam. ij autem hanc optimam. Impoſſibile.n.nihil agentem agere bene. Bonam autem actionem & felicitatem eſſe idem, quia hæc quidem vtrique dicunt recte, hæc autem non recte. ij quidem quod liberi vita melior q̃ deſpotica, hoc.n.verum, neq;.n.ſeruo inquantum ſeruus vti venerabile, iuſſio.n. quæ de neceſſarijs nullo participat honeſtorum. Putare vero omnium principatum eſſe deſpotiam, non rectum: non.n. minus diſtat liberorum principatus ab eo qui ſeruorū q̃ rurſum quod natura liberum à natura ſeruo, determinatum eſt autem de ipſis ſufficienter in primis ſermonibus. Magis autem laudare ſine actione eſſe q̃ agere, non verum, felicitas.n.actio eſt. Adhuc autem multorum & pulchrorum, finem habent q̃ iuſtorum & temperatorum actiones. & quidem forte vtiq; exiſtimabit aliquis ijs ita determinatis q; dominās eſſe oīum optimum, ſic enim vtiq; plurimarum & pulcherrimarum dominus erit actionum. Quare non oportet potentem principari parcere ꝓximo, ſed magis auferre, & neq; patrē pueros, neq; pueros patrem, neq; totaliter amicum, amicū nullum reputare, neq; ad hoc curare. Quod.n.optimū eligibiliſſimum, bene autem agere optimum. Hoc quidem igitur vere dicunt forte, ſiquidem exiſtit priuantibus & vim inferentibus, quod omnium eligibiliſſimum, ſed forte non eſt poſſibile exiſtere, ſed ſupponunt hoc, non.n.adhuc bonas actiones contingit eſſe ei qui non differt tm̃, quantum vir à muliere, aut pater à natis, aut deſpotes à ſeruis. Quare qui trāſgreditur nihil vtiq; tm̃ dirigere poſterius quantum iam tranſgreſſus eſt virtutem. ſimilibus.n.bonum et iuſtum in parte: hoc.n.ęquale & ſimile. non æquale autem ęqualibus & non ſimile ſimilibus præter naturam. nullum autē eorum quæ prę ter naturā bonum. Propter quod & ſi aliquis alius fuerit melior ſm virtutem, & ſm potentiam actiuam optimis, huic bonum aſſequi, & huic obedire iuſtum, oportet autem non ſolum virtutem, ſed etiam potentiam exiſtere ſecundum quam erit actiuus. Sed ſi hæc dicimus bene, & felicitatem bonam operationem ponendum, et communiter omnis ciuitatis vtique erit & ſecundum vnumquemq; optima vita quæ actiua, ſed actiuam non neceſſariam eſſe ad alteros ſicut putant quidam, neque

B meditationes ſolas has eſſe actiuas, eas q̃ euenientium gratia fiunt ex agere, ſed multo magis eas quę p ſe perfectæ, & eas quæ ipſarum gratia theorias & meditationis, bona enim actio finis, quare actio aliqua, Maxime autē agere dicimus & dominos extrinſecarum actionum architectorias intelligentibus. at vero neq; ſine actione eſſe neceſſarium ciuitates ſecundum ſe locatas, & ita viuere eligentes: contingit enim ſm partes & hoc accidere? Multę.n.cōicationes ad inuicem partibus ciuitatis ſunt. Similiter autem & hoc exiſtit circa vnumquemq; hominum. vacationem.n.vtiq; Deus habebit bene, & totus mundus quibus non ſunt extrinſecæ actiones præter proprias quæ ipſorum. Quod quidem igitur eādem vitam neceſſariam eſſe optimam vnicuiq; hominum, & cōiter ciuitatibus, & hominibus, manifeſtum eſt.

LECTIO III.

F QVoniam aũt procemialiter dicta ſunt, q̃ nunc dicta ſunt de ipſis, & circa alias politias nobis conſideratum eſt prius, principium reliquorum dicere, primo quales quaſdam ſuppoſitiones oportet eſſe de futura conſiſtere ad votum ciuitate. Non.n.poſſibile eſt politiam fore optimam ſine moderata abundantia, pp quod oportet multa præſupponi quemadmodum optantes eſſe, tñ nihil horum impoſſibile. dico autem, puta de multitudine ciuium & regionis, ſicut.n.& alijs cōditoribus. puta textori, & nauifico, oportet materiam exiſtere idoneam exiſtentem ad operationem, quanto.n.hæc extiterit præparata melius neceſſe & quod fit ab arte eſſe melius. ita & politico & legislatori oportet conuenietem materiam exiſtere idonee ſe habentem. Eſt autem politici ſucceſſus, primum multitudo hoīum, quos, quot, & quales quoſdam exiſtere oportet natura: G & ſm regionem ſimiliter quātam eſſe, & qualem quandam hanc. Putant quidem igitur plurimi cōgruere magnam eſſe felicem ciuitatem, ſi autem hoc verum, ignorant qualis magna & qualis parua ciuitas, ſecundum numerum enim multitudinem inhabitantium iudicant magnam. Oportet autem magis nō ad multitudinem, ſed ad potentiam aſpicere. eſt enim quoddam & ciuitatis opus, quare potentem maxime hoc efficere, hanc eſſe maximum, velut Hippocratem non hominem, ſed medicum. dicet vtiq; aliquis eſſe maiorem differentiæ ſecundum magnitudinem corporis: nō ſolum. ſed & ſi oportet iudicare reſpicientes ad multitudinem, non ſecundum contingentem multitudinē hoc putandum. Neceſſarium.n.forte in ciuitatibus exiſtere & multorum ſeruorum numerum & aduenarum & extraneorum. Sed quicunq; ſunt pars ciuitatis, & ex H quibus conſtat ciuitas proprijs partibus, horum enim exceſſus multitudinis magnæ ciuitatis ſignum, ex qua autem banauſi quidem multi numero egrediuntur, armorum autem viri pauci, hanc impoſſibile eſſe magnā; non.n.idem magna ciuitas & multorum hoīum. non ſolum: ſed & hoc ex operibus manifeſtum. quia difficile. Forte autem impoſſibile bene legibus regi eam quæ valde multorum hoīum, earum enim quæ videntur polizare bene, nullam videmus exiſtentem remiſſam ad multitudinem, hoc autem palam eſt perſuaſionem rationum. Lex.n.ordo quidam eſt, & bonam legislationem neceſſariam bonam ordinationem eſſe, valde autē excedens numerus non poteſt participare ordine. Diuinę.n.vtiq; potentiæ opus hoc, quæ & hoc oē continet.

Quoniam

Quoniam quod bonum in multitudine & magnitudi-
ne cōſueuit fieri, propter quod & ciuitatem, cuius cum
magnitudine dictus terminus exiſtit, hanc eſſe optimā
neceſſariam. Sed eſt magnitudinis ciuitatis quædā men
ſura, ſicut & aliorum omnium aīalium, plantarum, or-
ganorum. Etenim horū vnūquodq;, neq; valde paruū,
neq; ſecundum magnitudinem excedens habebit ſuam
potentiam, ſed aliquando quidem totaliter erit priuatū
natura, aliqñ autem praue habēs: puta nauis, palmi qui-
dem non erit nauis oīo, neq; duorum ſtadiorum, ad ali
quam autem magnitudinem veniens, qñq; quidem ꝓ-
pter paruitatem prauam faciet nauigationem, qñq; aūt
ꝓpter exceſſum. Similiter autem & ciuitas, quæ quidē
ex paucis valde nō p ſe ſufficiens, ciuitas autē per ſe ſuf-
ficiens. Quæ autem ex multis valde, in neceſſarijs qui-
dem p ſe ſufficiens ſicut gens, ſed non ciuitas, politiā.n.
non facile exiſtere. Quis.n. dux exercitus erit valde ex-
cedētis multitudinis, aut quis preco non magnæ vocis.
propter quod primam quidem ciuitatem neceſſariam
eſſe eam quæ ex tanta multitudine, quæ prima multitu
do cā per ſe ſufficiens eſt ad viuendū bene ſecundū poli
ticę communionem. Contingit autē & eam quæ excedit
ſecundum multitudinem eſſe maiorem ciuitatem. Sed
hoc nō eſt, ſicut diximus, infinitum. Quis aūt ſit exceſ-
ſus terminus, ex operibus videre facile eſt. Sunt.n. actio
nes ciuitatis, horum quidem principantiū, horum autē
ſubditorum, principantis aūt opus eſt iuſſio & iudiciū.
Ad iudicādum aūt, de iuſtis, & ad diſtribuendum prin-
cipatus ſecundum dignitatem, neceſſarium cognoſcere
inuicē ciues quales quidem ſint, tanq̄ vbi hoc non acci
dit fieri, praue neceſſe fieri quæ circa principatus & iudi
cia. Circa vtraq;.n. non iuſtum proprio impetu agere,
quod quidem in ea quę valde multorum hoīum exiſtit
manifeſte. Adhuc aūt extraneis & aduenis facile tranſu
mere politiam, non.n. difficile latere propter exceſſum
multitudinis palam igitur quod iſte eſt ciuitatis termi-
nus optimus, multitudinis maximus exceſſus ad autar-
chiciam vitæ facile cōſpicabilia. De magnitudine quidē
igitur ciuitatis determinatum ſit hoc modo.

LECTIO IIII.

CON ſimiliter autē & quę de regione habent, de
eo quidē n.ꝙ eſt qualem quādam, palam quia
per ſe ſufficientiſſimam, oīs quicunq; laudabit
vtiq;, talē aūt neceſſarium eſſe omnia ferētē, oīa
enim exiſtere, & nullo indigere autarces. Multitudine
autem & magnitudine tantam vt poſſint habitantes vi
uere vacantes libere ſimul & temperate. Hunc aūt ter-
minum, ſi bene vel non bene dicimus, conſiderandum
poſterius diligentius, qñ totaliter de poſſeſſione & de
ea quæ circa ſubſtantiā abundantia, accidet facere men-
tionem qualiter oportet habere & quomodo ipſam ad
vſum multę.n. circa conſiderationem hanc ſunt dubi-
tationes, propter trahentes ad vtrūq; exceſſum vitę, hos
quidē ad tenacitatē, hos aūt ad delitias. Speciem aūt re-
gionis nō difficile dicere, oportet aūt quædam ſuaderi
& ab ijs qui circa ducatum exercitus ſunt experti, quia
oportet quidem aduerſarijs eſſe difficile adibilem. ipſis
autem facile exibilem. adhuc aūt ſicut multitudinē ho-
minum diximus oportere facile conſpicabilem eſſe, ita
& regionem, quod aūt facile cōſpicabile, eſt regionem
eſſe facile auxiliabilem ciuitatis aūt potentiam, ſi opor-
tet facere ad votum, ad mare conuenit poni bene & ad

A regionē. vnus quidem qui dictus terminus, oportet.n.
adeſſe auxilia locorū omniū. Reliquus aūt ad delatiōes
fructuū qui naſcūtur. adhuc aūt eius qui circa ligna ma
teriæ, & vtiq; ſiquam aliā operationē talē regio exiſtat
præſidens facile deportabilem. De cōicatione autem ad
mare vtrum proficua ſit bene legibus rectis ciuitatibus
aut nociua, multa exiſtunt dubitantes. Aduenire enim
aliquos in alijs nutritos legibus inconferens aiunt eſſe
ad bonam legiſlationem, & hoīum multitudinem fieri
quidem.n. ex vſu maris, emittentes & ſuſcipiētes nego-
ciatorum multitudinem, contrariam aūt eſſe ad Politi-
zare bene. Quod quidē igitur, ſi hoc nō accidit, melius
& ad ſecuritatem & ad abūdantiā neceſſariorū ciuitatē
& regionem participare, mari non īmanifeſtum. Et.n.
ad facilius ferre aduerſarios facile auxiliabiles, oportet
eſſe ſecundum ambo ſaluādos, & per terram & per ma-
B re, & ad lædendum inuadentes, ſi non ſecundum ambo
poſſibile, tñ, ſi ſecundū alterā exiſtet magis, participabit
ambobus. Quæcūq; aūt non extiterūt apud ipſos entia
ſuſcipere hæc & ſuperflua naſcentiū emittere ſunt neceſſa
riorū. Sibi aūt negotiatiuā, ſed nō alijs oportet eſſe ciui
tatem. Qui autem exhibent ſe ipſos oībus forum, acqui-
ſitionis gratia hoc agūt, quàm aūt ciuitatē non oportet
tali participare ſuperacquiſitione, neq; negociatorium
oportet habere tale. Quoniam aūt & nūc videmus mul
tis exiſtens & regionibus & ciuitatibus ſuburbia & por
tus bene iacentia ad ciuitatem vt neque occupetur ip-
ſum municipium, neq; ſit longe valde, ſed optime mu-
ris & alijs talibus firmaculis, manifeſtum, ꝙ ſiquidē bo
num aliquod accidit fieri propter cōmunicationē ipſo-
rum, exiſtet ciuitati hoc bonum: ſi autem aliqd nociuū,
caueri legibus facile dicentes & determinantes quos
C non oportet, & quos oportet, miſceri ad inuicē. De nau
tica autē potentia, quod quidem opportunum exiſtere
vſq; ad aliquam multitudinem, nō immanifeſtū: nō.n.
ſolū ſibi ipſis & vicinorum aliqbus oportet & terribi-
les eſſe & poſſe auxiliari, ſicvt p terrā & mare. De mul-
titudine autē iam & magnitudine potentiæ huius aſpi-
ciendum ad vitam ciuitatis. Siquidem.n. ducali & poli-
tica viuat vita, neceſſarium & hanc potentiam exiſtere
ad actiones cōmenſuratam, multitudinē autem hoīum
quæ ſit circa nauticam turbam, non neceſſariam exiſte-
re ciuitatibus. Neq;.n. ipſos oportet eſſe partem ciuita-
tis, quod quidē.n. ſupergreſſiuum, liberū. Et pedeſtriū
eſt quod dominans eſt, & obtinet nauigium: multitudi
ne autem exiſtente vernaculorum & regionis agricola-
rum, copiam neceſſariū eſt eſſe & nautarum. Videmus
autem hoc & nunc exiſtens quibuſdā, puta ciuitati He-
D racleotarum: multas.n. replet trieres, ædificata ciuitate
magnitudine alijs contractiore. De regione quidem
igitur & portubus & ciuitatibus & mari, & de nautica
potentia, ſit determinatum hoc modo. De ciuili autem
multitudine, quem quidem terminum, oportet exiſte-
re, prius diximus.

LECTIO V.

QVales autem quoſdam non oportet eſſe, nunc
dicamus. ferè itaq; deprehendet vtiq; quis hoc
reſpiciēs ad ciuitates approbatas Gręcorum &
ad totum orbē terræ, vt occupatus eſt gen
tibus. Quæ quidem.n in frigidis locis gentes & quæ cir
ca Europam ſunt quidem plenę animoſitate, intellectu
aūt & arte magis deficientes, ꝓpter quod libere quidē

pſeuerant

Perſeuerant magis, nõ politizare autem & vicinis prin-
cipati non potentes. Quę autem circa Aſiam intellecti-
ue quidem & artificioſe ſecundum animam, ſine ani-
moſitate autem. propter quod ſubiectę quidem & ſer-
uientes perſeuerant. Genus autem Grecorum, ſicut me-
diat ſecundũ loca, ita ambobus participat. Etenim ani-
moſum & intellectiuum eſt, propter quod quidem libe
rum perſeuerat, & maximè politizans, & potens princi
pari omnibus vna ſortiens politia, eandem autem diffe-
rentiam & græcorum gentes ad inuicem, hæc quidem
enim habent naturam monocolam, hæ autem bene
mixtæ ſunt ad vtraſq; potentias has. Manifeſtum igitur
ꝙ oportet intellectiuos eſſe & animoſos natura eos qui
debent eſſe euagogi legiſlatori ad virtutem. Quod
quidem enim aiunt quidam oportere exiſtere cuſtodi-
bus. ſ. amatiuos quidem eſſe notorum, ad ignotos autẽ
ſilueſtres, animus eſt qui facit quod amatiuum, hæc. n.
eſt animæ potentia, qua diligimus, ſignum autem, ad cõ
ſuetos. n. & amicos animus attollitur magis ꝗ ad igno-
tos paruipendi putans: propter quod & Archilocus cõ-
uenienter amicis quærelans diſputat ad animum. Non
enim ab amicis à lanceis perſotationes, & quod princi-
pans autem, & quod liberũ à potentia hac exiſtit omni-
bus: principatiuum. n. & inuincibile animus. Non be-
ne autem habet dicere, graues eſſe ad ignotos, ad nul-
lum. n. oportet eſſe talem, neq; ſunt qui magnanimi na
tura agreſtes, niſi ad iniuſta agentes, hoc autem magis
adhuc ad cõſuetos patiuntur, quod quidem dictum eſt
prius, ſi iniuſtè pati putent, & hoc accidit ſecundum ra-
tionem. apud quos. n. deberi beneficẽtiam putant cum
nocumẽto: & hac priuari putant, vnde dictum eſt, ſeue-
ri, enim inimici fratrum, & ij quidem vltra diligentes,
ij autem & vltra odiunt. De politizantibus quidem igi-
tur quot oportet exiſtere, & quales quoſdã natura. Ad-
huc autem regionem quantam, quandam, & qualem
quandam, determinatum eſt ferè, non enim eandem cer
titudinem oportet quærere per rationes, & eorum quę
fiunt per ſenſum.

LECTIO VI.

QVoniam autem, ſicut aliorum ſecundum natu
ram conſtantium, non hæc ſunt partes totius
conſiſtentiæ, ſine quibus totum nõ erit vtiq;,
palam, quod neq; ciuitatis partes ponen-
dum quaſcũq; ciuitatibus neceſſarium exiſtere, neq; al
terius communionis vllius ex qua vnum aliquid gene-
re. Vnum. n. aliquid & commune oportet eſſe, & hoc
communicantibus, ſiue æquale ſiue inæquale tranſu-
mant. veluti ſiue alimentum hoc eſt, ſiue regionis mul-
titudo, ſiue aliquid aliud talium eſt, quando autem fue-
rit hoc quidem huius gratia, hoc autem cuius gratia,
nihil in ijs commune, ſed aut hoie quidem facere, huic
autem accipere. Dico autem puta organo omni ad id
quod ſit opus & cum dentibus. domus enim ad ædifi-
catorem, nihil eſt quod ſit commune, ſed eſt domus gra
tia ędificatorum ars, propter quod opus eſt poſſeſſione
ciuitatibus, poſſeſſio autem nulla pars eſt ciuitatis. mul
ta autem aĩata ſunt partes poſſeſſionis, ciuitas autem
communitas quædam eſt ſimilium, gratia autem vitæ
contingentis optimæ. Quoniam autẽ eſt felicitas quod
optimum. Hæc autem ciuitatis operatio & vſus quidã
perfectus, accidit autem ſic, vt hos quidem contingat
participare ipſa, hos autem modicum, aut nihil, palam

B quod hæc cauſa. quare fiant ciuitatis ſpecies & differen
tiæ & politiæ plures. alio enim modo & per alia ſinguli
hæc venantes & vitas alteras faciunt & politias. Conſi-
derandum autem & quot ſint hæc, ſine quibus ciuitas
non erit vtique, etenim quæ dicimus eſſe partes ciuita-
tis, in ijs vtique erit, propterea quod neceſſarium exi-
ſtere. ſumendum igitur operum numerum, ex ijs enim
erit palam. Primo quidem igitur oportet exiſtere ali-
mentum, deinde artes, multis enim organis indiget id
quod eſt viuere. tertio autem arma, cõmunitates enim
neceſſarium & in ipſis habere arma & ad principatum,
in obedientium gratia, & ad conantes iniuſta inferre
extrinſecus. Adhuc pecuniarũ aliquam abundantiam,
quatenus habeant & ad oportunitates quæ ſecundum
ſe ipſos & ad bellicas. Quinto autem & præcipue ea
quæ circa diuinum curam, quam vocant ſacerdotium,
F Sextum autem numero & omnium neceſſariiſſimum
iudicium de conferentibus & iuſtis ad inuicem. Opera
quidem igitur hæc ſunt quibus indiget omnis ciuitas
vt eſt dicere, ciuitas enim multitudo eſt non quęcunq;
ſed ad vitam per ſe ſufficiens, vt diximus. Si autem ali-
quid horum contingat deficere, impoſſibile ſimpliciter
per ſe ſufficientem communionem hanc eſſe. Neceſ-
ſe igitur ſecundum operationes has conſiſtere ciuita-
tem. oportet ergo agricolarum eſſe multitudinem, quæ
pręparet alimenta, & artifices, & quod pugnax, & quod
opulentum, & ſacerdotes, & iudices neceſſariorum
& conferentium.

LECTIO VII.

DEterminatis autem ijs, reliquum conſiderare,
vtrum omnibus communicanda omnia hæc.
Contingit enim eoſdem omnes eſſe, & agrico-
G las & artifices, & conſiliarios & iudicantes, aut
ſm vnumquodq; opus dictorum alios ſupponendum.
Aut hæc quidem propria, hæc autem communia horũ
ex neceſſitate ſunt, non in omni autẽ politia hæc. Sicut
enim diximus, cõtingit & omnes communicare omni-
bus, & non omnes omnibus, ſed quoſdam quibuſdam,
hæc enim & faciunt politias alteras. In Democratijs
enim participant omnes omnibus, in Oligarchijs autẽ
econtrario. Quoniam autem exiſtimus conſiderantes
de optima politia. hæc autem ſecundum quam ciuitas
vtiq; erit maximè felix, felicitatem autem, quod ſine
virtute impoſſibile eſt exiſtere, dictum eſt prius. Mani-
feſtum quod in optima politizante ciuitate, & haben-
te iuſtos viros ſimpliciter, ſed non ad ſuppoſitionem,
neq; banauſam vitam, neque forẽſem, oportet quærere
ciues. Vilis enim talis vita, & ad virtutem ſubcontra-
H ria, neque oportet agricolas eſſe: opus eſt enim vacatio-
ne & ad virtutis generationem & ad actiones politi-
cas. Quoniam autem quod bellicum & quod conſilia-
tiuum de conferentibus, & iudicans de iuſtis inexiſtit,
& videntur maximæ eſſe partes ciuitatis. Vtrum altera
& hoc ponendum aut eiſdem dandum ambo. Manife-
ſtum vtiq; & hos, quia modo quidẽ aliquo eidem, mo-
do autem aliquo & alteris. qua quidem enim alterius
ætatis vtrunque operum, & hæc quidem indiget pru-
dentia, hæc autem potentia alteris, Quia autem impoſſi
bilium eſt, potentes violenter agere, & prohibere, hos
ſufferre ſubiectos ſemper, hac eoſdem. qui enim armo-
rum domini & manendi & non manendi politiam
ſunt domini. Relinquitur igitur eiſdem quidem vtriſq;
dare

dare politiam hanc, non autem ſimul, ſed ſicut aptum natum eſt, potentia quidem in iunioribus, prudentia autem in ſeuioribus eſt. Igitur ſic ambobus diſtribui expedit & iuſtum eſſe videtur, habet enim hæc diuiſio quod ſecundum dignitatem. At vero & poſſeſſiones oportet eſſe circa hos, neceſſarium enim abundantiam exiſtere ciuibus, ciues autem iſti, quod enim banauſum non participat ciuitate, neque alia nulla pars, quæ non virtutes conditiua eſt, hoc autem palam ex ſuppoſitione. felicitari quidem enim neceſſarium exiſtere cũ virtute. felicem autem ciuitatem non ad partem aliquam ipſius reſpicientes oportet dicere, ſed ad omnes ciues. Manifeſtum autem, & quod oportet poſſeſſiones eſſe horum, ſiquidem neceſſarium agricolas eſſe ſeruos aut barbaros, aut vernaculos. Reliquum autem ex dinumeratis, quod ſacerdotum genus: manifeſtũ autem & horum ordo, neque enim agricolam, neque banauſum ſacerdotem conſtituendum, à ciuibus enim decet honorari Deos. quoniam autem diuiſum eſt id quod ciuile in duas partes, hoc eſt in id quod armorum, & quod in conſiliatiuum. Decet autem cultum exhibere Dijs, & requiem habere circa ipſos eos, qui propter tempus abdicati ſunt, hos aſſignandum vtique erit ſanctificationibus. Sine quibus quidem igitur ciuitas non conſiſtit, & quot partes ciuitatis, dictum eſt. Agricolas enim, & artifices, & omne quod mercennarium, neceſſariũ exiſtere ciuitatibus, partes autem ciuitatis id quod armorum, & conſiliatiuum, & ſeparatum eſt vtique vnumquodq; horum, hoc quidem ſemper, hoc autem ſecundum partem. Videtur autem non nunc, neque recenter hoc eſſe notum iis qui de politia philoſophizant quòd oportet diuiſam eſſe ſeorſum ſecundum genera ciuitatem, & quod bellicum alterum eſſe, & quod terræ cultiuum, in Ægypto enim habet hoc modo. Adhuc autẽ & nunc, quæ circa Cretam. Quod quidem igitur circa Ægyptum Seſoſtris, vt aiunt ita lege ſtatuit. Minos autem quæ circa Cretam. aliqua autem videtur eſſe & cõuiuiorum inſtitutio. Quæ quidem circa Cretam facta circa regimen Minois, quæ autem circa Italiam multo antiquiora iis, aiunt enim hiſtoriæ inhabitantium ibi Italum quendam fuiſſe regem œnotriæ, à quo nomen tranſumentes Italos, pro œnotriis, vocatos eſſe, & orã hanc Europæ Italiæ nomen accepiſſe, quæcunque exiſtit intra ſinum Sylleticum, & Lameticum. Diſtant autem hæc ab innicem itinere mediæ diei. Hunc itaq; Italum dicunt œnotrios paſtores exiſtentes feciſſe agricolas, & leges ipſis alias poſuiſſe, & conuiuia conſtituiſſe primo, propter quod * & nunc vocati cognominatione Anſones. Quod autem ad Iapigiã, & Ionium Chaones vocatam Syrtem. erant autem & Chaones œnotrij genere. Conuiuiorum quidem igitur inſtitutio, hinc facta fuit prius, ſeparatio autem quæ ſecundum genus ciuilis multitudinis ex Aegypto, multis enim excedit tẽporibus regimẽ Minois Seſoſtris fere. quidem igitur & alia oportet putare inuenta fuiſſe ſæpe in multo tempore, magis autem infinities, neceſſaria quidem enim opportunitatem ipſam veriſimile eſt docere, quæ autem ad bonam aptitudinem & circunſtantiam exiſtentibus iam iis, rationabile accipere incremẽtum. Quare & circa politias oportet putare eodem modo habere. Quod autem omnia antiqua, ſignum quę circa Aegyptũ ſunt,

A iſti enim antiquiſſim' quidem videntur eſſe, leges autem ſortiri fuerunt, & ordines politicos, propter quod oportet dictis quidem ſufficienter vti, prætermiſſa autem tentare quærere. Quod quidem igitur oportet regionem eſſe arma poſſidentium, & participantium politia, dictum eſt prius, & quòd agricolas oportet eſſe alteros ab ipſis, & quantam quandam, & qualem oportet eſſe regionem.

LECTIO VIII.

DE diſtributione autem, & de agricolis, quos & quales eſſe oportet dicendum primo. quoniam neque communem dicimus oportere eſſe poſſeſſionem, ſicut quidam dixerũt, ſed vſui amicabiliter factam communem, neque egere alimento
B aliquem ciuium. de conuiuiis autem ſimul videtur optimum eſſe omnibus ciuitatibus bene inſtitutis exiſtere, propter quam autem cauſam ſimul videtur & nobis, poſterius dicemus. Oportet autem ijs communicare omnes ciues, non facile autem egenos à propriis afferre, quod ſtatutum, & gubernare aliam domum. Adhuc autem quæ ad Deos expenſæ, ſunt communes toti ciuitati: neceſſarium igitur in duas partes diuiſam eſſe regionem, & hanc quidem eſſe communem, hanc autem propriam, & harum vtranque diuiſam eſſe dupliciter omnibus. communis quidem altera pars ad oblationes ad Deos, altera autem ad expenſas cõuiuiorum: eius autem quę ſingularium, altera pars ad proprias neceſſitates, altera autem ad ciuitatem, vt duabus ſortibus vnicuique diſtributis. vtriſq; locis omnes participant, Quod enim æquale ſic habet, & quod iuſtum, &
C ad municipales vicinos aduerſarios magis conſentaneũ, vbi enim non hunc haber modum, ij quidem paruipendent inimicitiam ad vicinos, ij autem nimis curant, & præter id quod bonum, propter quod quibuſdam lex eſt, vicinantes cum terminis nunc participare honore eorum quæ ad ipſos præliorum, tanquam propter proprium, non vtique potentes conſiliari bene, regionem quidem igitur neceſſe eſt diuidi, hoc modò ꝓpter prædictas cauſas. Terram autem culturos maxime quidem, ſi oportet ad votum, ſeruos eſſe, neque omnibus eiuſdem tribus, neque animoſis. ſic enim vtique ad operationem erunt vtiles, & ad nihil inſoleſcere ſecuri: ſecundo autem barbaros vernaculos conſimiles dictis ſecundum naturam, horum autem proprios quidem in propriis eſſe poſſidentium ſubſtantias, eos autem quæ in communi terra, communes. Quo autẽ mo-
D do oportet vti ſeruis & quia melius omnibus ſeruis ꝓmium proponi libertatem, poſterius dicemus.

LECTIO IX.

CIuitatem autem, quod quidem oportet communem eſſe aridæ & maris, & regionis omnis ſimiliter, ex contingentibus dictum eſt prius. Ipſius autem ad ſe ipſam, ſi ad votũ oportet adipiſci poſitionem quatuor vtique reſpicientes, primum quidem tanquam neceſſarium ad ſanitatem, quę enim ad ortum declinationem habent, & ad ventos flantes ab oriente, ſeniores, ſecundo autem ad Boream. Recen-

tlores.n.hæ magis, reliquorum autẽ ad politicas actiones, & ab bellicas, bene habere. Ad bellicas quidem igitur, ipſis quidem boni exitus eſſe oportet, aduerſariis autem difficile adibilem, & difficile comprehenſibilẽ. Aquarum autem & riuorum, maxime quidem exiſtere multitudinem conuenientem, ſi autem non hoc inuentum eſt, per præparationem ſuſceptaculorum, aquarũ imbrium copioſorum & magnorum, vt nunquam deficiant, prohibiti à regione propter multitudinem. Quoniam autem oportet de ſanitate inhabitantium ſolicitari, hoc autem eſt imponi locum in tali & ad talem bene, ſecundo autem aquis ſanis vti. & huius curam habere non acceſſorie, quibus enim plurimis vtũtur ad corpus & ſepiſſime hęc plurimũ conferunt ad ſanitatem, aquarum autem & ſpiritus natura hanc habent naturam. Propter quod quidem in bene ſapientibus ciuitatibus oportet diſtingui, ſi non omnes ſimiles neque copioſæ ſint talium aquarũ, ſeorſum eas quæ ad alimentum aquas, & eas quæ ad aliam opportunitatem. De locis autem munitis non omnibus politiis ſimiliter habet quod expediens, puta arx, Oligarchicum, & monarchicum: Democraticum aũt æqualitas, Ariſtocraticum aũt neutrum, ſed magis fortia loca plura. Diſpoſitio autem familiarium habitationũ delectabilior putatur, & vtilior, ad alias actiones, ſi bene penetrabilis ſit ſecundum modum iuniorem & domatiuum equorũ. Ad bellicas autem ſecuritates econtrario, vt habebant ſecundum antiquum. Difficilis.n.exitus illa extraneis, & difficile perſcrutabilis inuadentibus, propter quod oportet vtriſq; ijs participare. Contingit.n.ſiquis ita præparauerit, ſicut inter agricolas quas vocant quidem vinearum ſiſtadas, & totam quidem ciuitatem non facere facile penetrabilem, ſecũdum partes autem & loca: ſic.n. ad ſecuritatem, & ad ornatum bene habebit. De muris autem dicentes non oportere habere virtuti contra factas ciuitates valde antiquę exiſtimant, & hoc videntes opere redargutas eas, quæ illo modo decorantur. Eſt autem ad conſimiles quidem, & non multum differentes multitudine, non bonum, tentare ſaluari per murorum munitionem. Quoniã autem & accidit & contingit, maiorem exceſſum fieri inſurgentium quã ſit virtus humana, & ea quæ in paucis, ſi oportet ſaluari, & non pati male, neque iniurias ſuſtinere, firmiſſimã munitionem murorum exiſtimandũ eſſe bellicoſiſſimam, aliterque & nunc inuentis iis, quæ circa ſagittas, & machinas ad certitudinem inſultus. Simile.n. velle muros non circumponere ciuibus, & regionem facile ingreſſibilem quærere, & circum tollere montana loca. Similiter autem & propriis habitationibus non circumponere muros, tanquam non virilibus futuris habitatorib⁹. At vero neque hoc oportet latere, quod circumponentibus quidem murus circa ciuitatem, licet vtroque modo vti ciuitatibus, & tanquam non habentibus, iis autem quæ non habent, non licet. Sed vtique hoc habet modo, non quia muri ſolum circumponendi, ſed & de iis curandum, quatenus, & ad ornatum habeant ciuitati decenter, & ad bellicas oportunitates, & ad alias, & ad nunc adinuentas, ſicut enim inuadentibus cura eſt, per quos modos ſupergrediuntur, ſic hæc quidem inuenta ſunt, hæc autem quærere oportet, & philoſopha ri cuſtodientes, à principio enim neque conantur inua

E dere bene præparatos. Quoniam autem oportet multitudinem quidem ciuium in conuiuiis diſtributum eſſe, muros autem diſtinctos eſſe obſeruatoriis, & turribus in locis opportunis, & hæc quidem vtique hoc modo diſponet aliquis. Eas autem quæ diuinis appropriãtur habitationes, & principaliſſima antiquorum conuiuia, congruit locum idoneum habere, & eundẽ quęcunque non ſacrorum lex determinauit ſeorſum, vel aliquod oraculum aliud Apollinis reſponſiuum. Erit autem vtique talis locus qui apparentiam habet ad virtutis poſitionem, ſufficienter & ad vicinas partes ciuitatis eminenter. Decet autem ſub hoc quidem loco, talis quidem fori eſſe præparationem, qualem, & circa Theſſaliam nominant quem Liberum vocant, hoc autem eſt quod oportet purũ eſſe à venalibus omnibus, & neque banauſum, neque agricolã, neque aliũ aliquẽ

F talem appropinquare, nõ vocatum à principibus. Erit autem vtiq; bene gratioſus locus, ſi & gymnaſia ſeniorum habeant ordinem hic, decet enim diuiſum eſſe ſecundum ætates & hunc ornatũ, & apud iuniores quidem principes aliquos demorari, matronas autẽ apud principes. Quæ enim in oculis præſentia principũ maxime efficit veracem verecundiam, & eum qui liberorum timorem. Venalium aũt forum oportet eſſe aliud ab hoc, & ſeorſum habens locum enſynagogũ iis quæ à mari mittuntur, & iis quæ à regionibus omnibus. Quoniam autem ciuitatis multitudo diuiditur in ſacerdotes & in principes, decet & ſacerdotum conuiuia habere ordinem circa ædes ſacras. principatuum autẽ quicunque circa contractus faciunt curam, & circa ſcripturas ſententiarum, & vocationes, & aliam talẽ diſpenſationem. Adhuc autem circa Agoranomiam & eã quæ

G vocatur aſtynomia apud forum quidem oportet & in concurſu quodam communi conſtitui, talis autem, qui circa neceſſarium forum locus eſt. In vacatione enim eſſe id quod ſuperius ponimus, hoc autem ad neceſſarias actiones. Diſtributa autem eſſe oportet dicto ordine & quæ circa regionem, etenim in principatibus quos vocant ij quidem Hylores, ij autem Agronomus, & ſeruatoria, & cõuiuia ad cuſtodiam neceſſariam exiſtere, eſt autem ſacra per regionem eſſe diſtributa hæc quidem Diis, hæc quidem Heroibus. Sed immorari nunc diligenter exquirentes, & dicentes de talibus inutile eſt, non enim difficile eſt talia intelligere, ſed facere magis. Dicere quidem enim, voti opus eſt, euenire autem, fortunæ. propter quod de talibus quidem, quod quidem ad plus dimittatur nunc.

H

LECTIO X.

DE ipſa aũt politia ex quibus & qualibus oportet conſiſtere ciuitatẽ, quæ debet eſſe beata, & politizare bene, dicendũ. Qm̃ autem duo ſunt in quibus ſit bene omnibus, horũ autem eſt, vnũ quidẽ in eo quod intentionẽ, & finem actionũ poni recte, vnũ autem inuenire actiones ferentes ad finẽ, contingit enim hæc & diſſonare ab inuicem, & conſonare, aliquando.n.intentio quidem latet bona. In agere aũt vt adipiſcantur ipſam peccant, aliquando autem omnia quidem, quæ ad finem adipiſcuntur, ſed finẽ poſuerunt prauum, aliquando autẽ in vtroque peccant,

velut

velut circa medicatiuam, neq; quale quid oportet eſſe, quod conualeſcit corpus iudicant aliqñ bene, neq; ad ſuppoſitum ipſis terminũ adipiſcunt̃ factiua. Oportet autem in actibus, & ſcientijs hæc ambo obtineri, finẽ, & eas q̃ in finem actiones. Qđ quidem igit̃ bene viuere, & felicitatem appetunt omnes, manifeſtum. Sed hęc adipiſcendi, ijs quidem poteſtas, ijs autem non, ꝓpter quandam fortunam aut naturam. Indiget.n. & ſucceſſu aliquo viuere bene, huius autem minori quidem, q̃ melius diſpoſiti, ampliori autem qui deterius, ij autem mox non recte quęrunt felicitatem poteſtate exiſtente. Qm̃ autem propoſitum eſt, optimam politiam videre, hæc autem ſ̃m quam, optime politizabit ciuitas, optime vtiq; autem politizabit, ſ̃m quam felicitari maxime cõtinget ciuitatem, palam quia felicitatẽ quid ſit oportet non latere. Dicimus autem, & determinauimus in Ethicis, ſi quæ poſitionum illarum vtilitas eſt, operationem eſſe, & vſum virtutis perfectum, & hanc nõ ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter. Dico autem ex ſuppoſitione, q̃ neceſſaria, ſimplr̃ autem quod bene, puta quæ quidẽ circa iuſtas actiones ſentẽtię ſupplicia punitiones à virtute quidem ſunt, neceſſaria autem, & quod bene neceſſario habent. Eligibilius quidem.n. nullo talium indigere neq; virum, neq; ciuitatem. Quæ autem ad honores & abundantias ſimplr̃ ſunt optimæ electiones. Alterum quidem.n. mali cuiuſdam electio eſt, tales aũt actiones econtrario: pręparationes.n. bonorum ſunt & generationes. vtet̃ autem vtiq; ſtudioſus vir & paupertate, & ægritudine & alijs prauis fortunijs bene, ſed qđ beatum in contrarijs eſt, etenim hoc determinatum eſt ſ̃m morales ſermones, quod talis eſt, qui ſtudioſus cui ꝑ virtutem bona ſunt quæ ſimpliciter bona. Palam autem, & quod neceſſarium vſus hos ſtudioſos & bonos eſſe ſimpliciter, ꝑ quod & putant homines felicitatis cauſas extrinſecas bonorum eſſe, ſicut eius quod eſt cytharizare pulchre & bene, pro eã hr̃ lyra magis q̃ ars. Neceſſarium igitur ex dictis hoc quidem exiſtere, hoc autem præparare legislatorem. Quare ad votum optamus ciuitatis conſiſtentiam quorum fortuna domina, dominam.n. exiſtere ponimus, ſtudioſam autem eſſe ciuitatem, non adhuc fortunæ opus eſt, ſed ſciẽtiæ & electionis. At vero ſtudioſa ciuitas eſt in ciues participantes politia ſtudioſos eſſe, nobis autem omnes ciues participant politia, hoc ergo conſiderandum qualr̃ vir ſit ſtudioſus. Etenim ſi omnes contingit ſtudioſos eſſe, nõ ſ̃m vnumquenq; autem ciuium, ſic eligibilius, aſſequitur.n. ei quod ſ̃m vnumquenq;, & id quod omnes. At vero boni & ſtudioſi fiũt per tria. Tria autem hęc ſunt, natura, conſuetudo, & ratio. etenim naſci oportet primum puta hominem, ſed non aliorum aliquod animalium, ſic & qualem quendam ſ̃m corpus, & ſ̃m animã. Quædam autem nulla vtilitas naſci, conſuetudines.n. tranſmutari faciunt, quædam.n. ſunt per naturam ad vtrunq; ſe habentia, per conſuetudines autem ad deterius, & ad melius. Alia quidem igitur animalium maxime quidem natura viuunt, parua autem quædã & conſuetudinibus, homo autem & ratione, ſolus enim habet rationem. Quare oportet hæc conſonare inuicem, multa enim pręter conſuetudines, & naturã agunt propter rationem ſi perſuadeantur aliter habere melius. Quod quidem itaq; natura quales eſſe oportet futuros facile ductibiles à legislatoribus determinauimus pri⁹,

A reliquum iam opus diſciplinæ, hæc quidem.n. aſſuefieri addiſcunt, hæc autem audientes. Qm̃ autẽ omnia politica cõitas conſtat ex principantibus & ſubiectis, hæc omnia conſiderandum, ſi alios oportet eſſe principantes & ſubiectos aut eoſdem per vitam, palam.n. quod conſequi oportebit & diſciplinam ſ̃m diuiſionẽ hanc. Siquidem igitur fuerint tãtum differens alteri ab alteris, quantum Deos & Heroes extimamus ab hominib. differre, confeſtim primo ſ̃m corpus multam habentes excellentiam, deinde ſ̃m animam, vt indubitata ſit, & manifeſta excellentia principantium reſpectu ſubiectorum, palam quia melius ſemper eoſdem, hos quidem principari, hos autem ſubici ſecundum ſemel. Quoniã autem hoc non facile accipere, neque eſt ſicut inter Indos ait Scylax eſſe reges tantum differentes a ſubiectis, manifeſtum, quod propter multas cauſas neceſſarium

B omnes ſimiliter communicare, eo quod eſt ſecundum partem principari & ſubici, quod enim æquale idem ſimilibus, & difficile manere politiam conſtitutam præter id quod iuſtum, cum ſubditis enim exiſtunt omnes volentes inſoleſcere qui per regionem, totque multitudine eſſe eos qui in politeumate, vt ſint valentiores ijs omnibus, vnum aliquod impoſſibilium eſt. At vero qđ oportet principantes differre a ſubditis indubitatũ eſt, qualiter igitur hæc erũt & qualiter participabũt, oportet conſiderare legislatorem. Dictum eſt autem prius de ipſo. Natura enim dedit electionem faciens, eidem enim hoc quidem iunius, hoc autem ſenius, quorum hos quidem ſubici decet, hos autem principari. Indignatur autem nullus ſecundum ætatem ſubditus, neq; putat eſſe valentior, aliterq; & futurus ſuſcipere talem honorem, cum ſortitus fuerit adueniente ætate, eſt qui

C dem igitur vt eoſdem principari & ſubici, dicẽdum eſt autem vt alteros. Quare & diſciplinam eſt vt eãdem neceſſario, eſt autem vt alteram eſſe, futurũ.n. bene principari ſubditum fuiſſe primo aiunt oportere. Eſt autem principatus, ſicut in primis dictum eſt ſermonibus, hic quidem principantis gratia, hic autem ſubditi. horum autem, hunc quidem deſpoticũ eſſe dicimus, hunc autem liberorum. Differunt autem quædam præceptorũ non operibus, ſed eo quod alicuius gratia, propter q̃r multa eorum quæ videntur eſſe miniſterialia opera, & iuuenum liberis honeſtum miniſtrare, ad honeſtum.n. & non honeſtum non ſic differunt actiones ſecũdum ſe, vt in fine, & eo quod cuius gratia.

LECTIO XI.

D QVoniam aũt ciuis & principãtis eandem virtutem eſſe dicimus & optimi viri, eundẽ aũt ſubditum prius oportere fieri & principantẽ poſterius, hoc vtiq; erit legiſlatori tractãdum, qualr̃ viri boni fiant, & per quas adinuẽtiones, & quid quod finis optimę vitæ. Diuiſę ſunt autem duę partes aĩæ, quarum hæc quidem habet rõnem ſ̃m ſe, hęc autem non habet quidem ſ̃m ſe, rõnem autem obedire poteſt, quarum dicimus virtutes eſſe, ſ̃m quas vir bonus dr̃ aliqualiter, harum autem in qua magis, q̃r finis diuidentibus quidẽ ſic, vt nos dicimus nõ immanifeſtum qualiter dicendum. Semper.n. quod deterius melioris gr̃a eſt, & hoc manifeſtum ſimiliter in ijs quæ ſecundum artem, & in ijs quæ ſ̃m naturam. Melius au

tem quod rõnem habet. Diuiſum eſt autem dupľr ſm
modum qun conſueuimus diuidere, hęc quidem pra-
ctica rõ eſt, hæc aũt ſpeculatiua. Eodem igiť modo ne-
ceſſe, & hanc partem diuiſam eſſe videlicet, & actiones
ꝓportionaľr dicamus hſe, & oportet natura melioris
eligibiliores eſſe potẽribus ſortiri, aut oĩbus, aut duab.
Semp.n. vnicuiq; hoc maxime eligibile, quo ſortiri eſt
ſummi. Diuiſa eſt aũt & tota vita, in non vacationem,
& vacationem, & bellnm & pacem: & agibilium, hęc q̃
dem in neceſſaria & vtilia, hæc aut in bona, de quibus
neceſſe eandem electionẽ eſſe, & partibus aĩæ & actio-
nibus ipſarum, bellũ quidem pacis gr̃a. Non vacationẽ
aũt vacationis: neceſſaria autem & vtilia bonorum gr̃a.
Ad oĩa quidem igiť aſpicienti politico leges ferendæ. &
ſm partes aĩæ, & ſm actiones ipſarum magis antem ad
meliora & fines. Eodem aũt modo & circa vitas, & re-
rũ diuiſiones, oportet.n. poſſe nõ vacare & bellare, ma
gis aũt pacẽ ducere, & vacare, & neceſſaria & vtilia age
re, magis aũt oportet bona. Quare ad has intentiones,
& pueros adhuc exiſteutes erudiendum, & alias ætates
q̃cunq; indigent eruditione. Qui autem nunc optime
vñr politizare græcorum & legiſlatorum, qui has inſti
tnerunt politias, neq; ad optimum finem vñr ordinaſ-
ſe, quæ circa politias, neq; ad virtutes, leges, & eruditio
nem. Sed grauiter declinauerunt ad eas quę vñr eſſe vti
les, & supergreſſiuas. Conſiľr autem ijs & quidam eo-
rum, qui poſterius ſcripſerunt, ꝓtulerunt eandem opi
nionem. laudantes.n. Lacædemoniorum politiam, lau-
dant legiſlatoris intentionem, q̃d omnia ad imperare,
& ad bellum legis ſtatuta fecerunt. Quæ & ſm rõnem
facile ſunt arguibilia, & operibus ſunt redarguta. Sicut
n. plurimi hominum zelant multis dominari, quia mul
to ſucceſſu fiunt euſortuniorum. Sic & Tymhron vide
tur laudans Lacedæmoniorum legiſlatorem, & aliorũ
vnuſquiſq; ſcribentium de politia ipſorum, qnia ppea
qnod exercitati fuerunt ad pericula, multis principabã
tur, quãuis palam ꝙ q̃m nunc quidem nõ adhuc ineſt
Lacedæmonibus principari non felices, neq; legiſlator
bonus. Adhuc autem hoc ridiculum, ſi manentes in le
gibus ipſis, & nullo impediẽte ne vterenť legihus abie
cerũt viuere bene, non recte autem exiſtimant, neq;
de principatu, quem oportet videri honorantẽ legiſla-
torem, eo.n. q̃d eſt deſpotice principari liberorũ prin-
cipatus melior, & magis cum virtute. Adhuc autẽ, nõ
pp hoc oportet ciuitatem felicem putare, & legiſlatorẽ
laudare, quia præualere potuit ad principari ſuper vici
nos. Hæc.n. magnum habent nocumentũ, palam.n. q̃d
& ciuium potenti hoc tentandum proſequi, quaľr poſ
ſit propriæ ciuitati principari. de quo quidem accuſant
Lacedæmones Pauſaniam Regem, & quidem habentẽ
tm̃ honorem. Neq; itaq; talium legum & rõnum poli-
tica nulla, neq; proficua, neq; vera eſt. Hæc.n. optima,
& ſigillatim, & cõiter legiſlatorẽ efficere oportet, hæc
in animabus hoĩum. Idq; quod hominum, & quod ad
uerſariorum ſtudium, non huius gratia oportet medi-
tari, vt ſeruituti ſubijciant indignos, ſed vt primo ipſi
non ſeruiant alijs. deinde vt zelent præſidatum gr̃a vti
litatis ſubditorum, ſed non gr̃a deſpoticæ omnium. ter
tio autem deſpotizare dignis ſeruire, Quod autẽ opor-
tet legiſlatorem magis ſtudere gratia ordinis & pacis,
teſtanť ea quæ fiunt rõnibus, plurimę.n. talium ciuita-
tum, bellantes quidem ſaluantur. Poſt q̃ autẽ obtinue-
E runt principatum pereunt, rubiginem.n. contrahunt,
ſicut ferrum pacem ducentes. Cauſa autem legiſlator,
non erudiens poſſe vacare. Q̃m aũt idem finis eſſe vr̃, &
cõiter, & ſigillatim hominibus, & eundem terminum
eſſe neceſſarium optimo viro, & optimæ politiæ, mani
feſtum ꝙ oportet eas quę ad vacationem virtutes exiſte
re. Finis.n. ſicut dictum eſt, ſæpe pax quidem belli, vaca
tio antem non vacationis, vtiles autem virtutum ad va
cationem & deductionẽ ſunt, quarum in vacatione eſt
opus & quarum in nõ vacatione. Oportet.n. multa ne-
ceſſariorum exiſtere, vt deinceps vaces, pp quod tempe
ratã eſſe ciuitatẽ conuenit, & fortem & perſeueratiuã,
ſecundum prouerbium.n. nõ eſt ſeruis vacatio. Qui au
tem non poſſunt periclitari viriliter, ſerui inuadentiũ
ſunt, fortitudine quidem igitur & perſeuerantia opus
F eſt, ad non vacationem, philoſophia autem ad vacatio-
nem. temperantia autem, & iuſtitia in vtriſq; tempori-
bus, & magis pacem ducentibus & vacantibus, bellum
quidem.n. cogit iuſtos eſſe, & temperate agere, fruitio
antem bonæ fortunæ, & vacare cum pace, iniuriatores
facit magis. Multa igitur indigent iuſtitia & multa tem
perantia, qui optime videatur agere, & omnibus bea-
tis frui, velut ſiqui ſunt, ſicut poetæ aiunt in beatorum
inſulis, maxime.n. ij indigebunt philoſophia, & tempe
rantia, & iuſtitia, quanto magis vacant in abundantia
talium bonorum. Quod quidem igitur futuram felici-
tati, & ſtudioſam futuram ciuitatem oportet ijs virtuti
bus participare, manifeſtum: cum.n. ſit turpe non poſſe
vti bonis, adhuc autem magis nõ poſſe in vacatione vti
ſed non vacantes quidem & bellantes videri bonos, pa
cem aũt ducentes & vacãtes, ſeruiles. Propter q̃d opor
tet non ſicut Lacedæmoniorum ciuitas virtuti ſtudere.
G Illi quidem.n. non hac differunt ab alijs in non putare
eadem alijs maxima bonorum, ſed in fieri hæc magis, p
quãdam virtutem. Quoniam autem maiora bona quã
quæ belli hæc, & fruitionem horum aut eam quæ vir-
tutum, & quia propter ipſam, manifeſtum ex ijs.

LECTIO XII.

QValiter autem, & per quæ erit hoc, vtiq; ſpe-
culandum. diuiſimus itaq; prius ꝙ natura &
cõſuetudine & rõne opus eſt. Horũ antẽ qua-
les quidem quoſdam eſſe oportet natura
determinatum eſt prius. Reliquũ autẽ cõſiderare, vtrũ
inſtruendi prius rõne vel conſuetudinibus, hæc enim
oportet ad inuicem conſonare conſonantia optimã, cõ-
tingit.n. peccare, & rõnem ab optima ſuppoſitione &
H per ſimilia duci. Manifeſtum vtiq; hoc, primo quidem
ſicut in alijs, quomodo generatio à principio eſt, & fi-
nis ab aliquo principio alterius finis. Ratio autem no-
bis & intellectus naturæ finis. Quare ad hoc generatio-
num & conſuetudinum ſtudium oportet præparare.
Deinde ſicut corpus & anima duo ſunt, ita & animę vi-
demus duas partes, quod irrationabile, & rõnem ha-
bens, & habitus horum duos ſm numerum, quorum
hic quidem eſt appetitus, hic autem intellectus, ſicut au-
tem corpus prius gñatione q̃ aĩa, ita & quod irrationa-
bile quàm rationem habens. Manifeſtum autẽ ex hoc,
animus n. & voluntas, adhuc aũt & concupiſcentia &
mox natis exiſtunt pueris, ratiocinatio autem & intel-
lectus, procedentibus nata ſunt in fieri. Propter quod
primo

primo qdem corporis curam neceſſariam eſſe, priorem
q̃ eam q̃ aiæ. deinde eam q̃ appetitus, gr̃a vero intellẽs eã
q̃ appetitus, huius autem eorum q̃ aiæ. Siquidem igit̃ à
principio legislatorem videre oportet, qualr̃ corpora
optima fiant eorum q̃ educant̃, primo quidem curan-
dum circa coniugium qñ & quales quoſdam exiſten-
tes oportet facere nuptialem collocutionem. Oportet
autem leges ferre circa hanc cõicationem aſpiciẽtem ad
ipſos, & ad tp̃s viuendi, vt conueniãt ætatibus ad idem
tp̃s, & non diſſonent potẽtiæ, huius quidem adhuc po
tentis generare, hac autem non potente, aut hac quidẽ,
viro autem non, hæc.n. faciunt & deſcenſiones ad inul
cem & diuerſitates. Deinde ad puerorum ſucceſſionem
oportet.n. neq; ſubdeficere pueros ætatibus patrum, ſi
ne ꝓfectu.n. ſenioribus gr̃a q̃ à pueris, quod autẽ à pa-
tribus auxilium pueris. neq; valde prope eſſe, multã.n.
habet diſplicentiã, verecundiaq; minus exiſtit talibus,
tanq̃ coætaneis, & circa diſpenſationem querulosum
quod ꝓpinquum. Adhuc autem vnde incipientes huc
deuenimus, quatenus corpora natorum exiſtant ad le-
gislatoris voluntatem: fere itaq; oĩa accidunt ſm̃ vnam
curam. Qm̃.n. determinatus eſt finis generatiõis, vt ad
plurimum eſt dicere, viris quidem numerus ſeptuagin
ta annorum vltimus, quinquaginta autem mulieribus
oportet principium coniugationis ſm̃ ætatem ad tem-
pora hæc deſcendere. Eſt autem iuuenum vel iuniorũ
coitus prauus ad puerorum procreationem, in oĩbus
enim aĩalibus imperfecti iuuenum fętus, & ſemelleto-
ca magis, & parui ſm̃ formam: quare neceſſarium hoc
ipſum & in hoĩbus accidere. Argumentum autem, in
quibuſcunq;.n. ciuitatum laxãtur iuuenes coniugari,
& iuuẽculæ, imperfecti, & parui corporis ſunt. Adhuc
autem in partubus iuuenes dolent magis & perimunt̃
plures, pp̃ quod & oraculum quidem aiũt factum fuiſ-
ſe pp̃ talem cauſam trezenijs tanq̃ multis pereuntibus
pp̃ nubere magis iuuenculas, & non ad fructuum pro-
ductionem. Adhuc autem & ad temperantiam expedit
coitus facere ſenioribus. intemperatiores.n. vident̃ iu-
uenculæ quæ vſæ fuerint coitibus, & maſculorum cor-
pora lædi vñr ad augumẽtum ſi adhuc corpore creſcen
tę fecerunt coitum, etenim huius quoddam tp̃s deter-
minatur, quod non excedit multum adhuc. Propter qd̃
has quidem cõgruit circa ætatem decem & octo anno-
rum coniugari, hos autem circa triginta ſeptem aut pa
rũ. In tanto.n. tp̃e perfectis corporibus coniugatio erit
& ad ꝑfectum puerorum procreationis cõueniet tpi-
bus oportune. Adhuc autem ſucceſſio puerorum, iis q
dem erit inchoante acmi, ſi fiat ſm̃ rõnem mox genera
tio, iis autem reſoluta iam ætate ad numerũ ſeptuagin-
ta annorum. De eo quidem igitur quod eſt qñ oportet
fieri coniugium dictum eſt. His autem quę circa tpanei
tatem tpibus oportet vti, quibus multi vtuntur bene
etiam nunc determinantes hyeme fieri commorationẽ
hanc. Oportet autem & ipſos ſpeculari ad puerorũ pro
creationem, & quæ à medicis dicuntur, & quæ à Phyſi-
cis. Medici.n. tp̃a corporum dicunt ſufficiẽter, & de ſpi
ritibus phyſici, boreales auſtralibus laudantes magis.
Qualibus autem quibuſdam corporibus exiſtentibus
maxime vtilitas erit iis qui generantur ſcientibus qui-
dem magis dicendum in iis q̃ de diſciplina, typo autem
ſufficiens dicere & nũc, neq;.n. qui athletarũ optimua
habitus ad politicam bonam habitudinem, neq; ad eue

A xiam, neq; ad ſanitatem, & puerorũ procreationẽ, neq;
q curis indigens, & male hñs valde, ſed medius borũ.
Oportet qdem igit̃ hr̃e habitum labores, paſſiuum, paſ
ſiuum autem labores nõ violentos, neq; ad vnum ſolũ,
ſicut athletarum habitus, ſed ad actiones liberorũ. Siſr̃
aũt oportet idem exiſtere, & viris & mulieribus. Opor
tet autem & p̃gnantes curare de corporibus: neq; deſi
dia torpentes, neq; ſubtili cibo vtentes. Hoc autem faci
le legislatori facere p̃cipienti quotidie aliqd̃ iter facere
ad Deorum reuerentiam, iis q̃ ſortitæ ſunt eum, qui de
gñatione honorem. Intel ſm̃ vero ecõtrario corporibus
pigrius cõgruit deducere. Quę.n. gñant̃ vñr abſumen-
tia ab ea q̃ habet, ſicut naſcentia à terra. De reſeruatio-
ne autem & alimento genitorum ſit lex, nullum orba-
tum nutrire. pp̃ multitudinem aũt puerorum, ordo gẽ
tium ꝓhibet nihil reſeruari genitorũ, oportet.n. deter
B minatam eſſe multitudinem puerorum ꝓcreationis, ſi
autem aliquibus fiant pp̃ hoc cõbinatis anteq̃ ſenſus ĩ
ſit & vita, fieri oportet aborſum, qd̃.n. ſanctum, & qd̃
nõ determinatũ, & ipſo viuere erit. Qm̃ aũt principiũ
qdam ætatis viro, & mulieri determinatũ eſt, qñ opor
tet incipere cõiugationem, & q̃to tp̃e deſeruire cõgruit
ad puerorum ꝓcreationem ſit determinatum: Seniorũ
n. fętus, ſicut & iuniorum, impꝑfecti fiunt, & corporib.
& intellectibus. Qui autem decrepitorũ debiles pp̃ qd̃
ſm̃ intellectus acmen, hoc autem eſt in plurimis, quam
quidem poetarum aliqui dixerunt menſurantes ebdo-
madibus ætatem circa tp̃s quinquaginta annorum, vt
quatuor aut quinq; annis excedentem ætatem hanc di
mittere oportet eam q̃ ad manifeſtam gñationem. qd̃
autem reliquum ſanitatis gr̃a, aut alicuius alterius ta-
lis cauſæ, oportet videri facientes collocutionem. De ea
C autem quæ ad aliam, & ad alium ſit quidem ſimpl̃r nõ
bonum tangẽtem videre nullatenus nullo modo cum
fuerit, & appelletur connubium circa tempus aũt pue-
rorũ ꝓcreationis, ſi q̃s appareat tale quid agẽs, dãnifice
tur inhonoratione decenti ad peccata. Satis autem pue
ris, magnam putari eſſe differentiam ad corporum po-
tentiam alimentum quale quoddam vtiq; ſit, apparet,
& per alia animalia conſiderantibus, & per gentes, qui
bus cura eſt inducere bellicum habitũ: lactis abundans
alimentum eſt maxime familiare corporibus, magis au
tem ſine vino pp̃ ægritudines. Adhuc autem, & motus
quoſcunq; cõtingit facere tantillos, expedit, Ad nõ de-
fluere autem membra pp̃ teneritudinem vtunt̃ & nũc
q̃dam gentium inſtrumentis quibuſdam mechanicis,
quæ faciũt imperuertibile corpus animalium & taliũ,
expedit autem mox etiam à frigore conſueſcere ex par-
D uis pueris. Hoc enim & ad ſanitatẽ & ad bellicas actio-
nes maxime ꝓficuum, propter quod apud multos bar-
barorum eſt conſuetudo. iis quidem in fluuium frigi-
dum abluere natos, iis autem inuolucre paruum circũ-
ponere, puta celtis. Oĩa.n. quæcunq; poſſibile aſſueſce
re mox inchoantibus melius quidem aſſueſcere, grada
tim autem aſſueſcere, bene autem apta puerorum ha-
bitudo propter caliditatem ad frigidorum exercitium
circa primam quidem igitur expedit facere curam ta-
lem & huic conſimilem: habitam autem huic ętati vſq;
ad quinque annos in qua non dum neque ad eruditio-
nem aliam bene haber adducere, neque ad neceſſa-
rios labores, vt non impediant incrementum, oportet
tanto ſortiri motu, vt diffugiant inertiam corporum,

quam oportet inſtituere, & per alias actiones, & per ludum. Oportet autem & ludos eſſe neq; illiberales, neque ſuper laborioſos, neq; remiſſos, & de ſermonibus aũt & fabulis, quales quoſdam oportet audire tãtillos, cura ſit principibus, quos vocãt pædonomus. Oĩa.n. talia oportet prę̃uia facere ad poſteriores conuerſationes ꝑꝑ qđ ludos plures, oportet eſſe mutationes poſterius ſtudẽdorũ. Cohibitiones aũt puerorũ in ploratibus nõ recte deteſtantur qui ꝓhibent in legibus, conferunt.n. ad incrementum: fit.n. quodãmodo exercitatio corporibus. Detentio.n. ſpũs facit robur laborantibus, qđ accidit, & pueris qui cohibentur. Conſiderandum autem pedonomis horũ deductionem, & aliã, & qũo q̃ minime cum ſeruis erunt, hanc.n. ætatem & vſq; ad ſeptem annos neceſſarium domi alimentum habere. Rõnabile igitur aſſumere illiberalitatem ab auditis, & viſis, & tãtillos exiſtentes, totaliter quidem igitur turpiloquium ex ciuitate, ſicut aliquid aliud, oportet legislatorem exterminare. ex dicere.n. de facili quodcumq; turpium fit & ipſum facere ꝓpe. Maxime quidem igitur ex iuuenibus quatenus neq; dicãt, neq; audiant nihil tale. Si qs aũt apparuerit aliquid dicens, aut agẽs vetarum, liberũ quidem, nondum aũt dignificatũ demiſſione, in conuiuiis dehoneſtationibus punire, & verberibus. ſeniorẽ autẽ ætate hac inhonorationibus illiberalibus vilitatis gratia. Qm̃ aũt dicere aliquid taliũ exterminamus, manifeſtum quia & videre, aut picturas, aut ſermones inhoneſtos. Curę quidem igitur ſit principibus nihil, neque ſculpturã, neq; picturã, eſſe talium actionum imitationem, niſi apud aliquos Deos tales, quibus, & laſciuiam attribuit lex. Ad hæc aũt dimittit lex eos q habẽt ętatem amplius ꝓnectam, & pro ipſis, & pueris cultu honorare Deos: iuniores aũt neq; iamborũ, neq; comediæ ſpectatores ponẽdũ anteq̃ ætatem accipiãt in qua exiſtet cõicare iam de miſſione, & ab ebrietate, & ab eo quod fit à talibus nocumento, oẽs impaſſibiles faciet diſciplina. Nunc quidẽ igitur in tranſcurſu horũ fecimus ſermonẽ, poſterius aũt inſiſtẽtes oportet determinare magis, ſiue non oportet primo, ſiue oportet dubitantes & qualiter oportet, ſm̃ præſens autem tp̃s meminimꝰ tanq̃ neceſſario. Forte aũt non male dicebat quod tale, Theodorus tragedię geſticulator. Nulli.n. vnquã permiſit ante ſe inducere, neq; vilium Hyppocritarũ tanq̃ appropriatis theatris primis auditibus. Accidit aũt idẽ hoc & ad hominum collocutiones, & ad eas quæ rerũ. Omnia enim amamus prima magis q̃ quod ꝑꝑ iuuenibus. ꝑꝑ quod oportet iuuenibꝰ facere omnia extranea quæ praua, maxime autem ipſorum quæcunq; habent infectionem, aut inhæſionem. Trãſactis autem quinq; annis, duobus vſq; ad ſeptem, oportet ſpeculatores fieri diſciplinarum, quas oportet addiſcere ipſos. Duæ aũt ſunt ætates ad quas neceſſarium diuidi diſciplinã poſt eam, quæ à ſeptem annis vſq; ad pubeſcentiam, & iterum poſt eam quæ à pubeſcentia vſq; ad annos viginti & vnum. Qui aũt.n. ſeptẽnis diuidunt ętates, vt ad multum dicunt non bene, oportet aũt diuiſionem naturæ conſequi. Omnis.n. ars & diſciplina ꝙ deficit naturè vult ſupplere. Primo quidem igitur conſiderandum ſi eſt faciendũ ordinẽ aliquem circa pueros. deinde vtrũ expedit cõiter facere curam ipſorum, vel ſecundum ꝓprium modum, quod fit & nunc in plurimis ciuitatũ, tertio aũt qualem quendam oportet omnem hunc.

ARISTOTELIS

POLITICORVM

LIBER OCTAVVS

LECTIO I.

QVod q̃dẽ igit̃ legislatori maxime vigilandũ circa iuuenũ diſciplinam nullus vtiq; dubitabit, etenim in ciuitatibus nõ factũ hoc lędit politias. Oportet autem ad vnãquãq; politizare. mos.n. politiæ vniuſcuiuſq; qui cõueniens, & conſeruare cõſueuit politias, & inſtituit à principio. puta qui quidẽ Democraticus Democratiã. Qui aũt Oligarchicus Oligarchiã, ſemp autẽ F optimus mos melioris cã politiæ. Adhuc aũt ad oẽs potentias, & artes ſunt, q̃ oportet p̃erudiri, & p̃aſſueſcere qđ ſingularũ opationes. Quare palã qđ & ad actiones virtutis. Qm̃ ãt vnꝰ finis ciuitati oĩ, manifeſtũ ꝙ & diſciplinã vnã, & eãdẽ neceſſariũ eẽ oĩum, & huius curã eẽ cõem & nõ ſeorsũ, qũo vnuſq ſq; nũc curat de ſuis pueris. Seorſum & diſciplina ꝓpria quacũq; videbit̃ docẽs. oportet aũt cõium cõe facere & ſtudioſum, ſimul ãt neque oportet putare ciuiũ ipſorũ aliquẽ ſibi eſſe, ſed oẽs ciuitatis. Cura ãt vniuſcuiuſq; partis nata eſt reſpicere ad eã q̃ totius curã, laudabit aũt vtiq; aliqs & ĩ hoc Lacedęmonios, etenĩ plurimũ faciũt ſtudiũ circa pueros, & hoc cõiter. Qđ q̃dẽ igit̃ leges ferendũ de diſciplina & hãc cõiter faciẽdũ, manifeſtũ. Quæ aũt ſit diſciplina, & qualr̃ oportet erudiri, oportet nõ latere, nũc aũt dubitat̃ ꝑ opa, nõ.n. eadem oẽs exiſtimãt oportere addiſcere iuuenes, neq; ad virtutẽ, neq; ad vitã optimã, neq; ma- G nifeſtũ. Vtrũ ad intellectũ oportet magis aut ad aĩæ morẽ, & ex ea q̃ ad actiuã vitã diſciplina turbatione plena cõſideratio, & nulli palã vtrum ſtudeř oportet circa opportuna ad vitã, vel circa tendentia ad virtutẽ, vel circa ſupflua, oĩa.n. hęc acceperũt iudices quoſdã: & de iis q̃ ad virtutẽ nihil eſt cõcordatũ: etenĩ virtutem non eãdẽ mox oẽs honorãt. Quare rõnabilr̃ diuerſificãtur, & ad ſtudiũ ipſiꝰ. Quòd q̃dem igit̃ neceſſaria vtilium doceri nõ ĩmanifeſtũ. qđ ãt nõ oĩa diuiſis liberalibus opibus, & illiberalibus, manifeſtum qđ talibus oportet pticipare q̃cunq; vtilium faciẽt participãtẽ nõ banauſum, banauſum.n. opus oportet putare eſſe hoc, & artẽ hãc & doctrinã, q̃cunq; ad vſus & actiões virtutis efficiũt inutile liberorũ corpus aut aĩam aut intellm̃. ꝑꝑ qđ tales artes quæcunq; faciunt corpꝰ deterius diſponi, banauſas vocamus & mercennarias operationes, nõ vacãtem.n. H faciunt mentẽ & depſſam. Eſt autẽ & liberalibus ſcientiis aliquibus vſq; ad aliquid participare nõ illiberale. Aſſiduare valde autẽ ad pfectionem. obnoxium dictis nocumentis, habet autẽ multã drĩam, & qđ cuius gr̃a agit qs, aut addiſcit ipſius quidem enim gr̃a aut amicorum, aut ꝓpter virtutem nõ illiberale. Qui autem id ipſum agit ꝑꝑ alios ſępe mercẽnarium & ſeruile vtiq; videbit̃ agere, p̃miſſæ quidem igit̃ nunc erudientes eruditiones, ſicut dictum eſt prius, ad vtrunq; liberę habẽt. Sunt autem quatuor ferè quæ addiſcere cõſueuerunt, lr̃as, & luctatiuã, et muſicã, et quartã quidã ꝓtractiuã. Et lr̃as quidem et ꝓtractiuã tanq̃ vtiles ad vitã exiſtentes, et valde bonas, luctatiuã aũt tanq̃ cõferentẽ ad fortitudinem. De muſica ãt dubitabit vtiq; aliqs. Nũc q̃dẽ enim

enim vt delectationis gr̃a plurimi participant ipſa, alij autem à principio inſtituerunt in diſciplina pp naturã ipſam q̃rere, qđ quidem ſępe dictum eſt, non ſolũ non vacare recte, ſed & vacare poſſe bene, hoc.n. principiũ oĩum, vt & iterum dicamus de ipſa, ſi.n. ambo quidem oportet, magis aũt eligibile vacare q̃ non vacatio, & finaliter q̃rendum qđ facientes oportet vacare. nõ itaq; ludentes, finem.n. neceſſarium eſſe vitæ nobis ludum, ſi aũt hoc impoſſibile, & magis in nõ vacationibus vtẽdum ludis, laborans.n. indiget requie, ludus aũt gr̃a requiei eſt, nõ vacare aũt accidit cũ labore & fatigatione, pp hoc oportet ludos introducere obſeruantẽ tempus ad vſum, tanq̃ adducẽtem pharmaciæ gr̃a. Remiſſio.n. talis motus aĩæ, & pp delectationem requies, vacare autem vr̃ ipſum hr̃e delectationem, & fęlicitatem, & viuare beate, hoc autem non exiſtit nõ vacantibus, ſed vacãtibus. Nõ vacans quidem nõ vacat gr̃a alicuius tanq̃ nõ exiſtentis, fęlicitas autem finis eſt, quã nõ cum triſtitia ſed cum delectatione putant eſſe oẽs, hanc vero delectationem nõ adhuc eandem ponunt, ſed ſm ſe ipſos vnuſquiſq; & ſm habitum ſuum, optimus autem † ſm præualentes alijs. Nunc aũt & luctatiuis agonibus & bellicis deficiẽtes ab aliis, non.n. eo qđ iuuenes exercitabãt iſto modo differebãt, ſed eo ſolum qđ ad eos qui non ſtuduerãt conabant, quare qđ bonum; ſed non quod ſe tale oportet pręagonizare, neq;.n. lupus, neq; aliarũ ferarum aliqua agonizaret vtiq; aliqđ bonũ periculum, ſed magis vir bonus. Qui autẽ valde ad hoc remittunt pueros, & qui ſine pedagogo neceſſariorum faciunt, banauſos efficiunt, & ſm virtutem ad vnũ ſolũ opus vtiles politiæ facientes, & ad hoc deterius aliis vt ait ſermo. oportet aũt non ex prioribus opibus iudicare, ſed ex iis q̃ nunc. Cõtra agonizantes.n. diſciplinæ nunc habent, prius aũt non habebant. Qđ quidẽ igit̃ vtendum luctatiua, & quał̃r vtendum, confeſſum eſt: vſq; ad pubeſcentiam.n. leuiora exercitia afferendũ violentum alimentum & eos qui ad neceſſitatẽ labores reicientes, vt nullũ impedimentũ ſit ad incrementũ. Signũ.n. nõ paruum qđ p̃nt hæc inſtituere. In Olympionicis.n. quidẽ vir duos vel tres inueniat eoſdẽ viciſſe viros & pueros: pp iuuenes inuoluntarios auferre potentiam à neceſſarijs exercitiis. Qñ aũt à pubeſcentia annis tribus ad aľs eruditiones fiunt, tunc congruit & laboribus & ſiccis alimentis ſubmittere ſequentẽ ætatem. Simul.n. intellectui & corpori laborare non oportet, contrarium.n. efficere natus eſt vterq; laborũ impediens, qui quidem corporis labor, intellectum, qui autẽ huius, corpus.

† in græco codice verſus. 25. ſũt qui hic deſiderantur.

LECTIO II.

DE Muſica autem quædam quidẽ dubitauimus rõne & prius, bene autem habet & nunc reſumentes ipſa producere, vt ſicut aditus fiat rõnibus quas vtiq; aliquis dicet enuntiãs de ipſa, neq; enim quam potentiam habet, facile de ipſa diſcutere, neq; cuius gratia oportet participare ipſa, vtrum ludi gratia & requiei, ſicut ſomno & ebrietate. Hæc.n. ſm ſe quidem, neq; ſtudioſorum ſunt, ſed delectabilia ſimulq; ſolicitudinem ceſſare faciunt, vt ait Euripides, propter quod & ordinant ipſam, & vtuntur iis omnibus ſimiliter, vino, ebrietate, & muſica, ponunt autem & ſaltationem in iis. Aut magis ad virtutem tendere ſe

A quundum aliquid extimandum muſicam, tanquam potentem ſicut exercitatiua quale aliquod corpus efficere, & muſicam morem qualem quendam facere, aſſueſcentem gaudere recte ad deductionem aut aliquid cõfert & ad prudentiam, etenim hoc tertium ponendum dictorum. Quod quidem igitur oportet iuuenes nõ ludi gratia erudire, non immanifeſtum, non enim ludũt addiſcentes, cum triſtitia enim addiſcere. At vero neq; in deductionem pueris & talibus ætatibus congruit attribuere: neq; enim imperfecto conuenit finis, ſed forte vtiq; videbitur puerorum ſtudium ludi gratia eſſe viris factis & perfectis. Sed ſi hoc eſt tale, cuius vtiq; gratia oportet addiſcere ipſos, ſed non ſicut Reges Perſarũ & Medorum per alios facientes ipſum tranſumere delectationem & eruditionem, Etenim neceſſarium melius efficere opus eos, qui hoc ipſum fecerunt & artem iis, qui tanto tempore curauerunt, quantum ad addiſcere

B ſolum, ſi autẽ talia oportet celebrare ipſos, & circa negocium pulmentorum ipſos oportebit præparare: ſed inconueniens. Eandem autem dubitationem habet & ſi poteſt mores meliores facere, hoc enim quid oportet addiſcere ipſos, ſi non alios audientes recteque gaudere & poſſe iudicare, ſicut Lacedæmonij illi enim nõ addiſcentes tamen poſſunt iudicare recte, vt aiunt, bonas & non bonas melodiarum. Eadem autem ratio vtique & ſi ad bonam diurnationem & deductionem liberalem vtendum ipſa qđ oportet addiſcere ipſos, ſed non aliis vtentibus frui, conſiderare autem licet extimationem quam habemus de Dijs, non enim Iupiter ipſe cãtat & cytharizat poetis, ſed etiam banauſos vocamus tales, & agere non viri non inebriati aut ludentis, ſed forte de iis quidem poſterius conſiderandum. Prima autẽ

C quęſtio eſt vtrum non ponendũ in diſciplinam muſicam, Muſicam, aut ponendum, & quid poteſt dubitatorum trium, vtrum diſciplinam, aut ludum, aut deductionem. rationabiliter autẽ in omnia ordinatur & videt̃ participare, ludus enim gratia requiei eſt: Requiem autem neceſſarium delectabilem eſſe, eius enim quæ p labores triſtitiæ medicina quædam eſt. Et deductionẽ confeſſe oportet non ſolum habere quod bonum, ſed & delectationẽ, fęlicitari enim ex ambobus iis eſt, Muſicam autem omnes eſſe dicimus delectabiliſſimorum, & nudam exiſtentem, & cum melodia. ait enim & Muſeus eſſe hominibus delectabiliſſimum cãtare, propter quod in conuentus & deductiones rationabiliter aſſumunt ipſam, tanquã potentem lætificare, quare & hinc exiſtimabit vtiq; aliquis oportere ipſam erudiri iuniores. Quæcunq; enim innocua delectabilium non ſolũ

D congruunt ad finem, ſed ad requiem. Quoniam autem in fine quidem accidit hominibus raro fieri, ſæpe autẽ requieſcunt, & vtuntur ludis, non quantum ad plus, ſed & propter delectationem, vtile vtique erit requieſcere in delectationibus quæ ab ipſa. Accidit autem hominibus facere ludos, finem. habet enim forte delectationem quandam & finis, ſed non quantãcunq;. Quęrentes autem, hanc, accipiunt vt hanc illam propterea ꝙ finis actionis habet ſimilitudinem quandam, finis.n. nullius gratia futurorum eſt eligibilis, & tales delectationum nullius gratia futurorum ſunt, ſed factorum, laborum & triſtitiæ, propter quam quidem igitur cauſam quærunt fęlicitatẽ fieri per has delectationes, hãc merito vtiq; quis exiſtimabit cauſam. De eo autem qđ

eſt communicare Muſica, non propter hanc ſolam, ſed neq; propterea quod vtilis eſt ad requies, vt videt, non ſolum, ſed quærendum ne forte hoc quidẽ accidat. Honorabilior eſt antem natura ipſius, quàm ſecundum dictam opportunitatem, & oportet non ſolum communi delectatione participare ab ipſa cuius habenr ſenſum omnes. Habet enim Muſica delectationem naturalem, propter qnod omnibus ætatibus & omnibus moribus vſus ipſius eſt amicus. Sed videre ſiqua & ad morẽ confert & ad animam, hoc autem vtiq; erit palam, ſi quales quidam moribus ſumus per ipſam, at vero qđ efficiamur quales qnidam manifeſtum per multa quidem & altera, non minime aũt & per melodias Olympi. hæ enim confeſſe faciunt animas raptas. Raptus autẽ eius qui circa animam moris, paſſio eſt. Adhuc autem audiẽtes imitationum fiũt omnes compatiẽtes & ſine rhythmis & melodiis ipſis. Qm̃ autem accidit muſicam eſſe delectabilium, virtutem autem circa gaudere recte, & amare, & odire, palam quod oportet addiſcere & aſſuefieri nihil ita, vt iudicare recte. & gaudere decentibus moribus & bonis actionibus, ſunt autẽ ſimilitudines maxime penes veras naturas in rhythmis, & melodiis iræ, & manſuetudinis, adhuc antem fortitudinis & tẽperantiæ, & omnium contrariorum ijs, & aliorum moralium, palam antem ex operibus. tranſmutamus enim animam audientes talia, aſſuetudo autem in ſimilibus ei quod eſt triſtari & gaudere prope eſt eo quod ad veritatem eodem habear modo, puta ſi quis gaudet, imaginem alicuius videns, non propter aliam cauſam, ſed propter formam ipſam, neceſſarium huic illam viſionẽ cuius videt imaginem ſm̃ ſe eſſe delectabilem. Accidit autem ſenſibilium in aliis nullã qnidem exiſtere ſimilitudinem ad mores. puta in tangibilibus & guſtabilibus, ſed in viſibilib⁹ debiliter. Figuræ. n. ſunt tales, ſed ad modicum, & omnes tali ſenſu cõmunicant. Adhuc autem non ſunt hæ ſimilitudines morum, ſed ſigna magis, factæ figuræ. & colores morum, & hoc eſt à corpore in paſſionibus. non ſolum, ſed quantũ differt, & circa horum ſpeculationem, oportet non quæ Pauſionis contemplari iuuenes, ſed quę Polygnoti & ſiquis alius pictorum aut ſcultorum eſt moralis. in melodiis autem ipſis ſunt imitationes morum, & hoc eſt manifeſtum: mox. n. armoniarum diſtat natura vt audientes aliter diſponantur, ſed non eodem modo ſe habeant ad vtrãq; ipſarum, ſed ad quaſdam quidem planctiue & contractiue magis, velut ad eã quæ vocatur myxolydiſte, ad has autem mollius mente, puta ad remiſſas, medio autem modo & conſtanter maxime ad alteram, quale videtur facere quæ doriſte ſola armoniarum, raptos autem, quę phrygiſte, hoc enim bene dicunt qui circa ludum hunc philoſophati ſunt, accipiunt enim teſtimonia rationũ ex ipſis operibus. Eodem modo habenr, & quæ circa rhythmos, ij qnidem habent enim morem ſtabiliorem, ij autem motionum, & horum ij quidem honorabiliores habent motus, ij autem liberiores. ex ijs quidem igitur quòd poteſt morem animæ qualem quendam muſica facere palam quia ducendum & erudiendum in ipſa iuuenes, eſt autem congruum ad naturam tantillum doctrinæ muſicæ, iuuenes qnidem enim propter ætatem indelectabile nihil ſufferunt volentes. Muſica autem naturæ delectabilium eſt: & quædam videtur cognatio armoniis & rhythmis eſſe, propter quod multi

E aiunt ſapientum ij quidem armoniam eſſe animam. ij autem habere. vtrum autem addiſcere eoſdem cantantes & manu operantes, aut non, ſicut dubitatũ eſt prius nunc, dicendum. Non immanifeſtum ꝙ multam habet differentiam ad fieri quales quoſdam ſiquis ipſe cõmunicet operibus. vnum enim aliquid impoſſibilium aut difficilium eſt eos qui non communicauerunt operibus iudices eſſe ſtudioſos. Simul autem & oportet pueros habere quandam occupationem & archytę platagen quàm dant pueris quatenus vtentes hac nihil deſtruant eorum quæ in domo, non enim poteſt quòd iuuene quieſcere. hic quidem igitur eſt congruẽns paruis ludorum, diſciplina autem platagæ maioribus iuuenũ. Quod qnidem igitur erudiendum muſicam ita vt communicetur omnibus manifeſtum ex talibus, decens autem & non decens ætates, non difficile determinare, &

F ſoluere ad dicentes banauſam eſſe curam. Primo quidẽ enim quoniam gratia iudicij oportet participare operibus, propter hoc oporter iuuenes quidem exiſtentes vti operibus, ſeniores autem factos, opera quidẽ dimittere, poſſe autem bona iudicare, & gaudere recte, propter eruditionem factam in iuuentute. De increpatione autem facta, qua quidem increpant tanquam faciente muſica banauſos, non difficile ſoluere, conſiderãtes vſque ad quantum operibus communicandum ijs qui politizant ad virtutem politicã, & qualibus melodijs, & qualibus rhythmis cummunicandum. Adhuc autẽ in qualibus organis eruditionem faciendum: etenim veriſimile hoc differre, in ijs enim ſolutio eſt increpationis, nihil enim prohibet modos quoſdam muſicæ operari quod dictum eſt. Manifeſtũ igitur quod oportet eruditionem ipſius neque impedire ad poſteriores

G actiones, neque corpus facere banauſum, & inutile ad bellica & politica exercitia, ad vſus quidem iam, ad eruditiones autem poſterius. Accidit autem vtique circa eruditionem, ſi neque qui tendunt ad agonem technicos elaborauerunt, neque qui mirabilia, & ſuperflua operũ, quæ nunc venerunt ad agones, ex agonibus autem ad eruditionem, ſed talia quouſque vtique poſſint gaudere bonis melodijs, & rhythmis, & non ſolum eo quod cõe muſicæ ſicut & aliorum quædam animaliũ, adhuc autem & multitudo humilium & puerorum. Palam autem ex ijs, & quibus organis vtendum, neque enim fiſtulas ad diſciplinam adducendum, neq; aliud aliquod organicum, puta cytharam & ſiquid tale alterum eſt, ſed quæcunque facient ipſorum auditores bonos aut muſici ludi, aut alterius. Adhuc antem non eſt ipſa fiſtula morale, ſed magis irę excitatiuum. Quare ad

H talia tempora ipſa vtendũ, in quibus ſpeculatio poteſt purificationem magis quã eruditionem. Apponamus autem quòd accidit ipſi contrarium ad diſciplinam, & prohibere vti ratione fiſtulationem, propter quod bene reprobauerunt priores ipſius vſum à iuuenibus, & liberis quamuis primo vſi fuiſſent ipſa. Magis. n. vacantes facti propter abundantias & magnanimiores ad virtutem. Adhuc & prius & poſt medica ſapientes facti ex operibus, omnem ſequebantur eruditionem nihil diſcernentes, ſed ſuper inquirentes propter quod & fiſtulariuã adduxerunt ad eruditiones: etenim in Lacedęmonia quidam chori ductor fiſtulauit choro, & circa Athenas ita deuenit. Quare ferè plurimi liberorũ participant ipſa, palã autem ex titulo quẽ ſtatuit Thraſip-

pus Elephantidi, cum chorum duxiſſet, poſterius autẽ reprobata eſt per experientiam ipſam melius potentibus iudicare quod ad virtutem, & quod non ad virtutem tendit. Similiter autem & multa organorum antiquorũ puta pictides & barbiti, & quæ ad delectationẽ faciunt audientibus vtentium. Septigona, & Trigona, & Sambucæ, & omnia quæ indigent manuali ſcientia. Rationabiliter autem habet & quod de fiſtulis ab antiquis in fabulis dictum eſt. aiunt.n. Palladem, cum inueniſſet fiſtulas abieciſſe, non male.n. haber dicere, & propter inhoneſtatem faciei hoc feciſſe contriſtantem Deã, non ſolum, ſed magis veriſimile, quia ad intellectum nihil eſt eruditio fiſtulationis. Palladi autem attribuimus ſcientiam & artem. Quoniam autem organorũ & operationum reprobamus technicum ludum. Technicum autem dicimus eum qui ad agones. In hoc enim agens non gratia virtutis ſui met operatur, ſed gratia delectationis audientium, & huius oneroſæ, propter quod nõ liberorum iudicamus eſſe operationem, ſed ſeruiliorẽ & banauſos vtique accidit fieri. Mala enim intentio ad quam faciunt finis, ſpeculator enim oneroſus exiſtens tranſmutare conſueuit Muſicam. Quare & artifices q ad ipſum cogitãt, facit & ipſos quales quoſdam, & corpora, propter motus.

LECTIO III.

CONſiderãdum adhuc circa armonias, & rhythmos, & ad eruditionem, vtrum armonijs omnibus vtendum & omnibus rhythmis, aut diuidendum. Deinde ijs qui ad eruditionem laborant, vtrũ eandem determinationem ponemus, aut oportet tertiã aliquã aliam. Q̃m Muſicam quidem videmus per melodiarum factionem, & per rhythmos exiſtentes. horũ autem vnũquodq; non oportet latere, q̃ potentiam habeat ad diſciplinã, & vtrũ eligendum magis bene melodizatã Muſicã aut bene rhythmizatã, putantes igitur multa bene dicere de ijs, quoſdam modernorum muſicorũ, & eorũ qui ex philoſophia quicũq; exiſtunt expertes ſe habẽtes in diſciplina quæ circa muſicã eã quidem quę per ſingula diſceptationẽ committemus quærere volẽtibus ab illis, nunc autem legaliter diuidimus modos Typus ſolum dicentes de ipſis. Quoniam autem diuiſionem acceptamus melodiarum vt diuidunt quidam eorum qui in philoſophia, has quidẽ morales, has autem practicas, has quidem raptus factiuas ponentes, & armoniarum naturam ad ſingula horum conuenientem aliã ad aliam partem ponunt. Dicimus autem non vnius vtilitatis gratia oportere vti Muſica, ſed plurium gratia, etenim ludi gratia & purificationis. Quid aũt dicimus purificationem nunc quidem ſimpliciter. Iterum in ijs quæ de Poetica dicemus manifeſtius, tertio aũt ad deductionẽ ad remiſſionẽq;, & ad diſtenſionis requiem, manifeſtum quod vtendũ quidem omnibus armonijs, non tamen eodem modo omnibus vtendum. Sed ad diſciplinam quidam maxime moralibus ad auditum autem aliorum manu laborantium & practicis & raptiuis. Quæ enim circa quaſdam animas accidit paſſio fortiter, hæc in omnibus exiſtit, differt autem in eo quod minus & magis velut miſericordia & timor. Adhuc aũt raptus. etenim ab hoc motu decentes quidã ſunt, ex ſacris aũt melodijs videmus hos quãdo vſi fuerint melodijs deiraſcentibus animã, reſtitutos ſicut medicina ſortitos & purificatione, idem aũt hoc neceſſarium pati & miſericordes & timidos, & totaliter paſſiuos. Alios autem quantũ talium adiacet vnicuique & omnibus fieri quandam purificationem, & alleuiari cum delectatione. Similiter autem & melodiæ purificatiuę exhibent innocuam regiorenẽ hominibus, propter quod talibus quidem armoniis & talibus melodiis ponendũ theatralẽ Muſicã tractantes agonizatores. Quoniã autem ſpectator duplex, hic quidem liber & eruditus, hic aũt oneroſus ex Banauſis, & mercennariis & aliis talibus compoſitus aſſignandum agones & ſpeculationes, & talibus ad requiem, ſunt autem ſicut ipſorum animæ diſtortæ ab eo qui ſecũdum naturã habitu, ſic & armoniarum tranſgreſſiones ſunt & melodiarum rigidæ & diſceptæ, facit autem delectationem ſingulis quod conueniens ſecundũ naturam, propter quod dandum poteſtatẽ agonizantibus ad ſpectatorem talem tali aliquo genere muſicæ vti. Ad ludũ autem ſicut dictum eſt moralibus melodiarũ vtendũ, & armoniis talibus, talis autem quæ doriſtice, ſicut diximus prius. Suſcipere autem oportet & ſiquã aliã nobis approbauerint communicantes eo quod in philoſophia & exercitio & diſciplina quæ circa Muſicã. In politia autem Socrates non bene Phrygiſtem ſolam admittit cum ea quæ doriſtice, & hęc reprobans organorum fiſtulam, habet.n. eandem potentiam Phrygiſta armoniarum, quam quidem fiſtula inter organa. ambo enim iram prouocantia & paſſionis illatiua. manifeſtat autem poeſis. omnis enim petulãtia, & omnis talis motus, maxime autem organicum eſt in fiſtulis, armoniarum aũt in melodiis, Phrygiſticis accipiunt hoc quod decens, puta dithyrambus confeſſe videtur eſſe Phrygiũ, & huius exempla multa dicunt qui circa ſenſum hunc, aliaque, & quia Philoxenus conatus in doriſtica facere dithyrambũ fabulã non fuit potens, ſed ab ipſa natura decidit in Phrigiſtam conuenientem armoniã. Iterum de Doriſtica aũt omnes confitentur, tanquam ſtabiliſſima exiſtente, & maxime habente morẽ virilẽ. Adhuc aũt q̃m medium quidẽ ſuperabundantium laudamus & dicimus perſequi oportere. Doriſtica autem hanc habet naturã ad alias armonias, manifeſtũ quòd Dorias melodias oportet erudiri magis iuniores, ſunt aũt duæ conſiderationes, quod poſſibile, & quod decens, etenim quæ poſſibilia oportet tractare magis, & quæ decent ſingulos. Sunt autem & hæc determinata ætatibus, velut abdicatis per tempus non facile cantare rigidas armonias, ſed remiſſas natura iniji talibus, propter quod bene increpant & hoc aduerſus Socratẽ quidam eorum qui circa Muſicã, quòd remiſſas armonias reprobauerit ad diſciplinã tanquã inebrietatis petulantia, impetuoſum.n. ebrietas facit magis, ſed abdicatas, quare ad futuram ætatem ſeniorum oportet tales armonias tangere & melodias tales. Adhuc autem ſiqua eſt talis armoniarũ, aut decet puerorum ætatẽ, propterea quod poteſt ornatũ habere ſimul & intellectũ, vt quæ lydiſtica videtur pati maxime armoniarum, palã, quia. trer hos terminos faciendum ad diſciplinam quod medium, quod poſſibile, & quod decens.

Explicit liber Politicorum.

ARISTOTELIS OECONOMICA.

OEconomica & Politica, differunt ooo ſo
lum tantum quaotum domus , & ciui-
tas.hæc quidem.n.ſubiecta ſunt eis. Ve
rũetiam quod Politica quidem ex mul-
tis principibus eſt,œconomica vero mo
narchia. Alique quidem igitur artium
diuiduntur:& oon eſt eiuſdem facere, & vti eo ꝙ factũ
eſt,vt lyra & fiſtula,Politicæ autem eſt,& polim ab ini-
tio conſtruere,& exiſtente vti bene,Vñ patet ꝙ & œco
nomicæ ſit conſtruere domum,& vti ea. Ciuitas quidẽ
igitur domorum multitudo eſt, & loci & prædiorũ co
pia ad bene viuẽdum. Manifeſtum autem eſt : nam qñ
non poſſuot hoc habere,diſſoluitur ſocietas. Adhuc ao
tem gratia huius conueniuot . Cuius vero gratia ſiogu
lom eſt,& factũ eſt,& ſubſtantia eius eſt ipſom exiſtẽs.
Ideo patet,ꝙ pri⁹ œconomica eſt politica, eteoim opus
domus,ciuitatis eſt. Videdũ ergo de œconomica,& qd
opus ipſius. Partes aũt domus homo quidẽ & poſſeſ-
ſio eſt.Cum aũt prius io minimis natura cuiuſlibet re-
periatur,& de domo quidem ſiſt habet. Vnde ſm He-
ſiodum,decet eſſe domum qoidem primo & vxorem,
& booem aratorem,aliud quidem nutrimenti primũ,
aliud quidem librorum:pp ꝙ decet ea quæ ſunt de con
iunctione vxoris,bene ordinate,hoc autem eſt qualem
eam decet eſſe pręuidere. Poſſeſſionis autem prima cu
ra,ea quæ ſm naturam,georgica poſitio, & ſecuoda ꝓ-
cuoqoe de terra,vt metallica , & quæcunq; alia hmõi.
Georgica autem maxime, qm̃ iuſta:non.n.impie,nec ſi
cut bellicæ.inſuper etiam , & eorum quæ ſm naturam,
naturæ.n.à matre notrimentũ:oĩbus eſt. Ideo & hoĩb⁹
à terra ad hoc,& ad ſortitudinem producit maxima,nõ
enim ſicut fabriles corpora inutilia faciunt vel debilia,
verũ poteotia foras pergere & labore. Amplius & potẽ
tia,periclitare ad hoſtes.horum.n.ſolorũ, res extra ha-
bitationem ſont. Eorum autẽ quæ circa hoĩes , prima
cura de vxore,cõicatio.n.fœminæ & maſculi oatura eſt
maxima. Dictum quidem eſt oobis io aliis ꝙ multa ta
lia oatura cupit operari ſicut & aĩalium ſingulũ. impoſ
ſibile autem fœminam ſine maſculo,aut maſculũ abſq;
fœmina efficere hoc,pp ꝙ de oeceſſitate ipſorum. cõica
tio conſiſtit. Io aliis qoidem igiť aĩalibos irrationabi
liter hoc eſt.Et qoãdiu participant oatura, tãdiu & ꝓ-
creationis prolis tm̃ gratia,io domeſticis aotem:& pru
dentioribus directius magis, apparent.n.magis auxilia
facta & amicitiæ & cooperationes io oicem. In hoĩe ve-
ro maxime,ꝙ oon ſolom eſſe,verũ etiã & bene eſſe co-
operatores inuicẽ fœmina & maſculus ſunt . Et filiorũ
poſſeſſio non pp mioiſteriũ naturæ tm̃,verũ & ſm vti-
litatem.Ea.n.quæ potentes ad impotentes fecerint. ite
rum portant à potentibus in ſenio impotentes : in hoc
aotem & oatura replet hac periodo ſemp eſſe. çum per
numerum non poſſit ſed per ſpeciem . Sic ꝑordioatum
eſt à Deo vtriuſq; oatura maſculi & ſęminæ ad cõionẽ.
dictum eſt.n.oon eandem oĩa vtilem hr̃e virtotẽ, verũ
aliqua ad contraria qoidẽ ad idem tm̃ cooperãtia. Aliud
quidem.n.fortius aliud vero debilios fecit, vt aliud ma
gis cuſtodiat prę timore. Aliud aũt magis vlciſcatur prę
fortitudine,& aliud quidem acquirat ea quæ de foris.

Alind autem vt ſaloet ea q̃ iotus . Et ad opationẽ aliud
quidem potens & firmũ eſſe . foras aũt pgere infirmũ.
Aliud ẽt ad quietes quidem peius, Ad motus aũt ſanũ.
Et de filiis gnatiooem qđ ꝓpriam vtilitatem aũt cõem
horum quidem enim nutrire horum aotem caſtigare
Primo quidem igiť leges ad vxorem noo iniuſtitiã fa-
cere.ſic.n.nec ipſe iniuſtitiam patietur,hoc docet etiam
lex cõis.Sicut pythagorici dicunt tãquam ſamulam de
ara ductam,nequaquam decet iniuſtitiam facere,inio-
ſtitia autem viri coitus qui ſoris fiunt . De homelia au-
tem,nec ſic , vt egeant , nec ſic etiam vt abſeotibus ne-
queaot abſtinere,Sed ita morigerare vt ſufficienter ha-
beant præſente & abſente. bene etiã habet & illud He
ſiodi.Virginem aotem ducere,vt bonos mores doceat.
Diſſimilitudines enim morum:nequaq̃ amabile.De or
natu autem,ſicut nec mores decet elatos ad inuicẽ pro-
F pinquare.Sic nec etiam corpora.Rerum aũt primũ qui
dem & neceſſarium quod optimum eſt & principaliſſi
mum,hoc aũt eſt homo. Propter ꝙ decet primo ſeruos
parare ſolicitos.Seruorum autem ſpecies duæ. præpoſi
tus,& laborator,cum aũt videamus ꝙ diſciplinæ qua-
les aliquos faciant iuuenes, neceſſe & præparandũ nu-
trire quibus libera operum prohibendum.Collocotio
nem autem ad ſeruos, nec iniuriari, oec laxare,& iis q-
dem qui magis liberiores ſunt,honorẽ dare. Operariis
aũt cibi multitudinẽ.Et qm̃ potus vini & liberos iniu-
rioſos efficit,& multę gẽtes abſtinent ẽt liberorum, vt
Carchedonij in exercitu,manifeſtum ꝙ hmõi aut nihil
aut parũ daodũ.Tribus aũt exiſtentibus opere & pęna
& cibo, non quidẽ punire nec opari,ſed cibũ hr̃e iniu-
rioſum facit.Operas quidem hr̃e , & pœnas cibom aũt
nõ,violẽtiam & debilitatẽ facit . Decet igitur opas dare
G & cibum ſufficientẽ . nã ſine mercede impoſſibile dñā-
ri.Seruo aũt merces cibus,Sicut autem & aliis qñ non
fit melioribus,melius,nec merita virtutis & malitiæ,ef
ficiũtur peiores,ſic & circa ſernos.Propter ꝙ debet fie-
ri deliberatio & tribuere etiam & relaxare ſinguli & ci
bum & indumentum, & ociũ, & pœnas, verbo & ope
imitantes medicorũ virtutem in tõne pharmaciæ reſpi
cientem quia cibus non pharmacia pp cõſuetudinem.
Genera autem ſunt ad operas optima quę nec meticulo
ſa,nec nimis fortia.Vtraq;.n.lędũt. Etenim nimis me-
ticuloſi,oon patiuntur,& iracundi non bñ ſubijciunt.
Oportet ẽt & finem imponere oĩbus. Iuſtum.n.& vti-
le libertatem ponere meritũ. Volũt.n.laborare : qñ me
ritũ eſt & tpe diffinitum . Decet etiam foreoſes ꝓcrea-
tiones liberorũ & oon hr̃e multos eiuſdem generis, ſi-
cut & in ciuitatibus. Et ſacrificia , & voluptates maxi-
H me pp ſeruos fieri & non liberos , plures.n.habent hi
cuius gratia hmõi ſtatuta ſunt. Species autẽ œconomi
ci quatuor quas debet habere circa res. Etenim quęre-
re poſſibile debet eſſe & cuſtodire: ſin autẽ,nulla vtili-
tas quęrere.Exhaurire.n.ithmò,hoc eſt, lagena quæ di
citur rupta.Amplios etiam eſſe ornatũ & criſticum ꝓ
pter hoc.n.illis egemus.Decet autem diuidi.horum ſin
gulum & plura fructifera eſſe,non fructiferis . Et opas
ſic diuidi vt ne pariter periclitetur oĩbus. Ad cuſtodiã
aũt Perſiaois expedit vti:& lacooicis.Et attica etiam di-
ſpenſatio;vtilis. Veodentes enim emunt.Et auke etiam
poſitio:non eſt io paruloribus œconomicis.Perſiana ãt
erant oĩa ordinare, & oĩa videre ipſum . Et quod Dion
dicebat de Dionyſio, nemo enim curat ſimiliter aliena,

& propria, pp ꝙ q̃cunq; contingit, per ſe fieri oportet
curam: & Perſiani & Lybij ꝓuerbium bene habet. Vn⁹
quidem.n.interrogatus quid magis equũ impinguat,
oculus dñi, inquit. Libius autẽ interrogatus quale ſter
cus optimum, veſtigia dñi ait. Videndum ergo, alia qui
dem ipſum, alia vero vxorem vt vtriſq; diuiſa ſunt opa
œconomiæ, & hoc faciendum in paruis quidem œcono
mijs raro. In curijs autem, pluries: non.n.poſſibile: non
bene oſtendentẽ bene imitari: nec in alijs, nec in epitro
pia. Impoſſibile.n.non ſolicitis dñis, ſolicitos eſſe præ-
poſitos. Qm̃ autem hoc & bona ad virtutẽ, & vtilia ad
œconomiam. ſurgere oportet prius dños, ſeruis: & dor
mire poſterius, & nunq̃ incuſtoditam domũ eſſe: ſicut
& ciuitatem. q̃cunq; decet facere, neq; de nocte, neque
de die omittere. Surgere quoq; de nocte: hoc.o. & ad
ſanitatem & œconomiam, & philoſophiã vtile. In par-
uis quidem igitur rebus atticus modus ordinationis vi
ctualium vtilis. In magnis aũt diuiſis & ijs quæ ad an-
num & per menſem cõſumendis. Silr etiam & de vaſis
& ijs quæ quotidie tractant, & ijs quæ raro: hoc traden
dum ꝓpoſitis. Inſup & viſitationem eorum p aliquod
tp̃s faciendum, vt non lateat ꝙ ſaluũ eſt, & ꝙ deeſt. Do
mum ẽt ad res reſpicientem conſtruendum, & ad ſani-
tatem, & ad conſeruationem earum. Dico autem rebus
quidem.ſ.victualibus & indumento qualis expedit, &
victualium, qualis ſiccis, & qualis, humidis, & aliorum
qualis animatis, & ſeruis, & liberis, & mulieribus, & vi
ris, & extraneis, & ciuibus, & ad conſeruationẽ, & ad
ſanitatẽ decet eſſe euilium hyeme, eupnun æſtate, ſit ẽt
hmõi verſus boream exiſtens, & non æqualiter lata. Vẽ
etiam & in magnis œconomiis vtilis eſſe oſtiarius, qui
ſit inutilis aliis operibus ad ſalutem eorum quæ immit
tuntur & emittuntur. Et ad bene vſum vaſorum, laco-
nicum, oportet enim vnumquodque in loco ſuo poni,
ſic enim paratum exiſtens: non quæretur.

CAPVT SECVNDVM.

CVm quis diſpẽſare debet aliquid ſm̃ ordinem
locorum circa quę negociatur decet non inex-
pertem hr̃e, & natura ingenioſum eſſe, & ele-
ctione laborioſum & iuſtũ. Quicquid.n.deſit
harum partium multum peccabit circa negotium qđ
exercet. Oeconomię autem ſunt quatuor, vt in typo di-
uidi, alias.n.ad hęc incidẽtes videbimus Regalis, Satra
pica, Politica, & Idiotica. harum autem maxima quidẽ
& ſimpliciſſima regalis. Variabiliſſima autem & facilis
politica. minima aũt & variabiliſſima, idiotica. Cõicare
quidem multa inuicem, neceſſarium eſt. Quodcunque
aũt maxime p ſe cuilibet accidit, hoc conſiderandũ no-
bis eſt. Primũ quidem igitr regale videamus. Eſt aũt qui
dem ipſa potens vlr. Species aũt habens quatuor. Circa
nummum, circa exitus, circa introitus, circa ſumptus.
Horum aũt ſingulum, quidem circa nummũ dico qua-
le & qñ carum, aut faciendum. circa exitus autem & in
troitus, qñ & quales per magnates recipienti regi vtili
tatem facere. Circa ſumptus autem qualia decidendum
& qñ & vtrum nummum dandum in ſumptus, aut ꝓ
nummo merces. Secunda autem Satrapica. Sunt autem
huius ſpecies ſex, introituum de terra. De ijs quę in ter
ra ꝓpriorum factorum, à mercimoniis, à cenſionibus,
à paſcuis & ab aliis. Ipſorum autem horum, prima qui-
dem & potior, q̃ de terra. Ipſa autem eſt quã alij quidẽ
phorium, alij autem decimã appellãt. Scda autem q̃ à

A ꝓprijs ſit, alibi aurum, alibi autem argentum, alibi aũt
Æs, alibi autem q̃cunq; põt fieri. Tertia autem eſt is q
à mercimonijs. Quarta eſt is qui fit à cenſibus, qui ſunt
de terra. Quinta autem qui annuus vſusfructus & deci
ma vocatur. Sexta autem qui ab alijs. Tertia autem poli
tica, huius autem portio quidem igitur introitus qui à
ꝓprijs in terra factis, deinde à mercimonijs, & qui ab
alijs. Quarta autem & vltima idiotica, hæc aũt eſt ano-
mala quidem, eo ꝙ decet nõ ad vnã intentionem diſpo
nere. Minima autem, eo ꝙ introitus & ſumptus breues
fieri. Ipſius autem huius potior quidem introitus qui à
terra fit. Scđs autem qui ab alijs. Tertius autem qui à
denario. Sine ijs autem qđ oibus cõicat œconomijs: &
oportet ipſum conſiderare non extra opus, maxime au
tem huic ſumptus nõ magis introitu fieri. Qm̃ igitur di
uiſiones diximus, ꝓter hoc iterum intelligẽdum nobis
B ſatrapica, circa q̃ negociamur vtrum potens ſit oĩa hr̃e,
aut maxima horum, aut nõ. Sed hoc omittendum. * Ea
quidem igitur circa œconomias & ptes ipſarum dixi-
mus. Quotquot autem quidam priorum fecerunt ad q̃
ſtum, aut artificialr aliquid ordinarũt q̃ arbitramur ne
ceſſaria eorum collegimus. nec.n.hãc hiſtoriã inutilem
arbitramur eſſe. Eſt.n.interdum ꝙ ijs adaptabit quis q̃
ipſe tractat. Cypſellus corithius vouit Ioui. Si dñs ciui
tatis factus fuerit bona corinthiorum oĩa ſe oblaturum
factus autem ꝓcepit eos deſcribi, ijs autem deſcribenti-
bus decimã ptem à ſingulis accepit. Reſiduo autem ꝓ-
cepit operari. Elapſo autem anno idem hoc fecit. pp ꝙ cõ
tingebat in.x.annis illum hr̃e oĩa q̃ obtulit. Corinthios
autem alia acquirere. Lydamus naxius expellẽs fugiti-
uos cum res eorum nemo voluiſſet niſi breui ꝓtio eme
re eiſdem fugitiuis vendidit, ſacra etiã quotquot erant
C eorum in quibuſdã apothecis ſemiplena opera poſita
vendebat exulibus, & alijs volentibus ita ꝙ ſcriberetur
ementis nomen. Biſantij * loca venaliũ in quibus quis
quid vendebat, & maris capturã & ſalinarum venditio
nem, & opantium mirabilia & diuinatorũ, & venden-
tium pharmacias, & aliorum per hunc modum quid fa
cientium. tertiã partem opantes reddere ordinarunt,
& nummorum excãbium aſſignarunt vni cãpſori. Nul
li autem alij nec aſſignare, alij nec emi ab alio. Sin autẽ
priuatio, & pęna erat, hoc.n.feceris indigentia rerum.
Amplius exiſtente lege: nõ eſſe ciuem, qui non ex ciui-
bus eſſet, egentes rebus, diffinierunt eum qui ab vno
exiſtens ciui, ſoluẽtem minas. xxx. eſſe ciuem*. Hippias
Athenienſis excellẽtia ſuperiorum ad vias publicas, &
ſcalas & pbragmata, & portas q̃ apiebantur extra ven-
debat. Emebãt ergo hi quorũ bona erant & cõgregabat
D pecuniã ſic multã. Nummum etiam qui Athenienſibus
erat reprobum fecit. Imponens autem ꝓtium ꝓcipiebat
ad ſe reportare. Cõuenientibus autem ad cudendũ aliũ
characterem. dedit eundem nummum. Quicunq; etiã
nauium principatum hr̃e aut tribunum, aut chorearũ,
aut ad aliud quiddã tale miniſteriũ debebat cõſumere
ꝓtium taxãs moderatum, ꝓcipiebat qui voluerit ſolue-
re hoc ſcribi in ijs qui miniſterium cõpleuerunt. Inſup
ſacerdoti Palladis ꝓcepit, vt ꝓ quolibet defuncto porta
ret modium ordei, & modium frumenti & obolũ vnũ,
& ꝓ quolibet puero nato illud idem. * Soſipolis Athe-
nienſis in ciuitate rebus egente atq; eiſdẽ cõſuetis ſplẽ-
didum feſtum Dionyſij facere in quo alia multa etiã cõ
ſumebatur ab initio anni ꝓparantes ſacrificia multa. ela

pſo

pſo autem tertio huius feſti induxit eos Dionyſio qui-
dem vouere in futuru anno dare duplum. hoc autē con
gregantes ad propinquas ciuitates vendere. Congrega
bit eis ergo res nō modicas ad vſum. Expectantes vaſa
ad eos multa venire exiſtente modio tetradragmo ꝑce-
perunt venditoribus vendere exadragmo. Et choa olei
exiſtente dragmis quatuor & tribus denarijs, & vino,
& alijs ſilr. Antiquum igit̃ pretium recipiebat idiota.
Superfluum autem ciuitas. & inde locupletes facti ſunt.
Heracleotæ mittentes naues. xl. ad tyrannos vaſa priori
non exiſtentes ſoluēdo, à mercatoribus ſimul emeruot
totum frumentum, & oleum, & vinum, & alia merci-
moniæ tpe autem ſtatuto quo debebāt dare ꝑtium, mer
catoribus bñ erat nō imminuto, ſed in ſimul mercimo-
nia vendere. Illi autem dātes ſemel. amplius de cætero
mercedem nō ꝑſtabāt, ſed emptionem. Cōſiderātes vi-
F rum ærarium deputauerunt ſuper ſingulum nauium.
Proficiſcentibus autem ad ꝑdeſtinatū locum emebāt ab
his ſtipendiarij oīa. Et argentum dari cōtingit quouſq;
ad ꝓpria reuerſi ſuot. Lacedęmonij Samijs rogantibus
pecuniā eis in reuerſione dare, ſtatuerunt vnā diem &
ſe, & ſeruos, & aīalia ieiunare. Quicqd autem cōſume-
bat vnuſquiſq; ad hoc dare Samijs. * Cyzicenis etiā ad
inuicem aduerſantibus obtinuit populus, & diuitibus
captis, debentes pecuniā ſtipendiarijs, ſtatuerunt non
interficere captos, ſed pecuniā dātes expellere. Chij au-
tem exiſtente lege eis deſcribi debita in publico egētes
pecunia ſtatuere debitores qdem dare ciuitati debita.
Ciuitatem vero de iutruitibus vſuras creditoribus ſol-
ui quouſq;, & capitale ſoluere poſſit. Mauſolus cariç ty
rānus mittente rege ad eum ꝓ tributo cōgregās diui-
tes terræ dicebat ꝙ rex petit tributum, ipſe vero nō eſſe
G ſoluendo, ꝑparati autem ſibi viri ei ꝓmittebāt quātum
obtulit qlibet. his autem hoc agentibus, diuites alia ve
rentes, alia vero timentes multo plura iſtorum ꝓmiſe-
runt & detulere. Iterum egens pecunia cōgregās Mylaſ
ſenſes dixit. qa metropolis exiſtens ciuitas ſua, ſine mu
ris eſt. Rex autem ſup eum militat; ꝑcepit ergo Mylaſ-
ſenſibus deferre vnumquenq; multā pecuniam dicens
eis, & ea q̄ nec oblata ſunt, & cętera ſaluare, oblatis au-
tem multis, pecuniam quidem habebat, murum au-
tem ait Deum iubere non iu pñti ædificare. Caudaules
mauſoli rector, qñ viſitabat ꝓuinciā, offerebat quidam
ei ouem aut porcā, aut vitulum, deſcribendo dātem, &
tp̄s, ducentes ad domum ꝑcipiebat nutrire qunuſq; re-
uertat̃. qñ vero videbatur ei tp̄s ſufficiens, omne ipſum
quidem datum, & vſumfructum cōputando petebat.
Arborum autem eſſentia aut cadentia ad vias publicas
H vendebat vſusfructus. Stipendiariorum etiā ſi quis mo
riebat̃ vendebat dragma corporis, & ex hoc denarium
recipiebat nec noo cōmeſtibili non abſcondebant, qñ
mortuus erat aliquis ſtipendiariorum. Videns etiā ly-
cios diligentes comam portare, ait lr̃as venire à rege, ca
pillos mittere, hoc autem iniuncto ſibi p Mauſolum vt
tonderet eos. Inquid igit̃ ſi voluerint certum quid ſibi
dare tranſmittere de gratia capillos. Qui libenter dede
runt qđ petebat, & collegit pecuniā multam à populo
multo. Ariſtoteles Rhodius princeps phoceæ egens pe
cunia, & videns duas partes phoceorum exiſtentes lo-
cutus eſt alteri parti ſecreto dicens ſibi alteram partem
velle dare pecuniā, vt eis regimen daret. Ipſe autem ma
gis vult ab eis recipere q̄ illis regimen ciuitatis dare, au

E dientes vero hoc ſtatim pecuniā præſentes detulerunt
quantam præcepit. At ille alijs iterum oſtendit quæ re-
ceperat ab altera parte. Illi autem ſe dixeruot nō minus
dare. Recipiens autem ab vtriſq; pacificauit eos ad inui
cem. Videns autem ciues habentes cās magnas, & mul-
tas tpe longo & iniuſtitias pp bellum qđ inciderat iu-
dicium ſtatuens prædixit. Qui cauſam non litigauerit
eo tpe quo proponit, nullatenus eſſe de prioribus cri-
minibus iudicium. Tunc autem multis offerentibus pe
cuniam pp breuitatem tpis, & obtinendam iuſtitiam
multam à ſingulis congregabat pecuniam. Clazomenij
frumento egentes & pecunia, ſtatuerunt vt ſi qui priua
torum habent oleum mutuarent ciuitati ſub vſuris, fit
autē multus fructus iſte in ciuitate eorum. Quibus mu
tuātibus conducentes vaſa miſerunt ad mercatum. Vn
de eis venit frumentum habito pacto olei. Inſuper de-
F bentes ſtipendiarijs dare ꝓ ſtipendijs. xx. talenta vſurā
dederunt præfectis quatuor talenta vnius anni. Cum
autem de capitali nil deeſſet, ſemper quoq; fruſtra con
ſumebatur cudere monetam de ferro loco argenti. xx.
talentorum demum dantes diuitibus ciuitatis cuilibet
ordinatim argentum ab illis recipiebant æquale, idiotę
igitur habebant ad quotidianos vſus expendere & ciui
tas à debito liberata eſt. * Selybriani pecunia indigentes
& lege exiſtente eis nō eſſe frumenti exitum, facta qui-
dem fame, illis vero frumento veteri exiſtente, ſtatue-
runt idiotas dare ciuitati frumentum ſtatuto pretio re-
tento pro vita cuiuslibet anni. Deinde exitum conceſſe
runt volentibus pretium ſtatuentes quod videbat̃ be-
ne habere eis. * Epheſij egentes pecunia legem poſue-
runt, mulieres aurum non portare, quātum vero nunc
habent mutuare ciuitati. Columnarum etiā quæ erant
G in templo ſtatuerunt denarium ſoluere & deſcribi no-
men dantis ac ſi obtuliſſet. Dionyſius Syracuſanus vo-
lendo pecuniam colligere congregationem populi fa-
ciens dixit vidiſſe Demetrā & præcipere mulierum or-
natum ad templum portare. Ipſe quidem ornatum mu
lierum, quæ apud eum erant obtulit, & hoc facere alijs
hortabatur, ne aliqua iniuria à Dea fieret. eum autem
qui hoc non fecerit, reum eſſe ſacrilegij. Offerentibus
autem omnibus quæ habebant, & pp Deam, & illum
mactās Deæ, abſtulit ornatum quaſi mutuatum à Dea.
Elapſo autem tpe & mulieribus iterum induentibus,
ꝑcepit quæcunq; voluerit aurum portare ſtatum quid
ad templum deferre. Volens etiā naues facere ſciens, ꝙ
indigebat pecunia, populum cōgregauit, & dixit quan
dā ciuitatem ſibi tradi ad qđ eget pecunia, & rogabat
ciues portare ſibi duos ſtateres ſingulos. At illi detule-
H ruot, poſt triduum vero laudās eos, qa hoc noo potuit
obtinere dedit cuilibet qđ detulerat. hoc āt faciens pla
cauit ſibi ciues. Deinde iterum arbitrās accipere ciuita-
tem, detulerunt, at ille recipiens habebat ad nauigium.
Egens etiā pecunia cudit monetā de ſtagno, & cōgrega
uit populum, nimis pecuniam laudans, at illi confirma
runt volens quilibet habere tanquam argentum & nō
ſtagnum. Iterum egens pecunia rogabat ciues dare ei.
At illi dixerunt ei non habere. extrahens ergo vaſa quę
apud eum erant vendebat quaſi pro indigentia hoc fa-
ciens. Ementibus vero Syracuſanis deſcribebatur quod
vnuſquiſq; emat. Cum pretium perſoluiſſent præcepit
vas qđ emerat reportare. Ciuibus etiā pp cenſum non
nutrientibus animalia, dixit quòd ſufficientia erāt ſibi
&

& pp habentes ſine reddítu eſſe. Multis autem cito acquirentibus aĩalia multa, quaſi de cætero perſoluerint extimate præcipientes impoſuit cenſum. Ciues igitur dedigoantes ſuper deceptiooe, occidentes vendebant, at ille ad hoc ſtatuit quanta opus eſſet cædi in die. Illi autẽ iterum Diis mactari faciebant. At ille prohibuit fœminas non mactare. Iterum etiam egens pecunia præcepit deſcribi bona pupillorum, & qui illa haberent, quo pacto abutebatur bonis pupillorum, quouſq; perueniret qnilibet ad ætatem. Rhegium etiã capiens, congregans populum dixit, ꝙ iuſte quidẽ per eum capti ſunt. Nuoc quidem ea quę ad exercitum conſumpſi habens & pro quolibet tres minas, dimittere eos. Rhegini vero q̃cunq; erãt abſcõſa ab eis manifeſta faciebãt, & pauperes à diuitibus & extraneis mutuo recipiẽtes, fecerũt pecuniam quam præcepit, quã ab eis recipiens corpora nihilomiuus redimi præcepit. Bona aũt eorum oĩa recepit. Recipiens etiam mutuo à ciuibus pecuniã, vt redderet cum peterent ab eo, præcepit apportare, quantũ habet aliquis de argẽto. Sin autem, ſtatuit mortem eſſe pœnam. Argento autẽ à portato eudit alium characterem dando dragmam valentẽ duas, & ꝙ debebatur habebat penes ſe. In Tyrrenia etiam trãſfretãdo centum nauibus, accepit de templo leucotheę aurũ & argeotũ multũ, & alia ornamẽta oon modica. Sciens vero quod & nautæ multa habent, bandiri fecit medietatem eorũ quæ quilibet habet apportari ad ſe, aliam vero medietatem habere accipientem. Ei aũt qui non apportauerint mortem ſtatuit pœnam. Credentes aũt nautę apportãtes, reliquam medietatem habere, ſecure apportarũt, at ille cum illa recepit, præcepit, iterum aliam medietatẽ apportare. Mnedęi ea q̃ à portubus, & alijs redditibus eis acquirebãtur vtebãtur ad regimen ciuitatis. De redditibus autem qui à terra & domibus nil operabantur ad regimen ciuitatis. ſed deſcribebant habentes. Cum vero egebant pecunia dabant debitores, lucrabantur ergo tempore tranſacto ſine vſuris vtentes pecuuia. Pugnantes autem ad Olynthios, & egẽtes pecunia exiſtẽtibus eis ſeruis, ſtatuerũt vt relictis cuilibet mare & fœmina mutuo darẽt ciuitati.* Timotheus Atheniẽſis pugnans aduerſus Olynthios & egẽs argento eudendo ęs dabat ſtipendiariis. Indignantibus ſtipendiariis ioquit eis. Vendentes & ementes omnes ſiſt vendere & emere. Mercatoribus autẽ prædixit quicũq; accepit æs hoc emat ea quæ in loco venduutur, & ſpolia etiã quæ ducuntur. Et ſi ꝙ æs eis permanſit apportare mihi recipiẽtes argentum. Circa Corcyram etiam pugnans, & nõ eſſet ſoluendo ſtipendiarijs petentibus ſtipendia & ioobedientibus ei, & ad ioimicos debẽtibus ire, populũ congregando ait non poſſe propter hyemẽ venire ſibi argentum. Cum tanta eſſet apud eum abundãtia pecuniæ quæ donationem frumenti trium meoſium qnam dederat eis, gratis habeãt: at illi ſuſpicãtes Timotheum id eis non dediſſe niſi pecuniã expectari ergã eũ pacifice agebãt donec illi obtinuit qđ volebat. Samũ etiã obſidens fructus & quę ſuper erant vẽdidit ipſis Samijs, ita ꝙ obtinuit pecuuiam ad mercedem ſtipeudiariorum. * Didalus Perſianus habeos ſtipendiarios quotidianas expenſas de ſpoliis eis dabat, pecuniam vero oõ habẽs dare, petebãt in ſtipendia ſic ingenioſe proceſſit congregando populum dicens. Nẽ credatis me pecunia indigere imo in loco quodam habeo multam, dicẽs vbi erat.

A Cum autem iuxta locum eſſet præſens ad locum, accepit de ijs quæ erat in templis quęcũq; ibi erant vaſa argentea. deinde præparaodo mulos quaſi deferentes argentum demonſtrari ipſa faciẽs procedebat. Videntes autem ſtipendiarij & putantes argentũ eſſe omoia quę portabantur, gauiſi ſunt ꝙ habebant mercedem. At ille dixit oportet ad amiſum venientes ſolutionem recipere. Erat autem vſq; illuc via multorũ dierũ & hyemalis hoc autem tẽpore abutebatur exercitu oeceſſaria ſolũ dando. Chabrias Athenienſis Ægypoorum Regi Tao militanti & egenti pecunia conſulebat clericorum, & clericarum multitudinẽ dicere ſacerdotibus oportere ſubtrahere propter expenſas. Audientes autem ſacerdotes & ſacerdotum apud eos ſioguli eſſe volentes quilibet per ſe pecuniam ſibi dabat. eum autem ab omnibus recepiſſet, ꝑcepit eis de expẽſis, quas prius in tẽplo

B faciebant, decimam partem facere, reliquũ ſibi mutuo dare, dooec pręlium impleatur. A qualibet etiã domo prępcepit voiuerſos portare ſtatuens certũ quid, & à corpore ſimiliter, à frumẽto etiam qđ vendebatur dare pretium vendentem & ementẽ pro modio obolum. A nauibus etiam & ergaſteris & aliam quandam operationẽ habentibus decimam partem operæ dare. Militare etiam ei debenti de terra ſiquis auri & argenti haberet non ſignati prępcepit apportari, offereotibus autem pluribus, hoc quidẽ ille vtebatur. Creditores autem miſit ad officiales vt de redditibus eis redderent. Iphicrates Athenienſis coogregante militiam Cotys fecit eum habere pecuniã multam hoc modo, præcepit hominibus, quibus dominabatur ſeminare ſibi tres modios frumẽti, hoc vero pěracto, congregauit multitudioem frumẽti quam mercatoribus vẽdens obtinuit pecuniã. Cotys

C Thracius à Perinthiis mutuo petebat pecuniã ad exercitum congregãdũ. Periuthij vero non dabaot ei. Rogauit eos dare ſibi viros ciues cuſtodes quorũdã caſtrorum. at illi id cito fecerũot arbitrantes domioos eſſe caſtrorum. Cotys autem miſſos in carcere detineri fecit ꝑcipiendo dari ſibi pecuniã quã ab eis mutuo petebat habere. Mẽtor Hermiã capiens & terram eius, officiales locorũ dimiſit qui ab Hermia fuerant deputati: cum autem omues eſſent aſſecurati quicquid erat eis abſcõditum ſecum habebant. Qui capiens omnes eos, abſtulit ea quę habebãt. Mẽnon Rhodius prĩceps Lãpſaci egens pecunia ſcripſit diuitibus eorum multitudinem argeoti ſibi mutuo dari, dicens proceſſu temporis eis reddere. Iterum egens pecunia rogauit eos apportare qđ habebant de redditibus. At illi attuleruut arbitrantes ꝙ cito eis redderetur. Cum autem ſolutiones reddi

D tuum adeſſeot, ait eis egere, illis vero poſt modum reddet cum vſuris. Stipendiariorum etiã qui erant cum eo auferebat ſtipeodia dierum in quibus in anno vacabãt: dicens ijs diebus nullã eis cuſtodiã nec impenſas facere & exẽptos eſſe dicebat. Dabat etiam ſtipendiarijs ſolo calendarum ſolutionem, primo quidem menſe prætertibant tres dies. Venienti autem, quinq;, hoc vero modo procedebat vſque ad .xxx. Furabatur igitur ab anno mẽſem. Caridem⁹ orites habens quaſdã terras æolidis militante cootra eã Artabazo egebat pecunia. primo quidem detulerunt ſibi, poſt modum ſe non habere dixerunt. Caridemus vero terram quam putabat opulentã eſſe prępcepit, ꝙ ſi pecuoiã habẽt aut aliud quoddã vas precioſum, in aliam terram mittere comitatum eis dare

inſimul

Inſimul autem & ipſe hoc facere manifeſtus erat. Obedientibus vero hoībus poſtq̃ extra terram fuerunt, inquiſiuit q̃ habebat & accepit quotquot indigebat. Illos autem iterum ad terram reduxit. Bandum ĕt ponens in ciuitatibus quibus dominabat' neminĕ nulla arma habere in domo. Sin autem, dare argentum ꝙ bandierat. Neglexit autem hoc & nullam faciebat. Hominibus vero arbitrantibus bandum fruſtra ſibi fieri, habebat ſingula quæ prius habuerat. At ille inquiſitionem ſubito faciens in domibus, apud quas inuenit aliqua arma exigebat pecuniam. Philoſenus macedo Cariæ princeps egens pecunia magnum feſtum Dionyſij celebrari velle dicebat, & ꝑpoſitos deſcripſit de Caria ditiſſimos, & ꝑcipiebat eis quæ decebat præparare. Videns autĕ multos ægreſcentes, miſit aliquos quos interrogabat quid volunt dare & à miniſterio liberari. At illi multo plus quã putabant conſumere, dare dixerunt, vt non moleſtarentur ibi, & à ꝓprijs domibus abſint. Ille vero recipiens ab eis qđ dederant, alios deſcribebat, donec recepit & ab his quæ volebat. Euçſes Syrus princeps ægypti diſcedere debentibus ijs qui cũ eo erant ſentiens, vocauit eos ad regalia, & omnes ſuſpendit, ſuis autem pręcepit dicere ꝙ in carcere ſunt. Quilibet ergo cõſanguineorum tractabat ꝓ ſuo, & pecunia emebat captiuos. At ille pecuniam recipiens aſſignauit cuilibet ſuũ mortuum. Cleomenes Alexãdrinus princeps ægypti, fame inolita in alijs quidem partibus valde, in ęgypto autem moderate exitum frumẽti clauſit. Nomarchis autem dicentibus non poſſe tributa dare, niſi frumentum extraherent, exitum quidem fecit. Doanam autem multã frumento impoſuit, ita ꝙ contingebat ei doanam multam recipere Nomarchas ĕt ceſſare ab excuſatione. Trãſfretante ĕt nomon cuius eſt Deus crocodylus raptus fuit quis ſeruorum eius. vocans igitur ſacerdotes dixit primus iniuriam paſſus vlciſci crocodylos, & præcepit eos venari. Sacerdotes autem, vt Deus non condĕnaret' congregantes quantum poterant aurum dederũt ei, & ſic ceſſauit. Alexãdro ĕt rege mandante ſibi conſtruere ciuitatem verſus pharum, & ſundicum, qđ prius erat in canopo transferans ad canopum. ſacerdotes & bona illic habentes ad hoc dixit venire, vt transferãt incolatũ ſuum. Sacerdotes autem & habitatores deferĕtes pecuniam dederunt, vt permittat in terra eorum ſundicum. At ille recipiens, tũc quidem receſſit. Transfretans aũt cum eſſent ſibi parata ea quæ ad ædificationem erãt neceſſaria, petebat ab eis pecuniam excedentem multitudine. Hãc igitur dñiam eſſe vt ſundicus ibidem eſſet & non illic. Cum autem dicerent dare non poſſe, tranſtulit eos. Mittens autem aliquos ad mercimonia, & ſentiens ꝙ bene emerant. Sibi autem debentes appretiata computare ad notos emptorũ dicebat ꝙ audierat mercimonia eos ſuper pretium emiſſe, quàm ipſe præceperat, & ſtatim ſtultitiam eorum deridebat cum ira ſimulata. At illi hoc audientes dixerunt, non decer credere eum dicentibus contra illos, donec ipſi veniant, & rõnem ponant. Venientibus vero emptoribus recitabãt eis ea quæ Cleomenes dixerat. Illi autem volentes oſtĕdere q̃ Cleomenis, retulerunt pretia quibus emerant. *Qphelas Olinthius deputans curationĕ ſuper paſcuis attridite cum veniſſent ad eũ Nomarche huius loci dixerũt velle plus multo ipſi dare, rogabantq́; eũ, vt curatorĕ mutaret. interrogauit eos ſi poterunt dare q̃ ꝓmir-

E tunt, dixerunt ꝙ ſic, Curatorĕ quidĕ in ſuo officio dimiſit. Tributa aũt ꝓmiſſa exigi ꝑcepit quæ ipſi promiſerunt. Ergo nec curatorem quĕ ſtatuit vituperare videbat', nec illos maiora tributa q̃ ipſi ſtatuerunt, ſoluere. *Stabelius debens mercedem ſtipendiarijs, cõgregauit comeſtabiles & dixit eis. idiotis quidĕ ſe non egere, ſed ꝑpoſitis. Vnde mercedem quã illis dare debebat comeſtabilis dare, ꝑmiſit ergo cuilibet eorũ remittere ſuos. Qđ & fecere, ꝓceſſu autem tpis illis mercedem petentibus, nec fiſtulatorem ſine chorea, nec comeſtabiles ſine idiotis ad nihilum dixit vtiles eſſe. Præcepit ergo & eos recedere.* Dionyſius ſacra diſcurrens, ſi videtet quidĕ menſam poſitam auream aut argĕteam præcipiebat bono omine ſe habere. Quotquot autem Agalmatũ phialam haberet dicens, ꝙ recipio, auferebat veſtes etiam aureas & coronas, auferebat Agalmatum dicens ſe leuio-
F ra & meliora dare. poſt modum indumenta quidem alba, coronas autem albas circumponebat.

CAPVT TERTIVM.

BOnam mulierem iis quæ intus ſunt decet dominari omnibus, curantem ſingulorum, ſm ſcriptas leges non permittentem intus neminem niſi vir præceperit, timentem ꝑcipue ad corruptionem aīæ verba forenſium mulierum & ea quę cõtingũt intus, niſi ſciat ſola. & ſiquid ſiniſtri fiat ab ingredientibus vir habet cãm, dñam exiſtĕntem ſumptum & expĕſarum ad feſtiuitates quas vir permiſit. Sumptibus & veſte ornatu, vtentem minori, q̃ leges ciuitatis ꝑcipiũt. Scientem ꝙ nec veſtium ornatus affert pulchritudinĕ, nec auri multitudo, tanti eſt ad virtutĕ mulieris, quan-
G ti moderantia in omni opere & deſiderium honeſtæ & bene ordinatæ vitæ. Etenim inuidioſus omni animæ, huius mundi ornatus eſt, & multo firmior ad ſenectutem tribuens laudes iuſtas, ſibi & filijs, huiuſmodi quidem ipſa ſe morigeram inanimet. ornate dominari mulier. Difficile enim viro ſcire quæ intus fiunt. in aliis vero omnibus, obediat viro, nec ciuilium audiens nihil, nec etiam de nuptijs ſuorum volens agere quicquam. Sed cum affuerit tempus filios filias ne foras dare, aut recipere, tunc quidem pareat viro in omnibus, & ſecũ deliberet, & obediat in eo quòd ille pręcepit, arbitrans non ſic viro turpe eſſe eorũ quæ intus ſunt aliquid agere, ſicut mulieri inquirere ea quę ſunt foris. Sed putare decet mulierem quæ vere ornata eſt, mores viri, vitæ ſuæ, leges imponi ſibi à dæmone cum nuptiis, & fortuna conuictos, quos quidem ſi patienter ferat & mãſue-
H te facile domum reget. Si autem nõ, difficilius. Propter qđ decet nõ ſolum cũ cõtingit virum opulentũ eſſe rebus & alia gloria & prudentia, ſimul intelligere & ſm voluptatem ſeruire, verumetiam & in aduerſitatibus, & ſi defectum patietur rei, aut ægritudinĕ, aut ignorantiam animæ manifeſtam, eſſe dicat ſemper optima. Obſequatur autem decentia præterquam agat aliquid turpe, aut indigna ſibi ipſi, nec recordetur ſi quid vir propter paſſionem animæ delinquat ad eam, nec nihil conqueratur, quaſi ille hoc peregerit. Sed ponere hæc oīa ægritudinis & ignorantię & accidentium delictorum, Quanto enim quis in iis obſequetur diligentius, tanto maiorem gratiam habebit, qui curatus fuerit cum ab ægritudine liberabitur. Et ſiquid ei nõ obedierit pręci-

pienti

pienti eorum quæ non bene habent mulier. multo magis ille ſentiet ſanatus. Propter q̃d oportet buins timere. Alia vero ſernire multo diligẽtius q̃ ſi empta veniret ad domũ nã maximi pretij empta eſt. Cõicatio.n. vitæ, & prolis generationis, qulbus nihil ſit maius, neq; diuinius. Adhuc inſuper ſi quidẽ ſimul vixerit diuiti viro non fieret ſimiliter manifeſta. Et quidem neque modicum eſt in proſperitate vti bene, & non humiliter. Veruntamen aduerſitatem bene ſufferre, multo magis merito honorata eſt Nã in doloribus exiſtere & tribulationibus & iniuriis, nil turpe cõmittere, magnanimi eſt. Orare quid igitur decet in aduerſitatem virũ non peruenire, ſi autẽ quid ſiniſtrl contigerit. arbitrati hic maximam laudẽ boneſtæ mulieris, cogitantem quòd nec Alceſte tantam gloriam quæſiuiſſet, nec Penelope tot laudes meruiſſet, ſi vixiſſent, in proſperitate exiſtentibus viris. Nnne vero Admeti & Vlixis aduerſitates præparauerunt eis memoriam immortalem. Ratione.n. in malis fideles & inſtæ viris, honoratæ ſunt à Diis merito. Proſperitatis qnidem.n. facile participantes inuenire; aduerſitatis autem nolunt cõicare non optimæ mulierum. Prnpter hæc oĩa decet multo magis honorare, & non verecundari virum ſuum etiam ſi nõ conſequatur ſecundum Orpheum & diuitiæ animoſitatis filiũ: mulierem quidem ergo in tali quodam typo legum, & morum oportet ſe cuſtodire. Virũ aũt oportet vti vxore, cogitantem leges à ſimilibus, quoniam promiſſa ſocia vitæ & filiorũ, ſicut ab extraneitate deprecatrix ens ad domum viri, derelinqnens filios genitorum viri ſui nomina habituros, qnibus quidẽ diuinius quid ſaceret aut circa quæ decet magis virũ ſanè mẽtis ſtudere, quã vt ex optima & ex pretioſiſſima muliere filios generet. Senectutis paſtores optlmos & prudentiſſimos cuſtodes patris & matris, & totius domus ſaluatores. Qnoniã nntriti qnidẽ recte à patre & matre, ſancte & iuſte eis vtentibus, quaſi merito boni fient, nõ merentes autem hoc periclitabuntur. Vitæ enim exempla filiis niſi præparauerint genitores, excuſabilẽ ad inuicẽ & purã excuſationem habebunt. Timor.n. ne contẽpti à filiis, eo quòd non bene viuunt ad mortẽ eis erunt. Quapropter oportet nihil omittere curantẽ ad virtutẽ vxoris ſe ipſum vt iuxta poſſe ex optimis prolẽ poſſit procreare. Etenim agricultor nihil omittit ſtudendo vt ad optimã terram, & maxime bene cultã ſemen conſumere, expectans ſic fructũ optimum fieri. Et elegit pro ea, vt non ſecetur, pugnando cum hoſtibus, ſi ſic contigerit, mori, & talis mors maxime honoratur. Vbi autem tanta cura ſit pro corporis nutrimento, multo magis pro filils, & matre, & nutrice, ad quam animæ ſemen conſumitur omne ſtudium eſt faciendũ, hoc enim ſolo mortale omne ſemper factũ, immortalis participat, & manent omnes petitiones & orationes dominij paternorum. Propter quod quidem qui hoc contemnunt, & Deos ſpernunt: propter Deos igitur coram quibus ſacra mactans, & vxorem duxit, & ſepius maximũ ipſum dare vxori præter parentes, honorem. Maximus antem eſt honor honeſtę mulieri, ſi reſpicit virum ſuũ caſtũ eſſe in eã, & de nulla alia muliere curare. Sed præter omnes alias propriam & amicã, & fidelem pntet eam: tanto vero magis ſtudebit eſſe talis circa eũ vxor, ſi cognouerit fideliter, & iuſte virũ erga ſe fore, & ipſa iuſta fi-

A delis erga virum ſuum erit. Igitur non decet ignorare eũ qui ſanè mentis eſt, nec parentibus quales ſunt honores ſni, nec quales vxori, & filiis proprij decentes, vt retribuens ſingulis, quæ ſua ſunt, iuſtus & ſanctus fiat. Multo etenim magis grauiter ſert vnuſquiſq; ſuo honore priuatus, & nec ſi aliorũ valde multa det qnis, propria auferendo, ſuſcipiet libenter. Nibil ergo eſt proprius, nec maius vxori, pretioſa cõicatione, & fideli ad virum: propter quæ non decet recte ſapientem: nec vbique ponere corpus ſuum: nec lmmittere ad quãcunque contigerit: proprinm ſemen. Vt non de illegitimis & vilibus generibus: ſimlles fiant ijs qui legitime procreati ſunt: nam priuat vxorẽ quidẽ decenti honore: filiis aũt opprobrium adiungit: de iis quidem ergo omnibus attendendum viro. Ad propinquandum autem vxori ſuæ, ordinate & cum multo moderamine & pu-

B dore. Verba etiã & cõicationem tribuentẽ eius qni bene habet, & honeſti operis: multa manſuetudine, & fidelitate vtentem. Eorũ autem quæ non ſponte, & paruornm peccatorum, indulgenriam tribuentem. Si vero quid per ignorantiã delicti, ſecerit, monentem: nec timorẽ incutiẽtẽ, ſine verecundia & pudore, nec ſolutã ſeuiciẽ: nec voluptatẽ. Huius quidẽ enim paſſio meretricis eſt ad Amaſium, Quod autem cum pudore, & verecundia amare, & ſimiliter timere liberæ mnlieris eſt ad proprium virũ. Duplex eſt enim ſpecies timoris: alia quidem cũ verecundia, & pudore ſacta, quo vtuntur pudici filij ad patres, & ciues compoſiti ad præſides bonos, alia vero ſpecies cũ inimicitia, & odio ſicut ſerui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniurioſos & iniquos. Ex ijs ergo omnibus eligat meliora, & vxorẽ ſibi concordẽ, & fidelẽ, & propriã ſacere decet, vt præſen-

C te viro, & non, vtatur ſemper nihilominns acſi quando parentes ſibi aſſint, vt cõmunibus curet rebus, & quòd nullus videatur ei, nec melior, nec pudicitior: nec magis proprius ſuo viro. Oſtendet quidẽ hoc vir in principio ad cõe bonũ reſpiciens ſemper, & ſi incipiet talia ipſe ſibi maxime dominans optimus ei præſes erit totius vitæ; & docebit vxorẽ, vt optime vtatur, ſicut & Homerus ait: decet habere virũ non enim neque amicitiam: nec timorẽ honorauit ſine pudore Homerus. Sed vbique diligere cum pudore Homerus præcepit. Timere autem ſicut Helena inquit, ſic dicens, timere Priamum. amantiſſime ſocer tu es verendns, atque timendus, nil aliud ait quã diligere ipſum cũ pudore quidẽ & timore. Nã timendum terribilem eſſe dicit. Et iterum Vlyxes ad Nauſiacã dicit hoc. O mulier ſtupeo & timeo te. Putat enim Homerus ſic ad inuicẽ habere virũ, & vxo-

D rem, arbitrando quòd ſi ambo ſint ſic inuicem, bonum erit. Nullum enim ſic amare, nec mirari vnquã ſe peiorem: nec timere cũ pudore, ſed hnius paſſiones contingere optimis ad inuicem, & iis qui natura vtiles ſunt, & moribus ſcientia ad maiores eis, hunc habitum ſecit Vlyxes & Penelope ad ipſum, & nihil delinqnens in abſentia, ſicut Agamẽnon pro Criſeide vxore ſua in eccleſia dicens, mulierẽ captiuam, & non bonam, ſed Barbaram in nullo deeſſe à Clitemneſtra eorum quæ ad virtutem ſpectant. Non bene igitur liberos habens ex ea, nec iuſte, puella muliere vſus eſt. Qualiter enim iuſte ſi antequã ſcieret illam qualis fieret circa ſe. nuper violenter duxit. Vlyxes autẽ deprecante ipſum Athlantis

filia

filia cohabitare ſecum, & promittente immortalem facere & beatum omni tempore, nec vt immortalis fieret prodere auſus eſt vxoris ſuę amicitiam, affectũ, & fidẽ maximam ſibi pœnam arbitrans fieri, ſi malus exiſtens immortalitatẽ promereatur. Nec etiam cũ Circe coire voluiſſet niſi pro amicorum ſalute. Sed reſpondit ei, ꝙ nihil dulcius ſua patria videre poſſet. & quidem ſaxoſa exiſtente, & orauit magis mortalem vxorem & filiũ videndo mori, ſic firmiter obſeruabat ſtudium ſuum in vxore, propter ꝙ è conuerſo & vxor ſibi ſimiliter faciebat. Manifeſtus eſt etiam & poeta in Vlyxis oratione ad Nauſiacã honorare magis viri, & mulieris cũ pudicitia cõicationem. Orat enim ſibi Deos dare virum & domũ & concordiam bonam ad virum, & non talem qualem ſed optimam: nihil .n. hoc magis bonis inquit eſſe in hominibus, ꝗ̃ quando concordes voluntatibus ſint. Iterũ manifeſtus poeta eſt, ꝙ nõ de malis obſequiis inuicem concordiam laudat, ſed eam quæ cum prudentia & intellectu iuſte coniuncta eſt. Quod enim dicit voluntatibus & concordia id ſignificat. Et iterum dicit, ꝙ amicitia, ſi talis fiat, magni dolores ſunt inimicis, & gaudia amicis. Maxime autem audiebant eum vera dicentem. Concordantibus enim vxore, & viro circa optima neceſſe & amicos vtriuſq; lætari. Deinde forte exiſtentes terribiles eſſe inimicis, ſuis antem vtiles. Iis antem diſcordantibus, oportet & amicos diſcordes eſſe. Deinde

E autem debiles eſſe. Maxime autem ſentire huiuſmodi eos. In ijs autem manifeſte præcepit turpia quidem, & impudica diſſuadere ad inuicem. Ea autem quæ iuxta poſſe iuſta, & pudica cum ſolicitudine obſequi ſibi ad inuicẽ, inanimantes ſe primo quidẽ curã habere parentum, vir quidẽ vxoris, nihil minus ꝗ̃ ſuorum, vxor aũt viri. Deinde filiorũ & amicorũ, & rerũ, & totius dom⁹, ſicut cõis rei curam ſuſcipiant. Colluctãtes ad inuicem, vt plurimum bonorũ vteriq; fiat ad cõmune bonum, cauſa videlicet ꝙ meritum & melior & potior. Dimittẽtes quidem ſuperbiam, regentes autem recte & habentes manſuetos & domeſticos mores: vt quando ad ſenectutem peruenerint liberati à beneficijs, & cura multa & voluntatum & deſideriorum videlicet quæ interdũ in iuuentute fiunt, habeant inuicem: & filiis reſpondere, vt eorum plurium bonorum quæ domi ſunt ſecto-
F res facti ſint, & ſtatim ſciant aut propter fortunam malum, aut propter virtutem bonum. In quibus qui vicerit, maximum quidẽ meritũ à diis ꝓmereť, vt ait Pindarus. Dulce enim ſi cor & ſpes mortalium variam voluntatem gubernat, ſecundo antem à filiis in ſenecta paſci feliciter, propter quæ oportet ſpecialiter & communiter iuſte cogitantes ad omnes Deos & homines viuere, & multum ad ſuam vxorem & filios & parentes.

Oeconomica Ariſtotelis. Finis.

Aduertat ſtudioſus Lector tertium hoc caput in græcis exemplaribus nunc nõ haberi: è græco tamen traductũ fuiſſe & Ariſtotelis videri, ꝙ Homerum & Pindarum adducat: reliqua duo capita quicquid apud græcos reperitur æquant: ſed vbi aſteriſcos * inueniet, ibi deeſſe quędã intelliget, quæ in græco extant Codice, quæ tamen hic inſerenda non cenſuimus, ne in alienam meſſem manũ poneremus. Quam ob rem cum plurimũ varient tam græca quã latina exemplaria, vtraq; diligens lector perpendat, & an vſquam œconomica ſuperſit integra conquirat.

DIVI THOMAE AQVINATIS LIBRI QVATVOR.

De regimine Principum ad Cypri, regem: Opuſculum vigeſimum.

Index eorum quæ in ſingulis capitibus primi libri continentur.

Quòd neceſſe eſt homini vt ab aliquo gubernetur, cum oporteat ipſum in multitudine viuere: vbi diſtinguitur multiplex dominium ſiue regimen. Cap.1.

B *Quòd multitudo melius regitur per vnum quàm per plures, multis rationibus probatur: & hic eſt Rex vel Imperator.* Cap.2.

Quòd ſicut dominium vnius optimum eſt quando eſt iuſtum: ita oppoſitum eius eſt peſſimum: & multis probatur rationibus & argumentis. Cap.3.

Quòd variatum eſt iſtud dominium apud Romanos: & quòd interdum apud eos magis eſt aucta reſpu. ex dominio plurium. Cap.4.

Quòd in dominio plurium magis ſępe contingit dominium tyrannicum quàm ex dominio vnius: & ideo regimen vnius melius eſt. Cap.5.

Concluſio ꝙ regimen vnius ſimpliciter ſit optimum: oſtendit qualiter multitudo ſe debeat habere circa ipſum: quia auferenda eſt ei occaſio ne tyrannizet: & ꝙ etiam in hoc eſt tolerandus propter maius malum vitandum. Cap.6.

C *Quærit quid præcipue mouere debet Regem ad bene regendum: vtrum honor vel gloria: & ponit opiniones circa hoc: & quid ſit tenendum.* Cap.7.

Qualis eſt verus filius Regis qui mouere ipſum debet ad bene regendum. Cap.8.

Quòd præmium Regum & Principum tenet ſupremum gradum in beatitudine cęleſti: & multis rationibus hoc oſtenditur & exemplis. Cap.9.

Quòd Rex ſiue Princeps ſtudere debet ad bonum regimen propter bonum ſuipſius et vtile quod inde ſequitur. Cuius contrarium ſequitur regimen tyrannicum. Cap.10.

Quòd bona etiam mundialia vt ſunt diuitiæ: poteſtas: honor: & fama: magis proueniunt regibus quàm tyrannis: & de malis quæ incurrunt tyranni etiam in hac vita. Cap.11.

Procedit ad oſtendendum Regis officium, vbi ſecundum viam naturæ oſtendit Regẽ eſſe in regno ſicut anima in corpore, & ſicut Deus in mundo. Cap.12.

D *Aſſumit ex hac ſimilitudine modum regiminis, vt ſicut Deus vnamquamq; rem diſtinguit quodam ordine & propria operatione & loco, ita Rex ſubditos ſuos in regno. & eodem modo de anima.* Cap.13.

Quis modus gubernandi competat Regi: quia ſecundum modũ gubernationis diuinæ. Qui quidem modus gubernãdi a gubernatione nauis ſumpſit initium. Vbi & comparatio ponitur ſacerdotalis dominij & regalis. Cap.14.

Quòd ſicut ad vltimum finem conſequendum requiritur vt Rex ſubditos ſuos ad viuendum ſecundum virtutem diſponat: ita ad fines medios. Et ponuntur hic quæ ſunt illa quæ ordinant ad bene viuendum, & quæ impediunt, & quod remedium Rex apponere debet circa impedimenta dicta. Cap.15.

ARGVMENTVM.

COgitanti mihi quid offerrẽ regiæ celſitudini dignũ, meæq; profeſsioni congruum & officio: id occurrit potiſsime offerendum: vt Regi, librũ de regno conſcriberem, in quo & regni originem, & ea quæ ad Regis officium pertinent ſecundum ſcripturæ diuinæ auctoritatem. Philoſophorum dogma: & exempla laudatorum Principum, diligenter depromerem, iuxta ingenij proprij facultatem: principium, progreſſum, & conſummationem operis, ex illius expectans auxilio, qui eſt Rex regum: & dominus domninantium, per quem Reges regnant, Deus magnus, Dominus & Rex magnus ſuper omnes Deos.

Quod neceſſe eſt homini vt ab aliquo gubernetur cum oporteat ipſum in multitudine viuere, vbi diſtinguitur multiplex dominium ſiue regimen. Cap. I.

PRINCIPIVM autem intentionis noſtrę hinc ſumere oportet. vt quid nomine Regis intelligendum ſit exponatur. In omnibus aũt quæ ad finem aliquem ordinantur: in quibus contingit ſic & aliter procedere, opus eſt aliquo dirigente, per quod directe debitum perueniatur ad finem. Non enim nauis, quam ſecundum diuerſorum ventorũ impulſum in diuerſa moueri contingit, ad deſtinatum finem perueniret, niſi per gubernatoris induſtriam dirigeretur ad portum. Hominis autem eſt aliquis finis, ad quem tota vita eius & actio ordinatur: cum ſit agens per intellectum: cuius eſt manifeſte propter finem operari. Contingit autem diuerſimode homines ad finem intentum procedere. Quod ipſa diuerſitas humanorum ſtudiorum & actionum declarat.
C Indiget igitur homo aliquo dirigente ad finem. Eſt autem vnicuiq; hominũ naturaliter inſitum rationis lumen: quo in ſuis actibus dirigatur ad finem. Et ſiquidem homini cõueniret ſingulariter viuere, ſicut multis animalium, nullo alio dirigente indigeret ad finem, ſed ipſe ſibi unuſquiſque eſſet Rex, ſub Deo ſummo Rege: inquantum per lumen rationis diuinitus datum ſibi in ſuis actibus ſeipſum dirigeret. Naturale autem eſt homini, vt ſit animal ſociale & politicum, in multitudine viuens, magis etiam quam oia alia animalia. Quod quidem naturalis neceſsitas declarat. Alijs enim animalibus natura pręparauit cibum, tegumenta pilorum, defenſionem, vt dentes, cornua, vngues, vel ſaltem velocitatem ad fugam. Homo autem inſtitutus eſt, nullo horum ſibi a natura præparato. ſed loco omnium data eſt ei ratio, per quam ſibi hæc omnia, officio manuum poſſet præparare, ad quæ omnia præparanda vnus homo non ſufficit. Nam vnus homo per ſe ſufficienter vitam trãſi
D gere non poſſet. Eſt igitur homini naturale ꝙ in ſocietate multorum viuat. Amplius, alijs animalibus inſita eſt naturalis induſtria ad oia ea, quæ ſunt eis vtilia vel nociua: ſicut ouis naturaliter extimat lupum inimicum. Quædam etiam animalia ex naturali induſtria cognoſcunt aliquas herbas medicinales: & alia ad eorum vitã neceſſaria. Homo aũt horum quę ſunt ſuæ vitæ neceſſaria, naturalem cognitionẽ habet ſolum in cõmuni: quaſi eo per rationẽ valente ex vniuerſalibus principijs, ad cognitionem ſingulorum quæ neceſſaria ſunt humanæ vitæ peruenire. Non eſt autem poſsibile ꝙ unus homo ad omnia huiuſmodi per ſuam rationẽ pertingat. Eſt igitur neceſſarium homini ꝙ in multitudine viuat, vt vnus ab alio adiuuetur, & diuerſi diuerſis inueniendis per rationem occupentur, puta vnus in medicina, alius in hoc, alius in alio. Hoc etiam euidentiſsime declaratur per hoc quod eſt proprium hominis, locutione vti, per quam vnus homo alijs ſuum conceptum totaliter

poteſt exprimere. Alia quidem aĩalia exprimunt mutuo paſſiooes ſuas io cõmuoi, vt canis in latratu irã, & alia animalia paſsiones ſuas diuerſis modis. Magis igitur homo eſt communicatiuus alteri, quàm quodcunque aliud animal qund gregale videtur, vt grus, formica, & apis. Hoc ergo cõſiderans Salomon in eccleſiaſte ait. Melius eſt eſſe duos, quàm voum. Habent enim emolnmentum mutuæ ſocietatis. Si ergo naturale eſt homini, quòd in ſocietate multorum viuat, neceſſe eſt in hominibus eſſe per quod multitudo regatur. Multis enim exiſtentibus hominibus, & vno quoque id quod eſt ſibi congroum prouidente, multitudo io diuerſa diſpergeretur, niſi etiam eſſet aliqois de eo quod ad booum multitudinis pertinet, curam habeos, ſicut & corpus bominis & cuiuslibet animalis deflueret, oiſi eſſet aliqua vis regitiua communis in corpore quæ ad bonum commune omnium membrorum inteoderet. Quod cõſiderãs Salomoo dicit, Vbi noo eſt guberoator, diſsipabitur populus. Hoc autem rationabiliter accidit. Nõ enim idem eſt, quod proprium, & quod cõmuoe. Secundum propria quidem, differuot, ſecoodum aũt cõmune, vniuntur: diuerſorum aũt diuerſæ ſunt cauſæ. Oportet igitur præter id quod mouet ad propriũ bonum, vniuſcuiuſq; eſſe aliquid quod mouet ad bonum cõmune multorum. Propter quod & in omoibus quæ io voum ordinantur, aliquid inueoitur alterius regitiuum. Io vninerſitate eoim corporum, per primum corpos. ſ. cęleſte, alia corpora ordioe quodam diuinæ prouideotiæ reguotur: oĩaq; corpora per creaturam rationalẽ. In vno etiam homine aĩa regit corpus: atq; ioter aĩæ partes iraſcibilis & coocucupiſcibilis ratione reguntur. Itemq; ioter membra corporis: vnũ eſt principale quod oĩa mouet, aut cor aut caput: Oportet igiť eſſe io omni multitudioe aliquod regitiuum. Contingit autem in qoibuſdam quæ ordinaotur ad finem, & recte & oon recte procedere. Quare & in regimine multitudinis, & rectũ & oon rectum inuenitur. Recte aũt dirigitur voũquodq;, qñ ad finem conuenieotem, deduciť: non recte autem, qñ ad finem non cõuenientẽ. Alius aũt eſt finis cooueniens multitudioi liberorum & ſeruorũ. Nam liber eſt qui ſui cauſa eſt, ſeruus aũt eſt qui id qood eſt, alterius eſt. Si igitur liberorum multitudo a regente ad bonũ cõe multitudinis ordioetur, erit regimen rectum & iuſtum: quale conuenit liberis. Si vero nõ ad booum cõe multitudinis, ſed ad booum priuatum regẽtis regimeo ordineť, erit regimeo iniuſtũ atque peruerſum. Vnde & dñs talibus rectoribus cõminatur per Ezechielem dicens. Vę paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos, quaſi ſua propria commoda quærentes. Nonne greges a paſtoribus paſcuntur? Booum ſiquidem gregi, paſtorem quærere debent: & rectores qoilibet booum multitudini ſibi ſubiectæ. Si igitur regimen iniuſtum per vnum tm̃ fiat, qui ſua cõmoda ex regimioe quærat: non aũt booom multitudini ſibi ſubiectæ, talis rector, tyrannus vocatur, noĩe: a fortitudine deriuato. quia. ſ. per potentiã opprimit, oon per iuſtitiam regit. Vode & apud aotiquos poteotes quiq; tyraoni vocabantur. Si vero iniuſtum regimeo non per voum fiat ſed per plures: ſi quidem per paucos, Oligarchia vocatur. i. principatus paucorom qñ. ſ. pauci propter diuitias opprimunt plebẽ, ſola pluralitate a tyranoo differentes. Si vero iniquũ regimen exerceatur per multos, Democratia nũcupatur. i. poteutatus populi; qñ. ſ. populus plebeorum per potentiam multitudiois opprimit diuites. Sic eoim & populus totus erit quaſi vnus tyranous. Similiter aũt & iuſtũ regimen diſtingui oportet. Si enim adminiſtretur per aliquam multitudinem, cõi nomine Politia vocatur. vt potecum multitudo bellatorum in ciuitate, vel prouincia dominatur. Si vero adminiſtreť per paucos, virtuoſos aũt: huiuſmodi regimeo Ariſtocratia vocatur, id eſt, potentatus optimorum qui propterea optimates dicuntur. Si vero iuſtum regimen ad vnum tm̃ pertineat, ille proprie Rex vocatur. Vode dñs per Ezech. dicit Seruus meus Dauid, Rex ſuper oẽs erit, et paſtor vnus erit oium eorũ. Ex quo mani

E feſte oſtendiť, ꝙ de ratione Regis eſt, ꝙ ſit vnus qui præſit & ꝙ ſit paſtor, cõe, multitudinis booũ, & oõ ſoũ cõmodum quærẽs. Cum aũt homioi cõpetat in multitudioe viuere, quia ſibi nõ ſufficit ad neceſſaria vitę, ſi ſolitarius maneat, oportet ꝙ tanto ſit perfectior multitudinis ſocietas, quanto magis per ſe ſufficieos erit ad neceſſaria vitæ. Habetur ſiqdẽ aliqua vitæ ſufficieotia in vna familia domus vnius: quantum. ſ. ad natorales actus outritionis, & prolis generandæ, & aliorũ hmõi, in voo autem dico quantum ad ea quæ ad voum artificium pertioent. in ciuitate vero quæ eſt perfecta cõitas, quantum ad oĩa oeceſſaria vitæ, ſed adhuc magis in prouincia vna, propter oeceſsitatem cõpugnationis, & & mutui auxilij contra hoſtes. Vnde qui perfectam cõitatẽ regit. i. ciuitatem vel prouinciam, aotooomaſice Rex uocatur. Qui aũt domum regit, ooo Rex, ſed Paterfamilias dicitur. Habet tñ aliquam ſimilitudioem Regis, propter quam aliqñ Reges, populorum patres vocantur. Ex dictis igitur

F patet, ꝙ Rex eſt, qui voius multitudinem ciuitatis vel prouinciæ, & propter bonum cõe, regit. Vode Salomon in eccleſiaſte dicit. Vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruienti.

Quòd multitudo melius regitur per vnum quam per plures multis rationibus probatur, & hic eſt Rex vel Imperator. Cap. a.

HIs aũt præmiſsis requirere oportet quid prouinciæ vel ciuitati magis expedit, vtrum a pluribus regi vel vno. Hoc aũt cooſiderari poteſt ex ipſo fine regiminis. Ad hoc. o. cuiuslibet regentis ferri debet intentio, vt eius, qood regendũ ſuſcepit, ſalutem procuret. Gubernatoris. n. eſt nauem cõtra maris pericula ſerua odo illæſam perducere ad portũ ſalutis. Bonũ aũt & ſalus cõſociatæ multitudiois eſt, vt eios vnitas cõſerueť, quæ dicitur pax. Qua remota ſocialis vitę perit vtilitas, quioimmo multitudo diſſentieos ſibi ipſi fit ooeroſa. Hoc igiť eſt ad qđ maxime rector multitudinis intendere debet: vt pacis vnitatẽ ꝓcuret. Nec

G recte cooſiliať, ao pacẽ faciat in multitudioe ſibi ſubiecta, ſicut nec medicus, an ſanet infirmũ ſibi cõmiſſum. Nullus eoim cõſiliari debet de fine, quẽ intẽdere debet, ſed de his q̃ ſunt ad finẽ. Propterea apl's cõmẽdata fidelis populi vnitate, ſoliciti inquit ſitis ſeruare vnitatem ſpũs in vinculo pacis. Quanto igitur regimen efficacius fuerit ad vnitatem pacis ſeruãdam, tãto erit vtilius. Hoc. n. vtilius dicimus, qđ magis ꝓducit ad fioem. Maoifeſtũ eſt aũt ꝙ voitatẽ magis efficere põt, qđ eſt ꝑ ſe vnũ, q̃ plures. Sicut efficacisſima cauſa eſt calefactionis, qđ eſt per ſe calidũ. Vtilius igiť eſt regimen vnius q̃ pluriũ. Amplius, manifeſtũ eſt ꝙ plures multitudinem nullo mõ conſeruant, ſi oioo diſſentireot. Requiriť. o. in pluribus quædã vnio, ad hoc ꝙ qooquo mõ regere poſsint, quia nec multi nauẽ in vnã partẽ trahere ot, oiſi aliquo mõ coniuncti. Vniri aũt dicuntẽ plura ꝑ appropioquationẽ ad vnũ. Melius igiť regit vnus, q̃ plures, ex eo ꝙ appropioqoant ad voũ. Adhuc, ea quæ ſoot ad oaturã optime ſe

H habent. Io ſingulis. n. operať natura qđ optimum eſt. Omne aũt naturale regimeo ab vno eſt. In mẽbrorũ. n. multitudine vnum eſt, qđ oĩa mouet. ſ. cor. & io partibus aĩæ vna vis principaliter pręſidet. ſ. rõ. Eſt ẽt apibus vnus Rex, & in toto vniuerſo vnus Deus, factor oium & rector, & hoc rõnabiliter. Ois. n. multitodo deriuať ab voo. Quare ſi ea q̃ ſunt ſm artẽ, imitaoť ea q̃ ſunt ſm naturam, & tanto magis opus artis eſt melius quãto magis aſſequiť ſimilitudioem eius qđ eſt in natura, neceſſe eſt ꝙ io humana multitudine optimũ ſit qđ per voũ regať. Hoc ẽt experimentis apparet. Nam ꝓuinciæ vel ciuitates q̃ nõ regunť ab voo, diſſeoſionibus laborant, & abſque pace fluctuant. vt videatur adimpleri qđ dñs ꝑ prohetã cooqueriť, dicens. Paſtores multi demoliti ſunt vineã meã. Econtrario vero, prouinciæ & ciuitates quæ ſub vno Rege reguntť, pace gaudent, iuſtitia florent, & affluentia rerũ letanť. Vñ dñs pro magno munere ꝑ prophetas populo ſuo promittit, pouere ſibi caput vnũ, et ꝙ princeps vnus erit in medio eorum.

Quòd

Quòd ſicut dominium vnius optimum eſt quando eſt iuſtum: ita oppoſitum eius eſt peſſimum: & multis probatur rationibus & argumentis. Cap. 3.

Sicut aũt regimen Regis eſt optimũ: ita regimen tyranni eſt peſsimũ. Opponitur aũt politiæ quidẽ democratia. Vtrunq;.n. ſicut ex dictis apparet, eſt regimen qđ ꝑ plures exercet. Ariſtocratiæ, vero oligarchia. Vtrũq;.n. exercet per paucos. Regnum aũt tyrãnidi. Vtrunq;.n. per vnum exercet. Quod autẽ regnum ſit optimum regimen: oſtẽſum eſt prius. Si igiť optimo opponiť peſsimum, neceſſe eſt ꝙ tyrãnis ſit peſsimum. Adhuc, virtus vnita magis eſt efficax ad effectum inducẽdum, q̃ diſperſa vel diuiſa. Multi.n. congregati ſimul trahunt, quod diuiſum per partes ſingulariter, a ſingulis trahi nõ poſſet. Sicut igiť vtilius eſt virtutem operantẽ ad bonum eſſe magis vnã, vt ſit virtuoſior ad operandum bonũ, ita magis eſt nocuum ſi virtus operãs malum, ſit vna q̃ diuiſa. Virtus autẽ iniuſtè pſidentis operať ad malũ multitudinis, dum cõe bonum multitudinis in ſui ipſius **B** bonum tm̃ retorquet. Sicut igiť in regimine iuſto quãto regens eſt magis vnum, tanto eſt vtilius regimen, vt Regnum melius eſt q̃ Ariſtocratia. Ariſtocratia vero q̃ politia, ita ecõuerſo erit & in iniuſto regimine, vt videlicet, quanto regẽs eſt magis vnũ, tãto magis ſit nocuũ. Magis igitur eſt nociua tyrãnis q̃ oligarchia. Oligarchia autem q̃ democratia. Amplius, ꝑ hoc regimen ſit iniuſtũ ꝙ ſpreto bono cõi multitudinis quæriť bonũ priuatũ regentis. Quanto igiť magis receditur a bono cõi: tanto eſt regimen magis iniuſtum. Plus aũt receditur a bono cõi in oligarchia in qua quæritur bonũ paucorũ, q̃ in democratia, in qua quęritur bonum multorũ. Et adhuc plus recediť a bono cõi in tyrãnide, in qua q̃ritur bonum tm̃ vnius. Omni.n. vniuerſitati ꝓpinquius eſt multũ q̃ paucũ, & paucum q̃ vnũ ſolũ. Regimen igiť tyranni eſt iniuſtiſsimũ. Similiter aũt manifeſtũ ſit conſiderantibus diuinę prouidentiæ ordinẽ: quæ optime vniuerſa diſponit. Nã bonũ ꝓuenit in rebus ex vna cã pfecta, quaſi oĩbus **C** adunatis q̃ ad bonũ iuuare poſſunt: malũ aũt ſigillatim ex ſingularibus defectibus. Nõ.n. eſt pulchritudo in corpore, niſi oĩa mẽbra fuerint decenter diſpoſita. Turpitudo aũt cõtingit, quodcũq; mẽbrum indecenter ſe habeat. Et ſic turpitudo ex pluribus cauſis diuerſimode prouenit, pulchritudo aũt vno modo ex vna cauſa pfecta. Et ſic eſt in oĩbus bonis & malis, tanq̃ hoc Deo prouidente, vt bonũ ex vna cauſa ſit fortius, malũ aũt ex pluribus cauſis, ſit debilius. Expedit igiť vt regimen iuſtũ ſit vnius tm̃, ad hoc vt ſit fortius. Quod ſi in iniuſtiam declinat regimẽ, expedit magis, vt ſit multorum, vt ſit debilius, & ſe inuicem impediant. Inter iniuſta igitur regimina, tolerabilius eſt democratia, peſsimũ vero tyrannis. Idem etiam maxime apparet ſi quis conſideret mala quæ ex tyrannis proueniunt, quia cũ tyrannus cõtẽpto cõi bono, quęrit priuatum. cõſequens eſt vt ſubditos diuerſimode grauet, ẽm ꝙ diuerſis paſsionibus ſubiacet ad bona aliqua affectãda. Qui.n. paſsione cupiditatis detinet, **D** bona ſubditorũ rapit. Vnde Salomon, Rex iuſtus erigit terrã, vir auarus deſtruet eã. Si vero iracundiæ paſsioni ſubiaceat, pro nihilo ſanguinem fundit. Vnde ꝑ Eze. 22. dicitur, Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes pdam ad effundendum ſanguinem. Hoc igitur regimen fugiendum eſſe ſapiens monet dicẽs. Longe eſto ab hoĩe poteſtatẽ habente occidendi, quia non.ſ. pro iuſtitia, ſed per poteſtatẽ occidit, pro libidine voluntatis. Sic igitur nulla erit ſecuritas, ſed oĩa ſunt incerta, cum a iure diſceditur, nec firmari quicq̃ poteſt, quod poſitũ eſt in alterius voluntate ne dicã libidine. Nec ſolum in corporalibus ſubditos grauat, ſed ẽt ſpũalia eorũ bona impedit, quia qui plus præeſſe appetunt q̃ prodeſſe, oẽm profectum ſubditorũ impediunt, ſuſpicantes oẽm ſubditorũ excellentiã ſuæ iniquæ dñationis pręiudiciũ eſſe. Tyrannis.n. magis boni q̃ mali ſuſpecti ſunt: ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt. Conantur igitur prędicti tyranni ne ipſorũ ſubditi virtuoſi effecti, magnanimi-

A tatis concipiant ſpiritũ & eorũ iniquã dñationem nõ ferãt ne inter ſubditos amicitię fœdus firmetur, & pacis emolumento adinuicẽ gaudeant, vt ſic dum vnus de altero nõ cõfidit, cõtra eorum dñium aliquid moliri nõ poſsint. Propter quod inter ipſos diſcordias ſeminãt: exortas nutriunt, & ea quæ ad fęderationem hoĩum ptinẽt, vt cõnubia: & cõuiuia, prohibent, & cętera hmõi ꝑ quæ inter hoĩes ſolet familiaritas & fiducia gñari. Conantur ẽt ne potentes, aut diuites fiant, quia de ſubditis ẽm ſuæ malitiæ cõſcientiã ſuſpicantes, ſicut ipſi potẽtia & diuitijs ad nocendũ vtunť: ita timẽt ne potentia ſubditorũ & diuitię eis nocuæ reddantur. Vnde & Iob. 15. de tyranno dicit. Sonitus terroris ſemper in auribus eius: & cũ pax ſit, nullo.ſ. malũ eis intẽtãte: i. ſe ſemper inſidias ſuſpicatur. Ex hoc aũt contingit, vt dum præſidentes qui ſubditos ad virtutes inducere deberet. virtuti ſubditorũ nequiter inuidẽt: & eã pro poſſe impediunt, ſub tyrannis pauci virtuoſi inueniantur. Nã iuxta ſentẽtiam philoſophi apud illos inueniuntur fortes viri, apud quos for**B**tiſsimi quiq; honorãtur. Et vt Tullius dicit. Iacent ſemper & parum vigent quæ apud quoſque improbantur.

Naturale etiã eſt, vt hoĩes ſub timore nutriti in ſeruilẽ degenerent aium, & puſillanimes fiant ad oẽ virile opus & ſtrẽnuum. Quod experimento patet in prouincijs quæ diu ſub tyrannis fuerunt. Vnde Apoſtolus ad Coloſſ. 3. dicit. Patres nolite ad indignationẽ prouocare filios veſtros: ne puſillo animo fiant. Hæc igitur nocumẽta tyrannidis Rex Salomon conſiderans dicit. Regnantibus impijs ruinæ hoĩum: quia.ſ. per nequitiã tyrannorũ ſubiecti a virtutũ perfectione deficiunt. Et iterum dicit. Cum impij ſumpſerint principatũ gemet populus, quaſi ſub ſeruitute deductus. Et iterũ. Cum ſurrexerint impij, abſcondentur hoĩes, vt tyrãnorum crudelitatem euadant. Nec eſt mirũ, quia homo abſq; ratione ẽm aiæ ſuæ libidinem pſidens, nihil differt a beſtia. Vnde Salomon. Leo rugiẽs, & vrſus eſuriens, Princeps impius ſuper populum pauperem. Et ideo a tyrannis ſe abſcondunt **C** homines ſicut a crudelibus beſtijs. Idemq; videtur tyranno ſubijci, & beſtiæ ſęuienti ſubſterni.

Quòd variatum eſt iſtud dominium apud Romanos: & quòd interdum apud eos magis eſt aucta reſpu. ex dominio plurium. Cap. 4.

Quia igitur optimum & peſsimũ conſiſtunt in monarchia.i. principatu vnius, multis quidem propter tyrannorum malitiam, redditur regia dignitas odioſa. Quidam vero dum regimen Regis deſiderant, incidunt in ſęuitias tyrannorũ, rectoresq; q̃ plures tyrannidem exercẽt ſub pteatu Regiæ dignitatis. Horũ quidem exemplum euidenter apparet in Romana republica. Regibus.n. a populo Romano expulſis, dum regium, vel potius tyrannicum faſtum ferre non poſſent, inſtituerunt ſibi conſules, & alios magiſtratus, per quos Regi cęperunt & dirigi, regnum in Ariſtocratiã cõmutare volentes. Et ſicut refert Saluſtius, incredibile eſt memoratu quantum adepta libertate in breui **D** Romana ciuitas creuerit. Plerunq; nãq; contingit vt hoĩes ſub Rege viuentes ſegnius ad bonum cõe nitantur, vt pote extimantes id quod ad cõe bonum impendũt, non ſibi ipſis conferre, ſed alteri, ſub cuius poteſtate vident eſſe bona cõmunia. Cum vero bonum cõe non vident eſſe in poteſtate vnius, non attendunt ad bonum cõmune, quaſi ad id quod eſt alterius, ſed quilibet attendit ad illud, quaſi ſuum. Vnde experimento videtur ꝙ vna ciuitas per annuos rectores adminiſtrata, plus poteſt interdũ quàm Rex aliquis ſi haberet tres vel quatuor ciuitates. Paruaq; ſeruitia exacta a regibus grauius ferunt quam magna onera ſi a cõitate ciuium imponantur. Quod in promotione Romanæ rei publicæ ſeruatum fuit. Nam plebs ad militiam ſcribebatur, & pro militantibus ſtipendia exſoluebant, & cum ſtipendijs exſoluendis non ſufficeret, commune ærarium, in vſus publicos opes venere priuatæ, adeo vt præter ſingulos annulos aureos, ſingulaſq; bullas quæ erãt dignitatis inſignia, nihil

ſibi auri ipſe etiam ſenatus reliquerit. Sed cum diſſenſionibus ſatigarent̃ continuis, quæ vſque ad bella ciuilia excreuerunt, quibus bellis ciuilibus, eis libertas ad quam multũ ſtuduerant, de manibus erepta eſt, & ſub poteſtate Imperatorum eſſe cęperunt, qui ſe Reges a principio appellari noluerunt, quia Romanis fuerat nomen Regium odioſum. Horum aũt, quidã more Regio bonum cõe fideliter procurauerunt, per quorum ſtudium Romana reſp & aucta & cõſeruata eſt. Plurimi vero eorum in ſubditos quidem tyranni, ad hoſtes vero effecti deſides & imbecilles, Rom. rempu. ad nihilum redegerunt. Similis etiam proceſſus fuit in populo hæbreorum. Primo quidem dum ſub iudicibus regebantur, vndiq; diripiebãtur ab hoſtibus. Nam vnuſquiſq; quod bonum erat in oculis ſuis, hoc faciebat. Regibus vero eis diuinitus datis ad eorum inſtantiam propter Regum malitiam a cultu vnius Dei receſſerunt, & finaliter ducti ſunt in captiuitatem. Vtrinque igitur pericula imminent ſiue dum timetur tyrannus, euitetur Regis optimum dominiũ, ſiue dum hoc deſideratur, poteſtas Regia in malitiam tyrannicam conuertatur.

Quòd in dominio plurium magis ſępe contingit dominium tyrannicum quàm ex dominio vnius: & ideo regimen vnius melius eſt. Cap. 5.

CVm autem inter duo, ea quorũ vtroq; periculum imminet eligere oportet, illud potiſsime eligendũ eſt, ex quo ſequit̃ minus malũ. Ex monarchia aũt ſi in tyrannidem conuertat̃, minus malũ ſequit̃, q̃ ea regimine plurium optimatum quando corrũpitur. Diſſenſio enim quæ plurimum ſequitur ex regimine plurium, contrariatur bono pacis, quod eſt præcipuum in multitudine ſociali: quod quidem bonum per tyrannidem non tollitur: ſed aliqua particularium hominum bona impediunt̃, niſi fuerit exceſſus tyrannidis, quod in totam cõitatem deſeuiat. Magis igit̃ præoptandum eſt vnius regimen, q̃ multorum: q̃uis ex vtroque ſequantur pericula. Adhuc illud magis fugiendum videtur: ea quo pluries ſequi poſſunt magna pericula. Frequentius aũt ſequuntur maxima pericula multitudinis, ex multorum regimine, q̃ ea regimine vnius. Pleruſq; enim cõtingit vt ex pluribus, aliquis ab intentione communis boni deficiat, q̃ ꝙ vnus tantum. Quicunque autem ea pluribus præſidentibus diuertat ab intentione communis boni diſſenſionibus, periculum in ſubditorum multitudine imminet: quia diſſentientibus principibus, conſequens eſt vt in multitudine ſequatur diſſenſio. Si vero vnus præſit, plerũque quidem ad bonum commune reſpicit, aut ſi a bono communi intentionem auertat, non ſtatim ſequitur, vt ad ſubditorum depreſsionem intendat, quod eſt exceſſus tyrannidis, & in malitia regiminis maximum gradum tenens, vt ſupra oſtenſum eſt. Magis igitur ſunt fugienda pericula quæ proueniunt ex regimine plurium: quàm ea quæ proueniunt ea gubernatione vnius.

Amplius, non minus contingit in tyrannidem verti regimen multorum, quàm vnius, ſed forte frequentius. Exorta nanq; diſſenſione per regimen plurium, contingit ſæpe vnum alios ſuperare, & ſibi ſoli multitudinis dominiũ vſurpare. Quod quidem ex his quæ pro tempore fuerunt manifeſte inſpici poteſt. Nam fere oĩum multorum regimen eſt in tyrannidem terminatum: vt in Romana repu. manifeſte apparet. Quæ dum diu per plures magiſtratus adminiſtrata fuiſſet, exortis ſimultatibus, diſſenſionibus, & bellis ciuilibus, in crudeliſsimos tyrannos incidit. & vniuerſaliter, ſi quis præterita facta, & quæ nunc fiunt, diligenter conſideret, plures inueniet exercuiſſe tyrannidem in terris quæ per multos regnotur, q̃ in illis quæ gubernantur per vnũ. Si igitur regimen, quod eſt optimum regimen, maxime vitandum videatur propter tyrannidem, tyrannis, autem non minus, ſed magis, contingere ſolet in regimine plurium, q̃ vnius: relinquitur ſimpliciter magis eſſe expediens, ſub Rege vno viuere, q̃ ſub regimine plurium.

E *Concluſio ꝙ regimen vnius ſimpliciter ſit optimum: oſtendit qualiter multitudo ſe debeat habere circa ipſum: quia auferenda eſt ei occaſio ne tyrannizet: et ꝙ etiam in hoc eſt tolerandus propter maius malum vitandum. Cap. 6.*

QVia ergo vnius regimen præeligendum eſt: quod eſt optimum: & cõtingit ipſum in tyrannidẽ conuerti, quod eſt peſsimũ, vt ex dictis patet. Laborandum eſt diligenti ſtudio, vt ſic multitudini prouideatur de Rege, vt non incidant in tyrannum. Primum aũt eſt neceſſarium, vt talis conditionis homo ab illis: ad quos hoc ſpectat officium: promoueatur in Regẽ, ꝙ nõ ſit probabile in tyrannidem declinare. Vñ Samuel Dei prouidentiã erga inſtitutionem Regis cõmendans, ait. 1. Reg. 13. Quæſiuit ſibi Dñs virum ſm cor ſuum. Deinde ſic diſponenda eſt regni gubernatio, vt Regi iam inſtituto tyrannidis ſubtrahat̃ occaſio. F Simul etiã ſic eius temperetur poteſtas, vt in tyrannidem de facili declinare non poſsit. Quæ quidem vt fiant in ſequẽtibus cõſiderandum erit. Demũ vero curandum eſt ſi Rex in tyrannidem diuerteret: qualiter poſſet occurri.

Et quidẽ ſi nõ fuerit exceſſus tyrãnidis, vtilius eſt remiſſam tyrãnidẽ tolerare ad tẽps, q̃ cõtra tyrannũ agendo, multis implicari periculis, quæ ſunt grauiora ipſa tyrãnide. Põt enim cõtingere, vt q contra tyrannũ agunt ꝑualere nõ poſſint, & ſic prouocatus tyrannus magis deſeuiat. Quòd ſi ꝑualere quis poſsit aduerſus tyrannũ, ex hoc proueniunt multotiens grauiſsime diſſenſiones in populo, ſiue dũ in tyrannũ inſurgitur, ſiue poſt deiectionẽ tyranni erga ordinationem regiminis multitudo ſeparatur in partes. Contingit ẽt vt interdũ dum alicuius auxilio multitudo expellit tyrannũ, ille poteſtate accepta tyrannidem arripiat, & timẽs pati ab alio, quod ipſe in alium fecit, grauiori ſeruitute ſubditos opprimat. Sic. n. in tyrannide ſolet cõtingere, vt poſterior grauior fiat q̃ ꝑcedens, dum præcedentia grauamina nõ deſerit, & G etiã ipſa ex ſui cordis malitia noua excogitat. Vnde Siracuſanis quondam Dionyſij mortẽ oĩbus deſiderantibus, anus quædã, vt incolumis & ſibi ſuperſtes eſſet, continue orabat. Quod vt tyrannus cognouit, cur hoc faceret interrogauit. Tum illa, puella inquit exiſtens cũ grauem tyrannum haberemus, mortem eius cupiebam, quo interfecto aliquantulũ durior ſucceſsit. Eius quoque dominationem finiri: magnũ exiſtimabam. Tertium te importuniorem habere cępimus rectorem. Itaque ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuũ ſuccedet. Et ſi ſit intolerabilis exceſſus tyrannidis, quibuſdam viſum fuit, vt ad fortium virorum virtutem pertineat tyrannum interimere, ſeq; pro liberatione multitudinis exponere periculis mortis. Cuius rei exemplum ẽt in veteri teſtamento habetur. Nam Aioth quidam Eglon Regem Moab, qui graui ſeruitute populũ Dei ꝑmebat, ſica infixa in eius fęmore interemit, & factus eſt populi iudex.

Sed hoc apoſtolicæ doctrinæ non cõgruit. Docet. n. nos H Petrus, nõ bonis tñ & modeſtis, verũ etiam diſcolis dominis reuerenter ſubditos eſſe 1. Pe. 2. Hæc eſt enim gratia, ſi propter conſcientiã Dei ſuſtineat quis triſtitias patiens iniuſte. Vnde cũ multi Ro. Imperatores fidẽ Chriſti ꝑſequerentur tyrãnicè, magnaq; multitudo tam nobiliũ q̃ populi eſſet ad fidẽ cõuerſa: nõ reſiſtendo, ſed mortẽ patienter & armati ſuſtinentes, ꝓ Chriſto laudantur, vt in ſacra Thebeorũ legione manifeſtè apparet. Magiſq; Aioth iudicãdus eſt hoſtẽ interemiſſe q̃ populi rectorẽ licet tyrãnum. Vnde & in veteri teſtamento leguntur occiſi fuiſſe hi qui occiderunt Ioas Regem Iuda: quãuis a cultu Dei recedentem, eorumq; filijs reſeruatis ſm legis preceptum. Eſſe autem hoc multitudini periculoſum & eius rectoribus ſi priuata præſumptione aliqui attentarent præſidentium necẽ etiam tyrannorũ. Plerũq;. n. huiuſmodi periculis magis exponunt ſe mali q̃ boni. Malis aũt ſolet eſſe graue dominium, non minus Regũ quã tyrannorũ, quia ſm ſententiam Salomonis. Diſsipat impios Rex ſapiens. Magis igitur ex huius præſumptione

ſumptione imiueret periculum multitudini de amiſsione
Regis: quàm remedium de ſubtracti one tyranni. Videtur
aût magis contra tyrannorũ ſęuitiam non priuata præſum-
ptione aliquorum: ſed auctoritate publica procedendum.

Primo quidem, ſi ad ius multitudinis alicuius pertineat
ſibi puidere de Rege, nõ iniuſte ab eadẽ Rex inſtitutus põt
deſtrui: vel refrenari eius poteſtas ſi poteſtate Regia tyrãni-
ce abutaſ. Nec putanda eſt talis multitudo infideliter agere,
tyrãnum deſtituens, etiã ſi eidem in ppetuũ ſe ante ſubiece
rat. Quia hoc ipſe meruit in multitudinis regimine ſe nõ fi
deliter gerens: vt exigit Regis officiũ, ꝙ ei pactũ a ſubditis
nõ reſeruetur. Sic Romani Tarquiniũ ſuperbũ: quẽ in Regẽ
ſuſceperãt: pp eius & filiorũ tyrãnidem, a regno eiecerunt
ſubſtituta minori .ſ. conſularia poteſtate. Sic et Domitianus
qui modeſtiſsimis Imperatoribus Veſpaſiano patri & Tito
fratri eius ſucceſſerat, dũ tyrannidem exercet a ſenatu Ro-
mano interemptus eſt, oibus, quæ peruerſæ Romanis fece-
rat, per ſenatusconſultum iuſte & ſalubriter in irritũ reuo-
catis. Quo factũ eſt: vt beatus Ioannes Euangeliſta dilectus
Dei diſcipulus, qui p ipſum Domitianũ in Pathmos inſulã
fuerat exilio relegatus: ad Epheſum p ſenatusconſultum re
mitteref. Si vero ad ius alicuius ſuperioris pertineat multi-
tudini prouidere de Rege. Expectandũ eſt ab eo remedium
contra tyranni nequitiã. Sic Archelai qui in Iudea pro He-
rode patre ſuo regnare iã cęperat: paternã malitiã imitãtis,
iudęis cõtra eũ querimoniã ad Cæſarẽ Auguſtum deferen
tibus. primo quidẽ poteſtas diminuitur, ablato ſibi Regio
noie & medietate regni ſui inter duos fratres ſuos diuiſa.
Deinde cũ nec ſic a tyrannide cõpeſceref, a Tyberio Cæſare
relegatus eſt in exilium apud Lugdunum Galliæ Ciuitatẽ.
Quòd ſi oino contra tyrãnum auxiliũ humanũ haberi non
põt: recurrendũ eſt ad Regẽ oium Deum, qui eſt adiutor in
opportunitatibus in tribulatione. Eius. n. potẽtiæ ſubeſt: vt
cor tyrãni crudele conuertat in manſuetudinẽ ſm Salomo-
nis ſniam Prouer. 12. Cor Regis in manu Dei, quocũq; vo-
luerit inclinabit illud. Ipſe. n. Regis Aſſueri crudelitatẽ, q
iudęis mortẽ parabat in manſuetudinẽ vertit. Ipſe eſt qui
ita Nabuchodonoſor crudelem Regẽ cõuertit: ꝙ factus eſt
diuinæ potẽtiæ pdicator. Nũc igiẽ inquit ego Nabuchodo
noſor laudo & magnifico & glorifico Regẽ Cęli: quia ope-
ra eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia
põt humiliare. Dañ. 4. Tyrannos vero quos reputat conuer-
ſione indignos põt auferre de medio, vel ad infimum ſtatũ
reducere ſm illud ſapientis. Eccleſiaſtici. 10. Sedem Ducum
ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.
Ipſe eſt enim qui videns afflictionẽ populi ſui in Aegypto:
& audiens eorũ clamorem Pharaonẽ tyrannum deiecit cũ
exercitu ſuo in mare. Ipſe eſt qui memoratũ Nabuchodo-
noſor prius ſuperbientẽ nõ ſolũ eiectũ de regni ſolio: ſed ẽt
de hoium conſortio in ſimilitudinem beſtiæ commutauit.

Nec. n. abbreuiata manus eius eſt, vt populũ ſuũ a tyran-
nis liberare non poſsit. Promittit. n. populo ſuo per Eſaiam
requiem ſe daturũ a labore, & cõcuſsione, ac ſeruitute du-
ra qua ante ſeruierat. Et per Ezec. 34. dicit. Liberabo meum
gregem de ore eorum .i. paſtorũ, qui paſcunt ſeipſos. Sed vt
hoc beneficium populus a Deo conſequi mereatur, debet a
peccatis ceſſare, quia in vltionẽ peccati diuina permiſsione
impij accipiunt Principatum, dicẽte domino per Oſeæ. 13.
Dabo tibi Regem in furore meo. Et in Iob. 34. dicitur, ꝙ
Regnare facit hoiem hypocritam propter peccata populi.
Tollenda eſt igitur culpa, vt ceſſet a tyrannorum plaga.

*Quærit quid præcipue mouere debet Regem ad bene regen-
dum: vtrum honor vel gloria: & ponit opiniones
circa hoc: & quid ſit tenendum. Cap. 7.*

QVoniam aût ſm prædicta, Regis eſt, bonũ multitudi
nis quærere, nimis videtur onerosum Regis officiũ
niſi ei aliquod proprium bonum eſt hoc proueni-
ret. Oportet igitur conſiderare quale ſit boni
Regis conueniens præmium. Quibuſdã igiẽ viſum eſt non

A eſſe aliud niſi honorẽ & gloriam. Vnde & Tullius de re pu
diffinit. Principẽ ciuitatis eſſe alendũ gloria. Cuius rõnem
Ariſt. in lib. Ethicorũ aſsignare videtur. Quia Princeps cui
nõ ſufficit honor & gloria, conſequenter tyrannus efficiẽ.
Ineſt. n. animis oium: vt proprium bonum quærant. Si ergo
contentus non fuerit Princeps gloria & honore, quæret vo
luptates & diuitias, & ſic ad rapinas, & ſubditorum iniurias
cõuertetur. Sed ſi hanc ſniam receperimus, plurima ſequũ
tur inconuenientia. Primo nãq; hoc regibus diſpendioſum
eſſet, ſi tot labores & ſolicitudines paterentur pro mercede
tã fragili. Nihil. n. videẽ in rebus humanis fragilius gloria, &
honore fauoris hoium, cum dependeat ex opinionibus ho
minũ, quibus nihil mutabilius in vita hoium. Et inde eſt ꝙ
Eſaias Proph. 40. cap. hmõi gloriã noiat florẽ fœni. Deinde,
humanæ gloriæ cupido animi magnitudinẽ aufert. Qui. n.
fauorem hoium quærit, neceſſe eſt vt in omni eo quod di-
cit, aut facit, eorum voluntati deſeruiat. Et ſic dum placere
hoibus ſtudet fit ſeruus ſingulorum. Propter quod & idem
B Tullius in lib. de officijs, cauendã dicit eſſe gloriæ cupidita
tem. Eripit. n animi libertatem, pro qua magnanimis viris
oĩs debet eſſe contentio. Nihil aût Principem qui ad bona
peragenda inſtituitur, magis decet. quã animi magnitudo.
Eſt igitur incõpetẽs Regis officio humanæ gloriæ præmiũ.
Simul etiã eſt multitudini nociuum, ſi tale præmium ſtatuaẽ
principibus. Pertinet. n. ad boni viri officium, vt contemnat
gloriã, ſicut alia temporalia bona. Virtuoſi. n. & fortis animi
eſt pro iuſtitia contẽnere gloriã, ſicut & vitã. Vnde fit quod
dam mirabile. Vt quia virtuoſos actus ſequitur gloria. ipſa
gloria virtuoſẽ cõtemnatur, & ea contemptu gloriæ homo
glorioſus reddatur ſm ſententiam Fabij dicentis. Gloriam
qui ſpreuerit veram habebit. Et de Catone dixit Saluſtius.
Quo minus petebat gloriã, tanto magis aſſequebatur illã.
Ipſique Chriſti diſcipuli ſe ſicut Dei miniſtros exhibebant
per gloriã & ignobilitatem: per infamiã & bonam famam.
Non eſt igitur boni viri conueniens pręmium, gloria: quã
C contẽnunt boni. Si igitur hoc ſolum bonũ ſtatuatur prę-
mium principibus: ſequetur bonos viros nõ aſſumere prin
cipatum, aut ſi aſſumpſerint impremiatos eſſe. Amplius, ea
cupidine gloriæ periculoſa mala proueniunt: multi. n. dum
imoderatẽ gloriã in rebus bellicis quærunt ſe ac ſuos per-
diderunt exercitus, libertate patrię ſub hoſtili poteſtate re
dacta. Vnde Torquatus Romanus Princeps in exemplo hu
ius vitandi diſcriminis, filium qui contra Imperium ſuum
prouocatus ab hoſte iuuenili ardore pugnauit, licet viciſ-
ſet, occidit: ne plus mali eſſet in præſumptionis exemplo,
q̃ vtilitatis in gloria hoſtis occiſi. Habet etiã cupido glorię
aliud ſibi familiare vitiũ, ſimulationẽ videlicet. Quia enim
difficile eſt, paucisq; contingit, veras virtutes aſſequi, qui-
bus ſolis honor debetur: multi gloriã cupientes, virtutum
ſimulatores fiunt. Propter quod ſicut dicit Saluſtius. Ambi-
tio multos mortales falſos fieri coegit. Aliud clauſum in pe
ctore, aliud promptum habere in lingua: magisq; vultum
q̃ ingenium habere. Sed & Saluator noſter eos qui bona
D opera faciunt, vt ab hoibus videantur, hypocritas .i. ſimula-
tores vocat. Sicut igitur periculosũ eſt multitudini, ſi prin-
ceps voluptates & diuitias quærat pro præmio, vt raptor &
contumelioſus fiat, ita periculoſum eſt, cum detinetur glo-
riæ pręmio, ne præſumptuoſus & ſimulator exiſtat. Sed
quantum ex dictorum ſapientum intentione apparet, non
ea ratiõe honorem & gloriã pro pręmio principi decreue
runt, tanq̃ ad hoc principaliter ferri debeat boni Regis in
tentio, ſed quia tolerabilius eſt, ſi gloriam quærat. q̃ ſi pecu
niam cupiat, vel voluptatem ſequatur. Hoc. n. vitium virtu-
ti propinquius eſt, cum gloria quam hoies cupiunt, vt ait
Auguſtinus, nihil aliud ſit, q̃ iudicium hoium bene de ho-
minibus opinantium. Cupido. n glorię, aliquod habet virtu
tis veſtigium, dum ſaltem bonorum approbationẽ quærit,
& eis diſplicere recuſat. Paucis igitur ad veram virtutem
peruenientibus, tolerabilius videtur, ſi præferatur ad regi-
men, qui iudicium hoium metuens, a malis manifeſtis re-

trahitur. Qui.n. gloriam cupit, aut vera via p virtutis opera nititur, vt ab hoibus approbetur, vel ſaltem dolis ad hoc contendit atque fallacijs. At qui dominari deſiderat, ſi cupiditate gloriæ carens, nõ timeat bene iudicantibus diſplicere, per apertiſsima ſcelera quærit plerũq; obtinere quod diligit. Vnde beſtias ſuperat, ſiue crudelitatis, ſiue Luxuriæ vitiis. Sicut in Nerone Cæſare patet, cuius vt Aug. dicit, tanta luxuria fuit, vt nihil putaretur ab eo virile metuendum, tanta crudelitas, vt nihil molle habere putaretur. Hoc aũt ſatis exprimitur per id quod Ariſtoteles de magnanimo in ethicis dicit, ꝙ non quærit honorem & gloriam quaſi aliquid magnum, quod ſit virtutis ſufficiens præmium, ſed nihil vltra hoc ab hominibus exigit. Hoc enim inter omnia terrena videtur eẽ pręcipuum, vt homini ab hominibus teſtimonium de virtute reddatur.

Qualis eſt verus filius Regis qui mouere ipſum debet ad bene regendum. *Cap. 8.*

F QVoniam ergo mundanus honor, & hominũ gloria Regiæ ſolicitudinis non eſt ſufficiens præmium in quirendum reſtat quale ſit eidem ſufficiens. Eſt aũt conueniens, vt Rex præmium expectet a Deo. Miniſter. n. pro ſuo miniſterio præmiũ expectat a domino. Rex aũt populum gubernando miniſter Dei eſt, dicente apoſtolo Ro. 13. ꝙ Omnis poteſtas a domino Deo eſt, & ꝙ eſt Dei miniſter, vindex in iram ei qui male agit. Et in libro ſapientiæ. Reges Dei eſſe miniſtri deſcribũtur. Debent igiẽ Reges pro ſuo regimine præmium expectare a Deo. Remunerat aũt Deus pro ſuo miniſterio Reges, interdum temporalibus bonis. Sed talia præmia ſunt bonis maliſq; communia. Vnde dñs Exech. 29 dicit Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum & merces nõ eſt reddita ei, nec exercitui eius de Tyro pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eã, ea. ſ. ſeruitute qua poteſtas ſm apoſtolum Dei miniſter eſt vindex in iram, ei qui male agit. Et poſtea de præmio ſubdidit. Propterea hæc dicit dñs Deus. Ecce ego dabo Nabuchodonoſor G Regẽ Babylonis in terra Aegypti, & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui eius. Si ergo Reges iniquos cõtra Dei hoſtes pugnantes: licet non intentione ſeruiendi Deo, ſed ſua odia & cupiditates exequendi, tanta mercede dñs remunerat, vt de hoſtibus victoriã tribuat, regna ſubijciat: & ſpolia diripienda proponat: quid faciet bonis regibus: qui pia intentione, Dei, populum regunt, & hoſtes impugnant? Non quidẽ terrenã, ſed æternã mercedẽ eis promittit, nec in alio q̃ in ſeipſo: dicente Petro paſtoribus populi Dei, primę Pet. 5. Paſcite qui in vobis eſt gregẽ dñi, vt cum venerit Princeps paſtorum. i. Rex regum Chriſtus, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronã, de qua dicit Eſa. 28. Erit dñs ſertum exultationis & diadema gloriæ populo ſuo. Hoc aũt rõne manifeſtaẽ. Eſt. n. mentibus oĩum rõne vtentium inditum, virtutis p̃mium beatitudinẽ eſſe. Virtus. n. vniuſcuiuſque rei deſcribiẽ quæ bonum facit habentẽ, & opus eius H bonum reddit. Ad hoc aũt quiſque bene operando nititur peruenire, quod eſt maxime deſiderio inditum. Hoc aũt eſt eſſe fęlicem, quod nullus põt nõ velle. Hoc igiẽ p̃mium virtutis conuenienter expectaẽ, quod hoiem beatũ facit. Si aũt bene operari virtutis eſt opus. Regis aũt opus eſt bene regere ſubditos: hoc etiã erit p̃mium Regis, quod eum faciat eſſe beatum. Quid aũt hoc ſit, hinc cõſiderandum eſt. Beatitudinẽ quidẽ dicimus vltimum deſideriorũ finẽ. Neq;. n. deſiderij motus vſque in infinitum procedit, eſſet. n. inane naturale deſideriũ cũ infinita pertranſiri non poſsint. Cum aũt deſiderium intellectualis naturæ ſit vlis boni, hoc ſolũ bonum vere beatum facere poterit, quo adepto, nullum bonum reſtat quod amplius deſiderari poſsit. Vnde & beatitudo dicitur bonum perfectũ quaſi oĩa deſiderabilia in ſe cõprehendens. Tale aũt non eſt aliquod bonũ terrenum. Nã qui diuitias habent, amplius habere deſiderant. Et ſimile patet in cæteris. Et ſi ampliora nõ quærunt, deſiderant tamẽ,

E vt ea permaneãt, vel alia in locum eorum ſuccedant. Nihil enim permanens inueniẽ in rebus terrenis. Nihil igiẽ terrenum eſt quod quietare deſiderium poſsit. Neque igiẽ terrenũ aliquod beatũ facere põt vt poſsit eſſe Regis cõueniens p̃mium. Adhuc cuiuslibet rei finalis perfectio, & bonum cõpletum ab aliquo ſuperiore dependet, quia & ipſa corporalia, meliora redduñẽ ex adiunctione meliorum, peiora vero ſi deterioribus miſceantur. Si enim argento miſceaẽ aurum, argentũ ſit melius, quod ea plumbi admixtione impurum efficiẽ. Conſtat aũt terrena oĩa eſſe infra mentẽ humanã, beatitudo aũt eſt hoĩs finalis pfectio, & bonum cõpletũ, ad quod oẽs puenire deſiderant. Nihil igiẽ terrenum eſt quod hoiem poſsit beatũ facere. Nec igiẽ terrenũ aliqđ eſt p̃mium Regis ſufficiens. Non. n. vt Aug. dicit, chriſtianos Principes, q̃a diutius imperarunt vel imperatores filios morte placida reliquerunt, vel hoſtes reipub. diminuerunt: vel ciues aduerſum ſe inſurgentes & cauere & opprimere F potuerunt, ſed fęlices eos dicimus, ſi iuſte imperant, ſi malunt cupiditatibus potius, q̃ gentibus quibuslibet imperare, ſi oĩa faciunt nõ pp ardorẽ inanis gloriæ, ſed pp charitatem fęlicitatis æternæ. Tales Impatores chriſtianos fęlices dicimus interim ſpe, poſtea re ipſa futuros. cũ id quod expectamus aduenerit. Sed nec aliquod aliud creatum eſt, quod beatũ hoiem faciat, & poſsit Regi decerni pro præmio. Tendit. n. vniuſcuiuſque rei deſiderium in ſuũ principium, a quo eſſe ſuum principium cauſaẽ. Cauſa vero mentis humanæ nõ eſt aliud q̃ Deus, qui eã ad ſuã imaginẽ facit. Solus igiẽ Deus eſt, qui hoĩs deſideriũ quietare poteſt & facere hoiem beatum: & eſſe Regi conueniens p̃mium.

Amplius, mens humana vniuerſalis boni cognoſcitiua eſt per intellectum, & deſideratiua p voluntatem. Bonũ aũt vle. non inuenitur niſi in Deo. Nihil ergo eſt quod poſsit hominẽ beatũ facere, eius implendo deſiderium, niſi Deus: de quo dicitur in pſalmo. Qui replet in bonis deſiderium tuum. In hoc ergo Rex ſuum p̃mium ſtatuere debet. Hoc G igiẽ conſiderans Dauid Rex dicebat. Quid mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſuper terrã? Cui q̃oni poſtea reſpõdens ſubiungit. Mihi aũt adhærere Deo bonum eſt, & ponere in dño Deo ſpem meã. Ipſe. n. eſt qui dat ſalutem regibus non ſolum temporalem qua cõiter ſaluat homines: & iumenta ſed etiã eã de qua p Eſa. 51. dicit. Salus autem mea in ſempiternum erit, qua homines ſaluat eos ad æqualitatem angelorum pducens. Sic igitur verificari põt, ꝙ Regis p̃mium eſt honor & gloria. Quis. n. mundanus & caducus honor, huic honori ſimilis eẽ põt, vt homo ſit ciuis & domeſticus Dei, & inter Dei filios cõputatus, & hæreditatem regni cœleſtis aſſequatur cum Chriſto? Hic eſt honor quem cõcupiſcens, & admirans Rex Dauid dicebat. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Quæ inſup humanæ laudis gloria huic cõparari põt quã nõ fallax blandientium lingua, non decepta hominum opinio profert, ſed ex interioris conſcientiæ teſtimonio producit, & Dei teſtimonio cõfirmaẽ, qui ſuis con H feſſoribus repromittit, ꝙ confiteaẽ eos in gloria pr̃is coram angelis Dei? Qui aũt hanc gloriã quærunt, eã inueniunt, & quã non quęrunt gloriã hominũ, conſequuñẽ, exemplo Salomonis qui non ſolum ſapientiam quam quæſiuit accepit a domino, ſed factus eſt ſuper Reges alios glorioſus.

Quòd præmium Regum & Principum tenet ſupremum gradum in beatitudine cęleſti: & multis rationibus hoc oſtenditur & exemplis. Cap. 9.

COnſiderandum aũt reſtat vlterius ꝙ & eminentẽ obtinebunt cęleſtis beatitudinis gradum qui officium regium digne & laudabiliter exequuntur. Si. n. beatitudo virtutis eſt p̃mium, conſequens eſt vt maiori virtuti, maior gradus beatitudinis debeaẽ. Eſt autem præcipua virtus qua homo aliquis non ſolum ſeipſum, ſed etiã alios dirigere põt, & tãto magis quanto plurium eſt regitiua. Quia & ſm virtutem corporalem tanto aliquis virtuoſior reputatur, quanto plures vincere põt, aut pondera plura leuaret

Sic igiť maior virtus requiriť ad regendum domeſticā familiam q̄ ad regendum ſeipſum, multoq; maior ad regimen ciuitatis & regni. Eſt igiť excellentis virtutis bene regium officiū exercere. Debeť igiť ei excellens in beatitudine præmiū. Adhuc, in omnibus artibus & potentiis laudabiliores ſunt qui alios bene regunt, q̄ qui ſm alienā directionē benè ſe habent. In ſpeculatiuis.n. maius eſt veritatem aliis docendo tradere, q̄ quod ab aliis doceť capere poſſe. In artificijs etiā maius extimať maioriq; cōduciť p̄cio architectus qui ædificiū diſponit q̄ artifex qui ſm eius diſpoſitionē manualiter opať. Et in rebus bellicis maiorē gloriā de victoria conſequiť prudentia ducis, q̄ militis fortitudo. Sic aūt ſe habet rector multitudinis in his q̄ a ſingulis ſm virtutē ſunt agēda: ſicut doctor in diſciplinis: & architectus in ædificijs. & dux in bellis. Eſt igiť Rex maiori p̄cio dignus, ſi bene ſubiectos gubernauerit: q̄ aliquis ſubditorū ſi ſub Rege bene ſe habuerit. Amplius, ſi virtutis eſt vt per eā opus hoīs bonū reddať, maioris virtutis eſſe vř, q maius bonū per eā aliqs opeť. Maius aūt & diuinius eſt bonū multitudinis, q̄ bonū vnius, vnde interdū malū vnius ſuſtinetur, ſi in bonum multitudinis cedat: ſicut occidiť latro vt pax multitudini deť. Et ipſe Deus mala eſſe in mundo nō ſineret, niſi ex eis bona eliceret ad vtilitatē & pulchritudinē vniuerſi. Pertinet aūt ad Regis officiū vt bonū multitudinis ſtudioſè procuret. Maius igiť p̄miū debeť Regi pro bono regimine, q̄ ſubdito pro bona actione. Hoc aūt manifeſtius fiet ſi quis magis in ſpāli conſideret. Laudať.n. ab hoibus quæuis priuata pſona & ei a Deo cōputať in p̄miū, ſi egēti ſubueniat: ſi diſcordes pacificet: ſi oppreſſum a potentiore eripiat. Deniq; ſi alicui qualitercūq; opē vel cōſilium cōferat ad ſalutē. Quanto igiť magis laudandus eſt ab hoibus, & p̄miandus a Deo qui totā prouinciā facit pace gaudere: violētias cohibet, iuſtitiā ſeruat, & diſponit quid ſit agendū ab hominibus ſuis legibus & p̄ceptis. Hinc etiā magnitudo Regiæ virtutis apparet, q p̄cipuē Dei ſimilitudinē gerit: dum agit in regno q Deus in mundo. Vnde & in Exodo. 22. iudicēs multitudinis dij vocantur. Imperatores etiā apud Ro. diui vocabanť. Tanto aūt eſt aliquid Deo acceptius quantò magis ad eius imitationem accedit. Vnde & apl's monet ad Ephe. 5 Eſtote imitatores Dei ſicut filij cariſsimi. Sed ſi ſm ſapientis ſniam: oē aīal diligit ſimile ſibi, ſm q cauſæ aliqualiter ſimilitudinē habent cauſati. Conſequens igitur eſt bonos Reges Deo eſſe acceptiſsimos: & ab eo maxime p̄miādos. Simul etiā, vt Gregorij verbis vtar. Quid eſt tempeſtas maris, niſi tēpeſtas mentis? Quieto aūt mari rectè nauem ēt imperitus dirigit: turbato aūt mari tēpeſtatis fluctibus ēt peritus natura confundiť. Vnde & plerūq; in occupatione regiminis ipſe quoq, boni operis vſus perdiť, qui in tranquillitate tenebať. Valde.n. difficile eſt ſi vt Aug. dicit, inter linguas ſublimātiū & honorantiū: & obſequia nimis humiliter ſalutantium, nō extolluntur, ſed ſe homines eſſe meminerint. Et iō Eccleſiaſtico. 31. beatus dicitur vir qui poſt aurū nō abijt, nec ſpauit in pecuniæ theſauris. Qui potuit impunè tranſgredi & nō eſt tranſgreſſus, & facere mala & nō fecit. Ex quo quaſi in virtutis opere probatus inuenitur fidelis. Vnde ſm ſantis prouerbiū. Principatus virum oſtendit. Multi.n. ad principatus culmen peruenientes a virtute deficiunt, q dū in ſtatu eſſent infimo virtuoſi videbantur. Ipſa igitur difficultas quę principibus imminet ad benè agēdū. eos facit maiori p̄mio dignos. Et ſi aliqn̄ per infirmitatē peccauerint, apud hoies excuſabiliores redduť. & facilius a Deo veniā promerenť: ſi tñ vt Aug. ait pro ſuis peccatis humilitatis: & miſerationis, & orationis ſacrificiū Deo ſuo vero imolari non negligunt. In cuius rei exēplū de Achab Rege Iſrael, qui multū peccauerat, dn̄s ad Helyā dixit. Quia humiliatus eſt mei cā, non induceā hoc malū in dieb. ſuis. Non ſolū aūt rōne oſtendiť, q regibus excellens p̄miū debeať, ſed ēt auctoritate diuina firmať. Diciť.n. in Zach. 12. q in illa beatitudinis die qua erit dn̄s protector habitātib. in Hieruſalem.i. in viſione pacis æternæ, aliorū domus erūt:

A ſicut domus Dauid, q2.i. oēs reges erunt, & regnabunt cū Chriſto: ſicut mēbra cū capite, ſed domus Dauid erit, ſicut domus Dei: q2 ſicut regendo fideliter Dei officiū geſsit in populo, ita in p̄mio, Deo p̄pinquius erit & inhærebit. Hoc ēt fuit apud gentiles aliqualiter ſomniatū, dū ciuitatum rectores atque ſeruatores in Deos transformari putabant.

Quòd Rex ſiue Princeps ſtudere debet ad bonum regimen propter bonum ſuipſius et vtile quod inde ſequitur. Cuius contrarium ſequitur regimen tyrannicum. Cap. 10.

CVm Regibus tā grande in cœleſti beatitudine p̄miū proponať, ſi bñ in regendo ſe habuerint, diligenti cura ſeipſos obſeruare debent, ne in tyrannidē cōuertantur. Nihil.n. eis acceptabilius eſſe debet, q̄ q ex honore regio, quo ſublimanť in terris, in cœleſtis regni gloriā tranſferanť. Errant vero tyranni qui pp quædam terrena cōmoda, iuſtitiam deſerunt, qui tanto priuantur p̄mio, qđ adipiſci poterant iuſte regendo. Quā aūt ſtultū ſit, pro hmōi paruis
B & temporalibus bonis, maxima & ſempiterna pdere bona, nullus, niſi ſtultus aut infidelis, ignorat. Addendū eſt ēt q hæc tēporalia cōmoda pp q̄ tyranni iuſtitiam deſerūt, magis ad lucrum proueniunt regibus, dū iuſtitiā ſeruant. Primo nāq; inter mundana oīa nihil eſt, quod amicitiæ digne p̄ferendum videať. Ipſa nāq; eſt q̄ virtuoſos in vnū conciliat, virtutem conſeruat, atq; promouet. Ipſa eſt qua omnes indigent, in quibuſcunq; negocijs peragendis, q̄ nec p̄ſperis importunè ſe ingerit, nec deſerit in aduerſis. Ipſa eſt q̄ maximas delectationes affert: intantū vt q̄tunq; delectabilia in tediū ſine amicis vertantur. Quælibet aūt aſpera facilia, & propè nulla facit amor. Nec eſt alicuius tyrāni tanta crudelitas, vt amicitia nō delectetur. Dionyſius.n. quondā Syracuſanorū tyrannus, cū duorum amicorum, qui Damon & Phitias dicebātur, alterū occidere vellet: is qui occidendus erat, inducias ipetrauit, vt domū profectus res ſuas ordinaret. Alter vero amicorū ſeſe tyranno ob fidē pro eius redi-
C tu dedit. Appropinquante aūt promiſſo die: nec illo redeunte. vnuſquiſq; fideiuſſorem ſtultitiæ arguebat. At ille nihil ſe metuere de amici cōſtātia p̄dicabat. Eadem aūt hora qua fuerat occidendus redijt. Admirās aūt amborū aīum tyrānus, ſupplicium pp fidem amicitiæ remiſit, inſup rogās, vt eum tertiū reciperent in amicitiæ gradu. Hoc aūt amicitiæ bonum, q̄uis deſiderent tyranni cōſequi, tñ non pñt. Dum enim cōe bonum nō quærunt, ſed propriū, ſit parua vel nulla cōio eorū ad ſubditos. Oīs aūt amicitia ſup aliqua cōione firmatur. Eos.n. qui cōueniunt vel p naturæ originē, vel p morū ſimilitudinem, vel p cuiuſcūq; ſocietatis cōionem, videmus amicitia cōiungi. Parua igitur vel potius nulla eſt amicitia tyranni & ſubditi. Simulq; dum ſubditi p tyrannicam iniuſtitiā opprimuntur, & ſe amari non ſentiunt, ſed cōtemni, nequaq̄ amant. Nec habent tyranni, vnde de ſubditis cōquerātur, ſi ab eis non diliguntur, quia nec ipſi tales ſeipſis exhibēt, vt diligi ab eis debeāt. Sed boni Reges, dū
D cōi profectui ſtudioſè intendunt, & eorum ſtudio ſubditi plura cōmoda ſe aſſequi ſentiunt, diliguntur a plurimis, dū ſubditos ſe amare demonſtrant. Quia & hoc eſt maioris malitiæ q̄ q in multitudine cadat, vt odio habeantur amici, & benefactoribus rependatur malum p bono, & ex hoc amore prouenit, vt bonorum Regum regnum ſit ſtabile, dum p ipſis ſe ſubditis quibuſcunq; periculis exponere non recuſant. Cuius exemplum in Iulio Cæſare apparet, de quo Suetonius refert, q milites ſuos vſq; adeo diligebat, vt audita quorundā cæde, capillos & barbā ante nō dempſerit q̄ vindicaſſet. Quibus rebus deuotiſsimos ſibi & ſtrenuiſsimos milites reddidit, ita q pleriq; eorum capti, conceſſam ſibi ſub ea cōditione vitā, ſi militare aduerſus Cæſarem vellent recuſarent. Octauius etiā Auguſtus, qui modeſtiſsime Imperio vſus eſt, in tantum diligebatur a ſubditis, vt pleriq; morientes victimas quas deuouerant imolari mandarent: quia eum ſuperſtitem reliquiſſent. Non eſt ergo facile vt Principis perturbetur dñium quē tanto conſenſu populus

amat. Propter quod Salomõ dicit Prouer.29 Rex q iudicat E
in iuſtitia pauperes,thronus eius in æternũ firmabit. Tyrã-
norum verò dñium diuturnũ eſſe nõ põt:cũ ſit multitudini
odioſum. Nõ põt.n.diu cõſeruari:quod votis multorum re
pugnat. Vix.n.a quoq̃ pſens vita tranſigitur,qn aliquas ad-
uerſitates patiat̃. Aduerſitatis aũt tpe,occaſio deeſſe nõ põt
contra tyrãnum inſurgendi.Et vbi adſit occaſio: non deerit
ex multis vel vnus q occaſione non vtat̃.Inſurgentẽ aũt po
pulus votiuè pſequit̃.Nec de facili carebit effectu: quod cũ
fauore multitudinis attentat̃. Vix ergo põt cõtingere quod
tyrãni dñium protendat̃ in longũ. Hoc ẽt manifeſtè patet
ſi quis cõſideret:vñ tyranni dñium conſeruat̃. Non.n.cõſer
uat̃ amore:cũ parua vel nulla ſit amicitia ſubiectæ multitu-
dinis ad tyrannũ: vt ex p̃habitis patet. De ſubditorũ aũt fi-
de tyrãnis confidendum nõ eſt.Non.n.inuenit̃ tanta virtus
in multis:vt fidelitatis virtute reprimant̃: ne indebitæ ſerui
tutis iugum,ſi poſſint,excutiant. Fortaſſis aũt nec fidelitati
cõtrarium reputabit̃ ſm opinionẽ multorũ, ſi tyrãnicę ne- F
quitiæ qualitercũq; obuietur. Reſtat ergo vt ſolo timore ty
rãni regimen ſuſtentet̃. Vñ & timeri ſe a ſubditis tota inten
tione procurant. Timor aũt eſt debile fundamentũ. Nã qui
timore ſubdunt̃,ſi occurrat occaſio, qua poſſint impunita-
tẽ ſperare:contra p̃ſidentes inſurgunt,eo ardentius quo ma
gis cõtra voluntatẽ ex ſolo timore cohibeant̃. Sicut ſi aqua
p violentiã includat̃,cũ aditũ inuenerit impetuoſius fluit.
Sed nec ipſe timor caret periculo, cũ ex nimio timore ple-
riq; in deſperationẽ inciderint. Salutis aũt deſperatio auda-
ct̃er ad quælibet attentanda p̃cipitat. Non põt igit̃ tyranni
dñium eſſe diuturnũ. Hoc ẽt non minus exẽplis q̃ rõnibus
apparet. Si quis.n.antiquorũ geſta , & modernorũ euentus
cõſideret , vix inueniet dñium tyranni alicuius diuturnum
fuiſſe. Vñ & Ariſtoteles in ſua politica,multis tyrannis enu
meratis, oium demonſtrat dñium breui tpe fuiſſe finitum.
Quorum tñ aliqui diutius p̃fuerunt,qa non multũ in tyran
nide excedebãt, ſed quantũ ad multa imitabantur regalem
modeſtiã. Adhuc aũt hoc magis fit manifeſtum ex cõſidera G
tione diuini iudicij. Vt. n. in Iob.34.dicitur. Regnare facit
hoiem hypocritã pp peccata populi. Nullus aũt verius hy-
pocrita dici põt,q̃ qui Regis aſſumit offm̃ & exhibet ſe ty-
rannũ. Nã hypocrita dicit̃,qui alterius rep̃ſentat pſonam, ſi
cut in ſpectaculis fieri cõſueuit. Sic igitur Deus p̃fici pmit
tit tyrannos ad puniendum ſubditorum peccata. Talis aũt
punitio in ſcripturis,ira Dei cõſueuit noiari. Vnde p Oſeę
13.dñs dicit. Dabo vobis Regem in furore meo. Infęlix eſt
aũt Rex qui populo in furore Dei cõceditur. Nõ.n.eius ſta
bile põt eſſe dñium , quia non obliuiſcetur miſereri Deus.
nec cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas. quinimmo per
Iohẽ. 2.dicitur ꝙ eſt patiens & multæ miſericordiæ, & p̃ſta
bilis ſup malitia. Non igitur pmittit Deus diu regnare ty-
rannos , ſed poſt tempeſtatem per eos inductã populo per
eorum deiectionẽ tranquillitatẽ inducet. Vnde ſapiens di-
cit. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fe-
cit mites pro eis. Experimento ẽt magis apparet ꝙ Reges H
p iuſtitiam magis adipiſcuntur diuitias,q̃ per rapinã tyran
ni. Quia.n.dñium tyrãnorũ ſubiectæ multitudini diſplicet,
ideo opus habent tyranni multos habere ſatellites, p quos
contra ſubditos tuti reddantur,in quibus neceſſe eſt plura
expendere,q̃ a ſubditis rapiunt. Regũ aũt dominium,quod
ſubditis placet,oẽs ſubditos pro ſatellitibus ad cuſtodiã ha
bet,in quibus expendere opus non eſt,ſed interdum in ne-
ceſſitatibus plura regibus ſponte donant,q̃ tyranni diripe-
re poſſint. Et ſic impletur qđ Salomon dicit Prou. 11. Alij.ſ.
Reges diuidunt propria benefaciendo ſubiectis,& ditiores
fiunt. Alij.ſ.tyrãni rapiũt non ſua, & ſemp in egeſtate ſunt.
Similiter aũt iuſto Dei cõtingit iudicio vt q diuitias iniu-
ſtè cõgregãt,inutiliter eas diſpergãt, aut ẽt iuſte auferãtur
ab eis. Vt.n.Salomon dicit Eccleſ.5. Auarus non implebitur
pecunia,& q amat pecunias fructũ nõ capiet ex eis,quinimo
vt Prouer. 15.dicit. Conturbat domum ſuã qui ſectatur aua
ritiã. Regibus verò qui iuſtitiã quærunt,diuitiæ adduntur a

Deo , ſicut Salomon,qui dum ſapientiã quæſiuit ad facien-
dum iudiciũ promiſſionẽ de abundantia diuitiarũ accepit.

De fama verò ſupfluum videtur dicere. Quis.n. dubitet
bonos Reges non ſolum in vita,ſed magis poſt mortẽ quo-
dãmodo laudibus hoium viuere,& in deſiderio hẽ, malo-
rũ verò nomen,aut ſtatim deficere,vel ſi excellentes in ma
litia fuerint,cum deteſtatione eorũ rememorari. Vnde Salo
mon dicit Prou. 10 Memoria iuſti cũ laudibus.nomen aũt,
impiorum putreſcet,quia vel deficit vel remanet cum fętore.

*Quòd bona etiam mundialia vt ſunt diuitiæ: poteſtas:ho-
nor: & fama:magis proueniunt regibus quàm tyrannis: &
de malis quæ incurrunt tyranni etiam in hac vita. Cap. 11.*

EX his ergo manifeſtũ eſt,ꝙ ſtabilitas poteſtatis, diui-
tiæ,honor,& fama,magis regibus q̃ tyrãnis ad votum
proueniunt, pp quæ tamen indebitè adipiſcenda de-
clinat in tyrannidẽ Princeps. Nullus.n.a iuſtitia declinat,ni
ſi cupiditate alicuius cõmodi tractus. Priuatur inſuper tyrã
nus excellentiſſima beatitudine q̃ regibus debetur p præ-
mio. Et quod eſt grauius,maximum tormentum ſibi acqui-
rit in pœnis. Si.n.qui vnum hoiem ſpoliat, vel in ſeruitutẽ
redigit vel occidit,maximã pœnã meretur, q̃tum quidẽ ad
iudicium hoium,mortẽ,q̃tum verò ad iudicium Dei, dãna
tionem æternã,q̃to magis putãdum eſt, tyrannum deterio-
ra mereri ſupplicia,qui vndiq; ab oibus rapit,contra oium
libertatem laborat,pro libito voluntatis ſuæ quoſcunq; in-
terficit. Tales inſuper raro pœnitent,vento inflati ſuperbię
meritò peccatorum a Deo deſerti,& adulationibus hoium
delibuti,rarius dignè ſatisfacere poſſunt. Quando enim re-
ſtituent oia quæ p̃ter iuſtitiæ debitum abſtulerunt? Ad quę
tamen reſtituenda nullus dubitat eos teneri. Quando recõ-
penſabunt eis , quos oppreſſerunt & iniuſtè qualitercunq;
lęſerunt? Adijcitur aũt ad eorum impœnitentiã,ꝙ oia ſibi
licita extimãt,quæ impunè ſine reſiſtentia facere potuerũt.
Vnde nõ ſolum emendare nõ ſatagunt quæ malefecerunt,
ſed ſua cõſuetudinę pro auctoritate vtentes,peccandi auda-
ciam trãſmittunt ad poſteros. Et ſic nõ ſolũ ſuorum facino-
rum apud Deum rei tenentur,ſed etiã eorum,quibus apud
Deum peccandi occaſionem reliquerunt. Aggrauatur etiã
eorum peccatum ex dignitate ſuſcepti officij. Sicut.n.terre
nus Rex grauius punit ſuos miniſtros,ſi inuenit eos ſibi cõ
trarios,ita Deus magis puniet eos, quos ſui regiminis exe-
cutores & miniſtros facit , ſi nequiter agant, Dei iudicium
in amaritudinem conuertentes. Vnde & in libro Sap.6.cap.
ad Reges iniquos dicitur. Qm̃ cum eſſetis miniſtri regni il
lius,non rectè iudicaſtis , neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ
noſtræ,nec ſm voluntatem Dei ambulaſtis,horrende & ci-
to apparebit vobis, qm̃ iudiciũ duriſſimum in his q p̃ſunt
fiet. Exiguo.n.cõceditur miſericordia , potentes aũt poten-
ter tormenta patientur. Et Nabuchodonoſor per Eſa. 14.di
citur. Ad infernum detraheris in profundum lacus. Qui te
viderint ad te inclinabuntur,teque proſpicient, quaſi pro-
fundius in pœnis ſubmerſum . Si igitur regibus abundãt
temporalia bona,& proueniunt , & excelleos beatitudinis
gradus p̃paratur a Deo, tyrãni autem a tẽporalibus bonis
quæ cupiunt,plerunque fruſtrantur,multis inſuper pericu
lis ſubiacentes,& quod eſt amplius bonis æternis priuan-
tur ad pœnas grauiſſimas reſeruati, vehementer ſtudendũ
eſt his qui regendi officium ſuſcipiunt,vt Reges ſe ſubditis
præbeant non tyrannos. De Rege autem quid ſit,& ꝙ ex-
pediat multitudini Regem habere. Adhuc autem ꝙ præſidi
expediat ſe Regem multitudini exhibere ſubiectæ, non ty-
rannum,tanta a nobis dicta ſint.

*Procedit ad oſtendendum Regis officium , vbi ſecundum
viam naturæ oſtendit Regem eſſe in regno ſicut anima in cor
pore , & ſicut Deus in mundo. Cap. 12.*

COnſequens antẽ dictis eſt conſiderare quod ſit Regis
officium,& qualem oporteat eſſe Regẽ. Quia verò ea
quæ ſunt ſm artẽ , imitantur ea quæ ſunt ſm naturã ,

ex quibus

ex quibus accipimus, vt ſm rõnem operari poſsimus, optimũ vĩ Regis offm̃ a forma regiminis naturalis aſſumere. Inuenitur aũt in rerum natura regimen & vl̃e & particulare. Vl̃e quidem, ſm ꝙ oia ſub Dei regimine continent: qui ſua prouidentia vniuerſa gubernat. Particulare autem regimẽ, maxime quidem diuino regimini ſimile eſt quod inuenitur in homine: qui ob hoc minor mundus appellaẽ: quia in eo inuenitur forma vniuerſalis regiminis. Nam ſicut vniuerſa creatura corporea, & omnes ſpirituales virtutes ſub diuino regimine continentur, ſic & corporis mẽbra & cæteræ vires animæ a ratione reguntur. Et ſic quodãmodo ſe habet ratio in homine, ſicut Deus in mundo. Sed quia ſicut ſupra oſtendimus, homo eſt aĩal naturaliter ſociale in multitudine viuẽs: ſimilitudo diuini regiminis inuenitur in hoie, nõ ſolum q̃rum ad hoc ꝙ p rõnem regitur vnus homo, ſed ẽt q̃tum ad hoc, ꝙ per rationẽ vnius hoĩs regitur multitudo: quod maxime pertinet ad officium Regis: dũ & in quibuſdam aĩalibus quæ ſocialiter viuunt quædam ſimilitudo in- B uenitur huius regiminis: ſicut in apibus: in quibus & Reges eſſe dicuntur. Non ꝙ in eis per rõnem ſit regimen: ſed per inſtinctum naturæ indictum a ſummo regente qui eſt actor naturæ. Hoc igitur offm̃ Rex ſe ſuſcepiſſe cognoſcat: vt ſit in regno: ſicut in corpore anima, & ſicut Deus in mundo. Quæ ſi diligẽter recogitet, ex altero, iuſtitiæ in eo zelus accenditur, dum conſiderat ad hoc ſe poſitum, vt loco Dei iudicium in regno exerceat, ex altero vero, manſuetudinis & clementiæ lenitatem acquirit, dum reputat ſingulos qui ſuo ſubſunt regimini, ſicut propria membra.

Aſſumit ex hac ſimilitudine modum regiminis, vt ſicut Deus vnamquamq; rem diſtinguit quodam ordine & propria operatione & loco, ita Rex ſubditos ſuos in regno. & eodem modo de anima. *Cap. 13.*

OPortet igitur cõſiderare qd Deus in mundo faciat. Sic.n. manifeſtũ erit qd imineat Regi faciẽdũ. Sunt aũt vl̃r conſideranda duo opera Dei in mundo. Vnũ C quo mundũ inſtituit. Alterũ quo mundũ inſtitutum gubernat. Hæc aũt duo opa, aĩa habet in corpore. Nã primo quidẽ virtute aĩæ informatur corpus, deinde vero p aĩam corpus regitur & mouetur. Horum aũt ſecundũ quidẽ magis ꝓpriè pertinet ad Regis offm̃. Vnde ad oẽs Reges ꝑtinet gubernatio, & a gubernationis regimine Regis nomẽ accipitur. Primũ aũt opus non oĩbus regibus conuenit. Nõ enim oẽs regnũ aut ciuitatẽ inſtituunt in quo regnant, ſed regno ac ciuitati iam inſtitutis, regiminis curã impendunt. Eſt aũt cõſiderandum ꝙ niſi ꝓceſsiſſet qui inſtitueret ciuitatẽ aut regnũ, locũ non haberet gubernatio regni. Sub Regis.n. officio cõprehenditur ẽt inſtitutio ciuitatis & regni, Nonnulli.n. ciuitates inſtituerunt in quibus regnarẽt, vt Ninus Niniuẽ: & Romulus Romã. Similiter ẽt ad gubernationis officiũ ꝑtinet, vt gubernata conſeruet, ac eis vtatur ad qđ ſunt cõſtituta. Nõ igitur gubernationis offm̃ plenè cognoſci poterit, ſi inſtitutionis rõ ignoretur. Ratio aũt inſtitutionis re- D gni ab exemplo inſtitutionis mundi ſumẽda eſt. In quo primo cõſideratur ipſarũ rerũ productio: deinde partiũ mundi ordinata diſtinctio. Vlterius aũt ſingulis mundi partibus diuerſæ rerũ ſpecies diſtributæ videntur, vt ſtellæ cœlo. volucres aeri, piſces aquæ, aĩalia terræ. Deinde ſingulis ea q̃bus indigent abundanter diuinitus ꝓuiſa videnẽ. Hanc aũt inſtitutionis rõnem Moyſes ſubtiliter & diligẽter exꝑſsit. Primo.n. rerũ ꝓductionem proponit dicens. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Deinde ſm ordinẽ cõuenientẽ oia diuinitus diſtincta eſſe denunciat. videlicet diẽ a nocte, a ſuperioribus inferiora, mare ab arida. Hic cęlũ luminaribus: auibus aerẽ, mare piſcibus, aĩalibus terrã ornatam refert. Vltimo aſsignatũ hoibus terrę aĩaliumq; dñium. Vſum vero plantarũ tam ipſis q̃ aĩalibus cęteris ex prouidentia diuina denunciat. Inſtitutor aũt ciuitatis & regni de nouo producere hoies & loca ad inhabitandum & cætera vitæ ſubſidia non põt, ſed neceſſe habet his vti quæ in natura ꝑexiſtunt.

A Sicut ẽt cæteræ artes operationis ſuæ materiã a natura accipiunt, vt fabri ferrũ, ædificator ligna & lapides in artis vſũ aſſumunt. Neceſſe eſt igitur inſtitutori ciuitatis & regni, primum quidem congruum locum eligere, qui ſalubritate habitatores conſeruet, vbertatẽ ad victum ſufficiat, amœnitate delectet, munitione ab hoſtibus tutos reddat. Quòd ſi aliquid de dicta opportunitate deficiat, tanto locus erit conuenientior, quanto plura vel magis neceſſaria de ꝓdictis habuerit. Deinde neceſſe eſt vt locũ electũ inſtitutor ciuitatis aut regni diſtinguat ſm exigentiã eorũ quæ perfectio ciuitatis aut regni requirit. Puta ſi regnũ inſtituendũ ſit, oportet ꝓuidere quis locus aptus ſit vrbibus conſtituendis, qs villis, quis caſtris, vbi cõſtituẽda ſint ſtudia lr̃arũ, vbi exercitia militũ, vbi negociatorũ cõuẽtus, & ſic de alijs q̃ ꝑfectio regni requirit. Si aũt inſtitutioni ciuitatis opa detur prouidere oportet, quis locus ſit ſacris, quis iuri reddẽdo, quis artificibus ſingulis deputandus. Vlterius autẽ oportet hoies B congregare, qui ſunt cõgruis locis ſm ſua officia deputandi. Demũ vero ꝓuidendum eſt, vt ſingulis neceſſaria ſuppetãt ſm vniuſcuiuſq; cõſtitutionẽ & ſtatum. Aliter.n. nequaq̃ poſſet regnum vel ciuitas commanere. Hæc igitur ſunt, vt ſummariè dicatur, q̃ ad Regis offm̃ pertinẽt in inſtitutione ciuitatis aut regni ex ſimilitudine inſtõnis mundi aſſumpta.

Quis modus gubernandi competat Regi: quia ſecundum modũ gubernationis diuinæ. Qui quidem modus gubernãdi a gubernatione nauis ſumpſit initium. Vbi & comparatio ponitur ſacerdotalis dominij & regalis. *Cap. 14.*

SIcut aũt inſtitutio ciuitatis aut regni ex forma inſtitutionis mundi cõuenienter accipitur, ſic & gubernationis rõ ex gubernatione ſumenda eſt. Eſt tñ præconſiderandum, ꝙ gubernare eſt id quod gubernatur conuenienter ad debitum finẽ perducere. Sicut ẽt nauis gubernari dicitur, dum per nautæ induſtriã recto itinere ad portũ illæſa perducitur. Si igitur aliquid ad finem extra ſe ordinetur C vt nauis ad portum, ad gubernatoris offm̃ pertinebit, non ſolum vt rem in ſe conſeruet illæſam, ſed ꝙ vlterius ad finẽ perducat. Si vero aliquid eſſet cuius finis non eſſet extra ipſum, ad hoc ſolum intenderet gubernatoris intentio, vt rem illam in ſua perfectione conſeruaret illæſam. Et quamuis nihil tale inueniatur in rebus poſt ipſum Deum qui eſt omnibus finis, erga id tñ quod ad finem extrinſecum ordinatur multipliciter cura impeditur a diuerſis. Nam fortè alius erit qui curam gerit, vt res in ſuo eſſe conſeruetur, Alius autem vt ad vlteriorem perfectionem perueniat, vt in ipſa naui, vnde gubernationis ratio aſſumitur, manifeſtè apparet. Faber enim lignarius curam habet reſtaurandi, ſi quid collapſum fuerit in naui, ſed nauta ſolicitudinem gerit vt nauem perducat ad portum. Sic ẽt contingit in homine. Nam medicus curam gerit, vt vita hominis conſeruetur in ſanitate. Oeconomus vt ſuppetant neceſſaria vitæ, doctor autem curam gerit vt veritatem cognoſcat, inſtitutor autem morum, ut ſm rationem viuat. Quòd ſi homo non D ordinaretur ad aliud exterius bonum, ſufficerent homini curæ prædictæ. Sed eſt quoddam bonum extraneum homini quãdiu moraliter viuit. ſ. vltima beatitudo quæ in fruitione Dei expectatur poſt mortem. Quia vt apoſtolus ait ſecundæ ad Corin. 5. quãdiu ſumus in corpore peregrinamur a domino. Vnde homo chriſtianus cui beatitudo illa eſt per Chriſti ſanguinem acquiſita, & qui pro ea aſſequenda Spiritu Sãcti arram accepit, indiget alia ſpirituali cura per quã dirigatur ad portum ſalutis æternæ. Hæc aũt cura per miniſtros Eccleſiæ Chriſti fidelibus exhibetur. Idem autẽ oportet eſſe iudicium de fine totius multitudinis & vnius. Si igitur finis hominis eſſet bonum quodcunque in ipſo exiſtens, & regendæ multitudinis finis vltimus eſſet ſimiliter, vt tale bonum multitudo acquireret & in eo permaneret, & ſi quidem talis vltimus ſiue vnius hominis ſiue multitudinis finis eſſet corporalis vita & ſanitas corporis, medici eſſet officium. Si autem vltimus finis

ois eſſet diuitiarũ affluentia. Oeconomus Rex quidã multitudinis eſſet. Si vero bonum cognoſcendæ veritatis tale quid eſſet, ad quod poſſet multitudo pertingere, Rex haberet doctoris officium. Videtur autem vltimus finis eſſe multitudinis congregatæ viuere ſm virtutem. Ad hoc. n. hoies congregantur, vt ſimul bene viuant, quod conſequi non poſſet vnuſquiſq; ſingulariter viuens. Bona autem vita eſt ſm virtutem. Virtuoſa igitur vita eſt cõgregationis humanæ finis. Huius autẽ ſignum eſt ꝙ hi ſoli partes ſunt multitudinis cõgregatæ qui ſibi inuicem cõicant in bene viuendo. Si. n. pp ſolum viuere hoies conuenirent, aialia & ſerui eſſent pars aliqua congregationis ciuilis. Si vero pp acquirendas diuitias, oẽs ſimul negociantes ad vnam ciuitatem pertinerent, Sicut videmus eos ſolos ſub vna multitudine computari, qui ſub eiſdem legibus: & eodem regimine diriguntur ad bene viuendum. Sed quia homo viuendo ſm virtutem ad vlteriorem finẽ ordinatur: qui conſiſtit in fruitione diuina, vt ſupra iã diximus: oportet eundẽ finem eſſe multitudinis humanæ qui eſt hois vnius. Non eſt ergo vltimus finis multitudinis congregatæ, viuere ſm virtutem: ſed per virtuoſam vitam peruenire ad fruitionem diuinam.

Si quidem aũt ad hunc finem perueniri poſſet virtute humanæ naturæ, neceſſe eſſet vt ad officium Regis pertineret dirigere hoies in hunc finẽ. Hunc. n. dici Regem ſupponimus cui ſumma regiminis in rebus humanis committitur. Tanto aũt eſt regimen ſublimius, quanto ad finẽ vlteriorẽ ordinatur. Semper. n. inuenitur ille ad quẽ pertinet vltimus finis imperare operantibus ea quæ ad finem vltimum ordinantur. Sicut gubernator ad quẽ pertinet nauigationẽ diſponere, imperat ei qui nauem conſtituit, qualẽ nauem nauigationi aptã facere debeat. Ciuilis aũt, qui vtitur armis, imperat fabro qualia arma fabricet. Sed quia finem fruitionis diuinæ non conſequiť homo per virtutem humanam; ſed virtute diuina iuxta illud apłi. Ro. 6. Gratia Dei vita æterna, perducere ad illũ finem nõ humani erit, ſed diuini regiminis. Ad illum igitur Regem hmõi regimen pertinet qui non eſt ſolũ homo, ſed ẽt Deus. ſ. ad dñm noſtrum Ieſum Chriſtum qui hoies filios Dei faciens, in cœleſtem gloriã introduxit. Hoc igiť eſt regimen ei traditũ, quod nõ corrũpetur, pp quod nõ ſolum ſacerdos ſed Rex in ſcripturis ſacris noiatur dicente Iere. 23. Regnabit Rex & ſapiens erit. Vnde ab eo regale ſacerdotiũ deriuať. Et quod eſt amplius. oẽs Chriſti fideles inquantum ſunt mẽbra eius, Reges & ſacerdotes dicunť. Huius ergo regni miniſterium, vt a terrenis eſſent ſpiritualia diſtincta, non terrenis regibus, ſed ſacerdotibus eſt cõmiſſum. Et pcipue ſummo ſacerdoti, ſucceſſori Petri, Chriſti Vicario, Romano Pontifici: cui oẽs Reges populi chriſtiani oportet eſſe ſubditos, ſicut ipſi domino Ieſu Chriſto. Sic. n. ei ad quem finis vltimi cura pertinet ſubdi debent illi ad quos pertinet cura antecedentiũ finium, & eius Imperio dirigi. Quia igitur ſacerdotium gẽtilium & totius diuinorum cultus erat pp tpalia bona conquirenda, quæ oia ordinanť ad multitudinis bonum cõe, cuius Regi cura incumbit, conuenienter ſacerdotes gentilium regibus ſubdebanť. Sed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena non a Dæmonibus, ſed a Deo vero, religioſo populo exhibenda, inde & in lege veteri ſacerdotes regibus leguntť fuiſſe ſubiecti. Sed in noua lege eſt ſacerdotiũ altius, per qđ hoies traducunť ad bona cœleſtia. Vnde in lege Chriſti Reges debent ſacerdotibus eſſe ſubiecti. Propter quod mirabiliter ex diuina prouidẽtia factũ eſt, vt in Ro. vrbe, quã Deus puiderat chriſtiani populi principalẽ ſedem futurã hic mos paulatim inoleſceret, vt ciuitatum rectores ſacerdotibus ſubiacerent. Sicut. n. maximus Valerius refert, oia poſt religionem ponenda ſemp noſtra ciuitas duxit, etiã in quibus ſummæ maieſtatis decus cõſpici voluit. Quapropter non dubitauerũt ſacris Imperia ſeruire. Ita ſe humanarũ rerũ habitura regimen extimantia, ſi diuinæ potentiæ benè atq; cõſtãter fuiſſent famulata. Quia vero ẽt futurũ erat vt ĩ Gallia chriſtiani ſacerdotij pluримũ

E vigeret religio, diuinitus eſt pmiſſum vt ẽt apud Gallos gẽtiles ſacerdotes quos diuites noiabãt, totius Galliæ ius diffinirẽt, vt refert Iul. Cęſ. in libro quẽ de bello Gallico ſcripſit.

Quòd ſicut ad vltimum finem conſequendum requiritur vt Rex ſubditos ſuos ad viuendum ſecundum virtutem diſponat: ita ad fines medios. Et ponuntur hic quæ ſunt illa quæ ordinant ad bene viuendum, & quæ impediunt, & quod remedium Rex apponere debet circa impedimenta dicta. Ca. 15.

SIcut aũt ad vitam quã in cęlo ſperamus beatã ordinať ſicut ad finem vita qua hic hoies bene viuunt, Ita ad bonum multitudinis ordinanť, ſicut ad finem quæcunque particularia bona p hoĩem procuranť, ſiue diuitiæ, ſiue lucra, ſiue ſanitas, ſiue facundia vel eruditio. Si igitur vt dictum eſt, qui de vltimo fine curã habet præeſſe debet his qui curã habent de ordinatis ad finem; & eos dirigere ſuo Imperio, manifeſtũ ex dictis fit ꝙ Rex ſicut dominio & re-

F gimini quod adminiſtrať p ſacerdotij officiũ ſubdi debet; ita pẽeſſe debet o ibus humanis officijs & ea Imperio ſui regiminis. ordinare. Cuicunq; aũt incumbit aliquid perficere quod ordinatur in aliud, ſicut in finem, hoc debet attendere vt ſuũ opus ſit cõgruum fini. Sicut faber, ſic facit gladiũ, vt pugnæ conueniat Et ædificator ſic debet domũ diſponere, vt ad habitandum ſit apta. Quia igitur vitæ qua in præſenti benè viuimus finis eſt beatitudo cęleſtis, ad Regis officium pertinet ea rõne vitã multitudinis bonã procurare, ſm ꝙ congruit ad cęleſtem beatitudinẽ ducũt, & eorũ contraria ſm ꝙ fuerit poſſe interdicat. Quæ aũt ſit ad verã beatitudinem via, & q̃ ſint impedimenta eius ex lege diuina cognoſcitur, cuius doctrina pertinet ad ſacerdotũ officiũ ſm illud Malachiæ. 2. c. Labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiã, & legẽ requirent de ore eius. Et ideo in Deuter. 17 dñs præcipit. Poſtq̃ ſederit Rex ĩ ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar

G a ſacerdote leuiticæ tribus, & habebit ſecũm, legetq; illud oĩbus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere dñm Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius q̃ in lege pcepta ſũt, Per legem igitur diuinã edoctus, ad hoc pcipuum ſtudium debet intẽdere, qualiter multitudo ſibi ſubdita bene viuat. Quod quidẽ ſtudium in tria diuiditur, vt primò quidem in ſubiecta multitudine bonã vitã inſtituat, ſecũdo vt inſtitutã conſeruet, tertio vt cõſeruatã ad meliora promoueat. Ad bonam aũt vnius hois vitam duo requiruntur, vnum principale quod eſt operatio ſm virtutẽ. Virtus. n. eſt qua bene viuitur. Aliud vero ſecundarium, & quaſi inſtrũale. ſ. corporalium bonorum ſufficientia, quorum vſus eſt neceſſarius ad actum virtutis. Ipſa tñ hois vnitas per naturã cauſatur. Multitudinis aũt vnitas quæ pax dicitur, per regentis induſtriã eſt procuranda. Sic igitur ad bonã vitam multitudinis inſtituendam tria requiruntur. Primo quidẽ vt multitudo in vnitate pacis cõſtituatur. Secundo vt multitudo vinculo pacis vnita dirigatur ad bene agendum. Sicut. n. hõ nihil benè

H agere põt niſi pſuppoſita ſuarũ partium vnitate, ita hoium multitudo pacis vnitate carẽs, dum impugnat ſeipſam impediť a benè agendo. Tertio verò, requiritur vt per regẽtis induſtriã neceſſariorũ ad benè viuẽdũ adſit ſufficiẽs copia. Sic igitur bona vita per Regis officium in multitudine conſtituta, conſequens eſt vt ad eius conſeruationem intendat.

Sunt aũt tria quibus bonum publicũ permanere nõ ſinitur. Quorũ quidẽ vnum eſt a natura proueniens. Nõ enim bonũ multitudinis ad vnũ tñ tempus inſtitui debet, ſed vt ſit quodammodo perpetuum. Homines aũt cum ſint mortales in perpetuum durare non poſſunt Nec dum viuunt ſemper ſunt in eodẽ vigore, quia multis variationibus humana vita ſubijciť, & ſic nõ ſunt hoies ad eadem officia pagenda æqualiter per totam vitam idonei. Aliud autem impedimentum boni publici conſeruandi ab interiori proueniens in peruerſitate voluntatum conſiſtit, dum vel ſunt deſides ad ea pagenda quę requirit reſp. vel inſuper ſunt paci multitudinis

dinis noxij, dū tranſgrediēdo iuſtitiā aliorū pacē pturbāt. Tertiū aūt impedimentū reipu. cōſeruandæ ab exteriori cauſat: dum per incurſum hoſtiū pax diſſoluit, & interdum regnū aut ciuitas funditus diſsipat. Igitur circa tria pdicta triplex cura imīnet Regi. Primo quidē de ſucceſsione hominū & ſubſtitutione illorū qui diuerſis officijs præſunt: vt ſicut p diuinū regimen in rebus corruptibilibus, quia ſemper eadē durare non poſſunt, prouiſum eſt vt per gñationē, alia in locū aliorū ſuccedant: vt vel ſic cōſeruet integritas vniuerſi, ita per Regis ſtudiū conſeruet ſubiectæ multitudinis bonū, dū ſolicite curat, qualiter alij in deficientium locū ſuccedant. Secūdo aūt vt ſuis legibus & pceptis, pœnis & pmijs: hoies ſibi ſubiectos ab iniquitate coerceat, & ad opera virtuoſa inducat, exēplū a Deo accipiēs qui hoibus legē dedit, obſeruantibus quidē mercedē, tranſgredientibus pœnas retribuens. Tertio iminet regi cura, vt multitudo ſibi ſubiecta cōtra hoſtes tuta reddat. Nihil. n. prodeſſet interiora vitare pericula, ſi ab exterioribus defēdi non poſſet. Si

B igitur huiuſ multitudinis inſtitutioni tertium reſtat ad Regis officiū pertinens, vt ſit de promotione ſolicitus. Quod ſit dū in ſingulis quæ pręmiſſa ſunt, ſi quid inordinatū eſt, corrigere, ſi quid deeſt, ſupplere, ſi quid melius fieri pōt, ſtudet pficere. Vñ & Apſs fideles monet. vt ſemp ęmulent carismata meliora. Hæc igit ſunt quæ ad Regis officiū pertinent, de quibus per ſingula diligentius tractare oportet.

Index eorum quæ in ſingulis capitibus primi libri continentur.

Qualiter ad Regem pertinet inſtituere ciuitatem vel caſtra ad gloriam conſequendam, & q eligere debet ad hoc loca temperata, & poſtea ſubiungit quæ cōmoda ex hoc regna conſequuntur, & quæ incommoda de contrario. Cap. 1.

Qualiter eligere debent, Reges & Principes regiones ad ciuitates vel caſtra inſtituēda, in quibus aer ſit ſaluberrimus, et oſtēdit in quo talis aer cognoſcitur, et quibus ſignis. C. 2.

C *Qualiter neceſſe eſt talem ciuitatem conſtruendam a Rege habere copiam rerum victualium, quia ſine eis ciuitas eſſe perfecta non poteſt; & diſtinguit duplicem modum iſtius copiæ. primum tñ magis cōmendat.* Cap. 3.

Qualiter regio quā Rex eligit ad ciuitates, & caſtra inſtituenda, debet habere amęnitates, a quibus ciues ſunt arcendi, vt moderate eis vtantur, quia ſæpius ſunt cauſa diſſolutionis. Vnde regimen & quodcunque dominium diſſipatur & annihilatur. Cap. 4.

Qualiter neceſſarium eſt Regi & cuicunque domino abundare in diuitijs temporalibus, quæ naturales vocantur, et ponitur cauſa quare. Cap. 5.

Qualiter expedit Regi & cuicunque Principi habere alias diuitias naturales: vt ſunt armenta & greges, ſine quibus domini bene regere terram non poſſunt. Cap. 6.

D *Quòd oportet regem abundare in diuitijs artificialibus, vt eſt aurum & argentum & numiſma ex eis conflatum.* C. 7.

Qualiter ad regimen regni & cuiuſcunque dominij neceſſarij ſunt miniſtri ſibi, incidenter diſtinguitur de duplici dominio politico & deſpotico, oſtendens multis rationibus q politicum oportet eſſe ſuaue. Cap. 8.

De principatu deſpotico quis eſt, & qualiter ad regale reducitur. Vbi incidenter comparat politicum ad deſpoticum ſecundum, diuerſas regiones & tempora. Cap. 9.

Habitu diſtinctione dominij, hic diſtinguitur de miniſtris ſecundum differentiam dominorum, et quædam genera miniſtrorum omnibus dominis cōmunia, poſtea probat ſeruitutem in quibuſdam eſſe naturalem. Cap. 10.

Quòd neceſſarium eſt Regi & cuilibet domino in ſua iuriſdictione munitiones habere fortiſſimas, & rationes quare ibi multæ ponuntur. Cap. 11.

A *Quòd ad Bonum regimen regni, ſiue cuiuſcunque dominij ſpectat ſtratas, ſiue quaſcunque vias in regione vel prouincia habere ſecuras & liberas.* Cap. 12.

Quòd in quolibet regno & quocunque dominio neceſſarium eſt numiſma proprium, & quot bona ex hoc ſequuntur, & quæ incommoda, ſi non habeatur. Cap. 13.

Quòd ad bonum regimen regni, & cuiuſcunque politiæ pondera & menſuræ ſunt neceſſariæ, exemplis & rationibus perſuadetur. Cap. 14.

Quòd oportet Regem & quemlibet dominum ad conſeruationem ſui ſtatus adhibere ſolicitudinem, vt de ærario publico prouideatur pauperibus, & hoc exemplis & rationibus probat. Cap. 15.

Quòd oportet Regē & quemcūq; dominantē ad cultum diuinum intendere, & quis fructus ex hoc ſequatur. Cap. 16.

B

D. THOMÆ AQVINATIS.

De regimine Principum.

LIBER SECVNDVS

Qualiter ad Regem pertinet inſtituere ciuitatem, vel caſtra ad gloriam conſequendam, & q eligere debet ad hoc loca temperata, & poſtea ſubiungit quæ commoda ex hoc regna conſequuntur, & quæ incommoda de contrario. Cap. 1.

PRimū igitur pręcipuè oportet exponere Regis officiū ab inſtitutione ciuitatis aut regni. nam ſicut Vegetius dicit, potentiſsimæ nationes & Principes nominati nullam maiorem potuerūt gloriā aſſequi, q̃ aut fundare nouas

C ciuitates, aut ab alijs conditas in nomen ſuū ſub quadā amplificatione transferre. Quod quidē documentis ſacræ ſcripturæ concordat. Dicit. n. ſapiens in eccleſiaſtico. 40. q Aedificatio ciuitatis cōfirmabit nomē. Hodie nãq; nomen Romuli neſciret, niſi quia condidit Romam. In inſtitutione aūt ciuitatis aut regni ſi copia det, primo quidē eſt regio per regē eligenda. quam tēperatam eſſe oportet. Ex regionis. n. temperie habitatores multa cōmoda conſequuntur. Primo nãq; conſequuntur homines ex temperie regionis incolumitatē corporis, & longitudinē vitæ. Cū. n. ſanitas in quadam temperie humorū conſiſtat, in loco temperato cōſeruabitur ſanitas. Simile nãq; ſuo ſimili conſeruatur. Si aūt fuerit exceſſus caloris uel frigoris, neceſſe eſt q ſm qualitatem aeris corporis qualitas immutetur. Vnde quadam naturali induſtria, aīalia quædā tēpore frigido ad calida loca ſe transferunt, rurſum tēpore calido loca frigida repetentes, vt ex cōtraria diſpoſitione loci, temporis temperiem conſequantur. Rurſum cū aīal viuat per calidū &

D humidū, ſi fuerit calor intenſus, cito naturale humidū exſiccat, & deficit vita. Sicut lucerna cito extinguitur, ſi humor infuſus cito per ignis magnitudinem conſumat. Vnde in quibuſdam calidiſsimis Aethiopum regionibus homines vltra xxx. annos non viuere perhibentur. In regionibus vero frigidis in exceſſu, naturale humidum de facili congelatur, & calor naturalis extinguitur. Deinde ad opportunitates bellorum quibus tuta redditur humana ſocietas, regionis temperies plurimum valet. Nam ſicut Vegetius refert, omnes nationes quæ vicinæ ſunt ſoli, nimio calore ſiccatę, amplius quidem ſapere, ſed minus de ſanguine habere dicuntur. Ac propterea conſtantiam atque fiduciam de propinquo pugnandi non habent, quia metuunt vulnera, qui modicū ſanguinē ſe habere nouerunt. E cōtra ſeptētrionales ppli remoti a ſolis ardoribus, incōſultiores qdē, ſed tñ largo ſanguine redūdātes, ſunt ad bella prōptiſsimi. His qui tēperatioribus habitant plagis, & copia ſanguinis

ſuppeti

ſuppetit ad vulnerū mortiſq; contēptum, nec prudentia de
ficit quæ modeſtiam ſeruet in caſtris, & non parū prodeſt
vti in dimicatione conſilijs. Demū tēperata regio ad politi-
cam vitam valet. Vt.n. Ariſtoteles dicit in ſua politica. Quæ
in frigidis locis habitant gentes, ſunt quidē plenę animoſi
tate, intellectu aūt & arte magis deficientes. Propter quod
libere perſeuerant magis. Non viuunt aūt politicè, & vici
nis propter imprudentiā principari non poſſunt. Quæ aūt
in calidis ſunt, intellectinæ q̄dē ſunt et artificioſæ ſm aiam:
ſine aioſitate aūt, propter quod ſubiectæ q̄dē ſunt & ſubie
ctæ perſeuerant. Quæ aūt in medijs locis habitāt vtroq; par
ticipant. Propter quod & liberi perſeuerant & maximè po
liticè viuere poſſunt & ſciunt alijs principari. Eſt igitur eli
genda regio temperata ad inſtitutionē ciuitatis vel regni.

Qualiter eligere debent, Reges & Principes regiones ad ciuitates vel caſtra inſtituenda, in quibus aer ſit ſaluberrimus, & oſtendit in quo talis aer cognoſcitur, & quibus ſignis. Ca. 2.

POſt electionē aūt regionis oportet ciuitati conſtituē-
dæ idoneū locū eligere: in quo primo videt̄ aeris ſa-
lubritas requirenda. Couerſationi. n. ciuili præiacet
naturalis vita: quæ p ſalubritatem aeris ſeruat̄ illæſa. Locus
aūt ſaluberrimus erit, vt Vegetius tradit, excelſus, nō nebu-
loſus, non pruinoſus, regioneſq; cœli ſpectans, neq; æſtuo-
ſas, neq; frigidas, demum paludibus nō vicinas. Eminentia
quidē loci ſolet ad aeris ſalubritatē cōferre, quia locus emi
nens vētorū perflationibus patet, quibus reddit̄ aer purus:
vapores ēt qui virtute radij ſolaris reſoluunt̄, a terra & ab
aquis multiplicant̄ magis in conuallibus, & in locis demiſ-
ſis, quàm in altis. Vnde in locis altis aer ſubtilior inuenit̄.
Huiuſmodi aūt ſubtilitas aeris quæ ad liberā & ſinceram re
ſpirationē plurimū valet, impedit̄ per nebulas & pruinas,
quę ſolent in locis multū humidis abundare. Vnde loca hu
iuſmodi inueniuntur ſalubritati eſſe contraria. Et quia loca
paludoſa nimia humiditate abundant: oportet locū cōſtruē
dæ vrbi electū, a paludibus eſſe remotū. Cum.n. auræ matu
tinæ ſole oriente ad locū ipſum pertinent, & eis ortæ a pa-
ludibus nebulæ adiungent, flatus beſtiarū paluſtriū venena
torū cū nebulis mistos ſpargent, & locū facient peſtilentē.
Si tn̄ mœnia conſtructa fuerint in paludibus, quæ fuerint
prope mare, ſpectentq; ad ſeptentrionē vel circa, hæq; palu
des excelſiores fuerint q̄ littus marinum, rationabiliter vi-
debuntur eſſe conſtructa. Foſsis. n. ductis exitus aquæ pate-
bit ad littus, & mare tempeſtatibus actum in paludes redū
dando non permittet aialia paluſtria naſci. Et ſi aliqua aia-
lia de ſuperioribus locis venerint inconſueta ſalſedine oc-
cidentur. Oportet & locū vrbi deſtinatum ad calorem &
frigus tēperatè diſponi, ſm aſpectum ad plagas cœli diuer
ſas. Si.n. mœnia maximè prope mare conſtituta, ſpectabunt
ad meridiem, nō erunt ſalubria. Nam hmōi loca mane qui-
dem erunt frigida, quia nō reſpiciuntur a ſole, meridie ve-
ro erunt feruentia pp ſolis reſpectum. Quæ aūt ad occiden
tem ſpectant, orto ſole tepeſcunt, vel etiā frigent, meridie
calent, veſpere feruent, pp caloris continuitatē, & ſolis aſpe
ctū. Si vero ad orientē ſpectabūt, manè quidē pp ſolis op-
poſitionē directā, tēperatè caleſcent. Nec multū in meridie
calor augebit̄, ſole nō directè ſpectante ad locū, veſpere ve
ro totaliter radijs ſolis auerſis loca frigeſcent. Eademq, vel
ſimilis rēperies erit ſi ad aquilonē locus reſpiciat vrbis, ecō
uerſo eſt quod meridie reſpiciente eſt dictū. Experimento
aūt cognoſcere poſſumus, q̄ in maiorē calorem minus ſalu
briter aliquis tranſmutatur. Quæ.n. a frigidis locis corpora
traducuntur, in calida nō poſſunt durare, ſed diſſoluuntur,
quia calor ſugendo vaporē naturales virtutes diſſoluit. Vn
de etiā in ſalubribus locis corpora æſtate infirma reddun-
tur. Quia vero ad corporū ſanitatē conuenientium ciborū
vſus requiritur, in hoc conferre oportet de loci ſalubritate
qui continentcæ vrbi eligit̄, vt ex conditione ciborum di-
ſcernatur qui naſcūtur in terra, quod quidē explorare ſole-

E bant antiq ex aīalibus ibidē nutritis. Cum.n. hoībus alijſq;
aīalibus cōe ſit vti ad nutrimentū his qui naſcuntur in ter
ra, conſequens eſt vt ſi occiſorum aialium viſcera inueniun
tur bene valentia, q̄ hoies ēt in loco eodem ſalubrius poſ-
ſint nutriri. Si vero aīalium occiſorum appareant morbida
mēbra, rationabilibus accipi pōt, q̄ nec hoibus illius loci
habitatio ſit ſalubris. Sicut aūt aer temperatus, ita ſalubris
aqua eſt requirenda. Ex his enim maxime dependet ſanitas
corporū, quæ ſæpius in vſum hoīum aſſumunt̄. Et de aere
quidē manifeſtum eſt. q̄ quotidie ipſum aſpirando intror-
ſum attrahimus vſque ad ipſa vitalia. Vn̄ principaliter eius
ſalubritas ad incolumitatem corporū confert. Itē, quia in-
ter ea quæ aſſumunt̄ per modum nutrimēti, aqua eſt qua ſę
piſsime vtimur, tam in potibus q̄ in cibis. ideo nihil eſt præ
ter aeris puritatē magis pertinens ad loci ſanitatē q̄ aqua-
rum ſalubritas. Eſt & aliud ſignum ex quo conſiderari po-
teſt loci ſalubritas. Si videlicet hoīum in loco cōmorantiū
facies bene coloratæ appareant, robuſta corpora, & bene
F diſpoſita membra. Si pueri multi & viuaces, ſi ſenes multi
reperiantur ibidem. Econuerſo ſi facies hominū deformes
appareant, debilia corpora, exinanita membra vel morbi-
da, ſi pauci & morbidi pueri, & adhuc pauciores ſenes, du-
bitari non poteſt locum eſſe mortiferum.

Qualiter neceſſe eſt talem ciuitatem conſtruendam a Rege habere copiam rerum victualium, quia ſine eis ciuitas eſſe perfecta non poteſt; & diſtinguit duplicem modum iſtius copiæ. primum tn̄ magis cōmendat. Cap. 3.

OPortet aūt vt locus conſtruendæ vrbi electus non ſo
lum talis ſit qui ſalubritate habitatores cōſeruet, ſed
vbertate ad victum ſufficiat. Non.n. eſt poſſe multitu
dinem hoīum habitare vbi victualium non ſuppetit copia,
Vnde, vt vult philoſophus, cum Xenocrates architectus pe
ritiſsimus Alexādro Macedoni demonſtraret in quodā mō-
G te ciuitatē egregiæ formæ conſtrui poſſe. interrogaſſe fert̄
Alexander, ſi eſſent agri q̄ ciuitati poſſent frumentorū co-
piā miniſtrare. Quod cū deficere inueniret, reſpondit vitu-
perandū eſſe ſi q̄s in tali loco ciuitatē conſtrueret. Sicut.n.
natus infans nō pōt ali ſine nutricis lacte, nec ad incremen
tū pduci, ſic ciuitas ſine ciborū abundantia, frequentiā po-
puli habere nō pōt. Duo tn̄ ſunt modi q̄bus alicui ciuitati
pōt affluētia rerū ſuppetere. Vnus q̄ dictus eſt, pp regionis
fertilitatē abundè oia producētis, quę humanæ vitæ reqrit
neceſsitas. Alius aūt p mercationis vium. Ex quo ibidē ne-
ceſſaria vitæ ex diuerſis partibus adducant̄. Primus aūt mo
dus cōuenientior eſſe manifeſtè cōuincit̄. Tanto.n. aliquid
dignius eſt, quāto p ſe ſufficientius inuenitur, q̄a quod alio
indiget deficiens eſſe monſtrat̄. Sufficientiā aūt plenius poſ
ſidet ciuitas, cui circūiacens regio ſufficiens eſt ad neceſſa-
ria vitæ, q̄ illa quæ indiget ab alijs p mercationē accipere.
Dignior.n. eſt ciuitas ſi abundantiā rerū habeat ex territo-
rio pprio, q̄ ſi p mercatores abundet. Cum hoc ēt videt̄ eſſe
H ſecurius, quia pp bellorū euentus, & diuerſa viarū diſcrimi
na de facili poteſt impediri victualiū deportatio, & ſic ciui
tas p defectū victualiū opprimet̄. Eſt ēt hoc vtilius ad con
uerſationē ciuilē. Nā ciuitas quæ ad ſui ſuſtētationē merca-
tionū multitudine indiget, neceſſe eſt vt cōtinuū extra-
neorū conuictū patiat̄. Extraneorum aūt cōuerſatio corrū-
pit plurimū ciuiū mores, ſm Ariſtotelis doctrinā in ſua po
litica, q̄a neceſſe eſt euenire vt hoies extranei aliis legibus,
& conſuetudinibus enutriti in multis aliter agant q̄ ſint ci
uiū mores. Et ſic dū ciues eorū exemplo ad agenda ſimilia
prouocantur, ciuilis conuerſatio perturbat̄. Rurſus ſi ciues
ipſi mercationibus fuerint dediti, pādet̄ pluribus vitijs adi
tus. Nam cū negociatorū ſtudiū maxime ad lucrū tendat, p
negociationis vſum cupiditas in cordibus ciuium traducit̄,
Ex quo cōuenit vt in ciuitate oīa fiant venalia, & fide ſub-
tracta, locus fraudibus aperit̄, publicoq; bono cōtēpto pro
prio cōmodo q̄ſque deſeruiet, deficietque virtutis ſtudium,
dum

dum honor virtutis præmium omnibus deſeretur. Vnde neceſſe erit in tali ciuitate ciuilem conſeruationẽ corrumpi.

Eſt etiam negociationis vſus contrarius q̃ plurimũ exercitio militari. Negociatores.n. dum vmbram colũt, a laboribus vacant, & dum fruunť delitijs, molleſcunt aĩo: & corpora redduntur debilia, & ad labores militares inepta. Vnde ſm iura ciuilia negociatio eſt militibus interdicta. Deniq; ciuitas illa ſolet eſſe magis pacifica cuius populus rarius cõgregat, minusq; intra vrbis mœnia reſident. Ea frequẽti.n. hoium cõcurſu dať occaſio litibus, & ſeditionibus materia miniſtratur; Vnde ſm Ariſt. doctrinam, vtilius eſt quidem ꝙ populus extra ciuitates exerceať, q̃ ꝙ intra ciuitatis mœnia iugiter cõmoreť. Si aũt ciuitas ſit mercationibus dedita, maxime neceſſe eſt vt intra vrbẽ ciues reſideant, ibiq; mercationes exerceant. Melius igitur eſt ꝙ ciuitati victualium copia ſuppetat ex proprijs agris, q̃ ꝙ ciuitas ſit totaliter negociationi expoſita. Nec tñ negociatores oino a ciuitate oportet excludi, quia non de facili poteſt inueniri locus qui ſic **B** omnibus vitæ neceſſarijs abundet, ꝙ non indigeat aliquibus aliunde allatis. eorũq; quæ in eodẽ loco ſuperabũdant, eodem modo redderetur multis dãnoſa copia, ſi per mercatorũ officiũ ad alia loca transferri non poſſent. Vnde oportet ꝙ perfecta ciuitas moderate mercatoribus vtatur.

Qualiter regio quam Rex eligit ad ciuitates, & castra instituenda, debet habere amœnitates, a quibus ciues ſunt arcendi, vt moderate eis vtantur: quia ſæpius ſunt cauſa diſſolutionis. Vnde regimen & quodcunque dominium diſſipatur et annihilatur. Cap. 4.

EST etiam conſtituendis vrbibus eligendus locus qui amœnitate habitatores delectet. Non enim facile deſeritur locus amœnus: nec de facili ad locum illum confluit habitantium multitudo, cui deeſt amœnitas: eo ꝙ abſq; amœnitate vita hoĩs diu durare non poſſit. Ad hãc aũt amœnitatẽ pertinet: ꝙ ſit locus cãporum planicie diſtẽtus, arborum ſetax, montiũ propinquitate conſpicuus: ne- **C** moribus gratus, & aquis irriguus. Verũ quia nimia amœnitas ſuperflue ad delicias hoĩes allicit: quod ciuitati plurimum nocet: ideo oportet ea moderate vti. Primo nãq; homines vacantes delicijs ſenſu hebetãtur. Immergit enim earum ſuauitas ſenſibus aĩam: ita ꝙ in rebus delectantibus liberum iudiciũ habere non poſſunt. Vnde ſm Ariſt. ſententiam Prudentia iudicis per delectationẽ corrũpitur. Deinde delectationes ſuperfluæ ab honeſtate virtutis deficere faciunt. Nihil enim magis perducit ad imoderatũ augumentum: per quod mediũ virtutis corrũpitur: q̃ delectatio: tum quia natura delectationis eſt auida: & ſic modica delectatione ſumpta ꝑcipitať in turpiũ delectationũ illecebras: ſicut ligna ſicca ea modico igne accenduntur. tum ẽt quia delectatio appetitum nõ ſatiat: ſed guſtata ſitim ſui magis inducit. Vnde ad virtutis officium pertinet vt hoies a delectationibus ſuperfluis abſtineant. Sic.n. ſuperfluitate vitata facilius ad medium virtutis peruenietur. Conſequenter etiam deli- **D** cijs ſuperflue dediti molleſcunt aĩo: & ad ardua quæque attentanda: nedũ ad tolerandos labores & pericula abhorrenda puſillanimes fiunt. Vnde & ad bellicũ vſum deliciæ plurimum nocent. Quia vt Vegetius dicit in libro de re militari. Minus timet mortem qui minus deliciarum ſe nouit habuiſſe in vita. Demũ delicijs reſoluti plerunq; pigreſcũt, & intermiſsis neceſſarijs ſtudijs, & negocijs debitis, ſolis delicijs adhibent curam, in quas, quæ prius ab alijs fuerant congregata profuſi diſpergunt. Vnde ad pauperiatẽ deducti, dum conſuetis delicijs carere non poſſunt, ſe furtis & rapinis exponunt, vt habeant, vnde poſsint ſuas voluptates explere. Eſt igitur nociuum ciuitati, vel ea loci diſpoſitione, vel ea quibuſcunq; alijs rebus, delicijs ſuperfluis abundare. Opportunum eſt igitur in conuerſatione humana modicum delectationis, quaſi pro condimento habere, vt animus hoium recreeť, quia vt Seneca dicit de tranquillitate animi ad Serenũ. Danda eſt animis remiſsio. Meliores enim **A** aptioresq; requieti reſurgunt, quaſi proſit aĩo tẽperate delicijs vti, vt ſal in ciborũ coctura pro ipſorũ ſuauitate, quod ſupflue imiſſum illos corrũpit. Amplius aũt, ſi id quod eſt ad finẽ, vt finis quæriť, tolliť & deſtruiť ordo naturæ. Sicut ſi faber quærit martellum ꝓpter ſeipſum, aut carpentarius ſerrã, ſiue medicus medicinã, quæ ordinanť ad ſuos debitos fines. Finis aũt quẽ Rex in ciuitate ſui regiminis debet intẽdere, eſt viuere ſm virtutem. Cæteris aũt quilibet vti debet, ſicut his quæ ſunt ad finem, & quantum eſt neceſſarium in proſequendo finem. Hoc aũt non contingit in his qui ſuperflue delectationibus innituntur, quia tales delectationes non ordinanť ad finem iã dictum, imo quæri videntur vt finis. Quo quidẽ modo videbanť velle vti illi impij, qui in libro ſapientiæ dicunt nõ recte cogitantes, vt dicta ſcriptura teſtatur. Venite fruamur bonis quæ ſunt, quod ad finem pertinet, & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter, &c. quæ ibidem ſequuntur. In quibus imoderatus vſus **B** delectabilium corporis, vt iuuenilis ætatis oſtenditur, & digne a ſcriptura reprehenditur. Hinc eſt ꝙ Ariſt. in ſuis ethicis vſum delectabilium corporis vſui ciborũ aſsimilat, qui amplius minuſue ſumpti ſanitatem corrumpunt. Qui autẽ commenſurati ſunt, & ſaluant & augent. Ita de virtute cõtingit circa amœnitates & delicias hominum.

Qualiter neceſſarium eſt Regi et cuicunque domino abundare in diuitijs temporalibus, quæ naturales vocantur, & ponitur cauſa quare. Cap. 5.

HIs igitur ſic deductis, quæ ad ſubſtantiale eſſe ciuilitatis, ſiue politię, ſeu regalis regiminis requiruntur, ad quorũ inſtitutionem & prouidentiam Rex principaliter debet intendere, agẽdum eſt de quibuſdã quæ ad Regem pertinent in relatione ad ſubditos, vnde & ſuũ regimen quietius gubernetur. Et quãuis ſupra aliqualiter ſit tactum in genere, nũc in ſpecie eſt tractandũ ad maiorem declarationem eorum quæ ſunt agenda per principem.

C Primũ quidẽ vt in ſingulis partibus ſui regiminis abundet in diuitijs naturalibus, quas ſic vocat Ariſto in primo ſuæ politicæ, vel quia naturalia ſunt. ſeu quia homo ipſis naturaliter indiget, vt ſunt vineta, nemora, ſiluæ, viuaria, diuerſorum animalium & auium gñа. De quibus Palladius palatinus Comes, Valentiniano Imperatori, ad præfata exhortans, luculentiſsimo ſtilo, ac diffuſius, documentum tradidit. Hinc etiam Salomon Rex volens oſtendere magnificentiam ſui regiminis. Aedificaui inquit mihi domos, plantaui vineas, feci ortos & pomeria, & conſeui ea cuncti generis arboribus, extruxi mihi piſcinas ad irrigandum ſiluam lignorum germinantium. Cuius quidem triplex ratio ſumi poteſt. Vna ſumitur ex parte vſus ipſius rei, qui quidem delectabilior eſſe videtur in re propria q̃ aliena, eo ꝙ magis vnita. Vnio enim eſt amoris proprietas, vt tradit Dionyſius. Ad amorem autem ſequitur delectatio. Cum enim adeſt quod diligitur, etiam delectationem ſecum affert.

D Amplius aũt & ipſa diligentia operis exercita circa prædicta, in qua quidẽ homo ſibi cõgaudet quãto eſt opus difficilius. Magis.n. amamus cũ non eſt facile quod ſumitur, vt philoſophus dicit. Ea qua rõne & filios diligemus, & quãlibet noſtrã facturam, ſm mẽſurã operis. Adhibẽdo igiť ſolicitudinẽ circa ꝓprias diuitias naturales iã dictas, gratiores iã fiunt q̃ alienæ. Et ſi gratiores, delectabiliores ipſas dicemus. Secũda ratio ſumiť ex parte officialiũ Regis. Si.n. ipſos oporteat recurrere ad conuicaneos pro neceſſarijs vitæ ſui domini, interdũ ſcandala generanť in ſubditis, vel ea rerum cõmercio in quo vel lędit auaritia, quæ ementẽ vel vẽdentẽ concomitatur, vel fraus conturbat. Vnde in prouer. 20. ca. dicitur. Malũ eſt dicit ois emptor, & cũ receſſerit, tũc gloriabitur quaſi fraude vendẽtem præuenerit. Et in Eccleſiaſtico monemur cauere a corruptione emptionis & negociatorũ, quaſi hoc ſit proprium eorum in mercãdo. Amplius autem, ex commercio contrahitur familiaritas ad fęminas, per quod vel ex cauta locutione in alterutrum,

aut

aut aſpectu, aut geſtu cauſatur zelotipia inter ciues, & inde E
cōtra regimen prouocantur. Sed ēt tertia ratio hoc idē con
firmat, quā accipimus ea parte rerum venalium, Victualia
enim quæ venduntur, vt in pluribus non carent ſophiſma-
te, & ideo nō ſunt tantæ efficaciæ ſicut propria ad nutrien-
dum. Vnde idem Salomon in prouerbijs. 5. cap. Bibe inquit
aqua de ciſterna tua. In hoc comprehendens oē nutrimen
tum, ſed præcipue potum, quia facilius pōt ſophiſticari, &
ipſum minus a ſua natura & puritate remotum citius de
ipſius malitia indicat. Rurſus propria victualia ſunt maio-
ris ſecuritatis in ſumendo, quia poſſunt facilius ab extra-
neo venenari vel eſſe nocua, quam ſi in proprio horreo vel
cella reponantur. Vnde & propheta Eſaias. 2. ca. In exalta-
tione retributionis viri iuſti, panis inquit datus eſt ei, &
aquæ eius fideliores ſunt, quaſi propria cibaria & potabilia
ſecuriora ſunt ad ſumendum.

*Qualiter expedit Regi & cuicunque Principi habere alias di
uitias naturales, vt ſunt armenta & greges, ſine qui-* F
*bus domini bene regere terram non poſ-
ſunt. Cap. 6.*

NOn ſolum autē prædicta ad naturales diuitias perti
nent, ſed & diuerſa genera aīantium ex eadē rōne
& cauſa, vt de pcedentibus eſt oſtenſum. In quibus
primo patri tanq̄ prædominanti toti humanæ naturæ da-
tum eſt priuilegium regendi & dominandi, vt in Gen. ſcri-
bitur. Creſcite inquit dominus & multiplicamini & reple-
te terrā, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli,
& cunctis aīantibus quæ mouenī ſuper terram. Vnde ad re
giā maieſtatē pertinet his oībus vti & abundare. Et quanto
plus in his dominatur, tanto plus primi domini principa
tum habet ſimiliorē, cum oia ſint ad vſum hois deputata in
creationis primordio. Propter quod philoſophus dicit in
1. pol. ꝙ venatio aīalium ſilueſtrium naturaliter eſt iuſta,
quia per eā homo ſibi vendicat quod ſuum eſt. Et de piſca
tione & aucupatione ſimiliter dici poteſt. Vnde & natura, G
aues rapaces prouidit & canes ad huiuſmodi officium exer
cendum. Quia vero in piſcibus non eſt aptitudo loci ad ta-
lia miniſteria, loco canum & auium homo retia adinuenit.
Ad ſupplementum igitur & decorē regni, Rex indiget ſu-
pradictis, quibuſdā quidem ad vſum & eſum, vt ſunt piſces
& aues, armenta boum & greges ouium quibus Salomon
abundauit, vt ſcribitur in Eccleſiaſte, & in 3. libro regum,
ad ſui magnificentiā oſtentandā. Aliis aūt aīalibus Rex in-
diget ad miniſterium, vt ſunt equi & muli, aſini & cameli
ad diuerſa miniſteria deputati ſm varias conſuetudines re
gionū. Horum igitur oīum Rex copiā habere debet, quan-
tum eidem eſt poſſe, ſiue de aīantibus deputatis ad eſum,
ſiue ad miniſterium, & propter cauſam iam dictam de aliis
diuitiis naturalibus, quia res propriæ delectabiliores ſunt,
vt ſuperius eſt oſtenſum, tanto plus, quanto plus habēt de
rōne vitæ, vnde magis accedunt ad diuinam aſſimilationē,
quæ eſt maior cauſa amoris. Adhuc aliæ ſunt cauſæ in præ H
dictis propter quas expedit Regi ipſis abūdare vt propriis.
Primo autem ad hoc mouet natura quæ delectatur ea ſuo
opere, dum conſiderat in eis nouum continue modum pro
cedendi in ſuis actibus, ſiue in viuendo, ſiue in generando,
ſiue in parturiendo, ex quibus conſurgit in dominis admi-
ratio, & ex admiratione delectatio. Quòd autem nutritiua
ſit cauſa dilectionis & per cōſequens delectationis apparet
in Exo. in filia Pharaonis quæ Moyſem nutriri fecit. Et po-
ſtea ibidē ſubiungiī, ꝙ poſt nutritionem, ipſum ſibi adopta
uit in filiū. Qua rōne dicit dominus in Oſeæ. Ego quaſi nu
tritus effraym. In hoc inſinuās ſuum affectum ad populum.

Amplius aūt & ipſorū vectura ſiue ſilueſtrium aīalium,
ſiue aliorum pro quibus ſe Principes & Reges gymnaſiis
exponunt, & filios ſuos ſubmittunt, valet ad robur acquirē
dum corporis, & conſeruandum ſanitatem, & cordis vigo-
randam virtutem, ſi temperate vtantur. vt philoſophus tra
dit in ethicis, & hoc cum in pace quieſcunt ab hoſtibus.

vt ſolent Reges Franciæ & Angliæ talibus vti. Et vt de ger
manis in geſtis francorum ſcribit Amonius. Rurſus equi
tatura ad hoc idem mouet, qua reges eſſe debēt ornati ad
decorē regni, & eiuſdē cōtra hoſtes defenſionem, ad quod
aptiores reddunī & expeditiores ſi propria habeant equo-
rum armenta vt mos eſt regibus ac principibus orientis.
Quēadmodum & de Salomone ſcribiī in 3. reg. 4. ꝙ in ſua
florens proſperitate habebat. 40. milia præſepia equorum
curialium. & 12. milia equorū equeſtriū quos cuſtodiebant
ſupradicti regis præfecti. Præterea ſi de aīantibus agatur
quæ ordinanī ad eſum, adhuc magis competit habere pro-
pria, ſiue quadrupedia, ſiue reptilia. i. piſces, quia oībus his
homo delectabilius vtitur, ea hoc ꝙ melius nutriuntur, &
aptiora efficiunī ad eſum, tum quia re cognita in vtendo,
magis gaudemus, tū ēt quia ſecurius & liberius nobis offe-
runī ad eſum, quod eſt actus magis noſtræ proportionatus
naturæ, ex quo & delectabilius agit. Amplius aūt, & cauſa
cōis iā dicta ſuperius ad hoc facit. ſ. vitatio cōmercij cū ci-
uibus, quod pōt eſſe ſcandali adminiculū, præcauendū offi
cialibus regis. Rurſus, hoc exigit magnificentia regis, vt
tranſeuntibus in cibis & potibus vberius adminiſtretur &
largius. Hoc aūt fit expeditius ſi reges abundent gregibus
& armentis. Concluditur ergo ex prædictis ꝙ diuitiæ na-
turales neceſſariæ ſunt Regi, vt in ſingulis regionibus pro
prias habeat ad ſui regiminis & regni munimen.

*Quòd oportet regem abundare in diuitiis artificialibus, vt
eſt aurum & argentum & numiſma ex eis con-
flatum. Cap. 7.*

SEd & de artificialibus diuitiis, vt eſt aurū & argētū, &
alia metalla, & ex ipſis conflata numiſmata, neceſſaria
ſunt regi ad munimen regiminis ſui. Suppoſito. n. ꝙ
collegiū ſit neceſſariū ſm naturā ad regimē cōſtituēdū, ſi-
ue politiā: & per cōſequēs rea, & quicunque dominus quī
multitudinem regat, oportet vlterius concludere de ſibi
cōneao, videlicet theſauro, vt eſt aurū, & argentū, & ex eis
cōflatū numiſma, ſine quo ſuū regimē rex cōgrue & oppor
tune exercere nō pōt, quod quidem oſtendi pōt multiplici
via. Prima quidē manifeſtatur ex parte regis. Hō. n. in cō-
mutationibus faciendis auro vel argento ſiue numiſmate
vtiī: vt inſtrō. Vnde philoſophus dicit in 5. ethi. ꝙ numiſ-
ma, eſt quaſi fideiuſſor futuræ neceſſitatis, quia cōtinet oīa
opera ſicut ipſarum preciū. Si ergo quilibet indiget multo
magis rex, quia ſi ſimplr ad ſimpliciter, & magis ad magis.
Rurſus virtus proportionaī naturæ, & quibus virtuti. Natu
ra aūt ſtatus regalis quandā habet vtilitatē, eo ꝙ cōis eſt po-
pulo ſibi ſubiecto, ergo & virtus, & ſimiliter opus. Si ergo
ſtatus dñorū ſm ſuā naturam, eſt cōicatiuus, ergo virtus &
operatio. Hoc aūt eſſe nō pōt ſine numiſmate, ſicut nec fa-
ber, nec carpētarius, ſine propriis inſtris. Itē ad idem ſm
Philoſophum in 4. ethi. virtus magnificentiæ magnos ſum-
ptus reſpicit. Magni aūt ſumptus ad magnū ptinent, qđ eſt
rex, vt ipſe philoſophus tāgit ibidē. Vnde in Heſter primo
ſcribiī de Aſſuero, q in oriēte dñabaī. 127. pṽinciis ꝙ in cō
uiuio qđ fecit principibus ſui regni miniſtrabaī in cibis &
potibus put exigebat magnificētia regis. Hoc aūt ſine in-
ſtrō vitæ fieri nō pōt, qđ eſt numiſma, ſiue aurū, vel argētū.
Quare idē qđ prius. Cōcludiī ergo ea parte regis eidē the
ſaurū eē neceſſariū, q artificiales diuitias cōtinet. Secūda
via ſumiī in cōparatione ad populū, ſiue in gñe, ſiue in ſpe
cie, q a ad hoc debet rex abūdare pecuniis, vt poſſit ſuæ do
mui pṽidere in neceſſariis, & ſuorū ſubuenire neceſſitati-
bus ſubditorum. Vt. n. tradit philoſophus. 8. ethi. Sic ſe rex
hēre debet ad populū ſicut paſtor ad oues, & ſicut pater ad
filios. Sic ſe habuit Pharao ad totā terrā Aegypti, vt in Gen.
ſcribiī. De publico. n. ærario frumētū emit: quod ingruente
fame diſtribuit ſecundum prudentiā Ioſeph, ne populus fa
me deficeret. Saluſtius etiam narrat ſententiam Catonis in
Catili. Qualiter reſpub. profecit Romanis quia æra-
rium publicū viguit Romæ: quo deficiente ad nihilum eſt
redacta

redacta, vt temporibus eiuſdem Catonis dicit accidiſſe.

Amplius aũt, quodlibet regnũ, ſiue ciuitas, ſiue caſtrum, ſiue quodcũq; collegium aſsimilaꝛ humano corpori, ſicut ipſe philoſophus tradit. Et hoc idẽ in policrato ſcribiꝛ: vnde cõparaꝛ ibidẽ cõe ærariũ Regis ſtomaco, vt ſicut in ſtomaco recipiũtur cibi, & diffunduntꝛ ad mẽbra, ita & ærariũ Regis repleꝛ theſauro pecuniarũ, & cõicatur atq; diffunditur pro neceſsitatibus ſubditorũ & regni. Rurſus & in ſpecie hoc idẽ contingit. Turpe eſt.n. & multum regali reuerẽtiæ derogat a ſuis ſubditis mutuare ꝓ ſumptibus Regis vel regni. Amplius aũt ex hac ſubiectione mutui ſuſtinetur a dñis vt per ſubditos ſiue quoſcunq; fiant ſuper regnũ exactiones indebitæ. Vnde ſtatus eneruaꝛ regni. Item ad idem. In mutuis ſæpe mutuãs ſcandalũ patitur, quia hæc eſt natura mutuantis, vt difficile ſit ei mutuũ reddere. Vnde ſnia fertur eſſe Biantis vnius de ſeptẽ ſapientibus. Amico a te mutuante pecuniã, & ipſum & pecuniã perdis. Neceſſarium eſt igitur Regi artificiales diuitias congregare, ex cauſis iã dictis, in cõparatione ad populũ, ſiue in genere, ſiue in ſpecie. Tertia aũt via ad hoc idẽ probandũ accipitur in reſpectu ad rẽ, ſiue perſonã extra regis dñium conſtitutã. Quarum quidẽ duo ſunt genera, vnum. videlicet. inimicorum contra quos oportet ærarium publicum Regis eſſe plenũ. Et primo pro ſumptibus ſuæ familiæ, ſecundo pro ſtipendiis militũ conductorum, cum contra hoſtes mouet exercitum. tertio ad præſidia reſarcienda, vel conſtituenda, ne hoſtes inuadant terminos ſui regni. Aliud aũt genus in augmentum tendit ſui regni, vnde & neceſſarius Regi eſt theſaurus. Contingit.n. interdũ regiones grauari vel penuria vel onere debitorum, aut ẽt ab hoſtibus: & recurrunt tunc ad regni ſubſidium. Quibus ſubueniendo cum inſtrumẽto vitæ, quod aurum, vel argẽtum, vel quodcunque numiſma, ſubiiciuntur eidẽ, & ſic augmentatur regnum. Liquet ergo ex dictis, Regi neceſſarias eſſe artificiales diuitias ad conſeruationem ſui regiminis ex tribus cauſis iam dictis. Vnde ẽt in Iudith ſcribiꝛ ꝙ Holofernes Princeps Nabuchodonoſor, qñ inuaſit regiones Syrię & Ciliciæ cũ exercitu magno, tulit aurũ & argentũ multũ nimis de domo Regis, paratũ, videlicet ad expeditionẽ contra ſuos hoſtes. Et hoc idẽ de Salomone ſcribiꝛ in libro ſuperius allegato, inter actus regalis magnificentiæ Coaceruaui inquit mihi aurũ & argentũ, & ſubſtantiã Regũ ac prouinciarũ, ſubſtantiã vocãs numiſmatum theſauros, ꝓꝑ tributa ab ipſo exacta, & pr̃is ſui Dauid, vt patet. 2. & 3. libris Regũ. Et hoc ideo, quia ſm Philoſophum in ethicis, humanæ vitæ ſunt inſtrumentũ, vt dictum eſt ſupra. nec illud contradicit diuino ꝓcepto tradito à domino in Deuteronomio ꝑ Moyſen quantũ ad Reges & Principes populi. Ibi enim lex ſcribitur de Rege ꝙ non habeat auri vel argẽti immenſa pondera. Quod quidem intelligendum eſt ad oſtentationẽ, ſiue faſtum regalem, vt de Crœſo Rege Lidorum narrant hiſtoriæ, ex qua cauſa ruinã paſſus eſt, quia captus a Cyro Rege Perſarum nudus in alto monte patibulo eſt affixus. Sed ad ſubuentionem regni, omnino eſt neceſſarium propter cauſas iam dictas.

Qualiter ad regimen regni & cuiuſcunque dominij neceſſarij ſint miniſtri ſibi, incidenter diſtinguitur de duplici dominio politico et deſpotico, oſtendens multis rationibus quòd politicum oportet eſſe ſuaue. Cap. 8.

NOn ſolum aũt diuitiis oportet Regem eſſe munitũ, ſed ẽt miniſtris. Vnde & ille magnus Rex Salomon in pręallegato libro dicit de ſeipſo. Poſſedi ſeruos & ancillas & familiam multã nimis. Quod autẽ poſsidetur in dominio videtur eſſe poſsidentis. Et ideo hic diſtinguẽdum eſt circa dominium incidenter. Duplex.n. principatus ab Ariſt. ponitur in ſua politica: quorum quilibet ſuos habet miniſtros: licet plures ponat in 5. politicorum, vt ſupra eſt diſtinctum, & infra ẽt declarabitur: politicus, videlicet, & deſpoticus. Politicus quidẽ qñ regio: ſiue prouincia, ſiue A ciuitas, ſiue caſtrum per vnum, vel plures regitur, ſm ipſorum ſtatuta: vt in regionibus contingit Italiæ, & præcipue Romæ: vt per Senatores & Conſules pro maiori parte ab vrbe condita. Horum aũt dominiũ conuenit amplius quadam ciuilitate regere, eo ꝙ in ipſa ſit continua de ciuibus: ſiue extraneis alternatio. Sicut de Romanis ſcribitur in 1. Mach. 8. vbi dicitur ꝙ per ſingulos annos cõmittunt vni homini magiſtratum ſuum dominari vniuerſæ terræ ſuę. Vnde duplex eſt in tali dominio ratio, quare ſubditi nõ rigide poſſint corrigi, vt in regali dominio. Vna ſumitur ex parte regẽtis: quia temporaneum eſt eius regimen. Ex hoc enim diminuitur eius ſolicitudo in ſibi ſubditis, dum conſiderat ſuum tã breui tẽpore dñium terminari. Propter qđ & iudices populi Iſrael qui politice iudicabant, moderatiores fuerunt in iudicando quã Reges ſequentes. Vnde Samuel qui dictũ populũ certis iudicauit tẽporibus, ſic ait ad ipſos, volens oſtendere ſuũ regimen fuiſſe politicum & nõ regale quod elegãter. 1. Regũ. 17. Loquimini inquit de me B corã dño & Chriſto eius. vtrũ bouẽ cuiuſquã tulerim, aut aſinũ. Si quẽpiam calũniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu alicuius munus accepi. Quod quidẽ, qui regale dñiũ habent, nõ faciunt, vt infra patebit, & in 1. lib. Regũ dictus propheta oſtendit. Amplius autẽ, modus regendi in dictis partibus vbi politicum eſt dñium, mercenarius eſt. Mercede enim dñi conducunꝛ. Vbi autẽ merces pro fine præfigiꝛ nõ tñ intendiꝛ regimini ſubditorũ: & ſic per cõſequens tẽperaꝛ correctionis rigor. Vnde & dominus in Ioanne 10. cap. dicit de talibus. Mercenarius aũt, & qui non eſt paſtor, cui nõ eſt cura de ouibus: quia.ſ. ad tẽpus præponiꝛ: videt lupum & fugit. Mercenarius autẽ fugit: quia mercenarius eſt, quaſi ipſa merces ſit ſibi finis regiminis, & ſubditos ſibi poſtponat. Propter quod & antiqui Romani duces, vt ſcribit Maximus Valerius, curã gerebant reip. ſumptibus propriis, vt Marcus Curius, & Fabritius, & multi alii. Vnde reddebantur ad curã politię audaciores & magis ſoliciti, quaſi C tota in hoc eſſet eorum intentio & maior affectus. Et in talibus verificaꝛ Catonis ſententia, quã Saluſtius refert in catilinario. Vnde reſpu. ex parua effecta eſt magna, quia in illis domi fuit induſtria, foris iuſtum imperium. animus in conſulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Secunda autẽ ratio vnde dominium politicum oportet eſſe moderatum, ac cum moderatione exercitum: ſumitur ex parte ſubditorum, quia talis eſt eorum diſpoſitio, ſm naturã proportionata tali regimini. Probat enim Ptolomæus in quadripartito, regiones hominum eſſe diſtinctas ſm cõſtellationes diuerſas, quãtum ad mores & regimen, circunſcripto ſemper ſm ipſum ſuper ſtellarum dominium imperio voluntatis. Vnde regiones Romanorum ſub Marte ponuntur ab ipſo, & ideo minus ſubiiciles. Propter quod ex eadẽ cauſa præfata gens eſſe ponitur inſueta pati cum ſuis terminis, & ſubdi neſcia, niſi cum non poſſit reſiſtere, & quia impatiens alieni arbitrii, & per conſequens ſuperioris inuidia. Inter Romanos præſides, vt in 1. Mach. 8. ca. ſcri- D bitur, nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, & vlterius ſubditur effectus iſtius humilitatis, quia nõ eſt inuidia, nec zelus inter eos. Quadã igitur placabilitate animi vt natura requirit ſubditorum illius regionis, & inceſſu humili rẽpu. gubernabant, quia vt tradit Tullius in Philippicis. Nullum maius armatorum præſidium caritate & beniuolentia ciuium, qua oportet principantẽ eſſe munitum non armis. Et hanc ẽt ſententiã refert Saluſtius de Catone quantum ad antiquos patres Romanos. Rurſus ad idem, cõfidentia ſubditorum ſiue de exoneratione dñii regentiũ, ſiue dominandi in ſuo tẽpore congruo reddit ipſos ad libertatẽ audaces, ne colla ſubmittãt regentibus. vnde oportet politicum regimen eſſe ſuaue. Amplius autem eſt certus modus regendi, quia ſm formã legum, ſiue cõmunium ſiue municipalium cui rector aſtringitur, propter quã cauſam & prudentia principis, quia non eſt libera tollit, & minus imitatur diuinam. Et quamuis leges a iure naturæ trahant

hant originem:vt Tullins probat in tractatu de legibus : & E
ius naturæ a inre diuino,vt teſtatur Dauid propheta.Signa
tum eſt inquiens lumen vultus tui ſuper nos domine: defi-
ciunt tamen in particnlaribus actibus,quibus oibus legiſ-
lator prouidere non potnit ex ignorantia ſubditorum futu
rorum. Et inde ſequitur in regimine polirico diminutio :
quia legibus ſolum rector politicus indicat populũ. Quod
per regale dominium ſuppletur dum non legibns obliga-
tus , per eam cenſeat quæ eſt in pectore Principis: propter
quod diuinam magis ſequitur prouidentiam , cui eſt cu-
ra de omnibus : ut in lib.Sapien. dicitur. Patet igitur qua-
lis eſt principatus politicus & modus eius regendi. Nunc
videndnm eſt de principatu deſpotico.

De principatu deſpotico quis eſt, & qualiter ad regale reduci tur. Vbi incidenter comparat politicum ad deſpoticum ſecundum diuerſas regiones & tempora.

Cap. 9.

EST autem hic aduertendum, ꝙ principatus deſpoti- F
cus dicitur qui eſt domini ad ſeruum: quod quidem
nomen græcum eſt. Vnde quidam domini illius pro-
uinciæ adhuc hodie deſpotæ vocantur: qnem principatum
ad regalem poſſumus reducere:vt ex ſacra liquet ſcriptura.
Sed tunc eſt quæſtio, quia philoſophus in primo polirico-
rum diuidit regale contra deſpoticum. Hoc aũt in ſequen-
ti libro declarabitur: quia ibidem occurrit diffiniendi ma-
teria : ſed nunc ſufficiat per diuinã ſcripturã probare quod
dicitur. Tradnntur enim leges regales per Samnelem pro-
pheram Iſraelitico populo quæ ſeruiturem important. Cũ
enim petiuiſſent Regem a Samuele iam ætate defecto:& fi
lijs ſuis non iuſte dominantibus modo politico: vt iudices
alij dicti populi fecerant,conſulto domino rñdit. 1. Reg.8.
Audi inquit vocem populi in his quæ loquuntur. Verũta-
men conteſtare eos:& prædic eis ius Regis. Filios veſtros
tollet & ponet in curribus ſuis: facietq; ſibi currus,& equi
tes,& præcurſores quadrigarum ſuarum : & cõſtituet ara- G
tores agrorum ſuorum , & meſſores ſegetum,ac ſabros ar-
morum ſuorum , filias quoque veſtras faciet ſibi ſocarias ,
vnguentarias , ac panificas,& ſic de alijs condirionibns ad
ſeruitutem pertinentibns, quæ in primo libro. Regum tra
duntur,per hoc quaſi volẽs oſtendere ꝙ regimen politicũ,
quod erat iudicum & ſnum fuerat , ſructuoſius erat popu-
lo.Cuius tamen ſuperius contrarinm eſt oſtenſnm. Ad cu-
ius dubij declarationẽ ſciendum eſt , ꝙ ex dnplici parte re
gimen politicnm regali præponitur. Primo quidem ſi reſe-
ramus dñium ad ſtatum integrum bumanæ naturę, qui ſta
tus innocentię appellaf, in quo nõ fuiſſet regale regimen:
ſed politicum, co ꝙ tunc non fuiſſet dñium quod ſeruitu-
tem haberet ſed pręeminentiam & ſnbiectionẽ in diſponẽ
do & gubernãdo multitudinem ſm merita cuiuſcuoq; : vt
ſic,vel in influendo,vel in recipiendo influentiã , quilibet
eſſet diſpoſitus ſm congruentiã ſnæ uaturæ. Vnde apud ſa-
pientes & homines virtuoſos , vt fuerunt antiqui Romani
ſm imitationem talis naturæ,regimen politicũ melius fuit. H
Sed quia Peruerſi difficile corrigenf : & Stultorum infini-
tus eſt numerus: ut dicitur in Eccleſiaſte. in natura curru-
pta regimen regale eſt fructuoſius: quia oportet ipſam na-
turã humanã ſic diſpoſitam , quaſi ad ſui fluaum limitibus
reſrenare. Hoc aũt facit regale faſtigium. Vnde ſcriptum
eſt in prouer.20.cap.Rex qui ſedet in ſolio iudicij,diſsipat
oẽ malum intuitu ſuo. Virga ergo diſciplinæ quã quilibet
timet,& rigor iuſtitiæ ſunt neceſſaria in gubernatione mũ
di,quia per ea populus & indocta multiudo melius regi-
tur.Vnde apoſtolus ad Ro.13. dicit,loquens de rectoribus
mnndi, quod nõ ſine cauſa gladium portat,vindex in iram
Dei qui male agit. Et Ariſt.dicit in ethicis ꝙ Pęnæ in legi-
bus inſtitutæ ſunt medicinę quædã. Ergo quantum ad boc
excellit regale dominium.Amplius autem & ſitus terræ ſe-
cnndum ſtellarum aſpectum regionem diſponit,vt dictum
eſt ſupra.vnde videmus quaſdam prouincias aptas ad ſer-
uitutem,quaſdã aũt ad libertatem.Propter qđ Iulius Cęſar
& Amonius qni deſcribunt geſta francorũ & germanorũ ,
eos mores & actus attribunnt eiſdẽ in quibus ẽt nunc pſe
uerant. Romani aũt ciues aliqno tpe vixerunt ſub regibus
a Romulo.videlicet. vſq; ad Tarquinium ſuperbum.Cuius
curſus ann. 264.fuit,vbi,vt hiſtorię tradnnt.Sic & Athenię
ſes poſt mortẽ Codri regis ſub magiſtratibns vixernnt , qa
ſub eodẽ climate conſtituti.Conſiderãtes enim ꝙ dicta re-
gio magis apta foret,ex cauſis iam dictis,ad politicum regi
men ſic ipſam rexerunt , vſqne ad tempora Iulij Cęſa. ſub
Conſulibns,Dictatoribus,& Tribunis , quod fuit quadrin-
gentorum quadraginta quatnor annorum. In quo quidem
tempore vt dictum eſt ſupra tali regimine multum profe-
cit reſpu. Patet igitur qua conſideratione politiam regno,
& regale dominium politiæ præponimus.

Habita diſtinctione dominij hic diſtinguitur de miniſtris ſecundum differentiam dominorum , & quædam genera miniſtrorum oſtendit omnibus dominis cõmunia. Poſtea probat ſeruitutem in quibuſdam eſſe naturalem. *Cap.10.*

HIs igitur ſic deductis,videndum eſt de miniſtris qui
ad regiminis ſunt completum, qnia ſine eis quod-
cunq; dñium tranſire non poteſt, vt per eos ſm gra
dum perſonarum exerceantur officia,diſtribuanf opera, &
adminiſtrentur neceſſaria,ſiue in regno , ſiue in quacunq;
repu.& ſecundum merita cuiuſcunq; in ea contenti. Vnde
primus dua in Iſraelirico popnlo Moyſes a Iethro cognato
ſno merito redarguif, ut patet in Exo.18.cap. Quia ipſe ſo-
lus ſatisfaciebat populo ſuo ſine miniſtris.Stulto inquit la-
bore conſnmeris tu,& populus iſte qui tecũ eſt,& vltra vi-
res tuas eſt,nec poteris ſuſtinere. Prouide inqnit viros po-
tentes & timentes deum in quibus ſit veritas , & qui ode-
rint auaritiam,& cõſtitue ex eis Tribnnos, & Centnriones
& Qninquagenarios,ac Decanos, q iudicent populũ. Hoc
idem de Romanis inuenitur.Quia cnm regũ regimen ceſ-
ſaſſet ab vrbe,Brutus factus conſul, prum in conſulatu ſo
lus vrbem rexit:ſed monentibus bellnm Sabinis , eidẽ per
ſenatum adiunctus eſt Dictator,qui dignitate Cõſules prę-
ibat.Quorum primns Lamius vocatus eſt. Hoc etiã tempo
re adiunctus eſt magiſter eqnitum qui dictaturæ obſeque-
retur.Quorum primus Spurius Caſsius.Poſt hæc,quaſi cir-
ca idem tempus,inſtituti ſnnt Tribuni, qni in fauorem po
puli eſſent. Quod pro tãto ſit dictum ad oſtendendũ qnod
regimen cuiuſcnnq; collegij ſiue prouinciæ, ſiue ciuitatis,
vel caſtri,ſine miniſterio diuerſorum officialinm bene regi
non poteſt.Sed circa hoc diſtinguendum de eis videf , ſm
diuerſitatem regiminis,qnia oportet miniſtros dominis cu
iuſcnnqne regiminis eſſe conformes ſicut membra capiti.
Vnde regimen politicnm miniſtros requirit ſm qualita-
tem politiæ. Propter quod hodie in Italia oẽs ſunt merce-
narij,ſicut & domini, & ideo agunt ſicut mercede condu-
cti,non ad vtilitatem ſnbditorum,ſed ad lucrum ſnum,prę
ſtituentes in mercede finem. Quando vero gratis miniſtra-
bant,vt antiqui Romani, tunc eorum ſollicitudo figebatur
ad rempu.ſicut ad finem. Et inde proficiebant. Sicut maxi-
mus Valerius narrat de Camillo.qui precatus eſt ꝙ ſi alicui
deorum felicitas Romanorum nimia videretur , eius inui-
dia ſuo & non reipu. incommodo ſatiaretnr.Sed regalis rę
giminis alij ſunt miniſtri perpetuis officijs deputati ad mi-
niſtrandum Regi pro ſuo ſuique popnli fructu, vt ſunt Co
mites,Barones,& milites ſimplices , feudatarij , qui ea ſuo
feudo & ipſi & ſui ſucceſſores ad regni gubernacula ſunt
obligati perpetuo.Vnde patet & miniſtros eſſe neceſſarios
cuicunque dominio,& ſecundum ipſius dominantis condi
tionem miniſtros debere conſtitui. Propter quod & in ec-
cleſiaſtico dicif,Secundũ iudicẽ populi,ſic & miniſtri eius:
& Qualis rector eſt ciuitatis,tales & inhabitantes in ea.

Diſtingunntur aũt & alia quatuor genera miniſtrorum
a philoſopho

a Philoſopho in politica, qui haberi poſſunt regimini ma-
gis coniuncti. Quidam enim ſunt quos habet ciuilitas ſiue
regimen omnino neceſſarios ad vilia officia exercenda do-
minorum, de quibus natura prouidit, vt ſint gradus in ho-
minibus, ſicut & in alijs rebus. Videmus enim in elementis
eſſe infimum & ſupremum. Videmus etiam in mixto ſemp
eſſe aliquod prædominans elementum. In plantis etiã quæ
dam deputata ſunt ad humanum cibum, quędam ad fimum
& eodem modo in animalibus. Sed & in homine inter mẽ-
bra corporis ſimiliter erit. Hoc idem conſideramus in rela
tione corporis ad animam. Et in ipſis etiã potentijs animæ
in alterutrum comparatis, quia quædam ordinatæ ſunt ad
imperandum & mouendum, vt intellectus & voluntas, quę
dam ad ſeruiendum eiſdem ſm gradum ipſarum. Ita inter
homines erit. Et inde probatur eſſe aliquos ninn ſeruos ſe
cundum naturam. Amplius autem contingit aliquos defi-
cere a ratione propter defectum naturæ. Tales autem opor-
tet ad opus inducere per modum ſeruilem, quia ratione vti
B non poſſunt. Et hoc iuſtum, naturale vocatur. Hæc autem
omnia Philoſophus tangit in primo Poliricorum. Sunt aũt
& alij miniſtri ad idem deputati officium, alia ratione, vt in
bello deuicti. Quod lex humana non ſine ratione ſic ſtatuit
ad acuendum bellatores pro rep. fortiter pugnandum, vt
videlicet victi ſubijciant victoribus iure quodã, quod Phi-
loſophus in prædicto loco iuſtũ legale appellat. Vnde iſti
quamuis vigeant ratione, ad ſtatum tamen rediguntur ſer
uorum, quadam militari lege, ad acuendum corda bellan-
tium. Et hunc modum obſeruauerunt Romani. Vnde tra-
dunt hiſtoriæ. T. Liuium tantæ eloquentiæ virum a Roma-
nis captum in ſeruitutem redactum, ſed propter ſuam pro-
bitatem a Liuio Nobiliſsimo Ro. ſub cuius ditione traditus
erat, manumiſſus ab ipſo cognomen accipiẽs. T. Liuius eſt
vocatus, quem libertati tradidit pro ſuis filijs inſtituendis
in liberalibus artibus, cui ante nõ licuiſſet, ſecundum Prin
cipum inſtituta. Hoc etiam & lex diuina præcepit, vt in
C Deuteronomio patet. Sunt autem & alia duo genera mi-
niſtrorum in familia aſsiſtentium videlicet vel mercede cõ
ductorum, ſeu ſeruientium quadam beniuolentia & amo-
re ad ſui honoris cumulũ, vel virtutis ꝓfectũ, vt ſunt mini
ſtrãtes Principi in domeſtica domo, ſiue de re militari, ſiue
aucupij, ſiue venationis ſiue in alijs reb. familiarib. domus,
de quibus non eſt mõ dicendum per ſingula, & pro quibus
quis captat vel amicitiam, vel gratiam dominorum, vel mer
cedem reportat, vel virtutis laudem acquirit. Vnde in pro-
uerbijs dicitur, ꝙ acceptus eſt regi miniſter intelligens. Et
in Eccleſiaſtico. Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi ſicut ani-
ma tua. Concludendum eſt igitur ꝙ ad complementum re
gni, & fulcimentum regiminis, quæ dicta ſunt ſupra de di-
uitijs & miniſtris, Princeps debet eſſe munitus. Propter
quod Philoſophus dicit in 8. Ethi. Quòd non eſt Rex, qui
per ſe non eſt ſufficiens, & omnibus bonis ſuperexcellens.
Quibus omnibus ſuperabundauit Rex Salomon, vt patet
D in 3. lib. Reg. Sed præcipuè in ornatu, & ordine miniſtrorũ,
de quo admirata Regina Saba, maior eſt inquit ſapientia
tua q̃ rumor quem audiui. Beati viri tui, & ſerui tui hi, qui
aſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.

Quòd neceſſarium eſt Regi & cuilibet domino in ſua iuriſdictione, munitiones habere fortiſſimas, & rationes quare ibi multæ ponuntur. Cap. 11.

POſt hæc autem ad robur dominij, ſiue Regalis, ſiue
Politici, neceſſariæ ſunt munitiones ad quas ſe con-
ferant domeſtici Regis, vel ipſe Rex. Cuius rei docu-
mentum accipimus a Rege Dauid, qui poſtquam cępit
Hieruſalem accepit montẽ Sion pro ſuo munimine, ibiq;
arcem ædificauit, vbi dogmatum fiſtulæ ducebantur vſque
ad Mello: ipſamque arcem ſuam vocauit ciuitatem. Hoc
autem vbique Reges obſeruãt, ꝙ in ſingulis ciuitatibus &
A caſtris ſpeciale habent præſidium, ſiue arcem, vbi degit Re-
gis familia & officiales eiuſdem. Cuius quidem rei multæ
ſunt cauſæ: vna ſumitur ex parte principum: quia expedit
eis eſſe in loco tuto, vt in regendo, corrigendo, & gubernã
do ſint magis ſecuri, & in exequendo iuſtitiam efficiantur
audaces. Vnde & Romani conſules & ſenatores, tutiorem
elegerunt locum, videlicet Capitolium, de quo narrant hi-
ſtoriæ, ꝙ tota occupata ab hoſtibus vrbe Roma, in ipſo per-
manſerunt illæſi. Amplius autem, & Regi, ſuæque fami-
liæ maior honeſtas hoc exigit, ne vel earum commercio
cum ſubditis vilificetur in conſpectu populi ipſorum ma-
ieſtas, vel ex incauto aſpectu vbi maxime requiritur pudi-
citia, ſicut ſenes populi Troiani ſe habebant ad Helenam,
vt philoſophus dicit in Ethi. vel Populus Regis indignatio
nem incurrat, vel ipſe & ſui ſe dehoneſtandi in ſubditis
occaſionem aſſumant. In quem caſum lapſus eſt Rex Da-
uid circa vxorem Vriæ ſcutiferi Ioab, quam lauantem vi-
dit de ſolario domus Regiæ, vt ſcribitur in ſecundo li-
B bro Regum. Secunda ratio ſumitur ex parte populi,
qui magis ſenſibilibus mouetur quàm ratione ducatur.
Cum enim vident magnificos ſumptus Regum in muni-
tionibus, facilius ex admiratione inclinantur ad obedien-
tiam, & ad ſuis parendum mandatis, vt Philoſophus dicit
in ſexto Politicorum. Amplius autem, minorem cau-
ſam habent rebellandi, ſeu ſubijciendi ſe hoſtibus, dum
nimium infeſtantur. Cum enim miniſtros Regis muni-
tionibus habent præſentes, ſolicitantur audacius ad defen
ſionem ſui. Sic & Iudas Machabæus fecit de arce Syon.
Quam deuictam cinxit muris fortiſsimis & turribus altis
pro defenſione patriæ contra hoſtes, vt ſcribitur in primo
Machab. Et ſimiliter in Bethſuram munitiones fortiſsimas
extruxit contra faciem Idumeæ. Rurſus ad idem, neceſſa-
riæ ſunt munitiones principibus pro conſeruandis diuitijs
quibus abundare debent, vt dictum eſt ſupra, & vt eiſdem
poſsint cum ſua familia liberius vti, vnde & miniſtri fiant
C ad pręparandum neceſſaria promptiores, quòd eſt delecta-
bilius ac honorificentius etiam in domeſtica domo. Hoc
enim eſt proprium in humanis actibus, quòd ex ordine de
bito cauſant ſpeciem, ſiue pulchritudinem, tanquam in re
proportionata & commenſurata in ſuis partibus. Vnde
conſequitur in nobis ſpiritualis lætitia, quæ ex ſe quaſi ex-
taſim facit quam paſſa videtur Regina Saba in aſpectu ordi
nis miniſtrorũ curiæ Salomonis, vt ſuperius eſt oſtenſum.

Quòd ad Bonum regimen regni, ſiue cuiuſcunque dominij ſpectat ſtratas, ſiue quaſcunque vias in regione vel prouincia habere ſecuras & liberas. Cap. 12.

ESt & aliud neceſſarium Regi ad bonum regimen re-
gni, ad quod ordinantur ipſe munitiones, vt videli-
cet ſtratas faciant ſecuras, & aptas ad tranſeundum,
ſiue pro aduenis, ſiue pro indigenis, vel regalibus ſuis.
D Viæ enim communes ſunt omnibus quodam iure natu-
ræ, & legibus gentium. Propter quod prohibentur a ne-
mine occupari, nec vlla præſcriptione, nec quocunque
temporum curſu ius de eiſdem poſſet alicui acquiri. Vn-
de in libro Numerorum via publica, via Regia nomina-
tur, ad ſignificandum eius eminentiam. Vbi Auguſtinus in
gloſa dictum verbum exponit, quia pro tanto ſic appel-
latur, quia debet eſſe libera cuilibet tranſeunti innoxio
ratione humanæ ſocietatis. Propter quod & ibidem ſcri-
bitur, quòd Amorræis contradicentibus, ne filij Iſrael tran
ſirent per eos cum ſola via Regia gradi permitterent, hoc
eſt ſine læſione aliqua Regionis, dominus mandauit ipſos
deleri. Vt autem ſtratæ in ſua communitate ſint liberæ, &
tranſeuntibus forent ſecuræ, iura principibus permittunt
pedagia. Vnde & eis ſeruantibus quæ viatoribus ſunt præ
dicta, officiales Principum ipſa merito poſſunt exigere, &
proficiſcentes, debitè obligantur perſoluere.
Amplius autem, & viarum ſecuritas in regimine regni

principibus eſt fructuoſa, quia illuc magis confluunt mercatores cum mercibus, vnde & regnum in diuitijs creſcit. Qua ratione in vrbe aucta fuit reſp. ꝓpter vias, circa quas ſollicitabantur expeditas habere, & ſtratæ vocabantur Romanæ, vt homines magis redderentur ſecuri ad deferendũ merces, ac ſub ſimulatione callida ſub nominibus librarij permutatis, vt latrones ignorarent tempus, ſicut computiſtæ ſcribunt, cum in vrbe celebrarentur nundinæ, ſic eos decipiebant. Quædam etiam extra vrbem inſtitutæ, fuerunt per Romanos principes, eorumque ſunt intitulatæ nominibus, vt ex hoc maiorem obtinuerint firmitatem, & loca tutiora aduenientibus redderentur, vt forum Iulij, quod in confinibus multarum prouinciarum & diuerſis regionibus adhuc nomen remanſit.

Amplius autem & per diuerſos cõſules ac ſenatores Romanos ſtratæ ſunt inſtitutę, extendentes ſe ad diuerſas prouincias, quorum titulis autenticari viderentur ad liberiorem, ac ſecuriorem acceſſum ad vrbem, vel ad ipſorum memoriam clariorem. vt via Aurelia ab Aurelio principe, via appia ab Appio ſenatore. Quarum prima tendebat verſus Reatem, vbi hiſtorię prouinciam Aureliam ponunt. Secunda vero in Campaniam ſuum habebat progreſſum, ac ſic de ſingulis alijs, ſiue conſulibus, ſiue ſenatoribus, vt Flamminio vel Aemilio, à quibus ſtratę vel prouinciæ ſunt nominatæ propter cauſam iam dictam.

Rurſus & diuinus cultus in hoc augetur, propterea ꝙ promptiores ſunt homines ad reuerentiam diuinam, cum liber eſt aditus viarum ad indulgentiã, ſiue ad aditum ſancti. Vnde & præcipuum motiuum Romanorum fuit ſtratas faciendi ſecuras, diuinus videlicet idolorum cultus ꝓ quo multum zelabat reſp. vt Maximus Valerius ſcribit in principio libri ſui. Sacra etiam ſcriptura in Eſdra refert, reuerentiam templi impeditam fuiſſe propter hoſtes in circuitu, propter quod & tradita fuit ędificatio templi. Iuxta quod Domino dicitur in Io. Quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt templum hoc, & tu in triduo reædificabis illud?

Quòd in quolibet regno & quocunque dominio neceſſarium eſt numiſma proprium, & quot bona ex hoc ſequuntur, & quæ incommoda, ſi non habeatur. Cap. 13.

His igitur expletis agẽdum eſt de nũmiſmate, in cuius vſu vita hominis regulatur. Et ſic per cõſequens omne dominium ſed præcipue regnum, propter varios prouentus, quos ex nummiſmate percipit. Vnde & Dominus quęrens à pharifæis ſimulatorie tentantibus ipſum, cuius eſt inquit imago hęc & ſupraſcriptio? Cumque reſpondiſſent Cęſaris, ſententiam quęſiti ſuper ipſos retorſit, dicens. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę ſunt Dei Deo, quaſi ipſum nummiſma ſit cauſa vt in pluribus tributa ſoluendi. De materia autem nummiſmatis, & qualiter ſit Regi neceſſarium talibus abundare, ſupra ſatis eſt pertractatum. Sed nunc ipſum accipiamus prout eſt menſura quædam, per quam ſuperabundantia & defectus reducuntur ad mediũ, vt Philoſophus in 5. Ethi. dicit. Ad hoc enim inuentum eſt nummiſma, vt ſoluantur lites in commercijs, & ſit mẽſura in cõmutationibus. Et licet multa ſint genera cõmutationũ, vt ex Philoſopho habemus primo politicorũ. Iſta tamen expeditior eſt inter omnes, propter quod inuentum dicitur eſſe nummiſma. Vnde & politia Lycurgi qui Lacedęmonijs primo leges tradidit, in quibus nũmiſma prohibebat, & ſolam commutationem ex alterutrum mercibus permittens, per Philoſophum reprobatur, vt ex iam dictis apparet. Vnde & ipſe concludit eodẽ libro. Ethi. Nummiſma conſtitutum propter commutationis neceſsitatem, quia per ipſum expeditius ſit cõmercium ac tollitur in commutando materia litis. Quam quidem habemus ab Abraham patre noſtro, qui per multa tempora fuit ante Lycurgum & omnes Philoſophos. Vnde de ipſo ſcribitur in Gen. quòd agrum emit pro ſepultura ſuorum, precio quadringentorũ

E Siclorum publicę ac probatę monetę. Sed quamuis ex ſe nummiſma ſit neceſſarium proprium: tamen in omni regimine, ſed præcipuè regis. Cuius duę ſunt cauſæ. Vnam accipimus ex parte regis. Aliam vero ex parte populi ſibi ſubiecti. Quantum ad primum, nummiſma ſiue moneta propria ornamentum eſt regis & regni, & cuiuslibet regiminis, quia in ea repreſentatur imago regis, vt Cæſaris, ſicut dictum eſt ſupra. Vnde in nulla re tanta poteſt eſſe claritas memoriæ eius eo quòd nihil ſic per manus hominum frequentatur, quod ad regem, vel quemcunque dominũ pertineat quantum nummiſma. Amplius autem, inquantum moneta regula eſt & menſura rerum venalium, intantum mõſtratur ſua excellentia, vt videlicet imago ipſius ſit in nũmo regula hominum in ipſorum commercijs. Vnde moneta dicitur quia monet mentem, ne fraus inter homines, cũ ſit menſura debita, committatur, vt imago Cæſaris ſit in homine, quaſi imago diuina, ſicut Auguſt. exponit pertractãs dictam materiam. Nummiſma vero dicitur, quia nominibus

F principum effigieque deſignatur, vt tradit Iſidorus, Per quod manifeſte apparet quòd ex nũmiſmate maieſtas dominorum relucet. Et ideo ciuitates ſiue principes, ſiue prælati, hoc pro ſua gloria ſingulariter ab imperatoribus impetrant, vt habeant ſpeciale nummiſma. Rurſus nummiſma proprium cedit in commodũ principis, vt dictũ eſt ſupra, quia per ipſum menſurantur tributa, & quæcunque exactiones quę fiunt in populo, vt in lege mandabatur diuina circa oblationes videlicet, & redemptiones quaſcunque ſacrificij loco. Amplius autem, ipſius factura propter auctoritatem principis cauſatur commodum regi, quia nulli alij licet ſub eadem figura & ſuperſcriptione cudere, vt iura gentium mandant. In qua quidem & ſi liceat ſuum ius exigere in cudendo nũmiſma, moderatus tamẽ debet eſſe princeps quicunque, vel Rex, ſiue in mutando, ſiue in diminuendo pondus, vel metallum, quia hoc cedit in detrimentum populi, cum ſit rerum menſura, ſicut ſupra dictum eſt.

G Vnde tãtum eſt mutare monetam, ſiue nummiſma, quantũ ſtateram ſiue quodcunque pondus. Hoc autem quomodo Deo diſpliceat in prouerb. 20. c. ſcribitur. Pondus inquit & pondus, ſtatera & ſtatera, vtrunque abominabile eſt apud Deum. De quo & grauiter Rex Aragonum reprehenditur ab Inno. Papa, quia nummiſma mutauerat diminuendo in populi detrimentum. Propter quod & filium obligantem ſe per iuramentum dictam ſeruare monetam, à dicto abſoluit iuramento, eidem mandans vt ipſam ad priſtinum ſtatũ reformaret. Iura etiam in nummiſmatibus fauent mutuis, & pactionibus quibuſcũque. Mandat enim ſolui mutua, & pacta ſeruari iuxta illius temporis nummiſma, in omni menſura qualitatis & quãtitatis. Concluditur ergo qualiter vnicuique regi nummiſma proprium eſt neceſſarium. Sed etiã ex parte populi adhuc nummiſma regis proprium eſt neceſſarium, vt etiam ex iam dictis apparet. Primo quia expeditior eſt in commutationibus menſura. Rurſus, quia certior

H inter populares eſt. Multi. n. ſunt qui alias monetas ignorãt, & ſic de facili poſſunt ſimplices ꝑueniri fraudẽ, quod eſt contra formã regalis regiminis. Circa quod Romani principes prouiderunt. Vnde tradunt hiſtoriæ ꝙ tempore domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſignum ſubiectionis Romanorum vnum erat nummiſma in toto orbe terrarum, in quo erat Cæſaris imago, quam ſtatim cognouerunt phariſęi ſciſcitati à domino Ieſu Chriſto, ad diſcooperiendum eorum fraudem. Et iſtud nummiſma decem vſuales valebat denarios. Quod ſoluebat quilibet Telonarijs prædictorum principum, ſiue eorum gerentibus vicem in prouincijs vel ciuitatibus ſeu caſtris. Rurſus proprium nummiſma fructuoſius eſt. Cum enim extraneæ monetæ cõicantur in ꝑmutationibus, oportet recurrere ad artẽ cãpſoriã, cum talia nũmiſmata non tãtum valeãt in regionibus extraneis, quãtũ in ꝓprijs. Et hoc ſine dãno eẽ nõ põt. Et ꝑcipue accidit in partibus Teutoniæ, & regionibus circunſtantibus, propter quod coguntur, cum de loco ad locum tranſeunt, maſſam

auri

auri vel argenti ſecū deſerto, & quantum in commutationibus rerum venalium indigent, tantum vendunt.

Vnde Philoſophus in lib. 4. politicorum, ſpecies pecuniarum diſtinguens, ſiue artis pecuniariæ, ſiue nummiſmaticam, ſiue campſoriam, obolostaticam, & cachoſ. primam ſolam dicit eſſe naturalem, quia ad commutationem rerū naturalium ordinatur, quod facit proprium nummiſma, & non aliud, vt ex iam dictis apparet. Propter hoc ipſam ſolam commendat alijs ſupradictis ſpretis, & de quibus infra dicetur. Concludendū eſt igitur in omni regimine pro cōſeruatione dominij, & pcipuè regalis neceſſariū eſſe nummiſma proprium, ſiue ex parte populi, ſiue ex parte regis, vel regiminis cuiuſcunque.

Quòd ad bonum regimen regni, & cuiuſcunque politia pondera & menſuræ ſunt neceſſaria, exemplis & rationibus perſuadetur. Cap. 14.

POſt hoc autem agendum eſt de ponderibus & menſuris quæ neceſſaria ſunt ad dominij cuiuſcūque regimen conſeruandum, ſicut & nummiſma, quia cum eis ſoluūtur tributa, ſeu etiam quia per ipſa lites diminuūtur, & in emptionibus & venditionibus fidelitas ſeruatur, vel quia ſicut & nummiſmata vitæ ſunt humanæ inſtrumēta, immo plus imitantur naturalē actionem q̄ nummiſma, quia ſcriptum eſt in lib. ſapientiæ 11. cap. quod omnia diſpoſuit Deus in numero, pondere, & menſura. Si ergo omnes creaturæ his tribus limitibus terminantur, magis videtur q̄ pondus & menſura à natura trahant originem, quàm nūmiſma, & ideo magis neceſſaria in repub. ſiue in regno.

Amplius, autem pondus & menſura, inquantum talia ſemper ordinantur ad menſurata & ponderata. Aliter per ſe nihil ſunt, ſed nummiſma quamuis in menſurā & inſtrumentum in permutationibus, tamē per ſe aliquid eſſe poteſt, puta ſi confletur, erit aliquid videlicet aurū vel argentū, ergo ſemper non ordinabitur ad permutationes. Et hoc etiam habet veritatem in alijs ſpeciebus pecuniarum, immo amplius, vt in campſoria, quę non propriè ordinatur, vt ſit menſura rerum venalium, ſed magis ad permutationem nummiſmatis. Item in obolostatica quæ conſiſtit circa ponderis exceſſum in permutationibus, quibus inuētis ſupra pondus, in metalla reſoluuntur, vt ſunt ponderatores in trabuchetis & alijs ponderibus. Item nec Cachos. i. ars furnaria quæ magis ordinatur ad nummiſma ſicut ad finē alijs permutationibus excluſis. De quibus ſpeciebus in 4. politicorum agit Philoſophus. & infra dicetur, & ſupra eſt tactum. Rurſus. illi actus ſunt maxime neceſſarij in repub. ſiue in regno, qui ex iure naturę procedunt; quia leges inſtitutæ per principes, inde habent initium. alias iuſtę leges nō eſſent. Sed talia ſunt de iure naturæ, quia adæquant naturalem iuſtitiam. Sic ergo ad naturam regni ſiue politię, menſuræ & pondera ſunt neceſſaria. Hinc eſt quòd primus dux iſraelitici populi videlicet Moyſes, vt deſcribit Iſidorus, tradendo leges diuinas, quæ primæ fuerunt ſimul cum illis, pondera & menſuras conſtituit, ſiue pro cibis & potibus, vt Ephi. & Gomor. & Modius, & Sextarius, ſiue in terris & pannis, quę cubitales habent menſuras, ſiue in auro, & argento, & nummiſmatibus, quæ ſunt ſtatera & alia pondera. Vnde cū dictus Moyſes in Leuitico exhortaretur populum ad iuſtitiam faciendam, ſtatim ſubiungit regulas naturalis iuſtitiæ, vt Origenes ibidem exponit. Non facietis inquit iniquum aliquid in pondere & menſura. Statera iuſta, & ęqua ſint pondera, iuſtus Modius, æquusque Sextarius. Refert iterum Iſidorus quòd Sidon argus græcis menſuras dedit, vbi tunc florebat argiuorum regnum circa tempora pfati ducis Moyſi. Narrant etiam hiſtorię Cererē menſuras agriculturæ & frumenti gręcis ſatione tradidiſſe. Vnde & dea frumentaria & dea metra eſt vocata. Ex his ergo apparet quòd naturaliter oportet regem, vel quemcunque dominum ad bonum ipſorum regimen menſuras & pondera populo ſibi ſubiecto tradere, propter cauſas

A iam dictas, & exemplo dictorum principum, de quibus nunc eſt actum.

Quòd oportet Regem & quemlibet dominum ad conſeruationem ſui ſtatus adhibere ſolicitudinem, vt de ærario publico prouideatur pauperibus, & hoc exemplis & rationibus probat. Cap. 15.

EST autem & aliud quod eſt ad bonum regimen pertinens regni, ſiue prouincię, vel ciuitatis, vel cuiuſcunque principatus, vt videlicet de communi ærario prouideatur per principem, qui præſit indigentijs pauperum pupillorum, & viduarum, ac aduenis & peregrinis aſſiſtat. Si enim natura quæcunque non deficit in neceſſarijs, vt Philoſophus dicit in 3. de cœlo. & mundo. Multo minus & ars quę imitatur naturam. Inter omnes autem artes, ars viuendi & regendi ſuperior & amplior eſt, vt tradit Tullius in Tuſculanus quæſtionibus. Ergo reges & principes in neceſſarijs deficere non debent indigentibus, immo po
B tius ſubuenire. Præterea reges & principes vices Dei gerunt in terris, per quos Deus mundum gubernat, ſicut per cauſas ſecundas. Vnde & Samuel propheta ſpretus in dominio cum querelam proponeret coram Deo, reſponſum habuit, quòd nō ipſum iſraeliticus populus ſpreuerat, ſed Deum, cuius videlicet vices gerebat. Et in prouerb. dicitur. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Sed Deo ſpecialiter eſt cura pauperum ad naturæ ipſorum defectum ſupplendum. Propter quod ſic agit diuina prouidentia circa indigentem, ſicut pater erga filios impotentes, de quibus amplior incumbit ſolicitudo propter ampliorem neceſsitatem. Vnde & ipſe dominus ſibi reputat fieri ſpecialiter, quod fit pauperi, ipſo atteſtante qui dicit. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Ergo ad iſtum defectum pauperum ſupplendum, ſicut vices Dei gerentes in terris principes & prælati ſunt debitores, & ſicut patres quos cogit officium eſſe auxiliatores
C ſubditorum, vt Philoſophus dicit in 8. Ethi. ipſorum cum effectu beneficij ſpecialem debent curam habere. Talem autem ſolicitudinem habuit Philippus Rex Macedo circa Pythiam. Quem vt ſcribit Vegetius lib. 4. de re militari, cum prius haberet offenſum, audiens ipſum, licet nobilem habere tres filias, & cum ipſis inopia premi, ab admonentibus vt ſibi de hoc caueret quærens, vtrum melius foret partem ægram corporis abſcindere quam curare, familiariter accerſiuit, & accepta de facultatum domeſticarum pecunia inſtruxit, & fideliorem habuit. Amplius autem, quia reges & principes communes habent actiones, & vniuerſalem diligentiam ſubditorum, cum non ſufficiat homo ſolus ad proprias actiones, oportet quòd in multis deficiant, quia talis actio ſiue actiones, quæ ſunt populum gubernare, iudicare ac vnicuique ſuorum ſubditorum ſecundum merita prouidere, tranſcendit virtutem na-
D turæ. Propter quod dicitur, quòd eſt ars artium regimen animarum. Et arduum eſt valde vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat vitæ alienę. Secundum quam cauſam Sauli aſſumpto & inuncto in regem per Samuelem prophetam præcipitur, quòd aſcenderet ad cuneum prophetarum, vt ibidem per eleuationem mentis prophetando cum eis circa populum gubernādum, ex diuina influentia haberet notitiam agendorum. Quod & factum fuit, vt patet in 1. Regum. Vnde impoſsibile eſt reges & principes non errare propter dictam cauſam, niſi ad illū qui omnia gubernat, & omnium eſt conditor ſe cōuertant. Et propter hanc cauſam dicitur in Eccleſiaſtico de regibus iſraelitici populi, quòd præter Dauid. Ezechiam, & Ioſiam, qui fuerunt viri ſpirituales, & à Deo illuminati; omnes peccauerunt domino. Iſti autem defectui ſubuenitur per eleemoſynæ beneficium, vnde pauperes ſuſtententur. Sicut per Danielem prophetam dictum eſt illi principi Ethnico Babylonis Nabuchonoſor, qui in toto oriente generalis erat monarcha. Peccata tua eleemoſynis redime & iniqui

tates tuas in miſericordijs pauperum conuerte. Sunt ergo
ipſæ eleemoſynę quas faciunt principes indigentibus, quaſi
quidam fideiuſſor coram Deo pro ipſis ad ſoluendum debi
ta peccatorum, vt Philoſophus dicit, de nũmiſmate reſpe-
ctu rerum venalium. Et ſicut nũmiſma eſt menſura in per-
mutationibus pro vita corporali, ita eleemoſyna in vita ſpi-
rituali, propter quod in Eccleſiaſtico dicitur. Eleemoſyna
viri, quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis, quaſi pu-
pillam oculi conſeruabit. Ex his igitur ſatis eſt manifeſtum
qualiter opportunum eſt regibus, & cuicunque domino in
ipſorum dominio de cõi ærario reipu. ſiue Regali pauperi-
bus prouidere. Hinc eſt, ꝙ in ſingulis prouincijs, ciuitati-
bus & caſtris ad talia miniſteria exercenda ſunt hoſpitalia
inſtituta: ſiue per Reges, ſiue per Principes, & ciues ad pau
perum inopiam ſubleuandum, & non ſolum apud fideles,
ſed etiam infideles. Domos.n. inſtituebant hoſpitalitatis ad
pauperum ſubuentionẽ quas Iones hoſpitalia nominabant:
vt patet in lib. 2. Macha. propter effectum beniuolentiæ &
pietatis, qui eidem attribuit planetæ ſm Aſtrologos. De
Ariſtotele etiam tradunt hiſtoriæ, ꝙ Alexandro exhortato-
rias literas deſtinauit, ꝙ pauperum inopiæ memor eſſet ad
proſperitatem ſui regiminis augmentandam.

Quòd oportet Regem & quemcunque dominantem ad cul-
tum diuinum intendere, & quis fructus ex hoc
ſequatur. Cap. 16.

HIs habitis agendum eſt de cultu diuino ad quem Re
ges & Principes ſtudere debent toto conatu & ſoli-
citudine, ſicut ad finem debitũ. Et ideo hic in hoc
vltimo capitulo traditur, de quo & Rex ille magnificus Sa-
lomon in Eccleſiaſtes. 12. c. ſcribit. Finem loquendi omnes
pariter audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua. hoc
eſt enim ois homo. Et quãuis iſte finis oibus ſit neceſſarius,
diuinus videlicet cultus, & reuerentia per obſeruantiã mã-
datorum, vt iam dictum eſt. Regi tñ magis competit. Et hu-
ius rei eſt magis debitor propter tria quæ ſunt in ipſo. Et
quia videlicet homo, & quia dominus, & quia Rex. Quia
homo ſingulariter a Deo creatus. Cæteras enim creaturas
Deus dicendo fecit. Cum verò hominem creauit, dixit. Fa-
ciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.
Vnde apoſtolus in actibus apoſtolorum 17. cap. refert ver-
ba Arati poetæ dicentis, ꝙ nos genus Dei ſumus. Ex hac
ergo parte debitores ſumus omnes Deo in generali ad di-
uinam reuerentiam, quod eſt primũ ꝓceptum primæ tabu-
læ. Vnde dicitur populo Iſraelitico in Deutero. ꝑ Moyſem,
& per conſequens nobis. Audi Iſrael. dominus Deus tuus,
Deus vnus eſt. Quaſi ipſe ſolus ſit cui debetur reuerentia
& honor, inquantum ab ipſo ſolo creati ſumus, & ſingula-
ri quadam ꝓrogatiua producti. Et propter hoc habita con-
ſideratione tanti beneficij ſubdit Moyſes in eodem ſtatim
loco, dicens. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo, & in tota anima tua, & in tota fortitudine tua. In hoc
volens oſtendere, ꝙ totum Deo debeamus quod ſumus. Et
in recognitione eius ꝓceptum de decimis fuit inſtitutum,
ad quod quilibet obligatur, non in quantitate numeri, ſed
cuiuſcunque rei ex dicta iam cauſa. Sed quãuis quilibet ad
hoc ſit obligatus, plus tamen princeps, etiam ſicut priua-
ta perſona, inquantum plus participat de nobilitate huma-
næ naturæ ratione ſui generis vnde trahit originem: & in-
de nobilitatem, vt Philoſophus probat in ſua rhetorica.
Qua cõſideratione motus Cæſar Auguſtus, qui & Octauius
vt hiſtoriæ tradunt, diuinos honores non ſuſtinens, qui
eidem exhibebantur à Ro. populo, propter corporis eius
pulchritudinem, & animi probitatem, ſuum creatorem &
factorem, quæſiuit a Sybilla Tiburtina, quem & inuenit, &
adorauit, prohibuitque edicto publico, ne ipſum vlterius
aliquis de dicto populo adoraret, vel Deum aut Dominum
vocaret. Amplius autem & inquantum dominus, quia nõ
eſt poteſtas niſi à Deo, vt apoſtolus dicit ad Romanos 13.

E cap. Vnde & vices Dei gerit in terris, vt dictum eſt ſupra.
Propter quod tota virtus dominij ex Deo dependet ſicut
eius miniſtri. Vbi autem eſt dependentia a dominio neceſ
ſaria eſt ſuperioris reuerentia, quia per ſe nihil eſt, vt in
miniſtris regalium curiarum contingit. Propter quod in
Apoca. Quotieſcunque agitur de cæleſtium ſpirituum mi-
niſterio, qui per ſeniores tanquam maturiores in actioni-
bus, & animalia quæ potius agũtur quàm agant ex vehe-
menti irradiatione diuina, & in miniſterio deſignantur.
ſemper de eiſdem ſubiungitur, quòd ceciderunt in facies
ſuas, & adorauerunt Deum. Qui quidem duo actus ſunt
latriæ, ſeu diuini cultus. Vnde & ille Nabuchodonoſor Mo
narcha in oriente vt ſcribitur in Daniele, quia ſuum domi
nium non recognoſcebat à Deo, ſecundum ſuam imagina
tionem in beſtiam eſt tranſlatus: & dictum eſt ei. Septem
tempora mutabuntur ſuper te: donec ſcias quòd domine-
tur excelſus in Regno hominum: & cuicunq; voluerit det
F illud. Circa quod etiam monitus Alexander: vt hiſtoriæ
tradunt; cũ propoſito vadens in Iudæam deſtruendi cauſa
regionẽ: cum appropinquanti Hieruſalem ei irato in albis
ſummus Pontifex occurriſſet cum miniſtris templi, manſue
factus: & de quo deſcendens ipſe eum vice Dei reueritus
eſt. Et ingreſſus templum maximis honorauit donis: &
gentem totam pro diuina reuerentia libertate donauit. Nõ
ſolum autem ſicut homo, & dominus ad diuinum obliga-
tur cultum: ſed etiam ſicut & Rex: quia inunguntur oleo
conſecrato: vt patet de Regibus Iſraelitici populi: qui oleo
ſancto inungebantur manibus prophetarum. Vnde & Chri
ſti domini vocabantur propter excellentiam virtutis & gra
tiæ in coniunctione ad Deum: quibus præditi eſſe debe-
bant. Secundum quam vnctionem quandam conſequeban
tur reuerentiam & delationem honoris. Propter quod
etiam Dauid quia præcidit clamidem Regis Saulis percuſ-
ſit pectus ſuum in pœnitudinis ſignum: vt ſcribitur in pri-
mo libro Regum. Rex etiam Dauid cum lamentabiliter de
G plorat mortem Saulis & Ionathę: ita querelam proponit
de allophilorum irreuerentia: ꝙ ſic occiderant Regẽ Saul,
quaſi non eſſet vnctus oleo, vt in fine ſcribitur ſecundi li-
bri Regum. Cuius ſanctitatis etiam argumentum aſſumi-
mus ex geſtis Francorum: & beati Remigij ſuper Clodo-
ueum Regem primum chriſtianum inter Reges Franco-
rum, ex delatione olei deſuper per columbam: quo Rex
præfatus fuit inunctus, & inunguntur poſteri ſignis & por-
tentis ac varijs curis apparentibus in eis ex vnctione præ-
dicta. Amplius autem & in dicta vnctione: vt Auguſt. ait de
Ciuitate Dei. Figurabatur Rex verus & ſacerdos. iuxta Da-
niel Prophetam 9. cap. Cum venerit inquit ſanctus ſancto-
rum ceſſabit vnctio veſtra. Inquantum igitur figuram ge-
runt in hac vnctione illius qui eſt Rex Regum: & dominus
dominantium: vt dicitur in Apoca. 19. cap. Qui eſt Chriſtus
Dominus noſter: debitores ſunt Reges ad ipſum imitan-
dum: vt ſit debita proportio figuræ ad figuratum: vmbræ
H ad corpus: in quo verus ac perfectus cultus diuinus inclu-
ditur. Patet igitur quàm neceſſarium ſit cuilibet domino:
vt ſit Deo deuotus & reuerens: ſed præcipuè Regi ad con-
ſeruationem ſui regiminis. Cuius exemplum trahimus qui-
dem a primo vrbis Rege videlicet Romulo, vt hiſtoriæ tra-
dunt. In primordio enim ſui regiminis in vrbe Romana
fabricauit Aſylum, quod templum pacis nominabat, mul-
tis amplians gratijs. Pro cuius numine & reuerentia oẽm
ſceleratum qui ad ipſum confugeret, cuiuſcunque ſtatus,
reddebat immunem. Qualem autem habuerint exitum
poſteri eius qui in diuino cultu fuerunt negligentes, &
qui fuerunt feruentes ſcribit Maximus Valerius in princi-
pio libri ſui. Quid verò dicam de dei colis regibus, ſiue ve-
teris, ſiue noui teſtamenti? Omnes enim qui ad diuinam
reuerentiam fuerunt ſoliciti: feliciter ſuum conſummaue-
runt curſum. Qui verò econtra infelicem conſecuti ſunt
exitum. Tradunt etiam hiſtoriæ, ꝙ in qualibet Monarchia
ab initio ſeculi tria ſe inuicem per ordinem comitata ſunt:

Diuinus

Diuinus cultus, ſapientia ſcholaſtica,& ſecularis potentia. Quæ quidem tria ſeinuicem per ordinem conſequuntur, & in Rege Salomone ex ſuis meritis conſeruata ſunt, quia per diuinam reuentiam cum deſcendit in Ebron, locũ orationis,aſſumptus in Regem, conſecutus eſt ſapientiam, & ex vtroq; vlterius in regali virtute ſuper Reges ſui temporis excellentiam. Cum verò a verò cultu Dei receſsit infœlicem exitum habuit,vt patet in 3.lib.Regum.Hæc igitur de pertinentibus ad regimen cuiuſcunq; dominij, ſed præcipuè regalis in hoc lib.in tantum ſint dicta.

Index capitulorum tertij libri.

Quòd omne dñium eſt a Deo conſiderata natura entis. Cap.1.
Quòd omne dominium ſit a Deo ex conſideratione motus cuiuslibet naura creatæ. Cap.2.
Quòd oẽ dominium ſit a Deo per conſiderationẽ finis. Cap.3.
Qualiter dominium Romanorũ fuit a Deo promiſum propter zelum patriæ. Cap.4.
Qualiter meruerũt dominium Romani propter leges ſanctiſſimas quas tradiderunt. Cap.5.
Qualiter conceſſum eſt eis dominium a Deo propter ipſorum ciuilem beneuolentiam. Cap.6
Qualiter Deus permittit aliquod dominium ad punitionem malorum. & q̇ tale dominium eſt quaſi inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ contra peccatores. Cap.7.
Quòd tale dominium interdum cedit in malum dominantis, quia propter ipſorum ingratitudinem in ſuperbiam elati grauiter deprimuntur. Cap.8.
Quòd homo naturaliter dominatur animalibus ſyluestribus, & alijs rebus irrationalibus, & quomodo. & probatur multis rationibus. Cap.9.
De dño hominis ſecundũ gradũ & dignitatem: & primo de Dño Papa qualiter præfertur oĩ dominio. Cap.10.
De dominio Regali,in quo conſiſtit,et in quo differt a politico, & quomodo diſtinguitur diuerſimode ſecundum diuerſas rationes. Cap.11.
De dominio Imperiali & vnde iſtud nomen habuit originem: & quibuſdam alijs nominibus: vbi incidenter diſtinguuntur Monarchiæ: & quantũ durauerunt. Cap.12.
De Monarchia Chriſti quõ in tribus excellit: & de Octauio Auguſto quõ geſſit vices Chriſti. Cap.13.
De Monarchia Chriſti quo tempore incępit: & quomodo latuit, & quare, & duplex aſſignatur cauſa ſuæ occultationis, & primo ponitur vna. Cap.14.
Secunda rõ quare dominus aſſumpſit vitam abiectam & occultam,licet eſſet verus mundi dominus: & exponuntur verba Eſaiæ prophetæ de ipſo. Cap.15.
Oſtendit q̇ iſto modo aucta fuit reſp.per exempla antiquorum Ro. & poſtea ſubdit de Conſtantino. Cap.16.
Quòd Imperatores Conſtantinopolitani ſequentes a Conſtantino fuerunt obedientes & reuerentes Eccleſiæ Ro. oſtendit per quatuor concilia quibus dicti Principes ſe ſubiecerunt. Cap.17.
De duobus ſequentibus concilijs poſt alia quatuor celebratis tempore Iuſtiniani iunioris, & quæ fuit ratio quare Imperiũ translatũ fuit a Græcis ad Germanos. Cap.18.
Qualiter diuerſificatus eſt modus Imperij a Carolo Magno vſque ad Ottonem tertium, & vnde plenitudo poteſtatis ſummo Pontifici conuenit. 19.
Comparatio Regalis dominij inter Imperiale & politicum, et qualiter conuenit cum vtriſq;. Cap.20.
De dño Principũ qui ſubſunt Imperatoribus & Regibus: & diuerſis nominibus eorum quid importent. Cap.21.
De quibuſdã nominibus dignitatem ſingularibus in quibuſdã regionibus, et quale ſit omnium iſtorum regimen. Cap.22.

D. THOMÆ AQVINATIS.

De regimine Principum.

LIBER TERTIVS.

Quòd omne dominium eſt a Deo conſiderata natura entis. Cap.1.

ET quia cor Regis in manu Dei, quocũq; voluerit inclinabit illud.& in Prou.21.cap. ſcribitur. Quòd & ille magnus Monarcha in Oriente Cyrus, videlicet Rex Perſarum per publicum confitetur edictum. Poſt victoriã enim de Babylonia conſecutam, quam vſque ad ſolum deſtruxit, ac occiſo Balthaſar Rege ibidẽ, ſicut hiſtoriæ tradunt, ſic ait, vt in principio libri Eſdræ patet. Hæc
B dicit Cyrus Rex Perſarum. Oĩa regna mũdi dedit mihi Dominus Deus cœli. Inde manifeſtè apparet a Deo oẽ prouenire dñium, ſicut a primo dominante. Quod quidem oſtẽdi poteſt triplici via, quam Philoſophus tãgit. Quia vel inquantum ens, vel inquantum ens, vel inquantum motor, vel inquantum finis. Rõne quidem entis, quia oportet oẽ ens ad ens primum reducere, ſicut ad principium oĩs entis, & vt oẽ calidum ad calidum ignis, vt patet per Philoſophum in 2.meta. Quæ ergo rõne oẽ ens ex ente primo dependet, eadem & dominium, quia ipſum ſuper ens fundatur: & tanto ſuper nobilius ens, quanto & ad dominandum ſuper hoĩes in natura coæquales eiſdẽ præponitur. Vnde & cauſam habet non ſuperbiendi, ſed humanè ſuum populum gubernandi, vt Seneca dicit in epiſtola ad Lucillum. Propter qđ in Eccleſiaſtico dicitur 32.c. Rectorẽ te poſuerunt: noli extolli, ſed eſto in illis, quaſi vnus ex illis. Sicut ergo oẽ ens ab ente primo dependet, quod eſt prima cauſa, ita & oẽ dñiũ creaturæ a Deo ſicut a primo dominante, & primo ente.
C Amplius aũt, oĩs multitudo ab vno procedit & per vnum menſurat: vt patet per Philoſophum in 10. primæ Philoſophiæ. ergo eodẽ mõ & multitudo dominantium ab vno dominante trahet originem, quod eſt Deus. Sicut videmus in regalibus curijs q̇ in diuerſis officijs multi ſunt dñantes, ſed oẽs ex vno dependent, videlicet Rege. Propter qđ Philoſophus ĩ 12.primæ philoſophiæ dicit, q̇ ſic ſe habet Deus ſiue prima cã ad totũ vniuerſum, ſicut dux ad exercitum, a quo tota multitudo caſtrorũ depẽdet. Vnde & ipſe Moyſes in Exo.15.c. Deum ducẽ populi vocat. Dux inquit fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti. A Deo igitur oẽ dñium habet initium. Rurſus ad idẽ. Virtus eſt proportionata enti, cuius eſt virtus & adæquatur ei, quia virtus fluit ab eſſentia rei, vt patet per Philoſophum in 1.& 2. lib. de cœlo. Sicut ergo ſe habet ens creatum ad increatum, quod eſt Deus, ita virtus cuiuslibet entis creati ad virtutẽ increa-
D tam, quæ etiã eſt Deus, quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt. Sed oẽ ens creatum ab ente increato trahit originem. ergo virtus creata ab increata. Hoc aũt in dominio præſupponit, quia non eſt dominiũ vbi non eſt potentia, ſiue virtus. ergo oẽ dominiũ erit ab increata virtute, & hæc eſt Deus, vt ſupra dictũ eſt. Et ſic idem quod prius. Vnde apoſtolus dicit ad Heb. q̇ Deus portat oĩa verbo virtutis ſuæ. In Eccleſi. 1. ca. etiã ſcribitur, q̇ vnus eſt altiſsimus creator oĩum, oĩpotens, Rex potens, metuendus nimis, ſedens ſuper thronũ, dominans Deus. In quibus verbis ſatis apparet a quo oĩs creatura habet eſſe virtutem, & operationẽ, & per cõſequẽs dominiũ. Et multo amplius Rex, vt ſuperius eſt oſtenſum.

Quòd omne dominium ſit a Deo ex conſideratione motus cuiuslibet naturæ creatæ. Cap. 2.

NOn ſolum aũt ratione entis, ſed ratione ẽt motus p̃bat a Deo prouenire dominiũ. & primo quidẽ aſſumenda eſt rõ philoſophi in 8.phyſi. Quia oẽ qđ mouetur ab aliquo mouetur, & in mouentibus & motis non

eſt abire in infinitum.ergo oportet venire ad aliquod pri-
mum mouens immobile , quod eſt Deus ſine cauſa prima.
Inter oẽs aũt hoĩes qui plus habent de ratione motus, sũt
Reges & Principes, & oẽs qui præſunt,ſiue in gubernãdo,
ſiue in iudicando,ſiuo ĩ defendẽdo, & ſic de alijs actibus q
ad curam regiminis pertinent.Vnde Seneca de conſolatio-
ne fratris ad Polybium ſic loquitur.de Cæſare, exhortãs eũ
ad contemptum mundi.Cum voles omnium rerum obliui
ſci,cogita Cęſarem.Vide quantam huius vitæ indulgentiæ
fidem , quantam induſtriam debeas : intelliges non magis
tibi incuruari licere q̃ illi.Si quis modo eſt fabulis traditus
cuius humeris mundus innititur . Cæſari quoque ipſi cui
oia licent,propter hoc ipſum multa non licet. Omniũ do-
mos,illius vigilia defendit,oium ocium,illius labor , oium
delicias,illius induſtria,omnium vacationem,illius occupa
tio.Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicauit,ſibi eripuit,&
ſyderum modo,quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicãt,
nunquam illi licet nec ſubſiſtere, nec quicquam ſuum face
re. Si ergo Reges & alij domini,tantum habent de ratione
motus,ipſum non poſſunt perficere niſi per influentiam &
virtutem mouẽtis primi, quod eſt Deus,vt ſuperius eſt pro
batum. Propter quod in lib.ſapientię vbi connumerantur
effectus diuinæ virtutis per ſuam ſapientiam , volens au-
ctor oſtendere qualiter omnia influentiam diuini motus
participant , ſubdit ſtatim : Omnibus mobilibus mobilior
eſt ſapientia. Attingit autem vbique propter ſuam mundi-
tiam,vocans abſolutam & ſupergredientem ac immiatam,
diuinam virtutem ad omnia mouendum ad ſimilitudinem
corporis lucis : quæ ex hac parte naturam imitatur diuinã.
Rurſus ad idem. Omnis cauſa primaria plus eſt influens
in ſuum cauſatũ q̃ cauſa ſecundaria. Cauſa aũt prima Deus
eſt. ergo ſi in virtute primæ cauſæ omnia mouentur , & in-
fluentiam primi motus omnia recipiunt: & motus domino
rum erit ex virtute Dei & ex Deo mouente. Amplius aũt,
ſi eſt ordo in motibus corporalibus : multò magis & in ſpi
ritualibus erit. Sic aũt videmus in corporibus, ꝙ inferiora
per ſuperiora mouentur,& omnia reducũtur ad motum ſu-
premi : quod eſt nona ſphera , ſm Ptolęmeum in prima di
ſtinctione almageſti,ſed ſm Ariſto.in 2.de cœlo eſt octaua.
Si ergo omnes motus corporales regulantur per primum :
& a primo habent influentiam : multò magis ſpirituales
ſubſtantiæ propter maiorem aſsimulationem quam habẽt
in alterutrum.Vnde aptiores ſunt ad recipiendam influen-
tiam primi & ſupremi mouentis , ſiue motoris : quod eſt
Deus. Quem quidẽ motum nobis tradit beatus Dyoniſius
in lib.de di.nominibus.& de cœleſti Hierarchia diſtinguẽs
in eis motum : ſicut & in corporibus,videlicet circularem ,
rectum, & obliquum. Qui quidem motus ſunt quædam il
luminationes quas recipiunt a ſuperioribus ad agẽdum : vt
idem doctor exponit. Ad quas quidem illuminationes reci
piendas neceſſaria eſt diſpoſitio mentis , in qua ſit iſta in-
fluentia motus . Inter omnes autem homines qui paratio-
res eſſe debent,ſunt Reges & Principes & alij dominato-
res orbis,tum ex exercitio quod habent , tum ob vniuerſa-
les actiones regiminis. vnde & mens magis eleuatur ad di-
uina. tum etiam quia hoc eis incumbit,vt ſe diſponant , vt
cura eis impoſita in gubernando Regem , & alia quæ ſunt
neceſſaria in actibus regiminis quę ſupra ipſum ſunt,& na
turam particularem excedunt, per talem motum diuinæ in
fluentiæ ſufficientius deducantur . Sic enim Dauid Rex ſe
diſpoſuit . Propter quam cauſam ex motu illuminationis
præfatæ ſupra omnes Reges & Prophetas meruit in ſuis
pſalmis ſpiritum propheticæ intelligentiæ: vt doctores tra-
dunt ſcripturæ ſacræ . Ex cuius contrario actu Principes
Ethnici , de quibus Daniel propheta mentionem facit : vt
Nabucho.& Balthaſar pater & filius meruerunt obumbra-
ri.vnde & influentia diuinæ illuminationis mouit eorum
phantaſiam in imaginatiuis viſionibus : vt in Dan. eſt ma-
nifeſtum : vt ſcirent quid circa Regale regimen eis eſſet
agendum. Sed quia mens ipſorum non erat diſpoſita : ſed

E inuoluta tenebris peccatorum,ad ipſius notitiã non potue
rũe venire. Propter quod inſignito lumine prophetię Dan
dictũ eſt.Tibi datus fuit ſpiritus intelligentiæ ad iſtã inter-
pretandũ:vt verificet quod per Salomonem dicitur in pro-
uerb.Meum eſt conſilium & ęquitas,mea,eſt prudentia , &
mea eſt fortitudo. Per me Reges regnant,& legum condito
res iuſta decernunt , per me Principes imperant, & poten-
tes decernũt iuſtitiam. Et ſic manifeſtum eſt qualiter omne
dominium eſt a Deo in conſideratione motus.

Quòd omne dominium ſit a Deo per conſiderationem finis . Cap. 3.

SEd & reſpectu finis adhuc hoc idem apparet . Si enim
eſt hominis agere propter finem, ratione ſui intelle-
ctus : qui finem in vnaquaque eius actione præſtituit :
vnaquęq; natura quanto eſt magis intellectiua , tanto ma-
gis propter finem agit. Cum ergo Deus ſit ſumma intelli-
gentia,& purus actus intelligendi, ſua actio magis finẽ in-
F cludit.Ergo oportet dicere ꝙ i vnoquoq; fine vniuſcuiuſq;
rei creatæ præexigat actio intellectus diuini,quã & nos di-
uinam prudentiã vocamus : per quam dominus cuncta di-
ſponit : & in debitum finem deducit : vt Boetius de conſo
latione philoſophiæ ipſam nominat. Secundum quam rõ-
nẽ dicitur in lib.Sap. ꝙ Diuina ſapientia attingit a fine vſq;
ad finem fortiter,& diſponit oĩa ſuauiter. Cõcluditur ergo
ex hoc ꝙ quęlibet res quanto ordinatur ad excellentiorem
finem:tanto plus participat de actione diuina . Huiuſmodi
aũt eſt regnum cuiuſcũq; cĩtatis,ſeu collegij,ſiue politię,
ſiue regalis,ſiue cuiuſcunq; conditionis , quia cum intẽdat
nobiliſsimũ finẽ,vt Philoſophus tãgit in Ethi. & in primo
Politic.in ipſo diuina pręintelligit actio,& ſuæ virtuti dño-
rum ſubijcitur regimen. Et hinc fortè trahit originẽ verita
tis,ꝙ bonum cõe dicitur potentia a Philoſopho in Ethic.

Amplius in regimine legiſlator ſemper debet intendere,
vt ciues dirigantur ad viuendum ſecundũ virtutem, immo
G hic eſt finis legiſlatoris, vt Philoſophus dicit in 2.Ethi.Pro
pter quod & apoſtolus dicit ad Timotheum , ꝙ finis pręce-
pti eſt charitas. Sed ad iſtum finem venire non poſſumus ſi
ne motione diuina.Sicut nec calor caleſacere , ſine virtute
caloris ignis,nec lucidum lucere,ſiue virtute lucis. Et tan-
to altius & excellentius motio primi mouentis, quanto vir
tus diuina ſupergreditur & tranſcendit virtutem creatam
& omne genus operis , ſed & fortius influit in tantum , vt
dicat ille Eſaias prophe.26.c.Omnia opera noſtra operatus
es in nobis domine.Et vox euangelica. Sine me nihil pote
ſtis facere. Rurſus ad idem . Finis mouet efficientem , &
tanto efficacius quanto finis nobilior & melior reperitur,
vt bonum gentis reſpectu boni ciuitatis vel familiæ , ſicut
philoſophus dicit in primo Polit. Finis autem ad quẽ prin
cipaliter Rex intendere debet in ſeipſo & in ſubditis , eſt
ęterna beatitudo,quæ in viſione Dei conſiſtit. Et quia iſta
viſio eſt perfectiſsimum bonum,maximè debet monere Re
H gem & quemcũq; dominum,vt hunc finem ſubditi conſe-
quantur,quia tunc optimè regit, ſi talis in ipſo ſit finis in-
tentus.Tali aũt modo ſuos regebat & gubernabat Rex ille,
& ſacerdos Chriſtus Ieſus,qui dicebat in Ioanne 10.cap.Et
vitam ęternam do eis. Et iterum.Ego veni vt vitam habeãt,
& abundantius habeant.Hoc autem maximè facit Rex, qñ
ſuper gregem ſuum,ſicut bonus paſtor inuigilat,quia tunc
ſuper eum diuina lux irradiat ad benè regendum,vt paſto-
ribus in ortu Regis noſtri & ſaluatoris. Et irradiationis iã
dictæ ad bonum regimen & in Principe & in ſubditis mo-
tum circularem accipimus rectum & obliquum,de quibus
diſtinctum eſt ſupra,& beatus Dionyſius loquitur in 4.c.de
diuinis nominibus. Hic.n.motus ideo rectus dicitur, quia
ſit per diuinam illuminationem ſuper Principe ad benè re
gendum,& ſup populũ meritis principis. Sed obliquus vo
catur , qñ per diuinã illuminationem ſic ſubditos regit , ꝙ
virtuoſe viuunt, & inſurgit in eis diuina laus & gratiarum
actio,vt ſit quaſi quędam arcualis figura ex chorda recta &

arcu

arcu obliquo. Sed circularis motus diuinorum radiorum dicatur, quãdo diuina illuminatio irradiat Principem vel ſubditum, ex qua quidem eleuantur ad Deum contemplandũ & diligendum. Qui ideo circularis motus vocatur, quia eſt ab eodem ad idem, & à puncto ad punctum, quod circularis motus eſt proprium. Quem quidem motũ philoſophus etiam ponit in. 12. metaph. vbi dicitur ꝙ motor primus, ſiuę cauſa prima, quod eſt Deus, mouet alia ſicut deſideratũ, hoc eſt ratione finis, qui eſt ipſe, de quo & propheta Dauid loquitur in pſalmis. licet ſecundum ſacros doctores adaptetur ad Chriſtum Regem noſtrum. Deus inquit iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis. Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. Suſcipiãt montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Quę quidem omnia deprecatiua ſunt regis, & cuiuslibet domini ad Deum ꝓ bono regimine populi, ad quod principaliter conari debent, vt dictum eſt ſuprà. Et quia mentem ſic diſpoſitam habent ad diuinam influentiam recipiendam pro ſalute ſubditorum ſtatim ſubditur. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Per quæ omnia ſatis manifeſtum eſt, quòd dominium eſt à Deo in relatione ad finem ſiuę remotum, qui eſt ipſe, ſiue propinquum, qui eſt operari ſecundum veritatem.

Qualiter dominium Romanorum fuit à Deo prouiſum propter zelum patriæ. Cap. 4.

ET quia inter omnes Reges & Principes mũdi Romani ad prædicta magis fuerunt ſolliciti, Deus illis inſpirauit ad bene regendum. Vnde & digne meruerunt imperium, vt probat Augu. in lib. de ciui. Dei diuerſis cauſis & rationibus, quas ad præſens perſtringendo ad tres reducere poſſumus, aliis vt tradatur compẽdioſius reſecatis, quarum intuitu meruerunt dominiũ. Vna ſumitur ex amore patriæ. Alia vero ex zelo iuſtitiæ. tertia autem ex zelo eius beneuolẽtiæ. Prima iam dicta virtus ſatis erat digna dominio, qua participabant, quandam naturam diuinam: eo ꝙ ad communitatem ſuus fertur effectus. Verſatur enim ad vniuerſales actiones populi. Sicut Deus eſt vniuerſalis cauſa rerum. Vnde & philoſophus dicit in. 1. Ethic. ꝙ bonũ gentis, eſt bonum diuinũ. Et quia regale regimen, & quodcũq; dominium communitatem importat: communitatem diligens dominij, meretur, vt ſicipſum concomitetur præmium ſecundum meriti qualitatem. Et hoc requirit conditio diuinæ iuſtitiæ vnicuiq; mercedem rependere iuxta virtutis opus, vt verbum ſcriptum in Apocal. impleatur in eis. Opera eorum ſequuntur illos. Et iterum in Matth. 25. cap. ſcribitur: ꝙ dominus dedit vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. Amplius autem. Amor patriæ in radice charitatis fundatur, quæ communia propriis, non propria communibus anteponit, vt beatus Augu. dicit exponens verbũ apoſtoli de charitate. Virtus aũt charitatis in merito antecedit omnem virtutem, quia meritum cuiuſcunq; virtutis ex virtute charitatis dependet. Ergo amor patriæ ſuper cæteras virtutes gradum meretur honoris. Hoc autem eſt dominium. Ergo ex amore patriæ digne conſequitur quis principatum. De hoc autem amore patriæ dicit Tullius in lib. de officiis, ꝙ omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla carior, quã ea quæ cum repu. perſeuerat. Vnicuiq; enim noſtrum cari ſunt parentes: cari ſunt liberi: cari ſunt propinqui ac familiares, ſed omnes omnium propinquitates, patria complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, ſi eidem ſit profuturus. Quãtus vero fuerit amor patriæ in antiquis Romanis, Saluſtius refert in Catilinario ea ſententia Catonis, quaſdam de eis connumerando virtutes, in quibus dictus amor includitur. Nolite inquit exiſtimare maiores noſtros armis rempub. ex parua magnam feciſſe, quippe amplior nobis quã ipſis armorum eſt copia. Sed quia in eis fuit domi induſtria, foris iuſtum imperium, in conſulendo animus liber, neq; delicto neq; libidini obA noxius. Pro his nos habemus luxuriam atq; auaritiam, publice egeſtatem, priuati opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum diſcrimen, omnia virtutis pręmia ambitio poſsidet. Rurſus amor patriæ primum & maximum mandatum cõtinere videtur, de quo euangelium Lucæ mentionem facit, quia in zelando rem communem aſsimilat ſibi naturam diuinam, inquantũ vice Dei diligentem circa multitudinem adhibet curam.

Item proximi dilectionem adimplet, dum totius populi ſibi commiſsi ex affectu paterno ſolicitudinẽ gerit. Et ſic adimplet mandatum præfatum de quo dicitur in Deute. 6. cap. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Et quia in illo præcepto diuino non cadit diſpenſatio, inde eſt ꝙ Tullius dicit de republi. ꝙ nulla cauſa interuenire debet, vnde propria patria denegetur. De iſto autem amore patriæ exemplum accipimus, vt hiſtoriæ tradunt, Et beatus Aug. in. 5. de ciuit. Dei. de Marco Curtio B nobili milite, quia armatum equo ſedentem in abruptum terræ hyatum ſe pręcipitem dedit, vt peſtilentia ceſſaret ab vrbe. Item de M. Regulo, qui ſalutem reipub. ſuæ præferens, conſultus à Romano populo, & inter prædictum populum, & Pœnorũ gentẽ mediator pacis exiſtens, in Aphricam rediens à Carthaginenſibus eſt occiſus. Quàm mundas etiam habuerunt manus à muneribus Principes eorũ pro conſeruanda repub. patet de M. Curio, de quo ſcribit Maximus Valerius lib. 4. quomodo Samnitum diuitias contempſit. Cum enim poſt victoriam de ipſis habitam legati eorum ad ipſum aditum habuiſſent, ipſumq; reperiſſent in ſcamno ſedentem, & catino ligneo cœnantem, magnũque auri pondus offerrent: ſuis inuitatus verbis, vt eo vti vellet, vultum protinus riſu ſoluens, ſuperuacue inquit, Narrate Samnitibus. M. Curium malle locupletibus imperare, quã locupletem fieri. Et mementote me non acie vinci, nec pecunia poſſe corrumpi. Simile etiam refert idẽ auctor lib C eodem de Fabricio, qui cum honore & auctoritate omnibus in ętate ſua maior, cenſu vero par eſſet vnicuique pauperrimo, requiſitus à ſamnitibus quos in clientela detinebat, pecuniam & ſeruos ſibi miſſos contempſit, ac fruſtratos remiſit. Continentiæ ſuæ beneficio & zelo patriæ ſine pecunia prædiues, & ſine vſu familię abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat non multa poſsidere, ſed pauca deſiderare. De talibus autem cõcludit dictus doctor, ꝙ eiſdem non datur dominandi poteſtas, niſi ſummi Dei ꝓuidentia, quando res humanas iudicat talibus donis eſſe dignas. Multa ſimilia ibidem dicit, per quę diffinire videt̃ eorum dominium fuiſſe legitimum, & eis à Deo collatũ. Sed & Mathathias & filij, q̃uis fuerint de ſacerdotali genere, ꝓpter zelum legis & patriæ in populo Iſraelitico meruerunt dominium, vt patet in. 1. & 2. Mach. Cum enim morti eſſet vicinus, ſic filios ſuos alloquitur. Aemulatores inquit eſtote D legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum; quod pro repub. accipimus in populo prędicto. Et poſtea ſubdit. Et accipietis gloriam magnam, & nomẽ æternum, quod ad filiorum referimus principatum, quorum vnus alteri ſucceſsit. Iudas videlicet, & Ionathas, & Simon, & quilibet eorum ſacerdos & dux in eodem floruit populo.

Qualiter meruerunt dominium Romani propter leges ſanctiſsimas quas tradiderunt. Cap. 5.

ESt autem & alia ratio vnde digne Romani dominium ſunt adepti zelus videlicet iuſtitiæ. Quo quidem modo acquiſierunt principatum quodam iure naturæ à quo habet exordium omne iuſtum dominium. Primo quidem, quia vt idem doctor ſcribit. Conſulebant patriæ conſilio libero, auaritiam relegantes in dominio, ſiue turpis lucri gratia, neque delicto, neque libidini obnoxij, pro quibus iam ſtans dominium diſsipatur. Trahebantur enim homines ad ipſorum amorem: vt propter ipſorum iuſtiſsimas leges, ſe ſponte eiſdem ſubiicerent. Vnde & ipſe apo

ſtolus Paulus, cum à Iudæis nimiis iniuriis vexaretur, corã Feſto principe circa partes Cæſareæ paleſtinæ, vt in actibus apoſtolorum traditur ad Cæſarẽ appellauit, ac ſe ſubiecit legibus Romanis. Quales autem fuerint eorum leges, & quàm ſanctæ: ſic in eiſdem actibus apoſtolorum ſcribitur de dicto Feſto: quia cum Hieroſolymis eſſet, adierunt ipſum principes ſacerdotum, & ſacerdotes poſtulantes aduerſus Paulum damnationem mortis. Quibus dict⁹ Feſtus reſpondit, prout dictis legibus Romanorum ſubiactus: qđ non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem, ſiue donare, niſi præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Propter quod dicit idem doctor Auguſt. in. 18. lib. præfato: quòd Deo placuit orbem terrarum per Romanos debellare, vt in vnam ſocietatem reipubli. legumque perductum longe lateque pacaret.

Amplius autem ad hoc, quia de iure naturæ eſt, vt quis gerens curam alterius mercedem reportet; eo quòd vt ſcribitur in Prouerb. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Ex qua quidem ratione iura concedunt, quòd quis rẽ alienam contractare poſſit, & expenſas deducere, ac præmium accipere iuxta meritum actionis, cum dicta bona male tractantur à prædonibus, vel quibuſcunque raptoribus. Hoc ergo ſuppoſito, conſonum videtur naturæ, vt dominiũ ſit conceſſum pro pace ac iuſtitia conſeruanda, iurgiis ac diſcordiis reſecandis. Item ad hoc videtur prouiſum, vt mali puniantur, & boni promoueantur. Et hoc eſt officium dominorum in hoc quaſi officium gerentium proximorũ, vt inde ſuam reportent mercedẽ: quia ex hoc ſua recipiunt vectigalia & tributa. Vnde cum apoſtolus ad Roman. oſtendiſſet à Deo prouenire omne dominium: Nõ eſt inquit poteſtas niſi à Deo, & cætera quæ ibi ponuntur ad dominium pertinentia. Vltimo concludit. Ideo & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Inquantum igitur homines virtuoſi ac ſua probitate præpollentes pro gubernanda populi multitudine quæ regi indiget, & rectorem non habet, curam aſſumunt, & ſub legibus populum dirigunt, non tantum inſtinctu Dei moneri videntur: ſed vicem Dei gerunt in terris: quia conſeruant hominum multitudinem in ciuili ſocietate, qua neceſſario homo indiget, cum ſit animal naturaliter ſociale, vt Philoſophus dicit in primo Politicorum. Vnde & in iſto caſu dominium videtur eſſe legitimum. Quòd quidem probat Auguſt in. 4. de ciuit. Dei. Dicit enim ſic. Remota iuſtitia quid ſunt ipſa regna: niſi quædam latrocinia? Ergo ipſa ſuppoſita: regnũ & quodlibet dominium eſſe videtur conceſſum. Introducit autem ad ſuum probandum intentum exemplum de quodam pyrata qui vocabatur Dionides. Qui cum fuiſſet captus ab Alexandro, quæſiuit ab eo cur mare haberet infeſtum. Ipſe libera contumacia reſpondit. Quid tibi vt orbẽ terrarum? Sed quia ego exiguo nauiglo id facio: latro vocor: tu vero, quia magna claſſe, diceris imperator. Iſta ergo ratione Romanis à Deo collatum fuit dominium. Vnde & idem doctor in. 5. eiuſdem libri dicit, ꝙ propter leges ipſorum ſanctiſſimas niai ſunt tanquam recta via ad honores: imperium & gloriam: nec habent vnde conqueri debeant de ſummi & veri Dei iuſtitia. Perceperunt enim mercedem ſuam, iuſte. videlicet dominando, ac legitime gubernando. Quamuis autem fuerit zelus iuſtitiæ apud Romanos conſules antiquos contra malos de multis eſt manifeſtum. Vnde ſcribit Auguſtinus in quinto ſæpe iam dicti libri: quòd Brutus filios ſuos occidit: quia bella concitabant in populo. Ex quo vigore iuſtitiæ mortem merebantur. Vicit enim in eo vt ait poeta amor patriæ, laudumque immenſa cupido. Narrat etiam de Torquato ꝙ idem fecit de filio: quia cõtra edictum patris inuaſit hoſtes, iuuenili quodam prouocatus ardore. Et licet victorioſus extiterit, quia tamen caſtra ſuæ gentis diſcrimini expoſuit, ipſum morti adiudicauit iuxta militares leges. Vbi idem doctor cauſam ſuæ mortis inſinuat, dicens. Ne plus mali eſſet in exemplo imperij cõtemptu, q̃ boni in gloria hoſtis occiſi. Maximus autem Va-

E lerius dicit de ipſo, quòd maluit proprio nato carere, quã diſciplinæ militaris tranſgreſſoribus indulgere. Sic ergo patet qualiter zelo legalis iuſtitiæ Romani dñium meruerũt.

Qualiter conceſſum eſt eis dominium à Deo propter ipſorum ciuilem beneuolentiam. *Cap. 6.*

TErtia vero virtus per quam ſubiugauerunt Romani mundum & meruerũt dominium, fuit ſingularis pietas ac ciuilis beneuolentia. Quia vt tradit Maximus Valerius lib. 5. Humanitatis dulcedo Barbarorum ingenia penetrat. Et hoc experimentum habet. Vnde & In Prouer. 6. cap. dicitur, ꝙ Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Item in eodem. Reſponſio mollis, frangit iram, ſermo durus, ſuſcitat furorem. Cuius quidem ratio ſumitur ex generoſitate animi, vt dicit Seneca Qui magis ducitur q̃ trahatur. Habet enim mens quoddam ſublime & altum, ac impatiens ſuperioris, ſed delectatione cuiuſdã ſu-
F biicitur reuerentiæ ſeu lenitatis, per quam ſuſpicatur ad paria poſſe conſcendere, & à ſuo non reſilire gradu. Propter quod & Philoſophus dicit in. 8. Ethico. ꝙ Beneuolentia eſt principium amicitiæ. Quantum autem antiqui Romani in hac excelluerint virtute: vnde exteras nationes ad ſuũ traherent amorem, ſeque eiſdem ſponte ſubiicerent, exempla ipſorum deducantur in mediũ. Primo quidem de Scipione, vt qui refert Maximus Valerius lib. 4. Cum eſſet in Hiſpania dux Rom. exercitus contra gentem Annibalis, ac vigeſimumquartum agens annum, Charthaginem ibidem à Penis conditam in ſuam redegiſſet poteſtatem, in ipſa virginem cœpit eximiæ venuſtatis. Quam vt deſponſatam agnouit, & nobilem, ipſam inuiolatam parentibus reddidit, & aurum quod in redemptione eius traditũ fuerat, doti eius adiecit. Ex quo facto ad amorem Romanorum hoſtes adduxit: admirantes de tam caſta moderatione continentiæ dicti principis. Quia cum idem auctor ipſum referat ſolutio-
G ris vitæ in iuuenili ætate fuiſſe, ſeipſum in tanta libertate & poteſtata conſiſtens, ab omni delicto conſeruauit immunem. Vnde Titus Liuius de bello punico, narrat Scipionẽ, ſponſum dictæ virginis allocutum fuiſſe: In quo ſermone ſuam oſtendit pudicitiam dignæ principibus imitabilem, & dominij meritoriam. Scribit & idem Titus de ipſo quædam beneuolentiæ inductiua in prædicta victoria: Cum. n. miſit obſides Romanis. primo quidem hortatus eſt vniuerſos bonum habere animum venisſe enim eos in Romanorum poteſtate. qui beneficio quã metu obligare homines mallent, exteraſque gentes fide, ac ſocietate iunctas habere q̃ triſti ſubiectas ſeruitio. De hoc etiam dicit Augu. 1. de ciui. Dei. ꝙ proprium ipſorum fuit Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos: acceptaque iniuria ignoſcere quã perſequi malabant. Refert etiam idem doctor in eodem lib. de Marco Marcello, qui cum Syracuſam vrbem cępiſſet, ante illius ruinam, ſuas illi effudit lachrymas: tantæque fuit pudicitiæ
H & continentis animi, benignæque mentis, quòd priuſquã oppidum iuſsiſſet inuadi, publico edicto conſtituit, ne quis corpus liberum violaret. Quid pluribus exemplis inſiſtimus? Cum etiam Macbabæi, Iudas videlicet Ionathas, & Simon de genere iudæorum quorum eſt proprium aliarum nationum aſpernari conſortium. tum quia Saturnini, ſunt ſicut Macrobius dicit ſuper ſomnium Scipionis. tum quia legibus prohibebatur eiſdem: conſiderata beniuolẽtia Romanorum, cum ipſis ſtatuerunt amicitiam, vt in primo Machabæorum ſcribitur. vbi inter alia commendabilia de ipſis, vnde populos genteſque diuerſas ad ſuum trahebant amorem & ſubiectionem politicam ſeu deſpoticam ſub cõpendio interſeritur, quòd inter præſides Romanos, nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt, conſulebant quotidie trecentos viginti conſilium agentes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt gerant. Et committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ

terræ

terræ ſuę.& oēs obediunt vni,& non eſt inuidia neq; zelus
inter eos. Vbi attendendum quã ordinatum erat tuoc tem
poris regimen politicum in vrbe, quod erat præcipuũ mo-
tiuum cuiuſcunq; nationis & prouinciæ ipſorum appetere
dominium,& eiſdem ſua colla ſubiicere. Aliud etiã erat
in eis prouocatiuum ſubiectionis, quia ex cupidine domi-
nandi, non ſe dominos vocabant, ſed ſocios & amicos.
Vnde & de Iulio Cæſare in Suetonio ſcribit: ꝙ milites ſuos
non ſibi ſubiectos, ſed ſocios & commilitones vocabat. Sic
& antiqui conſules de iudæis fecerũt. Qui quidem & ſi mo
dicum haberent in oriente dominium, cum Romanis ta-
men cõfederati ſunt ſędere amicitiæ. Et cum amplam ha-
berent Romani monarchiã in oriente & occidente,& aliis
mundi plagis, vt ex prædicto lib Mach. eſt manifeſtum, nõ
tamen dedignati ſunt cum iudæis ſocietatem inire,& ad pa
tria ſe publico in alterutrum atteſtantur edicto. Patet igi
tur ex iam dictis, ꝙ meritum virtutis in Romanis antiquis
meretur dominium. Vnde etiam aliæ nationes allectæ ſunt
ad ipſorum dominium. tum ex dilectione patriæ pro quã
omnia contemnebant. tum ex vigore iuſtitiæ propter quã
contra omnem malefactorem, & perturbatorem pacis ſe op
ponebant. tum ex ciuili ipſorum beneuolentia, in qua cæte
ras nationes ad ſui amorem trahebãt. Pro quibus omnibus
ad ſui amorem trahebant. Pro quibus omnibus ex merito
virtutum in ipſis diuina bonitas conſentanea videtur ad ip
ſorum principatum ex cauſis & rationibus aſsignatis. Sic.n.
quis meretur dominium, vt Philoſophus in. 5. Ethic. tradit,
vbi dicit ꝙ non ſinimus principari hominem in quo eſt na
tura humana tantum, ſed illum qui eſt perfectus ſecũdum
rationem, ſicut dictum eſt ſupra.

Qualiter Deus permittit aliquod dominium ad punitionem malorum. & ꝙ tale dominium eſt quaſi inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ contra peccatores. Cap. 7.

FVit autem & alia cauſa vnde dominium eſt à Deo per-
miſſum q̃ à ſacra accipimus ſcriptura, nec Philoſopho-
rum & ſapientum huius ſeculi ſententiis contraria, vi-
delicet propter merita populorum, quam beatus Aug. aſsi-
gnat lo. 19. de ciui. Dei. Probat enim ibi ſeruitutem intro-
ductam propter peccatum. Vnde & ſacra ſcriptura dicit in
Iob. 35. videlicet, ꝙ facit regnare hominem hypocritam ꝓ
pter peccata populi. Quod quidem apparet: quia primo do
minantes in mundo fuerũt homines iniqui: vt hiſtoriæ tra
dunt, ſicut Caym, Nembroth, Belus, Ninus, & Semiramis
vxor eius, qui dominium habuerunt in prima & ſecunda
ætate mundi. Cauſa autem vnde habuerunt iſtud domi-
nium aſſumi poteſt ex parte ſubditorum vel dominantiũ:
quia tyranni ſunt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ ad punien
dum delicta hominum, ſicut Rex Aſſyriorum ſuper Iſraeli
ticum populum,& rex Gothorum flagellum Dei, ſuper Ita
liam, vt hiſtoriæ narrant. Itẽ Dionyſius in Sicilia ſub quo
captiuatus eſt populus,& tãdem ab ipſo libertate donatus:
vt ſcribit Maximus Valerius. lib. 4. De rege vero Aſſyriorũ
quomodo ad puniendum delicta ſua populi eſt deſtinatus,
ſic oſtenditur per Eſaiam prophetam. Aſſur virga furoris
mei. vnde & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea,
ad gentem fallacem mittam eum,& contra populum furo-
ris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia & diuidat prædam,&
ponat illud in conculcationem quaſi lutum platearũ. Quæ
omnia verificata ſunt quãdo Hieruſalem obſeſſa eſt à Chal
deis per Nabuchodonoſor Regem Aſſyriorum capta & cõ
buſta, captis principibus eius cum Rege Sedechia eius cõ-
foſsis oculis & occiſis filiis, ſicut in fine quarti lib. Reg. tra-
ditur. Per quæ verba ſatis oſtenditur qualiter Deus punit
peccatorem per manum tyranni. Vnde concluditur, ipſos
eſſe inſtrumentum Dei, ſicut Dæmones, quorum poteſtas
iuſta à ſacris doctoribus ponitur, voluntas tamen ſemper
iniqua. Quod etiam oſtendit nobis tyrannicum regimen,
quia non ordinatur niſi ad onus & moleſtiam ſubditorum.

A Tyranni enim proprietas eſt propriam & ſolam ſui vtilita-
tem & commodum quærere, vt dictum eſt ſupra. & Philo-
ſophus tradit in. 8. Ethic. Vbi ponit ꝙ ſic ſe habet tyrannus
ad ſubditos, ſicut dominus ad ſeruos, & ſicut artifex ad or-
ganum & inſtrumentum. Hoc autem pœnale eſt ſubditis,
& contra naturam dominij, ſicut ſuperius eſt probatũ. Sed
ex parte dominantium tale dominium videtur à Deo con-
ceſſum. Primo in caſu ſuppoſito, vel Deo diſponente pro
ſubditis quod eſt ad exitum meliorẽ, quãdo videlicet prin-
ceps ad Dei placitum ſtudet, quãuis peccator, vt de Cyro
rege Perſarum ſcribitur in Eſa. hæc inquit. Dicit dominus
Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciã
ante faciem eius gentes,& dorſa Regum vertam. Aperiam
ante faciem eius ianuas,& portæ non claudentur. Quod qui-
dem adimpletum fuit, vt hiſtoriæ tradunt, quando ſubito
deſiccato alueo Euphratis & Tygris, qui per mediam Baby
loniam tranſibant ciuitatem, intrauit, occiditque Balthaſar
ipſorum regem cum gente ſua, ipſamq; ciuitatem deſtru-
B xit, ad Medos transferens monarchiam, vbi tunc regnabat
Darius Cyri propinquus, vt Ioſephus ſcribit. Hoc autem
Deus ſic diſpoſuit, quia dictus Cyrus humanitatem oſten-
dit in ſuis fidelibus iudæis, qui captiui tenebantur in Aſſy-
ria: quos poſtea remiſit liberos in iudæam cum vaſis tem-
pli,& ipſum templum reædificari mandauit. Ex quibus bo-
nis & operibus virtuoſis quæ exercuit circa diuinum cul-
tum,& Dei populum totius orientis obtinuit Monarchiã,
vt ſuperius eſt oſtenſum. Prædictus vero Balthaſar occiſus
fuit, vt ex ſententia Danielis apparet, quia Deo ingratus,&
quia vaſis templi domini in vno conuiuio eſt abuſus. Vnde
dictum eſt ei per Danielem. Quia nõ humiliaſti cor tuum:
ſed aduerſus dominatorem cœli eleuatũ eſt, & vaſa domus
eius allata ſunt coram te,& tu & optimates tui & vxores vi
num bibiſtis in eis. Porro Deum cœli qui habet flatũ tuũ
in manibus ſuis,& omnes vias tuas non glorificaſti. Idcir-
co ab ipſo miſſus eſt articulus manus contra te. Quod pro
C ſententia diuina accipimus contra ipſum, vt rei poſtea pro
bauit euentus. Narrat enim hiſtoria Dañ. ꝙ dũ Balthaſar
rex Babyloniorum perſiſteret in Dei contumelia, vt ex di-
ctis liquet, ex oppoſito menſę ſui conuiuij videbat digitos
manus in pariete ſcribentis, ex qua ſcriptura perterritus
eſt, quaſi ipſa eẽt nũcius ſuæ mortis. Refert.n. ſcriptura Da
nie. ꝙ ex aſpectu ſcribẽtis cuius imaginẽ non videbat, niſi
digitorũ manus facies eius pterrita eſt, & cogitationes ei⁹
perturbabant eum, compages renũ eius diſſoluebant,& ge
nua eius ad ſe inuicẽ collidebant. Quæ omnia inſinuatiua
erant timoris immenſi,& futuri iudicij ſuper eum. Sed hãc
ſcripturã rex nõ diſcernens, vocatus Daniel interpretatuſq;
ſub tribus nobus ipſum denũciauit moriturum videlicet,
Mane, Techel, Phares: quod expoſuit ſcriptura, Mane. Nu-
merauit Deus regnũ tuũ,& cõpleuit illud, hoc eſt in termi-
no poſuit ſicut res numerata q̃ tollit, & ſeparat ab aceruo
pecuniæ. Techel. Appenſus es in ſtatera, & inuentus es mi-
nus hñs, vnde & dignus es morte. Phares. Diuiſum eſt re-
D gnum tuũ,& datum eſt Medis & Perſis, vt ſuperius eſt oſtẽ
ſum. Ex quibus oĩbus ſatis eſt manifeſtũ, ꝙ illę clauſulæ nõ
ꝓpriæ ſunt ſignificatiuę ſm̃ aliquod idioma linguarum: ſed
ſm̃ diſpõnem diuinam, ſicut & factum quoddam in quo ꝓ
pheta comprehendit diuinam circa nos voluntatem. Sit er-
go hic concluſum ꝙ in illa ſcriptura ſnã inſinuauit ſniam
cõtrã principem Babyloniæ, qa ꝑ ꝑ peccata ſua dignus erat
morte & priuatione regalis principatus. iuxta illud. Regnũ
de gente in gẽtẽ trãſſerri ꝑꝑ iniuſtitias & diuerſos dolos.

Quòd tale dominium interdum cedit in malum dominantis: quia propter ipſorum ingratitudinem in ſuperbiam elati grauiter deprimuntur. Cap. 8.

SEd adhuc inſiſtendum eſt circa diuinam prouidentiã
in dominio. Contingit enim interdum quòd cũ quis
aſſumit principatum, erit homo virtuoſus, & aliquo
tempore

tempore perſeuerabit in eo. Sed aliquo tempore proceden
do eius fauore humano,& proſperitate rerum regalium ele-
uatur quis in ſuperbiam,& de beneficiis ſibi à Deo colla-
tis ingratus eidem efficitur. Vnde philoſophus dicit. 5. Ethi.
co. ꝙ Principatus virum oſtendit,ſicut accidit de Saule, de
quo ſcribitur. 1. Regum, ꝙ in tota tribu Beniamin nō erat
vir melior illo. Sed poſt duos annos à ſuo regimine factus
eſt Deo Inobediens. Vnde dictum eſt prophetæ Samueli de
ipſo. Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne
regnet ſuper Iſrael? Quaſi ex diuina ſententia irrefragabili
ſit repulſus. Propter quod vltimo dictus princeps fuit occi
ſus cum filiis, totaque eius progenies à dominio eſt auulſa.
Vnde in Paralipomenon de ipſo cōcluditur, quòd mortuus
eſt Saul propter iniquitates ſuas. Hoc autem & de Salomo-
ne accidit, qui magnificatus eſt ſuper omnes reges, qui fue
rant ante eum, vt ſcribitur in Eccleſiaſte. Et vniuerſa terra
deſiderabat audire ſapientiam Salomonis. Sed vt dicit Au-
guſtin. 17. de ciuitate Dei. Secundæ res prædicto regi fue-
runt noxiæ, quia lapſus in luxuriam, ruit in idololatriam.
Ex quo factus eſt abhominabilis populo, intantum vt ſerui
eius rebellarent ei, diripientes ſpolia ſuæ regionis,& vaſtan
tes terram abſque reſiſtentia aliqua, cum tamen prius om-
nes obedirent ad nutum, ſicut teſtatur regina Sabba, vt pa-
tet in. 3. lib. Reg. Ad magna igitur promotus in principio
ſui regiminis, propter diuinam reuerentiam, quā exhibuit,
ī fine ſui regiminis decidit in vilia, propter delicta quæ, cō-
miſit, quia miſeros facit populos peccatum. Tradunt tamen
hebræi vt Hierony. refert in commento ſuper Eccleſiaſte,
ꝙ in fine vitæ ſuę ex multis vexatus, ſuum recognouit erro-
rem, ſeque diſpoſuit ad pœnitentiam in commiſsis, librūq;
præfatum compoſuit. In quo ſicut expertus, cuncta diffinit
vanitati ſubiacere, ſubiiciens ſe diuino timori ad ſuorum
obſeruantiam mandatorum. Vnde in fine prædicti libri cō-
cludit. Finem loquendi pariter audiamus. Deum time &
mādata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo. Sed & præ
ter reges deicolas, quid de principib[us] ethnicis dicam? Qui
quandiu fuerunt Deo grati, virtutumque cultores, floruę-
runt in dominio. Cum vero ex elatione dominij ad contra-
rium ſe conuerterunt, mala morte vita finierunt. Sicut con
tigit de præfato Cyro Rege Perſarum monarcha. Tradunt
enim hiſtoriæ de ipſo, quòd cum totam ſubiugaſſet Aſiam,
Parthiam, Scythyamque ferro perdomuit. Tandem longum
certamen Scythis inferens. dominante tunc Tomiris Regi-
na dicta gentis, quæ Maſſagetia vocabatur. primo quidem
cum filio dictæ Reginæ adoleſcentulo dimicauit, ipſumq;
vicit & occidit, nullique parcens ætati, ingentem multitu-
dinem peremit. Quia ergo crudelitatem exercuit,& in Ba-
bylonia,& in regno Lydiæ, quia in vtroque Reges & Prin-
cipes mala morte trucidauit,& in regno Maſſagetarum ſi
militer fecit. in hoc eodem iudicio ſimiliter eum Deus pu
niuit. Narrant enim hiſtoriæ, quòd dicta Regina congrega
uit exercitum contra ipſum, Scythas, videlicet Maſſagetas,
& Parthos, & in quibuſdam montibus dicta Regina inſi-
diis compoſitis inuaſit caſtra eiuſdem, & ſic impetu arma-
torum abſorbuit, quòd ducenta milia fuerunt occiſa præfa
ti principis,& ipſe captus. Cui amputato capite Regina ip-
ſum in vtre ſanguine pleno mandauit includi,& ſic innecti
ue acclamabatur eidem. Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bi-
be, quaſi ipſa mors ignominioſa quam paſſus eſt fuerit, ar-
gumentum ſuæ atrocitatis. Omnes etiam Monarchæ ip-
ſum ſequentes, vt in Græcia magnus Alexander, quandiu
cum reuerentia ſuos tractauit Macedones, vocans milites
ſuos patres, tanquam antiquiores optime proceſsit in mo-
narchia. Sed eiſdem exiſtens ingratus, à ſorore venenatus
eſt. Et præcipue quia poſt victoriam Darij accepta filia in
coniuge militaria cœpit poſtponere, luxui vitæ intendens,
& ſui immemor factus, doloroſa morte vitam finiuit. Et ſic
de multis aliis principibus ethnicis exemplum poteſt addu
ci, vt de Iulio Cæſare & Annibale qui propter abuſum do-
minij, diro necati ſunt exitu, vt eis conueniat quod in Ec-

E cleſiaſte ſcribitur. Interdum dominatur homo homini in
malum ſuum. Necnon & illud Eſaiæ prophetæ quod in om
nibus tyrannis locum habet. Cum enim oſtendiſſet ipſos eſ
ſe diuinæ iuſtitiæ exactores contra peccatores, ſicut carni-
fices dominorum, vt manifeſtum eſt ſupra, cum dixit. Aſſur,
virga furoris mei,& cæt. ſtatim ſubdit. Ipſe autem non ſic
arbitrabitur,& cor eius non ſic extimabit, quaſi ſic agat, vt
Dei inſtrumentum, ſed ad conterendum erit cor eius, &
ad interlectionem gentium non paucarum. dixit enim.
Nunquid non principes noſtri ſimul reges ſunt, attribuēs
videlicet, ſuæ virtuti & non Dei qui mouet ipſum ad pu
niendum tranſgreſſores diuinorum mandatorum. Hanc au
tem ingratitudinem ad præſumptionem tyrannorum do-
minus ſtatim ibidem redarguit & grauiſsime punit, vt in
iam dictis principibus patet. Vnde ſubdit propheta in eo-
dem loco. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſe-
cat in ea? An exaltabitur ſerra contra eum qui ſe fecit?
Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem eam, & exal
F tetur baculus qui vtique lignum eſt. Vbi conſideranda eſt
ſimilitudo, quia valde congrua eſt. Sic enim ſe habet vir-
tus dominantis ad Deum, ſicut virtus baculi ad percutien
tem,& ſicut virtus ſerræ ad artificem. Conſtat autem quòd
virtus ſerræ, vel ſecuris in artificio nulla eſt, niſi per artifi-
cem mouentem & dirigentem. Ita & de virtute domi-
nantis contingit, quòd nulla eſt ſine Deo mouente & gu-
bernante. Ergo ſtultum & præſumptuoſum eſt gloriari de
ſua virtute. Iſta autem ratio ſatis aperta eſſe videtur, & ha-
beri poteſt ex verbis philoſophi ſupra inductis. Quia vir-
tus cuiuslibet mobilis à virtute dependet primi mouen-
tis, & eius inſtrumentum erit. Et hinc eſt quòd Deo talis
gloria eſt diſplicibilis, quia tales derogant diuinæ poten-
tiæ. Propter quod ſcribitur in Iudith quòd Deus de ſua vir
tute gloriantes humiliat. Et ideo ſubiungit dictus pro-
pheta Eſa. Propter hoc mittet dominator dominus exerci-
tuum, in pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloriā eius
G ſuccenſio ardebit quaſi combuſtio ignis. In quo ſignificatur
pœna ſenſibilis quæ talibus infertur tyrannis & annihi-
latio principatus, vt in prædictis eſt manifeſtum. Relin-
quitur igitur a Deo omne eſſe dominium, ſiue legitimum,
ſiue tyrannicum, ſecundum varias rimas ſuæ inueſtiga-
bilis prouidentiæ.

Quòd homo naturaliter dominatur animalibus ſylueſtribus, & alijs rebus irrationalibus, & quomodo, & probatur multis rationibus. Cap. 9.

NVnc igitur accedendum eſt ad diuerſas ſpecies do-
minandi, ſecūdum diuerſos modos & gradus in ho
minibus dominij & principatus. Et primus quidem
generalis eſt omnium qui competit homini ſecundum na
turam, vt tradit Aug. 18 de ciu. Dei. In quo caſu & philoſo
phus concordat in. 1. Politic. Hoc autem & ſcriptura ſacra
confirmat, quando in ſui creatione tanquam naturæ inditę
H dixit. Dominamini piſcibus maris,& volatilibus cęli,& vni
uerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. In quibus
oſtenditur ꝙ naturæ inſtitutæ humanę talem indidit pote-
ſtatem. Qui enim dixit, Germinet terra herbam virentem,
& ex tali dicto, data eſt poteſtas arboribus germinandi: di-
xit & nobis ſimiliter. Dominamini piſcibus maris & cæt. Et
ſic ex iam dictis apparet, ꝙ dominium hominis ſuper cæte-
ras creaturas eſt naturale. Vnde & philoſophus probat ſe-
cundum eandem rationem ꝙ venationes, & aucupia ſunt
à natura. Et Auguſti. in prædicto lib. hoc probat per domi-
nium quod antiqui patres ſoliti erant habere, vt paſtores eſ
ſent pecorum, quæ & diuitiæ naturales diffinitæ ſunt ſupra.
Et quamuis tale dominium diminutum ſit propter pecca-
ta, quia etiam vilia animalia dominantur in nobis & facta
ſunt nobis nocua, quod non contingit in homine, niſi pro
pter dictam cauſam, tanto magis tamē participamus de di-
cto dominio quanto magis ad ſtatum attingimus innocen-
tiæ.

A tiæ. Quod etiã vox euangelica nobis promittit, ſi eius imitatores fuerimus in iuſtitia & ſanctitate. Cum enim Dominus exhortaretur diſcipulos ad animarum ſalutem, verbum Dei prędicando, ſic de eiſdem virtutem denunciat dicens. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquent nouis, ſerpentes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Quod experimento didicimus in virtuoſis & perfectiſsimis viris, vt in geſtis ſanctorum patrum ſcribitur. Et de beato Paulo traditur in actibus apoſtolorum, quia vipera ipſum non læſit, nec beatum Ioannem Euangeliſtam venenum. Et ſic de multis alijs ſanctiſsimis patribus, qui ſup cocodrillos, atrociſsimas beſtias, ſiue venenoſa reptilia Nilum vadabant, vt impleretur in eis, quod Dominus in Luca dixit diſcipulis. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſup ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici. Iſtius aũt dominij, in prima hominis inſtitutione collati ex triplici via, ratio congruentię aſsignari poteſt. Primò quidem ex ipſo naturę proceſſu. Sicut enim in generatione re- B rum naturalium intelligitur quidam ordo, quo de imperfecto ad perfectum proceditur: nam materia eſt propter formam, & forma imperfectior eſt propter perfectiorem, ita & in vſu rerum naturalium. Nam imperfectiora cedunt in vſum perfectorum. Plantæ enim vtuntur terra ad ſuum nutrimentum: animalia verò plantis: homo autem plantis & animalibus. Vnde concluditur, quòd homo naturaliter dominatur animalibus. Propter quod, ſicut ſuperius eſt tactum: Philoſophus probat in primo politicorum, quòd venatio animalium ſylueſtrium eſt iuſta naturaliter: quia per eam homo ſibi vendicat quod naturaliter eſt ſuum. Secundo apparet & hoc ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ ſemper inferiora per ſuperiora gubernat. Vnde cum homo ſit ſupra cętera animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, conuenienter hominis gubernationi alia animalia ſubduntur. Tertio apparet idem ex proprietate hominis & aliorum animalium. In alijs enim animalibus inuenitur ſecundum extimationem naturalem quædam parti- C cipatio prudentiæ ad aliquos particulares actus. In homine vero reperitur quædam vniuerſalis prouidentia, quæ eſt ratio naturalium agibilium. Omne autem quod eſt per participationẽ, ſubditur ei quod eſt per eſſentiam & vniuerſaliter. Vnde patet quod eſt naturalis ſubiectio aliorum animalium ad hominem, ſed vtrum dominium hominis ſuper hominem ſit naturale, vel a Deo permiſſum, vel prouiſum: ex iam dictis veritas haberi poteſt, quia ſi loquamur de dominio per modum ſeruilis ſubiectionis introductum eſt propter peccatum, vt dictum eſt ſupra. Sed ſi loquamur de dominio, prout importat officium conſulendi & dirigendi, iſto modo quaſi naturale poteſt dici, quia etiam in ſtatu innocentiæ fuiſſet. Et hæc eſt ſententia Auguſt. 10. de ciui. Dei. Vnde iſtud dominium ei competebat inquantum homo eſt ſociale naturaliter, ſiue politicum: vt dictum eſt ſupra. Talem autem ſocietatem oportet adinuicem ordinari. In his autem quæ ſunt adinuicem ordina- D ta, oportet ſemper aliquid eſſe principale & dirigens primum, vt tradit Philoſophus in primo politicorum. Hoc etiam oſtendit ipſa ratio ordinis, ſiue natura: quia vt per Auguſti. ſcribitur in prædicto lib. Ordo eſt parium diſpariumq; rerum, ſua cuiq; tribuens diſpoſitio. Vnde manifeſtum eſt ꝙ nomen ordinis inæqualitatem importat, & hoc eſt de ratione dominij. Et ideo ſecundum hanc conſiderationem, dominium hominis ſuper hominem eſt naturale, & eſt in angelis, & fuiſſet in primo ſtatu. & eſt etiam modo: de quo nunc per ordinem eſt dicendum ſecundum ipſius dignitatem & gradum.

De dñio hominis ſecundũ gradũ & dignitatem: & primo de Dñio Papæ qualiter præfertur oĩ dominio. Cap. 10.

RECipit igitur diuiſionem dominium quadrimembrem ex eadem cauſa & ratione. Quia quoddam eſt ſacerdotale & regale ſimul, aliud autem eſt regale ſolum, ſub quo Imperiale ſumitur, & ſic de alijs, vt infra patebit. Tertium vero politicum, quartum aũt œconomicũ. Primum autem cęteris antefertur multiplici via, ſed pręcipuè ſumitur ex inſtitutione diuina videlicet Chriſti. Cum enim eidem ſecundum ſuam humanitatem omnis ſit collata poteſtas, vt patet in Matthæo. 16. cap. dictam poteſtatem ſuo cõmunicauit vicario, cum dixit. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſup terrã, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Vbi quatuor ponuntur clauſulæ, omnes ſignificatiuę dominij Petri, ſuorumq; ſucceſſorum, ſuper omnes fideles, & propter quas meritò ſummus Pontifex Romanus epiſcopus, dici poteſt Rex & ſacerdos. Si enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſic appellatur, vt Augu. probat. 17. de ciuit. Dei, non videtur incongruum, ſuum ſic vocare ſucceſſorem, circũſcriptis rationi- B bus, quæ poſſent adduci, quia ſatis eſt clarum. Sed redeundum eſt ad clauſulas iam dictas, quarum vna ſumitur ex nominis impoſiti magnitudine, ſecunda verò ex dominij fortitudine, tertia autem ex dominij amplitudine, quarta ex dominij plenitudine. Primam igitur partem præfatam accipimus cum dominus dicit. Ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã. In hoc. n. nomine, vt ſacri exponũt doctores, ſicut Hilarius & Aug. Dominus potentiam Petri inſinuat, quia a petra, quæ eſt Chriſtus, vt dicit apoſtolus, cuius confeſsionem Petrus præmiſerat, Petrus eſt appellatus, vt ſecundum etiam quandam participationem nomen acquirit & poteſtatem & audire mereatur. Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, quaſi totum dominium inter fideles ex Petro dependeat, & eius ſucceſſoribus. Secunda verò clauſula, dominij importat fortitudinem. Quod ſignificat verbum quod ſequitur. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, quæ ſunt curiæ tyrannorum, & perſecutorum eccleſiæ, vt docto- C res ſacri ibidem tradunt, ſic dictę, quia ſunt cauſa omnium peccatorum intra eccleſiam militantium. Ad tales enim Principes omnes ſcelerati recurrunt, vt accidit in curia Federici & Corradini & Manfredi. Sed tales non præualuerũt aduerſum eccleſiam Roma. Immo omnes mala morte extirpati ſunt, quia vt dicitur in libro Sapien. 3. cap. Dominationes iniquæ, dirę ſunt conſummationis. Dominij verò amplitudo oſtenditur cum ſubiungit dominus: Et tibi dabo claues regni cœlorum. In hoc enim inſinuatur nobis poteſtas Petri, & ſucceſſorum ſuorum, quæ ſe extendit ad totam eccleſiam, ſ. militantem & triumphantem, quę per regnum cęlorum deſignantur, & quę clauduntur clauibus Petri. Sed dominij plenitudo oſtenditur cum vltimo dicitur. Et quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Cum enim ſummus Pontifex ſit caput in corpore myſtico omniũ fidelium Chriſti, & a capite ſit omnis motus & ſenſus in corpore verò, ſic erit in ꝓpoſito. Propter quod opor- D tet dicere, in ſummo Pontifice eſſe plenitudinem omnium gratiarum, quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum, vt competat ſibi quod de primo Principe domino dicimus, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem, hoc eſſe non poteſt, quia corporale & temporale, ex ſpirituali & perpetuo dependet, ſicut corporis operatio ex virtute animę. Sicut ergo corpus per animam habet eſſe, virtutem, & operationem, vt ex verbis philoſophi & Auguſtini de immortalitate animæ patet, ita & temporalis iuriſdictio Principum per ſpiritualem Petri & ſucceſſorum eius. Cuius quidem argumentum aſſumi poteſt per ea quæ inuenimus in actis & geſtis ſummorum Pontificum & Imperatorum, quia temporali iuriſdictioni ceſſerunt. Primo quidem de Conſtantino apparet, qui Silueſtro in Imperio ceſsit. Item de Carolo Magno, quem Papa Adrianus Imperatorem conſtituit. Idem de Ottone primo,

primo, qui per Leonem creatus & Imperator eſt conſtitus vt hiſtoriæ referunt. Sed ex diſpoſitione priucipum auctoritate apoſtolica facta ſatis apparet ipſorum poteſtas. Primo enim inuenimus de Zacharia hãc poteſtatem exercoiſſe ſuper Regem Francorũ, quia ipſum a regno depoſuit, & oẽs Barones a iuramento fidelitatis abſoluit. Item de Innocentio tertio qui Ottoui 4. Imperium abſtulit. Sed & de Federico ſecundo, hoc idẽ accidit per Honoriũ Innocentij immediatum ſucceſſorem. Quãuis in oĩbus iſtis ſummi Pontifices non extenderunt mauum, niſi ratione delicti, quia ad hoc ordinaẽ eorũ poteſtas, & cuiuslibet domini, vt proſint gregi. Vnde & merito paſtores vocautur, quibus vigilantia incumbit ad ſubditorũ vtilitatem. Alias non ſunt legitimè domini, ſed tyranni, vt probat Philoſophus, & dictũ eſt ſupra. Vnde dominus vtitur in Ioanne quadã importuna interrogatione, ter quærens a ſuo ſucceſſore beato Petro, ꝙ ſi ipſum diligit, gregem paſcat. Petre inquit amas me? paſce oues meas. Io. 21. Quaſi in hoc conſiſtat tota paſtoralis cura profectus videlicet gregis. Hoc ergo ſuppoſito ꝙ pro vtilitate gregis agatur, ſicut Chriſtus intendit, oẽ ſupergrediẽ dominium vt ex dictis apparet. Quod ex viſioue prima Nabuchodonoſor ſatis eſt manifeſtum, de ſtatua videlicet, quã vidit, cuius caput aureum, pectus & brachia de argento, vẽter & ſęmur de ære, tibiæ vero ferreæ. Pedum autẽ quædã pars ferrea quædam fictilis. Sed dictam ſtatuam, dum contẽplatur, abſciſus eſt lapis de monte ſine manibus, & oĩa prædicta contriuit. Hic aũt lapis factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terrã. Quam quidem viſionem Daniel propheta vt Hierouymus & Aug. exponũt, ad quatuor Monarchias adaptat Aſſyriorũ videlicet pro aureo capite: Medorum & Perſarum pro argẽteo in brachijs, & pectore, græcorum verò Monarchiam pro æreo ventre & ſęmore, Sed Romanorum vltimo pro tibijs ferreis & pedibus partim ferreis, partim verò fictilibus. Sed poſt hæc ſuſcitabit ait propheta, Dominus Deus cęli regnum quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur, cõminuetq; vniuerſa regna, & ipſum ſtabit in æternum. Quod totum ad Chriſtum referimus, ſed vice eius ad Ro. eccleſiã, ſi ad paſcendum gregem eius inteudat. Attendendum etiã ꝙ diuina iuſtitutio deſtitui non poteſt, quia ſolum diſpenſatores & miniſtros aſſumpſit ſuos vicarios Chriſtus, ſicut apoſtolus dixit primæ ad Corin. Sic nos inquit exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei. Solus. n. Chriſtus fundauit eccleſiam, cuius miniſteriũ Petro commiſit. Fundamentum aũt aliud nemo põt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Vnde ſacri doctores quandam poteſtatem Chriſto attribuunt, quam Petrus non habuit, nec ſui ſucceſſores, & ipſam poteſtatem excellentem nuncupant, & ſic poteſtas Petri & ſucceſſorum eius non adæquatur poteſtati Chriſti. Immo oĩno tranſcendit. Potuit enim Chriſtus ſine baptiſmo ſaluare, propter quod & Hierouymus dicit ſuper Matthæũ, ꝙ nullum ſanauit in corpore quem non ſanauit in mente, & tamen ſine baptiſmo. Quod tamen Petrus non potuit. Vnde & Cornelium Centurionem, vt in actibus apoſtolorum legitur cum tota ſua familia baptizauit, etiã poſt aduentum Spi. Sancti. Potuit etiam mutare Chriſtus formam ſacramentorum & materiam. Quod Petrus non potuit, nec ſucceſſores eius. Hæc ad præſens dicta ſufficiant ſubtiliora a ſapientibus relinquendo & altiora quæ dici poſſent. In hoc tamen ſiſtat concluſio pręſentis capituli, vicarium Chriſti cunctis debere præferri ex iam dictis cauſis.

De dominio Regali, in quo conſiſtit, et in quo differt a politico, & quomodo diſtinguitur diuerſimode ſecundum diuerſas rationes. Cap. 11.

NVnc aũt ad Regale dominium eſt procedendum, vbi eſt diſtinguendum de ipſo ſecundum diuerſas regiones, & prout a diuerſis variè inuenitur traditum. Et primo quidem. In ſacra ſcriptura aliter leges rega-

E lis dominij traduntur in Deuteronomio per Moyſem, aliter in 1. Regum per Samuelẽ prophetã. Vterque tamen in perſona Dei differenter ordinat Regem ad vtilitatem ſubditorum. Quod eſt proprium Regum, vt Philoſophus tradit in 8. Ethi. Cum inquit conſtitutus fuerit Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus. Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animam eius, neq; argenti aut auri immenſa pondera. Quod quidem qualiter habere intelligit, ſupra traditur in hoc lib. deſcribetq; ſibi Deuteronomium legis huius & habebit ſecum, legetq; illud oĩbus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba eius & ceremonias. Et vt videlicet poſſit populum dirigere ſecũdum legem diuinam. Vnde & Rex Salomon in principio ſui regiminis hanc ſapientiam a Deo petiuit, ad directionẽ ſui regiminis pro vtilitate ſubditorum, ſicut ſcribitur in 3. lib. Regum. Subdit verò dictus Moyſes in eodem lib. Nec eleuetur cor eius in ſuperfluum ſuper fratres ſuos, neque
F declinet in partem dextram vel ſiniſtram, & longo tempore regnẽt ipſe & filius eius ſuper Iſrael. Sed in primo Regum traduntur leges regni magis ad vtilitatem Regis, vt ſupra patuit, in lib. 2. huius operis, vbi ponuntur verba omnino pertinentia ad conditionem ſeruilem. Et tamen Samuel leges quas tradit cum ſint penitus deſpoticæ, dicit eſſe regales. Philoſophus autem in 8. ethi. magis concordat cum primis legibus. Tria enim ponit de Rege eo. lib. videlicet, ꝙ ille legitimus eſt Rex, qui principaliter bonum ſubditorum intendit. Item qui per ſe ſufficiens reperitur. Et qui omnibus bonis ſuperexcellit, ne videlicet ſubditos grauet. Item ille Rex eſt, qui curam ſubditorũ habet, vt benè operentur quemadmodum paſtor ouium. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt ꝙ iuxta iſtũ modum deſpoticum, multum differat a Regali, vt idem Philoſophus videtur dicere in primo politicorum. Item ꝙ regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter regnum, quia ad hoc Deus prouidit de
G eis, vt regnum regant & gubernent, & vnumquemque in ſuo iure conſeruent. Et hic eſt finis regiminis. Quòd ſi ad aliud faciunt, in ſeipſos commodum retorquendo, nõ ſunt Reges, ſed tyranni. Cõtra quos dicit dominus in Ezec. Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos. Nonne greges paſcantur a paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non cõſolidaſtis, & qđ ægrotum non ſanaſtis, quod confractum non alligaſtis: qđ abiectum non reduxiſtis: & quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. In quibus verbis nobis ſufficienter forma regiminis traditur redarguendo contrarium. Amplius autem regnum ex hominibus conſtituitur, ſicut domus ex parietibus, & corpus humanum ex membris, vt Philoſophus dicit in 3. politicorum. Finis ergo Regis eſt vt regimen proſperetur, ꝙ homines conſeruentur per Regem. Et hinc habet commu
H ne bonum cuiuslibet principatus participationem diuinæ bonitatis. Vnde bonum commune dicitur a Philoſopho in primo Ethic. eſſe, quod omnia appetunt, & eſſe bonum diuinum, vt ſicut Deus qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium, cuius virtute Principes imperant (vt probatum eſt ſupra), nos regit & gubernat, non propter ſeipſum ſed propter noſtram ſalutem, ita & Reges faciant, & alij dominatores in orbe. Sed quia nemo militat ſtipendijs ſuis vnquam, & quædam iure naturæ, de ſuo labore vnuſquiſque debet reportare mercedem, vt probat Apoſtolus in prima epiſtola ad Corint. Hinc habemus, quòd licet Principibus a ſuis tributa percipere & annuos cenſus, vnde cum apoſtolus ad Romanos probaſſet omne diuinum a Deo eſſe prouiſum. Vltimò perſuadet eiſdem retribuere pro labore. Ideo inquit, & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſi ſeruientes. Auguſti. etiam eadem verba pertractans de verbis domini hoc idem probat.
Concludendum eſt ergo legitimum Regem ſecundum

formam

ſormam in Deuteronomio traditam, ſic debere regere & A gubernare. Ad hoc etiam exemplis monemur, quia omnibus agentibus contrarium malè ceſsit. Primò quidem regibus Romanis: quia propter eorum ſuperbiam & violentiam quam exercebant, eiecti ſunt a regno, vt Tarquinus ſuperbus cum filio, ſicut hiſtoriæ tradunt. Item Acab & Iezabel vxor eius mala morte interierunt pro violentia quam fecerunt Naboth de vinea ſua, vt in quarto libro Regum ſcribitur. Traditur etiam ibi ꝙ canes linxerunt ſanguinem ſuorum cadauerum in prædicta vinea in argumentum maleficij in Naboth commiſsi. Sed non ſic Rex Dauid, vt ſcribitur in tertio libro Regum. Cum enim vellet altare condere ad Deum placandum pro numeratione populi ſanſtoſa nimis offenſum, Aream emit ab harenna Iebuſeo. Ipſoque offerente gratis recuſauit Rex. Et vt ſcribitur in primo Paralipomenon pro præfata Area, dedit Dauid ſexcentos Siclos auri, iuſtiſsimi ponderis. Per quod habemus quòd Principes ſui debent eſſe contenti ſtipendijs B nec ſubditos ſuos grauare poſſunt in bonis eorum & rebus, niſi in duobus caſibus videlicet ratione delicti: & pro bono communi ſui regiminis. Primò enim modo propter ingratitudinem ſuos priuat feudo fideles, alios autem titulo iuſtitiæ propter quam ſunt conceſſa dominia, vt dictum eſt ſupra. Et in prouerbijs dicitur. Quòd iuſtitia firmatur thronus Regis. Vnde & lex diuina tranſgreſſores diuinorum præceptorum mandat lapidari & diuerſis cruciari pœnis. Quod quidem conſonum videtur, ſi attendamus ad quamcunque rem creatam: & præcipuè ad corpus humanum, quia vt nobilior pars conſeruetur abijcimus viliorem. Amputamus enim manum, vt conſeruetur cor & cerebrum: in quibus principaliter hominis vita conſiſtit, quod & lex Euangelica approbat. Si inquit oculus tuus ſcandalizat te, & ſiue manus, ſiue pes, quod pro gradu hominum accipit Auguſti. erue eum & proiice abs te, quia melius eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duos oculos, & duas manus habentem mitti in gehennam. C Item quòd pro bono reipub. poſsit exigere, ſicut pro defenſione regni vel pro quacunque alia cauſa pertinente rationabiliter ad bonum commune ſui dominij ratio eſt in promptu. Quia ſuppoſito quòd humana ſocietas ſit naturalis, vt probatum eſt ſupra, omnia neceſſaria ad communem cõſeruationem dictæ ſocietatis erunt de iure naturæ. Hoc autem eſt in propoſito. Sic igitur ſuppoſito legitimo dominio regali, poteſt Rex exigere a ſubditis quod ad bonum ipſorum requiritur. Præterea, ars imitatur naturam inquantum poteſt, vt Philoſophus in ſecundo Phyſico. tradit, ſed natura non deficit in neceſſarijs, ergo nec ars. Sed inter omnes artes, ars viuendi eſt melior & amplior, vt tactum eſt ſupra, & probat Tullius in Tuſculanis quæſtionibus, eo ꝙ cæteræ artes ordinantur ad ipſam. Sic & in neceſſitatibus regni, quod pertinet ad conſeruationem ſocialis humanæ vitæ, Rex qui eſt artifex architectus dictæ ſocietatis non debet deficere, ſed omnem defectum ſupplere D cum ipſa ſocietate. Et ideo concludendum eſt, ꝙ iſto caſu poſſunt legitimè exactiones & talliæ, ac cenſus, ſiue tributa imponi, dummodo non tranſcendant neceſsitatis metas. Vnde Augu. de verbis domini exponens illud Matthæi Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Igitur inquit quod Cæſar præcipit ferendum eſt, quod imperat tolerandum. Sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. Et poſtea exponens verbum Ioannis Baptiſtæ, quod militibus dixit. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed eſtote contenti ſtipendijs veſtris. Hoc inquit ſumi poteſt de militibus, prætoribus, cunctiſque rectoribus. Quicunque enim ſibi ſtipendia publicè decreta conſequitur, ſi amplius quærit tanquàm calumniator & concuſſor, ſententia Ioannis condemnatur. Ex hac ergo duplici parte principatus Deſpoticus ad Regale reducitur. Sed præcipuè ratione delicti, propter quod ſeruitus eſt introducta, vt Aug. dicit 18. de Ciuitate Dei. Licet enim etiam, in primo ſtatu

A fuiſſet dominium, non tamen niſi officio conſulendi & dirigendi, non libidine dominandi vel intentione ſubijciendi ſeruiliter, vt dictum eſt ſupra. Leges verò traditæ de Regali dominio Iſraelitico populo per Samuelem prophetam hac conſideratione ſunt datæ, quia dictus populus propter ſuam ingratitudinem, & quia duræ ceruicis erat, merebatur tales leges audire. Interdum enim dum populus non cognoſcit beneficium boni regiminis, expedit exercere tyrannides, quia etiam hæ ſunt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Vnde & quædam inſulæ & prouinciæ, ſecundum quòd hiſtoriæ narrant ſemper habent tyrannos propter malitiam populi, quia aliter niſi in virga ferrea Regi non poſſunt. In talibus ergo regionibus ſic diſcolis, neceſſarius eſt regibus principatus Deſpoticus, nõ quidem iuxta naturam regalis dominij, ſed ſecundum merita & pertinacias ſubditorum. Et iſta eſt ratio Aug. in prædicto iam lib. Philoſophus etiam in 3. Polit. vbi diſtinguit genera regni, oſtendi apud B quaſdam barbaras nationes Regale dominiũ eſſe omnino Deſpoticum, quia aliter Regi nõ poſſent, quod quidem dominium præcipuè viget in græcia, & apud Perſas, ſaltem quantum ad regimen populare. Hæc igitur de regali dominio intantum ſint dicta, & qualiter principatus deſpoticus ad ipſum reducitur, & vnde diuidit̃ contra politicũ. Quod in capitulo de dominio politico adhuc clarius oſtendetur.

De dominio Imperiali & vnde iſtud nomen habuit originem: & quibuſdam alijs nominibus: vbi incidenter diſtinguuntur Monarchiæ: & quantũ durauerunt. Cap. 12

DE Imperiali verò poſt prædicta dominia congruum videtur eſſe dicendum, quia medium tenet inter Politicum & Regale: quamuis vniuerſalius. Et ideo quantum ad hæc præponi deberet regali. Sed alia cauſa eſt quare poſtponitur, quam nunc prætermittimus. Circa hoc quidem tria pronunc ſunt attendenda. Vnum de nomi C ne, quia nomen iſtud a ſupremo dominio faſtuosè & elatè trahit originem quaſi omnium dominus. Vnde & ille ſuperbus Nichanor cum rogaretur a iudæis, vt deferret diei ſanctificationis, hoc eſt ſabbato, cum arrogantia ab eiſdem quærens, ſi erat potens in cœlo qui imperauit agi diem talem, reſponſoq; accepto, ꝙ erat potens in cœlo dominus Deus & ego inquit cum faſtu non modico ſum potens ſuper terram, qui impero arma ſumi. Propter quam cauſam ipſe poſtea diuinitus turpiter a Iuda Machabeo vt ſcribitur in ſecundo Machabæorum, captus in bello, amputatiſque capite & manu dextera, quam contra templum erexerat, mala morte vitam finiuit. Quædam autem alia nomina iſtius dominij aſſumpta ſunt a quibuſdam excellentibus viris, dicti Principatus propter aliquam prærogatiuam in eis repertam. Vt Cæſar Iulius, vt hiſtoriæ tradunt, ſic dictus, quia vt ſcribit Iſidorus libro Ethimologiarum nono, quia cæſo mortuæ matris vtero prolatus eſt, vel quia cum Cæſarie na D tus. A quo Imperatores ſequentes ſic vocati ſunt, quia comati eſſent. Sed Auguſtus ab augendo rempublicam primus vocatus eſt Octauius, idem Iſidorus ſcribit. Secundũ autem quòd hic attẽdimus, eſt de proceſſu iſtius Imperij, quia ſupra eſt tactum de quadruplici Monarchia. Sed nos quintam poſſumus addere, & de qua infra dicemus. Prima fuit Aſſyriorum, cuius caput Ninus fuit, tempore Abrahæ Patriarchæ, quæ durauit. M. ccxl. annos, vt ſcribit Auguſti. lib. 4. de Ciuitate Dei, vſque ad Sardanapalum, qui propter merita muliebria perdidit principatum. Sed Arbaces tranſtulit ad Medos & Perſas. Quo tempore regnauit Procax dux Romanorũ vt idem doctor in 18. dicit. Secunda verò Monarchia videlicet Medorũ & Perſarum durauit vſque ad tempora Alexandri. ccxxxiij annos, quando videlicet deuincitur Darius a prædicto Principe, vt ſcribit idem doctor in eodem libro 12. Sed Monarchia græcorum in Alexandro incæpit, & in eodem finitur. De quo dicitur in primo Machab. ꝙ regnauit Alexander annis 12. & mortuus

tuus

tuus eſt. Sed quãuis græci non habuerint vniuerſale domi-
nium, viguit tamen regnum Macedonum vſque ad mortẽ
Alexandri, de quo & prædictus liber mentionem facit an-
nis cccclxxxv. vt Aug. ſcribit in eodem t 2. lib. In quo præ-
dictus princeps ſuum inchoauit dominiũ patri ſuo in eodẽ
regno ſuccedens, vt hiſtoriæ tradunt. Poſt hanc autem
Monarchiam Romanus principatus vigere incæpit. Tem-
pore enim Iudæ Machabæi, qui immediate quaſi poſt mor-
tem floruit Alexandri cum Ptolæmeo lagi concurrentes in
libro primo Machabæorum multa de Romanis traduntur.
In quibus ipſorum potentia ad omnes mundi plagas vide-
batur diffuſa, ſub conſulibus tamen, quia ſuperſtitibus re-
gibus cum finitimis ſolicitabantur regionibus, & modicæ
adhuc erant virtutis. Durauitque conſulatus immo Monar
chia vſque ad tempora Iulij Cæſaris, qui primus vſurpanit
imperium. Sed parũ in ipſo ſuperuixit, á ſenatoribus qui-
dem occiſus propter abuſum dominij. Poſt hunc Octauius
filius ſororis ſuæ ſucceſsit. qui vindicta exercita contra oc-
F ciſores Iulij, interfectoque Antonio qui Monarchiam te
nebat in oriente ſolus, ipſam obtinuit. Et propter ſuam
modeſtiam longo tempore in eo principatum habuit. ac in
xlij. anno ſui regiminis, completa ſeptuageſimaſexta heb-
domada, ſecundum Danielem ſui dominij, ceſſante regno
& ſacerdorio in iudæa, naſcitur Chriſtus, qui fuit verus
Rex & ſacerdos, & verus Monarcha. Vnde poſt reſurrectio-
nem ſuã apparens diſcipulis ſuis dixit. Data eſt mihi om-
nis poteſtas in cælo & in terra. Quod quidem ad huma-
nitatem oportet referre ſecundum Auguſtinum & Hiero-
nymum, quia de diuinitate. nulli eſt dubium, quin ſem-
per habuerit.

De Monarchia Chriſti quõ in tribus excellit: & de Octauio Auguſto quõ geſſit vices Chriſti. Cap. 13.

ET hæc quinta Monarchia quæ ſucceſsit Romanis ſe-
G cundum veritatem omnibus præcellit ex triplici par-
te. Primo quidem ex annorum quantitate, quia plus
durauit & adhuc durat & durabit vſque ad mundi renoua-
tionem, vt patet in viſione Danielis, vt dictum eſt ſupra, &
adhuc nunc magis declarabitur. Secundo apparet eius ex-
cellentia ex dominij vniuerſalitate, quia in omnem terrã
exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
Nullus enim angulus mundi eſt, nulla plaga in qua nomẽ
Chriſti non adoretur. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus
eius. vt introducit apoſtolus in fine primæ epiſtolæ ad Cor.
In principio etiam Malachiæ prophetę oſtenditur iſtud do
minium. Ab ortu inquit ſolis, vſque ad occaſum magnum
eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrifica-
tur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum
eſt nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum.
In quo vero ſatis apparet quòd dominium Chriſti ordina-
tur ad ſalutem animæ, & ad ſpiritualia bona, vt iam vide-
H tur, licet á temporalibus non excludatur, eo modo quo
ad ſpiritualia ordinatur. Et inde eſt quòd quamuis Chri-
ſtus adoraretur á Magis, glorificaretur ab angelis, in ſignũ
vniuerſalis ſui dominij, humili tamen loco iacuit, vilibus
inuolutus pannis. Qua quidem via homines melius, ad
virtutem trahuntur q̃ armorum virtute. Et hoc quidem
intendebat, licet ipſius ſua vteretur potentia, vt verus do-
minus. In humilitate ergo vixit, & demum in Auguſto
ſubſtituit, vt deſcriberetur vniuerſus orbis in ortu domi-
ni, vt Lucas euangeliſta teſtatur. Et in hac deſcriptione
ſoluebatur cenſus ſiue tributum, vt hiſtoriæ tradunt, in re-
cognitionem debitæ ſeruitutis non ſine myſterio, quia illo
natus erat qui verus erat mundi dominus & Monarcha, cu
ius vices gerebat Auguſtus, licet non intelligens, ſed nu-
tu Dei, ſicut Caypbas prophetauit. Vnde hoc inſtinctu di
ctus Cæſar mandauit tunc temporis, vt narrant hiſtoriæ,
ne quis de Romano populo dominũ ipſum vocaret. Quas
quidem vices Monarchiæ poſt Chriſti veri domini natiui-

E tatem geſsit Auguſtus quatuordecim annos toto orbe ter-
rarum ſubacto, quia vt acta principum Romanorũ deſcri-
bunt dictus Cæſar Auguſtus quinquaginta ſex annos & mẽ
ſes ſex tenuit principatũ. Tyberius etiã qui eidẽ Auguſto
ſucceſsit, vt narrant hiſtoriæ, Chriſtũ tanquã verũ dominũ
inter Deos transferri voluit, licet impeditus fuerit á ſuper-
bo & Faullo Senatu impatiente alienius dominij. Tertio
autẽ apparet excellentia Monarchię Chriſti, ſup alias qua-
tuor pcedentes ex dominantis, dignitate, quia Deus & ho-
mo. Secũdum quam cõſiderationẽ humana natura in Chri-
ſto participat infinitam virtutẽ. Ex qua maioris fortitudinis
eſt, & virtutis ſupra humanã fortitudinẽ & virtutẽ. Quam
quidẽ deſcribit Eſaias, quãtũ ad virtutẽ cpalem Chriſti, vn-
de ipſum Monarcham appellamus. Paruulus inquit natus
eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus
ſuper humerum eius. Et vocabitur nomen eius admirabi-
lis cõſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pa-
cis. Multiplicabitur eius imperiũ & pacis non erit finis. In
F quibus verbis, omnia tãguntur quæ requiruntur ad verum
principem. Immo tranſcendit metas omniũ dominorũ, vt
in ſequenti capitulo declarabitur, & aſpicienti patet. Hic
ergo principatus ſiue dominiũ, oẽs monarchias ſiue domi-
nia tranſcendit, annihilat, & confringit, quia omnia regna
ſubijciuntur eidem. Quod per eundẽ prophetã pnunciatũ
eſt. Viuo ego dicit dominus, quia mihi curuabit omne ge-
nu. Et apoſtolus Paulus ad Phil. In nomine Ieſu omne ge-
nu flectatur, cæleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. De hac mo
narchia concludit Daniel expoſita Nabuchodonoſor ſom-
nij viſione. In diebus inquit illis, hoc eſt poſt illas quatuor
monarchias, Aſsyriorũ, Perſarũ, & Medorũ, Græcorum, &
Romanorũ, ſuſcitabit dominus regnũ cæli quod in æternũ
non diſsipabitur, & regnũ eius alteri nõ tradetur, & cõmi-
nuet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in ęternũ. Cuius
quidem ratio ęternitatis ſatis eſt in promptu, quia iſte prin
cipatus æterno coniungitur, cũ iſte dominus Deus, & ho-
G mo ſit. Et ſic cõpletus eſt circulus á puncto ad punctũ, q̃
probatũ eſt ſupra á Deo omne dominiũ originẽ trahere. In
iſto vero principatu, pcurſis hominũ motibus, terminatur
principatus, ſicut in re immobili vltra quam non eſt mo-
tus. Et ſic oportet ex dictis concludere, quòd iſtud domi-
nium non poteſt deficere.

De Monarchia Chriſti quo tempore incępit: & quomodo latuit, & quare, & duplex aſſignatur cauſa ſuæ occultationis, & primo ponitur vna. Cap. 14.

SEd tunc oritur quæſtio, de iuſto Domini principatu,
quando incæpit, quia conſtat multos poſtea imperaſſe,
ipſe vero abiectam vitam elegit. Vnde in Matthæo di-
citur. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius
autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. Itẽ in Ioã-
ne ſcribitur, q cũ pauiſſet multitudinẽ abſcõdit ſe, quia vo
H lebãt eũ populi rapere ac regẽ facere. Itẽ in eodẽ ipſe di-
cit. Regnũ meũ non eſt de hoc mũdo. Ad hãc autẽ que-
ſtionẽ eſt reſponſio. quia principatus Chriſti incæpit ſtatim
in ipſa ſui natiuitate tpali. Cuius argumenta ſunt in eodẽ
die angelorũ miniſtratio & denũciatio. Vnde in Luca ſcribi
tur, q angelus ad paſtores ait. Annũcio vobis gaudiũ ma-
gnũ, quia natus eſt vobis ſaluator mundi. Item magorum
adoratio. Vnde in Matt. dicitur. Cũ natus eſſet Ieſus in die-
bus Herodis regis, ecce magi venerunt ab oriente Hieroſoly
mam dicentes. Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorum? Vide-
mus enim ſtellam eius in oriẽte, & venimus adorare eum.
In quibus actibus, ſatis eſt notus principatus eius, ac tem-
poris exordium, prophetatus quidem & pronũciatus per
Eſaiam in verbis ſupra præmiſsis. Et attendendum, quòd
in ſua infantia plus apparuit virtutis & potentiæ præten-
dentis excellentiã ſui dominij, q̃ in adulta ætate, ad inſinuã
dum ſuam infirmitatem eſſe voluntariã, nõ neceſſariã, quæ
aſſumpta eſt ab ipſo, & nõ publice vſus, niſi in caſibus ppter
duplicem

duplicem cauſam quæ ad præſens ſufficiant. Vna eſt ad do-
cendum in principibus humilitatem, per quam quis red-
ditur in regimine gratioſus. Quia humilitas meretur gra-
tiam, iuxta illud. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Et iterũ,
In manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum glo
riam diligeris. Et in canonica beati Iacobi. Deus ſuperbis
reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Sed tanto amplius
in principe eſt neceſſaria, quanto per eminentiam ſui ſta-
tus, dentibus inuidiæ ſuperiorem non patientis laceratur.
Quod conſiderãs Dauid Rex faſtuoſe Regis filiæ videlicet
Michol, inſultanti & dicenti ꝙ coram ancillis ſuis ſe diſco-
operuiſſet ad Dei laudem & reuerentiam diuinæ arcbæ,
quę tunc pro numine habebatur, reſponſum dedit, vt pa-
tet in 2. Regum. Ludam inquit ante dominum, qui elegit
me potius quàm patrem tuum & quàm omnem domum
eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populum domini
in Iſrael. Et Ludam & Vilior fiam pluſquam factus ſum, &
ero humilis in oculis meis. Quam regulam Chriſtus ſer-
B uare voluit in ſeipſo ſecundum voluntatem Dei patris per
prophetam Zachariam prænunciatam, quam euangeliſta
Mat. in Chriſto adimpletam eſſe pronunciat. Ecce inquit
Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pul-
lum filium ſubiugalis. Quòd ſi principes mundi de humili
tate commendantur & paupertate, per quę gratioſi facti
ſunt ſubditis, & ipſorum proſperatum eſt dominium, qua-
re non magis commẽdabimus perfectam humilitatẽ Chri-
ſti? Scribit enim Maximus Valerius li. 11. de Codro Athe-
nienſi Rege, & Aug. de ciui. dei. Quòd cum Peloponenſes
pugnarent contra Athenienſes, ex conſultatione Apollinis
certior factus eſt, ꝙ ille exercitus præualeret, cuius dux
morti dicaretur. Vnde Rex Codrus pro ſalute ſuæ gentis in
effigie pauperis ſe hoſtibus interficiendum obtulit. Ipſoq́;
mortuo in fugam verſi ſunt hoſtes. Propter quod Athenié-
ſes ipſum inter Deos aſſerebant ſuiſſe translatum. Tradit
etiam idem Aug. in præfato libro, & Maximus Valerius de
C quibuſdam conſulibus Romanis vt de Lucio Valerio, ꝙ in
tanta mortuus eſt indigentia, vt cogerentur amici collectã
facere nummorum pro eius ſepultura, Fabricius etiam cõ-
ſul de hoc ipſo ſumme commendatur. Vnde ſcribit idẽ Va-
lerius Maximus, & Vegetius de re militari lib. 4. Et dictum
eſt ſupra ꝙ cum eſſet par vnicuique pauperi, & legati Epi-
rotarum magnum auri pondus eidem afferrent, eo recuſan
te, Narrate inquit Epirotis me malle hæc habentibus impe-
rare, q̃ ipſa poſsidere. Quid plus inſiſtimus? Omnes magni
principes & Monarchę cum humilitate ſubiugauerunt mũ
dum, ſed cum faſtu elationis perdiderũt dominium, vt ſu-
perius eſt tactum. Propter quod in Eccleſiaſtico ſcribitur.
Quanto maior es, humilia te in omnibus, & corã Deu in-
uenies gratiam. Amplius autem ſi virtus humilitatis & be-
niuolentiæ in quocunque principe commendatur, multo
magis laudari debet in principe noſtro Chriſto, tanquam
in ſupremo gradu virtutis conſtituto. Concluditur ergo ꝙ
Chriſti humilitas & paupertas fuit conſona rationi, q̃uis
D legitimus eſſet dominus, propter cauſam iam dictam.

*Secunda rõ quare dominus aſſumpſit vitam abiectam & oc-
cultam, licet eſſet verus mundi dominus: & exponun
tur verba Eſaiæ prophetæ de ipſo. Cap. 15.*

Est & alia ratio, quare dominus noſter ſtatum humilem
aſſumpſit, quamuis dominus mundi, ad inſinuandam
videlicet differentiam inter ſuum & aliorum princi-
pũ dominium. Quamuis enim temporaliter eſſet dominus
orbis, directe tamen ad ſpiritualem vitam ſuum ordinauit
principatum. Iuxta illud Ioãnis. Ego veni, vt vitam habeãt,
& abundantius habeant. Hinc etiam verificatur ſuum ver-
bum ſuperius allegatum. Regnum meum non eſt de hoc
mundo. Propter hoc igitur humiliter vixit, vt ſuos fideles
exemplo ſui traheret ad operandum ſecundum virtutẽ, cu-
ius via aptior eſt humilitas, ac mundi contemptus, vt Stoici
& Cynici poſuerunt, vt de ipſis Aug. & Maximus Valerius

A referunt. Ipſe etiam Seneca idem oſtendit, qui perfectus
Stoicus fuit, in libello de Dei prouidentia, & de breuitate
vitæ ad Paulinum, per quam quis efficitur dignus ad regnũ
æternum. Ad quod conſequendum ſui dominij fuit princi-
palis intentio. Vnde ipſe dominus in Luca diſcipulis, ſuiſ-
que ſequacibus dicit. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in
tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit
mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper men-
ſam meam in regno meo. Voluit igitur dominus ſequaces
ſuos humiliter viuere exemplo ſui ex cauſa iam dicta, iuxta
illud Mat. diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Ac
ſuum temporale dominium ad hoc ordinare. Vnde vita ſpi-
ritualis fidelium, regnum cœlorum vocatur, quia differt in
viuendo à regno mundano, & quia ad verum regnum or-
dinatur æternum, non ad temporale dominium tãtum. Ad
tollendam igitur ſuſpitionẽ de cordibus hominũ, ꝙ quaſi
principatum aſſumpſerit, vt in mundo dominaretur, & hoc
eſſet finis eius, vt aliorum dominorum, vitam abiectã ele-
B git, & tamen verus erat dominus & Monarcha, quia factus
eſt principatus ſuper humerum eius, vt dictum eſt ſupra p.
prophetam. Quod optimè fuit in pręmiſsis verbis Eſaiæ
prænũciatum, quia primo pręponitur humilis & abiectus.
Paruulus inquit natus eſt nobis. Poſtea ſubiungitur cũ iſta
paruitate, virtus & excellentia ſui dominij propter coniun
ctum. Et filius inquit datus eſt nobis. Quia enim humani-
tas in Chriſto coniuncta erat diuinitati filij, tanq̃ inſtrumẽ
tum eius omnipotentis erat virtutis. Et ideo propheta ibi-
dem circũloquitur ineffabile eius dominium, multis clau-
ſulis, ſingularis potentiæ, quæ omnes diſtinctè habent in-
telligi, vt Hieronymus exponit ibidem, vt per ordinẽ clau-
ſularum eſt manifeſtum. Primo ſi quidem quantum ad do-
minij ſecuritatem & ſoliditatem. Cuius inquit principatus
ſuper humerum eius. Ea enim quæ portantur in humeris
firmiora ſunt. Sic enim onera ſolidius vehuntur. Secun-
do quantum ad dominij nouitatem, vnde ſcribitur. Et vo-
C cabitur nomen eius admirabilis. Admiratione enim di-
gnum eſt, quia humilis & pauper. & tamen dominus mun
di. Tertio quantum ad ſapientiæ claritatem, quod eſt præci
puè principibus neceſſariũ, quia væ terræ cuius Rex puer
eſt, vt dicitur in Eccleſiaſtico. Quod accidit quando prin-
ceps per ſe nihil poteſt, ſed innixus aliorum agit conſilio
ſiue agitur, vt melius dicatur. Vnde ſubditur conſiliarius.
Quarto quantum ad dominij dignitatem, quia Deus. Cum
enim in ipſo ſit vnum ſuppoſitum, & vna perſona in qua
ſunt vnitæ diuina & humana natura, principatus Chriſti in
virtute agit domini ſuppoſiti. Et ideo Quinto ſequitur.
Fortis. Recipit enim influentiam Chriſti principatus ex di-
uina virtute, quæ in ipſo perſonaliter erat, qua potentia
vſus eſt Chriſtus circa paſsionem, cum Iudæi vellent eum
occidere & ipſum quęrerent. quo dicente ego ſum, ſtatim
ceciderunt in terram, vt in Ioan. ſcribitur. Qua quidem fi-
nes ſui ſucceſſoris excedit, quia cõſtat quòd vicarius Chri-
ſti non eſt Deus. Et in hoc tranſcendit ſua poteſtas poten-
D tiam ſui ſucceſſoris. Ex quo Chriſtus multa potuit circa
ordinationem ſuorum fidelium & regimen quæ beatus Pe
trus non potuit, nec ſui ſucceſſores, vt ſuperius eſt oſten-
ſum. Ex eadem parte videlicet ꝙ iſte paruulus erat, ſubditur
Sexta conditio ſingularis ſui principatus quę eſt regendi
benignitas. Quia pater futuri ſeculi. Quod ad plenitu-
dinem gratiæ referre poſſumus, qua quidẽ qui pleni ſunt,
omne iugum legis leuiter portant. Qua ratione apoſtolus
dicit ad Gal. Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege. Vnde
talibus ad regendum virga ferrea non eſt neceſſaria. Et hoc
ſingulare eſt in principatu Chriſti. Septimum & vltimum
ſumitur ex eadem cauſa, quod eſt regendum tranquil-
litas cum ſubditur. Princeps Pacis. Et ſi non corporis
tamen pectoris. Et hanc quidem ſuis fidelibus Chri-
ſtus Rex noſter & princeps, & viuendo affert, & mo-
riendo reliquit. In mundo inquit preſſuram habebi-
tis, in me autem pacem. Et hoc etiam eſt ſingulare in
ſuo

E ſuo principatu. In humilitate ergo & paupertate ſuum fundauit dominium, & in aduerſitatibus & laboribus & erumnis. Quomodo aucta fuit reſpu. Romanorum, non videlicet faſtu vel pompis ſuperbiæ: vt Saloſtius refert ex ſententia Catonis, & Maximus Valerius hoc idem probat,

Oſtendit ꝙ iſto modo aucta fuit reſp. per exempla antiquorum Ro. & poſtea ſubdit de Conſtantino. Cap. 16.

ET hinc eſt ꝙ Rex noſter Chrs: princeps ſeculi permiſit dominari, & eo viuente, & eo moriente ad tempus: quouſq; videlicet ſuum regnum eſſet perfectũ, & ordinatum in ſuis fidelibus, operationibus virtuoſis, & eorũ ſanguine laureatum. Si enim Regulus qui & Marcus appellatur, pro zelo ſuæ patriæ a Cartaginenſibus eſt occiſus. ſi Marcus Curtius in abruptum terræ hiatum ſe proiecit ad liberationem patriæ: ſi Brutus & Torquatus filios occiderũt pro iuſtitia & diſciplina militari conſeruandis: vt hiſtoriæ tradunt, quorum zelo reſpu. ex parua facta eſt magna. Item F ſi Seleucus apud Locros dominans. vt Maximus Valerius refert lib. 6. filium vno priuauit oculo: alteroq; ſeipſum, pro adulterio commiſſo, vt iuſtitia ſeruaretur contra prædictũ delictum per filium perpetratum, ſicq; admirabili ęquitatis temperamento ſe inter miſericordem patrem & iuſtum legislatorem partitus eſt: quare non magis Chriſtiani reddi debent laudabiles, ſi ſe exponunt paſsionibus & tormentis pro zelo fidei, & amore Dei, ac virtutibus varijs conantur florere, vt regnum conſequantur æternum, ac Chriſti principatus accreſcat in eorum meritis? Hæc autem Augu. de ciui. Dei, quaſi per totum ſubtiliter valdè ac diffusè pertractat. Propter quod & dictum librum fecit, quod & factũ fuit intermedio tempore a paſsione domini vſq; ad tempora beati Syluestri & Constantini. Quo quidem ſeculi ſpatio infinita populi multitudo per mortem Chriſto domino ſuo dedicata eſt & coniuncta, ac ſuum ducem & principem eſt ſecuta. Primo quidem primi duces Apoſtoli, & alij Chriſti diſcipuli omnes Chri vicarij & Petri ſucceſſores. Quod G fuit tempus. 350. annorum. In quorum ſanguine & corporibus ac ipſorum vitę meritis fundata eſt eccleſia, tanquã in lapidibus viuis, & ꝓcioſis, ac ineffabili fundamento, contra quod nec venti, nec pluuiæ, nec quæcunq; procellæ diuerſarum paſsionum, vel quarumcunq; perturbationum ſæuiant, ipſum poſſunt obruere. Opportuno igitur tempore vt manifeſtaretur mundo regnum Chriſti compoſitum, virtus principis noſtri Ieſu Chriſti principem mundi ſolicitauit, Conſtantinum videlicet percotiẽs eum lepra, ac ipſum curans ſupra humanam virtutem. Qua probata in dominio ceſsit vicario Chriſti: beato videlicet Syluestro, cui de iure debebatur ex cauſis & rationibus ſuperius aſsignatis. In qua quidem ceſsione ſpirituali, Chriſti regno adiunctum eſt temporale, ſpirituali manente in ſuo vigore. Quia illud per ſequæri debet a Chriſti fidelibus, illud verò ſecundario tanquam adminiſtrans primo. Aliter autem contra intentionem fit Chriſti. Tunc adimpletum eſt quod poſt il- H lam clauſulam ſcribitur in Iſaia. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Apertæ ſunt enim eccleſiæ ab eo tempore, & cœpit Chriſtus prædicari publice, quod ante non poterat ſine periculo mortis. Et eodem anno quo Conſtantinus curatus eſt a lepra, & conuerſus eſt ad fidem, baptizati ſunt circa partes Romanas pluſquam centum milia hominum, ex virtutibus oſtenſis per dictum Chriſti vicariũ. Sed attendendum quod dicit Propheta. Et pacis non erit finis. Conſtat enim poſt mortem Conſtantini filium eius hæreſi Arriana fuiſſe infectum, & eccleſiam perturbaſſe. Vnde ſub eo paſsi ſunt exilium ſolennes eccleſiæ doctores. Hilarius Pictauien. & Athanaſius Alexandrinus epiſcopi, ac Euſebius Vercellen. & multi alij eccleſiarum doctores, & clerici: necnon & caput eccleſiæ ſummus Pontifex Liberius, in veritate fidei vacillauit, ex multa perſecutione Conſtantij, vt hiſtoriæ tradunt. Poſt ipſum fuit Iulianus apoſtata frater Galli, conſobrinus Conſtantij. Hic ſecundam intulit perſecutionem fidelibus, ſub quo paſsi ſunt Ioannes & Paulus germani. Vnde ergo verificatur verbum Domini per Prophetam iam dictum? Oportet autem prædicta ad pacem pectoris reducere, non corporis. Vnde ipſe Dominus, quando pacem offert diſcipulis in Ioanne de tali pace loquitur. Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Manifeſtum eſt enim illa verba diſcipulis imminẽte paſsione dicta. Tunc autem conſtat ipſos perſecutionem paſſos. Vnde dictum eſt eis in eodem temporis momento. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Hanc ergo pacem electi Chriſti fideles perdere non poſſunt, niſi velint. Quòd ſi licuit Stoicis dicere bona hominis, quæ virtutes appellanẽ, in homine ſemper manere, nec auferri poſſe virtuoſis inuitis, vt refert A. Gelius in lib. noctium Atticarum de Diogene Stoico. & Augu. de ciui. Dei. lib. 5. Quare non magis dicemus de mentibus fidelium ꝙ pacis eorum non erit finis, cum inhæreant fini, qui ſine fine viuit.

Quòd Imperatores Conſtantinopolitani ſequentes a Conſtantino fuerunt obedientes & reuerentes Eccleſiæ Ro. oſtendit per quatuor concilia quibus dicti Principes ſe ſubiecerunt. Cap. 17.

HIs autem peractis Iuliano in bello Perſarum interfecto, reddita eſt pax eccleſiæ per Iouinianum fratrem eius, virum Catholicum, licet parum regnauerit. Iſtud autem notabile abinde vſq; ad tempora Caroli Magni de Imperatoribus reperitur, omnes quaſi obedientes & reuerentes fuiſſe Romanæ eccleſiæ tanquam ipſa principatum teneret, ſiue reſpectu ſpiritualis dominij, ſicut ſancta Synodus Nicena diffinit, ſiue temporalis. Vnde Gelaſius Papa Anaſtaſio imperatori ſcripſit, imperatorem a iudicio Papæ dependere, vt hiſtoriæ tradunt, & non econtrario. Valentinianus etiã qui immediate Iouiniano ſucceſsit, ſic fertur dixiſſe, vt eccleſiaſtica hiſtoria refert, cum archiepiſcopi Mediolanen. inſtaret electio. Talem inquit nobis in pontificali inſtituere ſede, cui nos qui gubernamus imperiũ ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita dum tanq̃ homines deliquerimus, neceſſario veluti curantis medicamina ſuſcipiamus. Et quia iſta materia eſt fructuoſa ad oſtendendam reuerẽtiam principũ circa vicarium Chriſti, de imperatoribus vſq; ad tempora Caroli eſt hic agẽdum. Vlterius autem a Carolo vſque ad Ottonem primum: inter quæ tempora facta eſt diuerſitas in tribus. Primo quantum ad modum eligendi. ſecundo quantum ad modum ſuccedendi. tertio quantum ad modum prouidendi. Et vt appareat tradendum eſt hic aliud de proceſſu imperatorum a tempore Conſtantini, qui ſubiecti fuerint eccleſiæ præter iam dictis tyrannos. Sicut enim narrant hiſtoriæ, poſtquam Conſtantinus ceſsit imperium vicario Chriſti tranſtulit ſecum Satrapis & principibus ſuis in prouinciam Thraciæ. Vbi Aſia maior incipit, & terminatur Europa, ibiq; vnam ciuitatem aſſumpſit quæ vocabatur Biſantium. Quam quidẽ, vt hiſtoriæ tradunt, quaſi adæquauit vrbi, & ſuo nomine appellauit. In hac ergo fuit Imperialis ſedes vſque ad Carolum, in cuius perſonam Adrianus Papa congregato concilio in vrbe imperium a Græcis tranſtulit in germanos. In quo apparet Imperatores Conſtantinopolis a vicario Chriſti ſummo videlicet pontifice dependere, vt Gelaſius Papa Anaſtaſio ſcribit imperatori. Vnde ipſorum imperium ad exequendum regimen fidelium ſecundum mandatum ſummi põtificis ordinatur, vt merito dici poſſint ipſorum executores eſſe, ac cooperatores Dei ad gubernandum populum Chriſtianum. Quod quidem oſtenditur primo de quatuor Imperatoribus, qui in iſto medio tempore regnauerunt, necnon & præſentes fuerunt quatuor concilijs ſolennioribus, & vniuerſalioribus, approbantes ipſorum ſtatuta, & eiſdem ſe humiliter ſubijcientes. Primum fuit Nicenum trecentorum decem & octo epiſcoporum tempore Conſtãtini, vbi condemnatus eſt Arrius presbyter Alexandrinus;

Alexandrinus, vt hiſtoriæ tradunt, qui filium Dei aſſerebat minorem patre. Vbi de dicto principe fertur, quòd eidem concilio omnes ſumptus fecit, quaſi in hoc recognoſcens ſuum dominium vicarium Chriſti. Cuius vices totum gerebat concilium, quia beatus Sylueſter abſens fuerat ab eodem ex ſpeciali cauſa. Secundum autem concilium fuit Conſtantinopoli, ſub Ciriaco papa celebratum. Quidam tamen dicunt ſub Damaſo, præſente Theodoſio ſeniore, vt hiſtoriæ tradunt, centum quinquaginta epiſcoporum. In quo multæ fuerunt hæreſes condemnatæ, ſed præcipue Macedonij epiſcopi Conſtantinopolis, qui ſpiritum ſanctum negabat eſſe Deum, patri conſubſtantialem & filio. Hic autem Theodoſius tantæ reuerentiæ fuit ad eccleſiã: q vt ſcribit Gelaſius, Anaſtaſio Imperatori, beato Ambroſio prohibente eidem ingreſſum eccleſiæ nõ fuit auſus intrare, quin potius excommunicauit eum, quia conſenſit in necem multitudinis Theſſalonicæ, eo q ſuum iudicem occidiſſent, vt narrat hiſtoria tripartita. Quod totum princeps catholicus patienter tulit: & tandem duriſsime reprehenſus ab ipſo, publicam prius egit pœnitentiam, quàm publicum haberet eccleſiæ ingreſſum. Tertium autem concilium celebratũ fuit ſub Theodoſio iuniore Arcadij filio, apud Epheſum, ducentorum epiſcoporum tempore Cœleſtini primi, licet præſens non fuerit, ſed eius vices geſsit Cyrillus Alexandrinus epiſcopus ex confidentia Theodoſij, qui tantæ fuit honeſtatis, & maturi conſilij, & reuerentię ad diuinum cultum, quòd etiam in tenella ætate permiſſus eſt imperare, vt hiſtoriæ tradunt. Sinodus autem prædicta contra Neſtorium Conſtantinopolis epiſcopum congregata fuit, qui duas perſonas ponebat in Chriſto, & duo ſuppoſita per quę tollebatur vera vnio vtriuſq; naturæ. Quartum autem concilium fuit celebratum in Calcedone ſexcẽtorum triginta epiſcoporum ſub Leone primo, pręſente pręcipue Martiano, de quo pro reuerẽtia romanæ eccleſiæ ſic dixiſſe fertur in actione ſeptima præfatæ ſynodi. Nos inquit ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam, exẽplo religioſiſsimi viri Conſtantini huic concilio intereſſe volumus, vt inuenta veritate, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet. Per quod habeo quòd tota intentio principum antiquitus erat ad fauendum fidei, & eccleſiæ romanæ reuerentiæ & honori. In hoc autem cõcilio dãnatus eſt Eutices cum Dioſcoro epiſcopo Alexandrino. Qui ſicut Neſtorius ponebat naturas & perſonas diſtinctas, ſic iſti aſſerebant confuſas & admixtas.

De duobus ſequentibus concilijs poſt alia quatuor celebratis tempore Iuſtiniani iunioris. Et quæ fuit ratio quare imperium translatum fuit à Græcis ad Germanos. Cap. 18.

MVltæ etiam & alia fuerunt concilia, licet iſta fuerint principaliora, à tempore Conſtantini vſque ad Carolum in quibus principes ſe ſubiectos eccleſiæ ac fideles oſtendunt. Sed precipue Iuſtinianus poſt curſum quartæ ſynodi centum viginti annorum, præſidente Iulio papa. Hoc enim manifeſtum eſt ex ſuis legibus, quas in fauorem condidit eccleſiaſtici ſtatus. Item ex epiſtola, quam celebrato concilio in Conſtantinopoli per totum orbem terrarum direxit. In qua inſtitutis eccleſiæ ſe ſubiecit, mandans populis, eidem in omnibus obedire, replicans etiam ſuper quatuor conciliorum memoratorum ſtatuta, & eadem confirmans ſanctas ſanctiones, ſiue leges ſubiiciens eccleſiaſticis inſtitutis. Sed pręcipue an vſuris & matrimonio, in quibus tota vita ciuilis verſatur. Quæ quidem ſynodus celebrata fuit contra Theodorum & eius ſectatores Conſtantinopoli. Qui aliud dicebant eſſe verbum Dei, & aliud Chriſtum, negantes etiam beatam Mariam. Sexta autem ſynodus celebrata fuit in vrbe regia præfata, Conſtantino iuniore procurante centum quinquaginta epiſcoporum, rogatu Agatonis, contra Macharium Antiocenum epiſcopum & eius ſocios, qui vnam operationem & vnam voluntatem in Chriſto aſſerunt iuxta perfidiam Euticetis. In qua quidem ſynodo dictus Conſtantinus qui fuit poſt Iuſtinianum principem ad. 150. annos, fidei multum fauit, deſtruens Monothelitas hæreticos, quorum pater & auus fuerũt fautores, reſtaurauit eccleſias per ipſos deſtructas. Hęc pro tanto ſint dicta, ad oſtendendum quòd Conſtantinopolis imperatores fuerunt romanæ eccleſiæ protectores, ac propugnatores vſq; ad tempora Caroli magni. Tunc igitur grauata eccleſia à Longobardis & Conſtantinopolis imperio auxilium non ferente, quia forte non poterat, eius potentia diminuta, aduocauit romanus pontifex ad ſui defenſionem contra prædictos barbaros Regem Francorum. Primo quidem Pipinum Stephanus papa, & ſucceſſor Zachariæ, contra Auſtulphum Regem Longobardorum. Deinde Adrianus & Leo Carolum magnum contra Deſiderium Auſtulphi filium. Quo extirpato & deuicto cum ſua gente, propter tantum beneficium Adrianus concilio celebrato Romę centum quinquagintaquinque epiſcoporum, & venerabilium abbatum, imperium in perſonam magnifici principis Caroli à Gręcis trãſtulit in Germanos. In quo facto ſatis oſtenditur qualiter poteſtas imperij ex iudicio papę dependet. Quã diu enim Conſtantinopolis principes Romanam eccleſiam defenderunt: vt fecit Iuſtinianus per Beliſarium contra Gothos & Mauritius contra Longobardos, eccleſia dictos principes fouit. Poſtquam vero defecerũt, vt tempore Michaelis contemporanei Caroli, de alio principe ad ſui protectionem prouidit.

Qualiter diuerſificatus eſt modus imperij à Carolo magno vſque ad Ottonem tertium: & vnde plenitudo poteſtatis ſummo Pontifici conuenit. Cap. 19.

ET tunc diuerſificatus eſt modus imperij, quia vſque ad tempora Caroli in Conſtantinopoli in eligendo ſeruabatur modus antiquus. Aliquando enim aſſumebantur de eodem genere, aliquando aliunde, & aliquando per Principem fiebat electio, aliquando per exercitum. Sed inſtituto Carolo ceſſauit electio, & per ſucceſſionem aſſumebantur de eodem genere, vt ſemper primogenitus eſſet Imperator, & hoc durauit vſque ad ſeptimam generationem. Qua etiam deficiente tempore Ludouici à Carolo ſeparati, cum eccleſia vexaretur ab iniquis Romanis, aduocatus eſt Otto primus dux Saxonum, in eccleſiæ ſubſidium. Liberataq; eccleſia à vexatione Longobardorum & impiorum Romanorum, ac Berrengarij tyranni in Imperatorem coronatur à Leone ſeptimo genere Alemano, qui Imperium tenuit vſque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus eſt Otto. Et ex tunc, vt hiſtoriæ tradunt, per Gregorium quintum, genere ſimiliter Teutonicum prouiſa eſt electio, vt videlicet per ſeptem Principes Alemaniæ fiat, quæ vſque ad iſta tempora perſeuerat, quod eſt ſpatium ducentorum ſeptuaginta annorum vel circa. Et tantum durabit quantum Romana eccleſia, quæ ſupremum gradum in principatu, tenet Chriſti fidelibus expediens iudicauerit, in quo caſu, vt ex verbis domini ſupra inductis eſt manifeſtum, videlicet pro bono ſtatu vniuerſalis eccleſiæ videtur vicarius Chriſti habere plenitudinem poteſtatis, cui competit dicta prouiſio ex triplici genere. Primo quidem diuino. Quia ſic videtur voluiſſe Chriſtus, ex verbis ſuperius introductis, & infra etiam oſtendetur. Secundo vero ex iure naturali. Quia ſuppoſito ipſum primum locum tenere in principatu, oportet eum dici caput, à quo eſt omnis motus & ſenſus in corpore myſtico, per quod habemus quòd omnis influentia regiminis ab ipſo dependet.

Amplius autem in communitate oportet attendere ad conuerſationem ipſius, quia hoc natura requirit humana, quæ ſine ſocietate viuere non poteſt. Conſeruari autem

nequit niſi per dirigentem primum in quolibet gradu hominum. Et hoc eſt in actibus hominum primus hierarcha, qui eſt Chriſtus. Vnde eſt primum dirigens, & conſulens, ac mouens, cuius vices ſummus pontifex gerit. Rurſus autem dictum eſt ſupra in primo libro, ꝙ princeps eſt in regno ſicut Deus in mundo, & anima in corpore. Conſtat autem, ꝙ omnis operatio naturæ ex Deo dependet, ſicut gubernante, mouente, & conſeruante, quia in ipſo mouemur, & ſumus, vt dicitur in Actibus apoſtolorum. Et propheta Eſaias. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. Similiter & de anima dici poteſt, quia omnis actio naturæ in corpore in triplici genere cauſæ dependet ex anima. Hoc autem videmus in Deo, ꝙ gubernando & dirigendo mundum permittit corruptionem particularis entis pro conſeruatione totius, ſic & natura facit pro conſeruatione humani corporis ex virtute animæ. Simile contingit in Principe totius Regni, quia pro conſeruatione regiminis ſuper ſubditos ampliatur eius poteſtas imponendo tallias, deſtruendo ciuitates, & caſtra pro conſeruatione totius Regni. Multo igitur magis hoc conueniet ſummo & ſupremo Principi. i. Papæ ad bonum totius Chriſtianitatis. Propter quod & prima ſynodus Nicena præſente Conſtantino eidem primatum attribuit, in primis canonibus quos inſtituit. Iura etiam ſequentia dictum concilium, in his ſingulariter dictum principatum attollunt, dicentia, ꝙ ſic debet reputari eius ſententia tanquam ab ore Dei prolata. Et hoc idem Carolus magnus confitetur ibidem. Item non licet appellare ab eius ſententia. Item ipſe eſt, qui ſuperiorem non habet. Item ipſe eſt, qui vices Dei gerit in terris. Et hæc eſt tertia via, ſiue ratio per quam oſtenditur, & concluditur ſummum pontificem in dicto caſu plenitudinem poteſtatis habere. In duobus igitur caſibus ampliatur eius poteſtas: vt patet ſupra. vel ratione delicti, vel ad bonum totius fidei. Quod eleganter nobis oſtendit propheta Hieremias, cum in perſona vicarij Chriſti dicitur. Ecce inquit conſtitui te ſuper gẽtes & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, ac diſsipes. Quod ad rationem delicti referimus. Vbi in quatuor illis vocabulis diuerſa genera pœnarum accepimus quæ infligi poſſunt vnicuiq; fideli, ſiue ſubdito cum dicit: ſuper gentes, ſiue dominio, cum dicit: & ſuper regna. Secundum autem eſt vnde accipimus ampliatam ſummi pontificis poteſtatem. Cum poſtea dicitur. Et ædifices & plãtes. Quod ad prouidentiam vicarij Chriſti pertinet pro bono vniuerſalis eccleſiæ.

Comparatio regalis dominij inter imperiale & politicum: & qualiter conuenit cum vtriſq;. Cap. 20.

HIs habitis videnda eſt comparatio imperialis dominij ad regale & politicum, quia ex dictis apparet, conuenit cum vtroq; Et cum politico quidem quãtum ad tria. Primo enim conſiderata electione. Sicut enim conſules Romani & dictatores, qui politice regebant populum, aſſumebantur per viam electionis, ſiue a populo, ſiue a ſenatoribus: ita & de Imperatoribus contingebat, ꝙ aſſumebantur, ſiue a Romano exercitu, vt Veſpaſianus in Palæſtina, vt hiſtoriæ tradunt. Et ſimiliter Focas ex militari ſeditione in oriente aſſumptus eſt contra Mauritium Imperatorem, quem poſtea interfecit. Aliquando autem eligebantur Imperatores a ſenatoribus, vt Traianus & Diocletianus: quãuis vnus de Hiſpania eſſet, alter vero de Dalmatia. Et ſimiliter Helius Pertinax a ſenatoribus eſt aſſumptus. Item non ſemper de genere nobili, ſed de obſcuro, vt in prænominatis liquet Cæſaribus, Veſpaſiano, & Diocletiano, ſicut hiſtoriæ tradunt. Sic de conſulibus & dictatoribus Romanis contigit, ſicut ſupra patuit, de Lucio Valerio, & Fabricio. Et Augu. refert in quinto de ciuitate Dei de Quinto Cincinnato, qualiter cum ſolum quatuor haberet iugera ad colendum, factus eſt dictator maior. Item alia eſt cõparatio ſiue ſimilitudo. Quia ipſorum dominium non tran-

E ſibat in poſteros. vnde ſtatim ipſo mortuo, dominium expirabat. Quantum autem ad iſta duo exemplum habemus et modernis temporibus, ꝙ electi ſunt Imperatores, videlicet Rodolfus ſimplex comes de Asburg. Quo mortuo aſſumptus eſt in Imperatorem comes Adolfus de Anaſagone. Quo occiſo ab Alberto Rodolfi filio, eodem modo aſſumptus eſt. Hoc ergo generale eſt, niſi forte vel ipſorum probitate contingeret ipſos aſſumi, vel ex gratia patris ipſorum, vt de Arcadio & Honorio filijs antiquioris Theodoſij contigit. Et ſimiliter de Theodoſio iuniore Honorij filio. Nam quia bene rexerunt rempub. & imperialem aulam, meruerunt in ſuo genere aliquo tempore præſeruare dominium. Similiter accidit de Romanis conſulibus, ꝙ licet ſingulis annis eligerent conſules ſaltem quantum ad magiſtratum: vt patet in primo Machabæorum, ſæpius tamen cõtingebat, ꝙ propter probitatem perſonæ vel generis tranſibat in poſteros, vt de Fabio maximo contigit. De quo ſcri-
F bit Maximus Valerius, ꝙ cum a ſe quinquies, & a patre, auo & proauo maioribusq; ſuis, ſæpe conſulatum geſtum conſpiceret, animaduerſione ꝙ̃ conſtanter potuit cum populo id egit, vt aliquando vacationem Fabiæ genti darent, ne maximum imperium in vna tantum cõtinuaretur familia. Accidit quoq; quandoq; per quandam violentiam vſurpari imperium non ex merito virtutum, ſicut fertur de Gaio caligula ſceleratiſsimo, qui fuit nepos Tiberij, ſub quo Chriſtus paſſus eſt. Et ſimilis de Nerone verificatur ſententia. Hoc idem accidit de conſulibus vrbis, ꝙ ex eorum impietate, vt hiſtoriæ narrant, vſurpauerunt dominium, ſicut Sylla & Marius commotores vrbis & orbis. Ex quibus omnibus patet conuenientia imperialis dominij cum politico. Sed & cum regali ex triplici parte conuenientia oſtenditur. Primo quidem ex modo regendi, quia iuriſdictionem habent vt reges, & eiſdem quodam iure naturæ ſunt, vt regibus, tributa & vectigalia inſtituta. Quæ & tranſgredi nõ poſſunt ſine peccato, niſi ſicut in iure regali ſuperius
G diffinito. Quod conſules nequeunt, nec etiam quicunque alij ciuitatum rectores in Italia, qui politico regunt regimine, vt iam dicetur. Tributa enim & vectigalia ad ærarium publicum deducuntur. Et de hoc Saluſtius refert, qualiter reprehendit Cato in ſua concione Romanos conſules ſui temporis. Cum enim commendaſſet eos, quòd eis fuit domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque libidini, neque delicto obnoxius, ſubiungit. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam, publice egeſtatem, priuatim opulentiam. Secunda conuenientia Imperatorum cum regibus eſt corona, quia coronantur vt reges. Duplicem enim habent coronam & recipiunt electi in Imperatorem. Vnam quidem prope Mediolanum in villa, quæ dicitur Modoetia, vbi ſepulti ſunt Reges longobardorum. Quæ quidem corona ferrea dicitur eſſe in ſignum, quòd primus Imperator germanus Carolus magnus, colla regum Longobardorum ſuæque gentis perdo-
H muit. Secundam coronam, quæ aurea eſt, a ſummo percipit pontifice, & cum pede ſibi porrigitur in ſignum ſuæ ſubiectionis, & fidelitatis ad Romanam eccleſiam. Huius autem faſtigij dignitatem nec conſules, nec dictatores habebant in vrbe. Quia vt ſcribitur in primo Machabæorum inter præſides Romanos, nemo portabat diadema, nec induebatur purpura: quorum vtrunq; faciunt Imperatores & Reges. Tertia vero conuenientia quam Imperatores habẽt cum Regibus, & differunt à conſulibus ſiue rectoribus politicis eſt inſtitutio legum & arbitraria poteſtas, quam habent ſuper ſubditos in dictis caſibus. Propter quod & eorum dominium maieſtas appellatur, imperialis: videlicet & regalis. Quod conſulibus & rectoribus politicis non conuenit, quia agere ipſis non licet, niſi ſecundum formam legum eis traditam, vel ex arbitrio populi, vltra quam iudicare non poſſunt. Patet igitur de qualitatibus imperialis regiminis ſecundum diuerſitatem temporum, & comparationem ipſius ad regimen politicum & regale.

De

De dominio principū qui ſubſunt Imperatoribus et Regibus: et diuerſis nominibus eorum quid importent. Cap. 21.

DEterminatis his quæ ad regimen regale & imperiale pertinēt: nunc de dominijs eiſdem anneais eſt dicendū: vt ſunt Principes: Comites: Duces: Marchiones: Barones: caſtellani, & quibuſdam alijs nominibus ad dignitatem pertinentibus ſecundum diuerſas cōſuetudines regionum. Sunt etiam alia nomina dignitatū ſub regibus, de quibus ſcriptura ſacra mētionem facit, vt Satrapa. Vnde in Daniele ſcribitur. Congregati ſunt ſatrapæ Regis Babyloniæ, & magiſtratus, & iudices. Et ibidem etiam fit mētio de optimatibus Regis. In primo etiam Machabęorum quatuor ponuntur nomina dignitatum. Vbi dicitur ꝙ contra Nicanorem Iudas conſtituit, populo duces, Tribunos, & Centuriones, & Pentacontarchos & decuriones. Geſta etiā Romanorum quibuſdam ſingularibus nominibus ſuos rectores appellant poſt exactos Reges, videlicet Conſules, **B** Dictatores, Prætores, Tribunos, Senatores, Patricios & Pręfectos. Item Aediles, Cenſores & Cenſorios. De quibus omnibus ſub duplici titulo eſt agendum Primo quidē de nominibus proprijs Imperatorum & Regum & annexis ſtatui, vnde traxerūt originem, & quale fuit ipſorum regimē. Poſtea vero de proprijs pertinentibus ad politicum principatum. Propria autem nomina dignitatum deſeruientium imperatoribus & Regibus, ſunt quidem principes, domini, videlicet prouinciarum, quaſi primum locum tenentes ſub regali, vel imperiali dominio. Vnde & dominantur Baronibus, & Comitibus interdum, vt in Teutonia & regno Siciliæ patet. Quamuis etiam ſcriptura iſtud nomen ſæpius extendat ad omne genus dominij & præcipuę nobilis. Ad cuius ſimilitudinem quidam angelorum ordo vocatur Principatus, quia dominantur toti, prouinciæ. Vnde & in Daniele ſcribitur. Princeps Perſarum reſtitit viginti vno diebus. Item etiam Ioſeph qui ſecundus erat a Rege in Egypto, ſe principem vocat, vt in Geñ. ſcribitur.

C Secundum nomē eſt Comitum, quod quidē nomen fuit aſſumptum primo a Populo Romano, poſt exactos Reges. Eligebant enim ſingulis annis, vt tradit Iſidorus vndecimo Ethimologiarum. duos Conſules, quorum vnus rem militarem, alter vero rem adminiſtrabat ciuilem. Et iſti duo Cōſules primo vocati ſunt Comites, a cōmeando ſimul per veram concordiam. Vnde aucta fuit reſpu. vt Saluſtius tradit de bello Iugurtino. Proceſſu vero temporum iſtud nomen abolitum eſt a Romano regimine, & translatum eſt ad ſtatum aliquem dignitatis ſub regibus & Imperatoribus deputatum. Vnde dicuntur Comites a comitando, quia ipſorum officium eſt præcipue Reges & Imperatores ſequi in rebus bellicis, vel quacunq; re militari, & in alijs quibuſcūque gerēdis, pro totius regni vtilitate. Duces autem a ducatu populi dicti ſunt, ſed præcipue in caſtris. Eſt enim ipſorum officium exercitū dirigere, & ipſum in pugna præire. Vnde cum filij Iſrael impugnarentur a Cananeis quæſiuerunt a ſeinuicem, vt ſcribitur in libro iudicū. Quis aſcēdet ante nos contra Cananeum, & quis erit dux belli? Et **D** hoc nomen tali rectore proprie conuenit propter difficultatem regendi quando quis eſt in pugna. Vnde ab excellentia regiminis congruiſſime Dux vocatur. Qua ratione Ioſue tunc Ieſus naue, quia pugnauit bella domini, ſic vocatus eſt ſicut teſtificatur de ipſo ille egregius princeps Mathathias in primo Machabæorum. Ieſus dum implet verbū factus eſt dux in Iſrael. Sic etiam dixerunt zelatores legis iudaicæ Ionathæ mortuo Iuda Machabęo. Eligimus te in principem & ducem ad bellandum bellum noſtrum.

Aliud autē nomen dignitatis deſeruiens imperatoribus & regibus eſt Marchio, qui comitatui ęquipollet. Sed hoc nomen ſortitur a ſeueritate iuſtitiæ. Dicitur enim Marchio a Marcha quod eſt ſingulare diuitum pondus, per quod ſignificatur recta & rigida iuſtitia. Hoc autem ſatis congrue apparet in dictis principibus, quia vt communiter reperi- **A** tur in regionibus nobis notis, omnes tales principes qui iſto nomine nuncupantur ſunt in prouincijs aſperis. Propter quod & confinia regionum quæ ſunt loca montuoſa, & rigida, apud aliquos appellantur Marchiæ. vel in prouinciis laſciuis. quorum vtrunq; genus rigore iuſtitiæ conſeruatur. Eſt & aliud nomen quod Baro dicitur, a labore dictum, ſiue quia in laboribus fortes, vt Iſidorus tradit in commemorato libro. Bara enim græce, latine grauis ſiue fortis vocatur. Hoc autem proprium eſt principum, vt in continuis ſint gymnaſijs, ſicut in partibus Galliæ & Germaniæ eſt ſolitū, ſiue in venationibus vel aucupijs, ſiue in torneamentis, vt mos fuit ipſorum antiquus, vt Amonius hiſtoriarum ſcriptor egregius ſcribit. Cuius ratio ponitur a Vegetio de re militari. Quia oportet ipſos eſſe primos ad bellandum pro ſubditis, & aſſuetudine efficiūtur audaces. Vnde ipſe ſubdit ibidem, ꝙ nullus attentare dubitat, quod ſe bene didiciſſe confidit. Et quia ad omnes principes labo**B**ris exercitium pertinet, ideo iſtud nomen omnibus eſt cōmune, ſiue ad principes, ſiue ad comites, & ſic de alijs ſub regali dominio exiſtentibus.

De quibuſdam nominibus dignitatum ſingularibus in quibuſdam regionibus: & quale ſit omnium iſtorum regimen. Cap. 22.

SVnt autem & alia nomina conſequentia regale vel imperiale dominium, in quibuſdam regionibus ſiue prouincijs, quæ aliquid important, vt nomen Satrape & optimatis apud Perſas & Philiſtæos. Quorum primum ſignificat promptitudinem ſeruiendi. Vnde Satrape dicuntur quaſi ſatis parati. Quod eſt officium principis propter fidelitatem quam iurat ſuo ſuperiori, vel ſatis ſapientes, quod videtur importare ipſum nomen, cum ſit ſanctoſum, vt ex ipſa ſacra ſcriptura eſt manifeſtū. Optimatum autē nomen ſignificare videtur ſupremum gradum ſub principe ab optimo dictū. Magiſtratus a præeminentia concilij & doctrinæ dicti ſunt in regimine. Quo modo & maiores **C** curiæ Regis Franciæ ſic vocantur quaſi maiores ſtatu. Steron Græce, latinæ ſtatio dicit. Iudices vero quaſi ius dantes populo, qui proprie aſſeſſores dicuntur, qui etiam Prętores quaſi præ alijs locum tenentes in curia. Sed Præſes nomen eſt ſacræ ſcripturæ, ſic dicti vt tradit Iſidorus, quia alicuius loci tutelā præſidialiter tenet. Sunt & alia duo nomina ad dignitatem pertinentia in curia Regis, de quibus fit mētio inter officiales curiæ Salomonis in tertio Regum, vt a Commētatijs, & Scriba qui in officijs diſtinguebantur, quia vnus præerat legionibus ſcribendis per principem inſtitutis, quod idem videtur ꝙ magiſtratus. Alius autem præpoſitus erat reſponſiuis Regum, quē & nos Cancellarium appellamus. Præter hæc autem ſunt & alia duo nomina vſitata quidem in partibus Gallię, forte ex proprio idiomate alicuius gentis, in quibus nos ab ipſis talem poſſumus Ethimologiam ſortiri, vt eſt Mariſcallus & Seneſcallus, qui proprie rectores expoſiti ſunt ad vniuerſalia negocia regionis. Quod vtrunq; nomen importat, vt Mariſcal**D**lus. i. dominus laborum. Maris enim ſiriace domina vel dominus latine, callus autem laborem importat. Seneſcallus autem a ſene propter maturitatem regiminis, & callus calli. In tali enim officio non debent exponi niſi homines magnæ experientiæ, & laboris aſsidui. Apud Hiſpanos autē homines ſub Rege principes, Diuites homines appellant, & præcipue in caſtella cuius eſt ratio, quia Rex prouidet in pecunijs ſingulis Baronibus ſecundum merita ſua, vel ſecundum complacentiam hos deprimit, hos exaltat. Vt in pluribus enim munitiones & iuriſditiones non habent, niſi ea volūtate regis. Et inde vocātur Diuites homines, quia cui in maiori ſumma prouidetur per regem, ille maior eſt princeps, quia pluribus poteſt militibus prouidere. Quem modum adhuc obſeruant Romanæ militiæ, eo ꝙ ſub ſtipēdijs viuūt. Sūt ibi & alij qui vocātur Infantes, alij Infanſiones. Quorum primi ſunt de genere regio, qui filij vel

nepotes ſic dicti ab Innocentia populi, quia nullum debent lædere, ſed conſeruare, ac in iuſtitia fouere, & regi ſicut infantes in omnibus obedire. Quod hodie male obſeruatur ibidē. Secundi vero ſic ſunt dicti, quia primos debent ſequi ſicut maiores. Sunt enim nobiles qui plus virtutis habent, q̃ miles ſimplex, & aliquorum caſtrorum & villarum domini, qui & alicubi caſtellani dicuntur. Dicti autem ſunt infanſiones, quia minus poſſunt inter alios principes lędere propter impotentiam ſuam, ſicut pueri ab infantia recedentes. Si enim lædant ſubditos ſuos, rebellant maioribus principibus adhærētes. & ſic perdunt dominiū. Item nec potentiam habēt maiorum principum, ſicut nec puer reſpectu viri. Hæc igitur de principibus ſubiectis, & ſubalternatis regibus dicta ſufficiant, & quid ſignificēt, vel quid importent. De cæteris vero dignitatibus ſupra præmiſſis, quia vt in pluribus pertinent ad politiam, licet aliqua ſint communia infra in ſequenti opere declarabitur. Nunc enim videndum eſt quale eſt dictorum principum regimē, circa quod eſt reſpondendum ſecundum ſententiam ſacræ ſcripturæ. Dicitur enim in Eccleſiaſtico, Secundum iudicem populi, ſic & eius miniſtri ſunt, & Qualis eſt rector ciuitatis, tales habitātes in ea. Tales enim principes modum habent communiter regere regaliter vel imperialiter, niſi forte in aliquibus locis propter cōſuetudinem vſurpatam, vel ex tyrannide, vel propter malitiam gentis, quia aliter domari non poſſunt, vt dictum eſt ſupra, niſi tyrannico regimine, vt accidit in inſula Sardiniæ, & Corſicæ. Item in quibuſdam inſulis græciæ. Item in Cypro, in quibus dominantur nobiles principatu deſpotico, vel tyrannico. Vnde & de inſula Siciliæ tradunt hiſtoriæ, q̃ ſemper fuit nutrix tyrannorum, in partibus etiam Italiæ. Comites & alij principes, niſi forte per violentiam tyrannizent, oportet ſubditos ſuos regere more politico & ciuili. Inueniuntur etiam apud eos quædam nomina dignitatum ex iure imperij dependentiam, & ſupra ſimplicem militiam tranſcendētium, vt ſunt Valuaſſi & Cathani, qui & Proceres appellantur, iuriſditionem ſuper ſubditos habentes: quamuis hodie per ciuitatum potentiam ſit diminuta, vel ſubtracta totaliter.

Valuaſſi autē vocantur à Valuis, quia deputati erant ad cuſtodiendum portas palatij regalis, ſiue imperialis quos nos oſtiarios appellamus. Cathani ab vniuerſalitate operū in curia principū et ſtrenuitate ſuper alios ſimplices milites ſunt dicti, qui & proceres, quaſi ante alios procedentes dicuntur. Catha enim vniuerſale græco nomine ſignificamus. Multa etiam ſunt alia nomina ſecūdum diuerſas regiones & linguas ad beneplacitum principum inſtituta. Sed hic ad præſens ſufficiant reliqua reſeruando ad regimē politiæ de quo ſpecialis debet eſſe tractatus propter diffuſionem materiæ. Vbi de noibus dignitatum agetur, prout patietur natura regiminis ſecundum diuerſos prouinciarum mores, vt Philoſophi, & Hiſtorici tradunt ſcriptores.

INDEX CAPITVLORVM
Quarti libri.

De differentia inter principatum regale, & principatum politicum quem diuidit. Cap. 1.

De neceſſitate conſtituendi ciuitatem in duos propter communitatem neceſſariam humanæ vitæ: circa quam præcipue conſiſtit principatus politicus. Cap. 2.

Probatur hoc idem ex parte animæ, ſiue ex parte intellectus, ſiue voluntatis; conſtitutionem, videlicet ciuitatis eſſe neceſſariam. Cap. 3.

De cōitate ciuitatis in quo conſiſtit: vbi Ariſt. refert opinionem Socratis & Platonis quæ hic declaratur. Cap. 4.

De opinione Socratis & Platonis circa mulieres, quomodo ſint exponendæ rebus bellicis. Cap. 5.

E *Quòd non eſt cōueniēs mulieres exponi debere bellicis rebus, & rūdet ad argumēta ſuperius in cōtrariū facta.* Cap. 6.

Refert aliam opinionē dictorum Philoſophorum quantum ad principatum quem volebant eſſe perpetuum: circa quem diſputat ad vtranq; partem: quod eſt melius. Cap. 7.

Conſentit auctor melius eſſe in politia non perpetuare, & reſpondet ad partem appoſitam: vbi etiam dicit, nullum habetur in Lombardia dominium, niſi per viam tyrannicam, duce Venetiarum excepto. Cap. 8.

De cōitate bonorum quantum ad poſſeſſiones, quam quidem Philoſophus nomine Pheleas dicit adæquari debere in oībus, & quod eſt falſum quod Licurgus ſenſit. Cap. 9.

De politia Platonis & Socratis quantum ad genera hominum qui requiruntur in ea quæ ſunt quinq;. Vbi multum diſputatur de numero bellatorum. Cap. 10.

F *De politia Hiſpodami Philoſophi, qui reprehenditur quantum ad genera hominum, quia ponit ſolum tria: & quantum ad numerum populi.* Cap. 11.

Refert etiā opinionē eiuſdem quantū ad poſſeſſiones quas in tres partes diuidit: & in quo ſaluatur ſua poſitio. Cap. 12.

Ponit opinionem eiuſdem circa iudices, & aſſeſſores politiæ, vbi diuiſionem facit multiplicem & notabilem circa ea quæ ſunt agenda per iudices. Cap. 13.

De politia Lacedæmoniorum quam reprehendit circa regimen ſeruorum & mulierum & circa bellatores. Cap. 14.

Reprehendit etiam dictam politiam quantum ad leges filiorum & iudicum, mōnens quæſtionem, vtrum pauperes ſint eligendi ad regimen politicum. Cap. 15.

Redit adhuc ſuper politiam Lacedæmoniorum, quantum ad ipſorū regem, reprobans modū quē tenebant circa ipſum, oſtendens inconuenientia quæ ſequebantur ex hoc. Cap. 16.

Ex eadem cauſa ponit quædam in dicta politia Lacedæ-
G *moniæ reprehenſibilia, quæ erant materia diſſenſionis in populo.* Cap. 17.

De politia Cretēſi & differentia eius ad Lacedęmonicēſem, de auctoribus dictæ politiæ, & legibus Licurgi. Cap. 18.

De politia Calcedoniorum, qualiter famoſa fuit, & in quo conueniebant Lacedæmonij & Cretēſ. cum ipſa, & in quo differebant. Cap. 19.

Quomodo Ariſto. in politia Calcedonieñ. tradit documentum de electione principis, vtrum diues, an pauper ſit eligendus: & qualiter pauper virtuoſus ſuſtentari debeat, & vtrū vni principi competant plura dominia. Cap. 20.

De politia Pythagoræ quam didicit à prædictis Philoſophis Minoe & Licurgo, quomodo totus ſuus conatus ad hoc fuit aſſuefacere homines ad virtutem. Cap. 21.

De documentis Pythagoricis ſub figuris, & ænigmatibus traditis; & de duobus Pythagoricis fideliſſimis ami-
H *cis.* Cap. 22.

In quo conſiſtit perfecta politia ex qua accipitur fœlicitas politica, quando videlicet partes politiæ ſunt bene diſpoſitæ. & ſibi adinuicem correſpondent. Cap. 23.

Diuidit politiam tripliciter, & vnamquanq; partem proſequitur. Et primo qualiter in partes diſtinguitur integrales ſecundum opinionem Socratis & Platonis. Cap. 24.

Oſtendit ſufficientiam partium integralium politiæ quas Hippodamus tradidit, & Romulus. Cap. 25.

Agit vlterius de alijs partibus politiæ reſpectu regiminis, vbi verba exponuntur diuerſorum officialium. Cap. 26.

De partibus politiæ quantum ad bellatores, quas diſtinguit ſecundum triplicem conſiderationem diuerſarum ſcripturarum. Cap. 27.

De nominibus ducum, & numero cohortium, & quid ſignificet vnumquodque. Cap. 28.

D. THOMÆ AQVINATIS De Regimine Principum.

LIBER QVARTVS.

De differentia inter principatum regale & principatum politicum quem diuidit. *Cap. 1.*

COnſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã memores erũt nominis tui domine. Licet dominiũ omne ſiue principatus a Deo ſit inſtitutus: vt ſupra eſt declaratum in. 3. libr. diuerſus tñ in Chriſto tradit̃ modus a Philoſopho: & per ſacram ſcripturã. Quia ergo ſupra in præfato iã libr. actũ eſt de Monarchia vnius: puta de dominio ſummi Pontificis regali & imperiali, ac ipſorum naturã concomitantibus: nunc hic congrue agit̃ de dominio plurium quod cõi nomine politicum appellamus. deſcriptum nobis in pſũptis verbis dupliciter: & quãtum q̃dem ad modũ aſſumendi; & quantum ad modum viuendi. Modus autẽ aſſumendi in hoc gradu: electiuus eſt, in quocunque boni genere, nõ per naturæ originẽ, vt de regibus accidit, quod verbum inſtitutionis importat. Conſtitues inq̃t eos principes. Sed addit ſuper oẽm terram, in hoc oſtendens generalẽ regulam in principatu politico, vt generalis ſit per viam electionis, vt ſtatuat princeps. Sed ꝙ ſit virtuoſus. Vnde ſubdit. Memores erunt nominis tui domine, in conſideratione. ſ. diuina ſuorumque præceptorum, quę ſunt regentibus quædam recta ratio agẽdorum. Propter quod in prouerbiis dicitur, ꝙ mãdatũ domini lucerna eſt, & lex, lux. Maximus etiam Valerius de Cæſare dicit, ꝙ cœleſti prouidentia virtutes per ipſum ſoouebantur, & vitia vindicabantur. De hoc igitur principatu in præſenti libro eſt pertractandum. quem Philoſophus ſic diſtinguit in 3. Poli. & ſupra oſtẽſum eſt in principio libri. Quia ſi tale regimẽ gubernatur per paucos & virtuoſos, uocatur Ariſtocratia, vt per duos conſules, vel etiã Dictatorem, in vrbe Romana, in principio expulſis regib. Si autem per multos veluti per conſules, Dictatorem. & Tribunos: ſicut in proceſſu temporis, in eadem contigit vrbe, poſtea vero Senatores, vt hiſtoriæ narrant, tale regimen Politia appellatur, a Polis quod eſt pluralitas, ſiue ciuitas, quia hoc regimen proprie ad ciuitates pertinet, vt in partibus Italiæ maxime videmus, & olim viguit apud Athenas poſt mortem Codri: vt Aug. refert de ciui. dei. Tunc enim a regali dominio deſtiterunt magiſtratus reipu. aſſumentes, ſicut in vrbe. Sed quocunque modo diuiditur contra regnũ ſiue Monarchiam, & ipſorum oppoſitum contra oppoſitũ. Quia ſi propoſitum in propoſito, & oppoſitum in oppoſito. Et quoniam vtrunque pluralitatem includit, iſta duo ad politicum ſe extendũt prout diuiditur cõtra regale, ſeu deſpoticum, vt Philoſophus tangit in 1. & 3. Politicorum, de hoc ergo hic eſt agendum. Et primo quidem in quo differt a regali, ſiue imperiali, ſiue monarchico, quod ex ſupradictis in 1. & 3. libr. aliqualiter videri poteſt. Sed nunc etiam differentia eſt addenda, quia legibus aſtringuntur rectores politici, nec vltra poſſunt procedere in proſecutione iuſtitiæ, quod de regibus, & alijs monarchis principibus nõ conuenit, quia in ipſorum pectore ſunt leges reconditæ ꝑ ut caſus occurrunt. Et pro lege habetur quod principi placet; ſicut iura gentium tradunt. Sed de rectoribus politicis non ſic reperitur: quia non audebant aliquam facere nouitatem præter legem cõſcriptam. Vnde in primo Machabæorum ſcribitur, ꝙ Romani curiam fecerunt, & quod quotidie conſulebant trecentos viginti, conſilium agentes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt gerant. Per quod habetur, quod in regimine Romano a Regum expulſione, dominium fuerit politicum vſque ad vſurpationem imperij, quod fuit quando Iulius Cæſar, proſtratis hoſtibus; videlicet Pompeio occiſo & filiis, ſubiugatoque orbe ſingulare ſibi aſſumpſit dominium & monarchiam, conuertitque politiã in deſpoticum principatum, ſiue tyrannicum. Nam ſicut hiſtoriæ tradunt. poſt prædicta ad contemptum ſenatorum videbatur intendere. Ex quo prouocatu maiores vrbis, ipſum in curia vigintiquatuor pugionibus perforauerunt, auctoribus Bruto & Caſſio, plurimoque ſenatu. Aduertẽdum etiam hic, ꝙ quãuis vnus dominaretur ſingulis annis, vt in dicto lib. Machabæorum ſcribitur, ſicut in ciuitatibus Italiæ, etiã domi cõtingit, regimen tñ dependebat ex plurib. & ideo non regale ſed politicum appellabatur, ſicut & de iudicib. iſraelitici populi accidit. cũ tñ non regaliter ſed politice populum regerent, ſicut dictũ eſt ſupra. Conſiderandum etiam ꝙ in omnib. regionib. ſiue in Germania, ſiue in Scithya, ſiue in Gallia, ciuitates politice viuunt, ſed circunſcripta potentia regis, ſiue imperatoris, cui ſub certis legib. ſunt aſtricti. Eſt etiã alia differentia quia rectores ſæpius exponuntur examini, ſi bene iudicauerunt, aut rexerunt ſecundum leges eiſdẽ traditas, & ex contrario ſubijciuntur pœnis. Vnde ipſe Samuel ſicut in primo Regum ſcribitur, quia populum iſraeliticum iudicauerat prædicto modo, tali ſe ſententiæ exponit aſſumpto in Regem Saule. Ecce ĩquit præſto ſum loquimini de me coram domino, & Chriſto eius. ſ. Saule, vtrum bouem cuiuſcunque tulerim, ſi quempiam calumniatus ſum: ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu alicuius munus accepi. Sic etiam de conſulib. Romanis, tradunt hiſtoriæ. Propter quam cauſam accuſatus Scipio Affricanus ab impijs æmulis, quòd pecunia corruptus fuiſſet, vrbẽ reliquit. Et ex talibus falſis æmulationib. in proceſſu temporis exorta ſunt bella ciuilia. Quod in regibus, vel imperatoribus locum non habet, niſi quòd regiones interdum eis rebellant, ſi iura regni tranſcendant. ſicut in partibus Hiſpaniæ & Vngariæ frequentius accidit, & inde etiã in Oriẽte ſæpius machinãtur mortẽ dominis, vt apud Aegyptum de Soldano contingit, & in Perſide, & Aſſyria, de principibus Tartarorum. Ex qua cauſa quia principes ſæpe efficiuntur tyranni, quædam regiones indignum iudicãt, vt etiã Philoſophus narrat in ſua politica, ꝙ reges in ipſorũ prouincijs perpetuentur in filiis, hoc eſt ꝙ filij Regũ ſuccedant in regno, ſed ipſo mortuo eligit Philoſophus quem magis ornatũ morib. cõprehendunt, ſicut fiebat de imperatorib. vt ſupra patuit in tertio libr. & in Aegypto adhuc obſeruatur modernis temporib. Quæruntur enim pueri elegantes in diuerſis regionib. & præcipuę in partib. Aquilonis, qui ſint ſtaturæ proceræ, & ad militarem diſciplinã idonei. Hi de ærario publico nutriuntur, exercitantur in gymnaſiis, in diſciplinis ſcholaſticis, in ciuilibus actibus, & rebus bellicis aſſiſtunt Soldano in miniſterio ſicut traditur, & poſt mortẽ eius, qui probati inueniuntur ad principatũ aſſumuntur. Interdum tamen impeditur ex violentia ſiue ex tyrannide, aut faſtu ambitionis. Sunt & aliæ differentiæ circa regimen quantum ad tempus regiminis & alias circunſtantias, de quibus Philoſophus mentionem facit in 4. Polititicorum. ſed iſta ſufficiant, & quæ dicta ſunt ſupra in ſecundo, & tertio libro.

De neceſſitate conſtituendi ciuitatem in duos propter communitatem neceſſariam humanę vitæ, circa quã præcipue conſiſtit principatus politicus. *Cap. 2.*

ET quia regimen politicum maxime conſiſtit in ciuitatibus, vt ex ſupra dictis apparet: prouinciæ enim magis ad regale pertinere videntur, vt in pluribus reperitur, excepta Roma, quæ per conſules & tribunos ac ſenatores gubernabat orbem, vt in dicto libro Mach. eſt manifeſtum, & quibuſdam alijs Italiæ ciuitatibus, quæ licet dominentur prouincijs, regũtur tamen politice. ideo de ipſius conſtitutione nunc eſt agendum. Et primo quidem oſtendenda eſt eius conſtituendæ neceſſitas, & quæ eius communitas. Secundo vero quot ſunt partes eius, ſiue ex quibus hominum generibus componitur. Neceſſi-

tudo autem apparet primo quidem cõſiderata humana in-
digentia per quã cogitur homo in ſocietate viuere, q̃a vt
in Ioh. 13.ſcribit. Homo natus de muliere, breui viuens tẽ
pore: repletur multis miſerijs.i. neceſſitatibus vitæ: in qui-
bus miſeria manifeſtatur. Vnde ſecũdũ naturam eſt animal
ſociale, ſiue politicũ. vt Philoſophus probat in 1. Pol. & in-
de concluditur communitatem ciuitatis eſſe neceſſariam
pro neceſſitatibus humanæ vitæ. Amplius autem natura ꝓ
uidit cæteris animalibus ornamenta & munimenta in ſui
exordio. Vnde ex virtute naturæ extimatiuæ vitat cõtraria:
& conuenientia diligit nullo dirigente præuio: vt opus na
turæ ſit in eis opus intelligẽtiæ: ſicut Philoſophus tradit in
2. Phy. Sed in homine non ſic immo inſtructore indiget ad
eligendum proportionata naturæ: propter quod nutricem
habet ad iſta docenda.

Rurſus ad idem veſtes & tegumenta quibus ornantur
animalia & plantæ ſtatim ſicut naſcuntur: & homo caret,
ſignificatiua ſunt indigentiæ pro quibus oportet recurre-
re ad hominum multitudinem; vnde ciuitas conſtituitur.
Propter quod dñs oſtendit in hoc lilia agri; & volucres cœ
li, & ſic de ſimilibus melioris eſſe conditionis q̃ homo, re-
ferendo indigẽtiã ad illum magnificum Regem Salomo-
nem, qui tam excellenter abundauit. Reſpicite inquit volu
cres cœli, quia non ſerunt, neq; metũt, neq; congregãt in
horrea. Cõſiderate lilia agri, qm̃ nõ laborant, neq; nent. Po
ſtea ſubdit. Dico vobis, ꝙ nec Salomon in omni gloria ſua
coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis, quaſi maioris fuerit indi
gẽtiæ quãtũ ad victũ & veſtimẽta ac tegumẽta, q̃ plantę &
aialia. Amplius aũt, ferocitas animaliũ quæ ſacta ſunt homi
ni nocua poſt lapſum Adę, ad hoc ipſum inducit. Ad maio
rem enim ſecuritatem hominis cuiuſcunq; rei timẽdæ ne
ceſſaria eſt cõitas hoium ea quibus ciuitas conſtituitur vn
de homo reddatur ſecurus. Et inde motus fuit Caym ciuita
tem conſtruere, vt in Geneſi ſcribitur. Vnde & in Eccleſia
ſtico dicitur, ꝙ Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen.

Rurſus præter neceſſitatem in corpore ſano; ſunt & alię
conditiones neceſſitatis pertinentes ad corpora ægra, qui-
bus homo frequenter ſubijcitur. Ad ſui autem reparatio-
nem ſibi homo ſolus nõ ſufficit, quemadmodum animalia,
cum patiuntur, quibus natura prouidit, vt ſine hominum
medicina curentur, cognoſcentia per extimatiuam eis in-
ditam herbas ſanatiuas eorundem, ſeu quæcunq; alia ordi-
nata ad ipſorum ſalutem. Homo autem horum ignarus, in-
diget medicis & medicina, & hominum miniſterio, q̃ om-
nia multitudinem requirũt hominum, quæ ciuitatẽ facit,
& ſic idem quod prius. Amplius autem, q̃a caſus ſunt mul-
ti in quos homines incidunt per inopinatũ euẽtũ, quibus
releuantur in ſocietate. Vnde Eccleſiaſte. 4. c. ſcribitur. Veh
ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem &c. Si aũt fue-
rint duo, ſouebuntur mutuo. Ex quibus omnibus concludi
tur ciuitatem eſſe neceſſariam homini conſtituendam pro
pter communitatem multitudinis, ſine qua homo viuere
decenter non põt. Et tanto magis de ciuitate q̃ de caſtro,
vel quacũq; villa, quãto in ea plures ſunt artes & artifices
ad ſufficiẽtiã humanæ vitæ, ex q̃bus ciuitas cõſtituit̃. Sic. n.
Aug. diffinit eã in primo de ci. dei. ꝙ eſt multitudo hoium
in vno ſocietatis vinculo colligata. Aduertẽdũ aũt ꝙ ſupe-
rius in principio primi libri ꝓbatũ eſt ſocietatẽ humanã
eſſe neceſſariã. & hic ſilr̃. Sed aliter & aliter vtrobiq;, q̃a ibi
ſm̃ ꝙ ordinat̃ ad principẽ. hic aũt ſm̃ ꝙ partes multitudi-
nis ſibi inuicẽ ſunt neceſſariæ, ꝑꝑ quã cãm neceſſario ſunt
iſtitutæ ciuitates, & caſtra ꝓut ordinãt̃ ad politicũ regimẽ.

*Probatur hoc idem ex parte animæ, ſiue ex parte intel-
lectus, ſiue voluntatis: conſtitutionem, videlicet ciuitatis
eſſe neceſſariam. Cap. 3.*

NOn ſolum autem ex parte corporis, hoc eſt quã-
tum ad ſenſitiuam virtutem habet perſuaſionem
& veritatem continet, ꝙ ſecundum naturam con
E ſtructio ciuitatis eſt neceſſaria, ſed etiam ex parte animę ra
tionalis, hoc eſt manifeſtum, & tanto amplius quãto homo
inquantum homo eſt rationalis, ꝙ ex parte intellectus pro
uenit, ſocietatem magis requirit. Circa partem autem ratio
nalem duplex diſtinguitur potentia & actus, videlicet in-
tellectus & voluntas. Quantum aũt ad partẽ intellectiuam
duplices ſunt actus iuxta quos verſatur politicum regimẽ,
videlicet ſpeculatiuus & practicus. In practico quidem in-
cluduntur virtutes morales, quæ referuntur ad opus & nõ
ad ſcire tantum ſicut Philoſophus dicit in .2. Ethi. vt ſunt
temperantia, fortitudo, prudentia, & iuſtitia. Quæ quidem
omnes ad alterum ordinantur, & ſic requirunt multitudi-
nem hominum, ea quibus conſtituitur ciuitas, vt iam di-
ctum eſt ſupra. Et quamuis dictæ virtutes non omnes ha-
beant pro ſubiecto intellectum. Fortitudo enim eſt in ira-
ſcibili, temperantia, in concupiſcibili, quæ ad partem ſenſi
tiuam pertinet, participant tamen rationem inquantum re
F gulantur ab ipſa. Vnde prudentia eſt ipſarum directiua. Eſt
enim prudentia recta ratio agibiliũ, vt Philoſophus dicit
in 6. Ethi Amplius autem & ipſa ſacra ſcriptura, dictas vir-
tutes morales ad hoc idem ordinat. Sic enim de iſtis virtu-
tibus dicit in lib. Sap. loquens de eo, ꝙ ſobrietatem & ſa-
pientiam docet, iuſtitiam & virtutem, quibus vtilius nihil
eſt in vita hominibus. Deinde ſubdit de merito iſtarum vir
tutum. Habebo inquit per hanc videlicet ſciẽtiam ſiue ex-
perientiam harum virtutum claritatem ad turbas, & hono
rem apud ſeniores, & multa alia ibidem ſubduntur, quæ ad
multitudinem hominum pertinent. Sed de ſpeculatiuo in
tellectu. adhuc eſt manifeſtum. Qui vt vult Ariſt. in. 2. Ethi.
Homo maxime ea doctrina argumentum accipit, & ſcien-
tiæ generationem, & experimẽto indiget & tempore, quæ
omnia reſpiciunt hominum multitudinem ex quibus ci-
uitas conſtituitur. Rurſus. duo ſunt diſciplinabiles ſen
ſus, vt tradit Philoſophus de ſenſu & ſenſato, viſus videli-
cet, & auditus. Auditus autem multitudinem reſpicit, ergo
G idem quod prius. Præterea Philoſophus dicit in .1. Me-
taphy. ꝙ ſapientis eſt ordinare. Ordo autem multitudinem
requirit. Eſt enim ordo vt Aug. dicit de ciui. dei. Parium
diſpariumq; ſua cuiq; tribuens diſpoſitio, quod ſine multi
tudine eſſe non poteſt. Amplius autem, & ipſa loquela
quæ manifeſtatiua eſt cordis, ad partem intellectiuam per-
tinet, vt Philoſophus dicit, & ad alterum ordinatur. Pro-
pter quod in Eccleſiaſtico ſcribitur. Sapientia abſcondita,
& theſaurus inuiſus, quę vtilitas vtriſq;? Hoc idem & de
ſcriptura dici poteſt, quia reſpicit multitudinem, ſine qua
nec fieri: nec explanari valeret. Sed ex parte voluntatis
quæ potentia rationalis ponitur à Philoſopho, hoc idem
dici poteſt. Duæ enim ſunt virtutes in ipſa quæ ad alteram
ordinantur, ac multitudinem requirunt. Vna quidem eſt
iuſtitia quam reſpectu voluntatis ius gentium ſic diffinit.
Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq;
que tribuens. Quæ quidem, ſiue legalis quẽ dominatum iu
ſtum vocatur à Philoſopho, ſiue diſtributiua, ſiue commu-
H tatiua, quæ partes iuſtitiæ omnes ſunt politię in ciuitati-
bus & præcipue neceſſariæ, immo ſine eis exerceri non
poſſunt, vt Philoſophus tradit in. 5. Ethi. Nec etiam ipſæ
ciuitates conſeruari. Per quod concluditur ciuitatis con
ſtructionem eſſe neceſſariam ſm̃ naturam reſpectu talis vir
tutis. Secunda vero quæ in voluntate ponitur & ad multi-
tudinem refertur, eſt amicitia quæ principaliter communi
tatem requirit multitudinis, & ſine ea non eſt iſta virtus,
de qua Philoſophus dicit in 8. Ethi. ꝙ maxime eſt neceſſa-
ria ad vitam humanã, eo ꝙ nullus eligeret viuere ſine ami
cis. Vnde idem Ariſto. connumerat vtilitates iſtius virtutis
ad oſtendendam ipſius neceſſitatem. ſemper tamen reſpe-
ctu multitudinis. Primo quidem in infortunijs: quia in ta
libus recurritur ad amicos. Item in eufortunijs, quia per
amicos conſeruantur. Vnde præcipue opus habent ami-
cis, qui diuitias poſſident: & ſunt in principatibus, vt Phi-
loſophus idem ait. Amicis autem indigent iuuenes, vt

teligentur a concupiſcentiis,& ad non peccandum. Senes vero ad famnlatum:& ſic de ſingulis generibus bominum. Per quæ colligitur communitatẽ multitudinis hominibus eſſe neceſſariam ſm naturã:& ꝑ conſequens conſtructio ciuitatis, in qua ſi amicitia vigeat & nutriatur cõcordia: ciuitas quandam cauſat armoniam, & animæ ſuauitatem: vt Aug. de ci. dei dicit lib. 2. ex ſummis videlicet infimis et medijs ordinibus quibus moderatur. Propter quod propheta dicit. Ecce quàm bonũ & q̃ iocũdũ habitare fratres in vnũ. Idem etiã Aug. duas cõſtituit ciuitates in dict. lib. ſm duos amores. Præter hæc vero eſt alia ratio ad oſtendendam communitatẽ multitudinis hominum eſſe neceſſariam: appetitus videlicet humanus ad communicandum opera ſua multitudini: vt moleſtum ſit eidem aliquid virtutis agere abſque hominum ſocietate. Vnde Tullius dicit in lib. de amicitia. ꝙ natura nihil ſolitarium amat. Verum eſt. n. ꝙ ab Archita Tarentino: vt opinor dicere ſolitũ eſſe à ſenibus noſtris audiui. Si quis in cœlum aſcendiſſet, naturamq; mundi ac ſiderum aſpexiſſet, pulchritudinem inſuauem illi ſine amico vel ſocio admirationem fore. Ipſæ etiam diuitiæ: niſi effuſæ in multitudine non clareſcunt: vt Boethus dicit. Patet igitur hominem ſiue ex parte corporis: ſiue partis ſenſitiuæ: ſiue conſiderata ſua rationali natura: neceſſe habere viuere in multitudine. Ex qua parte neceſſaria eſt ſm naturam conſtructio ciuitatis. Vnde Philoſophus dicit in 1. Politicorũ, ꝙ natura quidem omnibus ineſt ad talem communitatem qualis eſt ciuitatis communitas. Et quãuis primos inſtitutores ciuitatum malos homines ſcriptura referat: vt Caym fratricidã. Nẽbroth oppreſſorem hominũ: q̃ ædificauit Babylonem. Aſſur qui ædificauit Niniuem, vt in Geneſi ſcribitur a Nembroth fugatus, moti tñ fuerunt ad conſtruendum ciuitates propter hominum commoditates iam dictas retorquendo tñ in ſuum dominium, pro quo conſeruando neceſſaria erat in vnum multitudinis congregatio.

De cõitate ciuitatis in quo conſiſtit: vbi Ariſt. refert opinionem Socratis & Platonis quæ hic declaratur. Cap. 4.

HAbita igitur neceſſitate conſtituendæ ciuitatis ꝓpter cõmunitatem hominum, nunc q̃rendum videtur in quo conſiſtat iſta cõmunitas. Circa qđ diuerſi Philoſophi & ſapiẽtes diuerſas ꝯſtituerũt politias reſpectu communitatis, vt Philoſophus refert in ſua Polit. vbi primo narrat opinionem Socratis & Platonis. in 2. Pol. ꝙ communitatem ponerent in ſua politia quantum ad omnia: vt videlicet omnia eſſent communia tam diuitiæ q̃ vxores,& filij moti quidem ex bono vnionis in cõitate ꝑ quam reſpub. coagmentatur & creſcit. Amplius autem cũ bonum ſit diffuſiuum,& ſui communicatiuum. quanto res cõmunior eſt: tanto plus de bonitate habere videtur. ergo omnia cõicare plus habet de ratione virtutis & bonitatis.

Præterea amor eſt virtus vnitiua: vt Dionyſius tradit. Vbi eſt ergo vnionis maior ratio, ibi plus vigebit virtus amoris qui ciuitatem conſtituit & conſeruat: vt Aug. dicit,& dictũ eſt ſupra. ergo omnia habere cõia, tam diuitias quàm vxores & filios, habet rationem maioris bonitatis.

Hæ autem rationes ſunt & multæ aliæ quas philoſophus refert iuxta opinionem Socratis & Platonis: licet non per eadem verba. ſed a ſententia non diſcordat. Et ſi attendimꝰ ad qualitatem dictorum Philoſophorum, quia fuerunt homines virtutibus dediti, ſuper omnes Philoſophos, eo quòd ſolas virtutes bonum hominis ponebant. non videtur credibile talem cõmunitatem eos poſuiſſe, eo modo quo Ariſtot. videtur eis imponere in prædicto li. quia hoc videtur magis beſtiale quàm humanum: fœminas. ſ. eſſe cõmunes, quantum ad mixtionem carnis. Vnde & ſacra ſcriptura matrem ſeparat a filijs; & filiam a patre, & virum vxori coniungit, ac ſolum cum ſola diſtinguit in coniugio, in primo hominis præcepto. Propter quod in Geneſi dicitur. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & A adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Non autẽ dicit plures. Sed & de filijs eſt impoſſibile, quia in actu generationis duo ſemina non conueniunt: ſed vnum ſolum ex parte viri. Propter quod ipſa etiam animalia ſuos natos cognoſcunt quanto tempore eſt neceſſarium ad nutrimentũ filiorum, vt in pullis auium maxime contingit antequàm auolare poſſint. Quòd ergo dicamus dictos Philoſophos minus compoſitos animalibus, videtur abſurdum, qui ad componendos mores corrigendoſque totam ſuam flexerũt Philoſophiam, vt Aug. tradit de Socrate. 8. de ciu. dei. cuius doctrinam Plato eius diſcipulus fertiliſſime ſortitus eſt, vt Maximus Valerius ſcribit. Qui cum ſapientiſſimus omniũ eſſet ſui temporis, & a iuuenibꝰ ſtudioſis certatim quæreretur Athenis, in Aegyptum deſcẽdens a ſacerdotibꝰ illius gẽtis Geometriæ multiplices numeros cœleſtium rationum obſeruare percepit. Et in Italiam peragrans ab Archita & Dione Pythagoræ præceptis inſtructus eſt. Talibus ergo & tantis viris, talem politiam attribuere, vnde ordo deſtrueretur naturę, non eſt ſine admiratione. B Sed & ipſi commentatores Ariſt. hoc idem attribuunt, ꝙ non plene retulerit aliorum opiniones, & præcipue Socratis & Platonis, ſicut Euſtachius dicit ſuper. 1. Ethi. circa id eam bonitatis, & ſimplicius in fine primi de cœlo. de generatione mundi. Augu. autem in. 9. de ci. dei hoc idem refert de opinione. Stoicorum circa paſſiones animi, quod aliqui attribuebant. Stoicis, quorum princeps Socrates fuit, ꝙ in ſapientem non caderet, vt idem Ariſt. in. 2. Ethi. præfato imponit Philoſopho. Et tamen Aug. idem dicit eſſe falſum ex ſententia A. Gelij in lib. noctium atticarum. Sed hæc omnia referenda ſunt ad effectum amoris, quia ergo dicti Philoſophi virtutibus erant præditi, & ad hoc ſollicitabatur eorum conatus, virtus autem amoris ad paria nobis eum proximo præcipitur, Diliges inquit ſaluator proximum tuum ſicut teipſum, cum ipſi ſub quibuſdam metaphoris ſoliti eſſent loqui, volentes perſuadere ad concines amorem per quem ciuitas proficit, communitatem poſuerunt in vxoribus C & filiis in dilectione mutua. Sed in poſſeſſionibus, in communicatione neceſſaria. Quia ſi quis viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo amor Dei manet in eo? Quod fuit præcipuum Stoicorum. Rerum enim exteriorum, ſiue diuitiarum contemptiui erant, vt de Socrate refert Hiero. Per hoc autem patet reſponſio ad obiecta. quia vnio & amor habet gradum in inferioribus entibus, quoniam perfectior eſt vnio in corpore animato, ſi in diuerſis organis virtus animæ diffundatur ad diuerſas operationes vnitas in vna ſubſtantia animæ, ſicut apparet tam in animatis perfectis, quàm in imperfectis, quæ habent ſolum ſenſum tactus, vt ſunt vermes & quædam animalia quæ Ariſtot. vocat in ſecundo de anima. animalia imperfecta. Propter quod & apoſtolus comparat corpus myſticum id eſt eccleſiam, vero corpori & naturali, in quo ſunt membra diuerſa ſub diuerſis potentijs & virtutibus in vno principio animæ radicatis. Vnde & vnionem allegatam reprobat apoſtolus in prima epiſtola ad D Cor. d. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Et ſi totum auditus, vbi odoratus? Quaſi neceſſarium ſit in qualibet congregatione, quæ præcipue eſt ciuitas, eſſe diſtinctos gradus in ciuibus quantum ad domos & familias, quantum ad artes & officia. oia tamen vnita in vinculo ſocietatis, quod eſt amor ſuorum ciuium, vt dictum eſt ſupra. & de quo etiam apoſtolus dicit ad Col. Cum enim connumeraſſet quædam opera virtuoſa, ad quæ ciues adinuicem obligantur. ſtatim ſubdit. Super hoc autem omnia charitatem habentes, quod eſt vinculum perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua vocati eſtis in vno corpore diſtincto videlicet per membra iuxta ciuium ſtatum. Ex qua diuerſitate artium, & officiorum, quanto in eis multiplicatur amplius, tanto ciuitas redditur magis famoſa: quia ſufficientia humanæ vitæ propter quam neceſſaria eſt conſtructio ciuitatis, magis reperitur in ea. Quòd ſi forte allegatur de

de diſcipulis Chriſti,quibus omnia fuerunt cõmunia,non importat legem communem, quoniam ſtatus eorum omnẽ modum viuẽdi tranſcendit.Ipſorum.n. politia non ordinabatur ad vxores & filios,ſed ad ciuilitatẽ cœleſtem, in qua neque nubent, neque nubentur,ſed erunt ſicut angeli dei.

Sed quantum ad diuitias,bona erant communia. Quod ſolum perfectorum eſt,& Dominus dicit in euangelio. Si vis inquit perfectus eſſe,vade & vende omnia quę habes,& da pauperibus,& veni ſequere me. Hoc Socratici fecerunt & Platonici, ſicut contemptiui rerum temporalium, vt de Plotino ſcribit Macrobius ſuper ſomnium Scipionis. In cęteris autẽ ciuibus,communis ſtatus expedit poſſeſſiones habere diſtinctas,ad vitãda litigia. Sicut enim & de Abraã & Loth ſcribit in Geneſi.Cum enim contentio oriretur inter ipſorum paſtores pro paſtura gregũ, ne quæſo dixit Abraã ad Loth ſit iurgiũ inter me & te,& paſtores meos & tuos. Fratres.n.ſumus.ecce vniuerſa terra coram te eſt. Si ad ſiniſtram ieris,ego dexteram tenebo. ſi dexteram elegeris,ego ad ſiniſtram pergam, per quod habemus quod inter ciues expedit ad ſocietatem ſeruandam,ipſorum diuitias eſſe diſtinctas.& ſic patet reſponſio ad prędicta.

De opinione Socratis & Platonis circa mulieres, quomodo ſunt exponendæ rebus bellicis. Cap. 5.

SEd ad eandem politiam redeundo prædictorum Philoſophorum,quædam alia Ariſtot. eiſdem attribuit in prętato libro, quia volebant mulieres inſtruendas in rebus bellicis. Quorum argumentum inducit ſecũdũ ipſos, quia videmus in auibus rapacibus ferociores eſſe fœminas.& efficacius pugnare, hoc idem & de beſtijs liquet, ſicut præcipue in ferocibus animalibus eſt manifeſtum.

Amplius autem corporale exercitium confert fœminis quantum ad virtutem corporis,& fortitudinem,ſicut in ancillis familiarum, & mulieribus ruſticanis eſt manifeſtum, quia fortiores ſunt & ſaniores.Virtutis autem propriũ eſt, ꝙ bonum faciat habentem, & opus ſuum bonum reddat. Si ergo in gymnaſijs ac rebus bellicis magis cõfortatur in fœmina virtus, congrue opera bellica videntur eiſdem cõpetere.Amplius autem,proportio qualitatum primarum ad hoc idem inducit,vt calidi & humidi, frigidi & ſicci,ex quibus ad medium deductis fortificatur mixtum in ſua virtute.Sic. n. videmus ligna viridia ex quo in eis humidum eſt conſumptum,& ad medium deductum, ꝙ fortius ardent. Sic etiam videmus in auibus rapacibus, ꝙ fœminę ratione ſui motus,ſunt fortioris naturę & maioris corpulentiæ. Cũ igitur in mulieribus abundet humidum, ſicut in pueris, ꝑ motum conſumitur,& venit ad temperamẽtum, & vires recipit.Huius autem argumentum aſſumitur de regno Amazonum, quod fortiſſimum fuit in oriente, & quaſi totam Aſiam,tertiam partem orbis ſubiugauerunt ſibi,vt hiſtorię narrant, quæ de Scythis orientalibus traxerunt originem. Vnde & apud ipſos Scythas de quibus deſcenderunt Tartari,mulieres in rebus bellicis exponuntur,& cum ſuis militant viris.Ex quibus omnibus moti, forte fuerunt prędicti Philoſophi in conſtitutione politiæ, mulieres fore ad opera bellica exponendas. Sed contra hanc politiam rationes ſunt fortes,quibus difficile eſt reſpondere. Vna quidem eſt Ariſt.in.2.Politicorum. Quia non eſt eadem ratio de animalibus & hominibus, eo ꝙ animalia non ſubijciuntur dominio œconomico. Solus autem homo gubernationi intẽdit familiæ. Quæ quidem fieri non poteſt vbi mulieres exponerentur armis,quia ſicut in politia, officia ſunt diſtincta,ita & in œconomia: vt paterfamilias ad exteriora negocia intendit,mulieres autem ad intrinſecos actus familiæ, Cuius quidem argumentum aſſumere poſſumus ex parte Romanæ reipu.quæ vt tradunt hiſtorię, duos habebat conſules. Vnus intendebat bellicis rebus.alter rempub. gubernabat. Hoc idem & de Amazonibus ſcribitur. In quorum regno ſeu monarchia duæ erant Reginæ, ſiue monarchiæ, E quæ ſic diſtinguebantur in officijs, ſicut de Romanis cõſulibus eſt dictum. Secunda ratio ſumitur ex ipſa membrorũ muliebrium ineptitudine ad pugnandum. Sic enim Philoſophus diſtinguit, de geſtis animalium inter maſculum & fœminam, quia maſculus habet ſuperiora membra craſſiora,brachia,manus,neruos,& venas, ex quibus vox craſſior generatur: nates vero & ventrem & alia circunſtantia ſubtiliora,mulieres autem econuerſo.Et hoc vt in actu generationis ſint aptiores. Amplius aũt, & mammillas ad nutriendam prolem,quę omnia ſunt impeditiua pugnæ.Vnde & de Amazonibus ſcribitur, ꝙ puellis mammillas amputabant dextras,ſiniſtras autem comprimebant ne impedirentur à ſagittando. Tertia ratio ſumitur ex diſpoſitiõe animę. Tradit enim Philoſophus de geſtis animalium, ꝙ mulier eſt maſculus occaſionatus. Vnde ſicut deficit in complexione, ita & in ratione.Et inde eſt ꝙ propter defectum caloris, & complexionis,ſunt pauidæ & mortis timidæ. Quod in bellis maxime fugiendum eſt. Propter vero defectum rationis **F** carent aſtutijs bellicis,quibus pugnantes, vt plurimũ ſunt victores,ſicut Vegetius tradit de re militari. Vnde tradunt hiſtoriæ,ꝙ Alexander quibuſdam aſtutijs, & blanditijs deuicit Amazones magis q̃ bellandi fortitudine. Quarum regnum temporibus eius fortiſſimum & potentiſſimum erat in Aſia. Quarta ratio ſumitur ex periculoſo commercio viri & mulieris, quia actus venereus corrumpit extimationem prudentiæ,vt tradit Philoſophus in .7.Ethi. & impoſſibile eſt in eo aliquid intelligere. Ex qua cauſa virilis animus eneruatur. vnde ferunt hiſtoriæ Iulium Cæſarem cum bellũ immineret,iuſsiſſe ſuas omnes delitias ſeparari à caſtris: & præcipue mulieres.Cyrus etiam Rex Perſarum cum Lydos ſuperare non poſſet,quia fortiſſimi erant, & ad labores aſſueti,tandem per ludos, & vſum veneris ibidem cõſtitutos virtute & fortitudine eneruatos perdomuit.De ipſis inſuꝑ Romanis antiquis ſic ſcribit Vegetius in principio primi lib.Ideo ipſos perfectos ad bellum ſemper, quia nullis vo- **G** luptatibus,nulliſque delitiis frangebantur. Quid plura,quia etiam equi fortiſſimi, quia alias ſunt audaciſſimi ad pugnandum,& procul odorant bellum, ex præſentia equæ diſtrahuntur a pugna.Propter hanc ergo cauſam ipſe Amazones vt hiſtoriæ narrant,nullum virum in ſua recipiebant acie. Patet igitur ex iam dictis mulieres à rebus bellicis excludi debere.

Quod non eſt conueniens mulieres exponi debere bellicis rebus,et reſpondet ad argumenta ſuperius in contrarium facta. Cap. 6.

SEd quia motiuum dictorum Philoſophorum probabilitatem habuit ſicut in argumentis apparet,ſoluendæ ſunt ipſorum rationes,& cum reuerentia pertractandæ. Quod enim ponitur exemplum de auibus rapacibus,& quibuſdã beſtijs, ꝙ audaciores & fortiores ſunt fœminæ ad pugnandum,& capiendum prędam.ergo ſimiliter **H** erit in mulieribus.Ad hoc eſt reſponſio, quia non eſt ſimile de auibus & beſtijs & mulieribus, vt enim dictum eſt ſupra,homo naturaliter eſt ciuilis & œconomicus, & in gubernatione ſuæ familiæ proprius actus eſt mulieris, ſiue in nutritione filiorum:ſiue in honeſtate ſeruanda in domo,ſiue in prouiſione victualium. Quæ omnia fieri non poſſent ſi rebus bellicis intẽderẽt.Et ꝓp hæc natura ipſam ſic diſpoſuit,vt ab ipſa,pugnandi occaſio tolleretur. Quia vt Philoſophus vult in lib.de animalib. Mulieres debiliora hñt corpora q̃ viri,& ſunt minoris caloris, & ſola illa membra craſſiora in eis videmus,quæ ad actum ordinant generationis: & geſtum,vt venter,& nates, ac ad nutrimentum mammillę.Omnia autem alia habent ſubtiliora & debiliora q̃ viri & minus neruoſa,in qbus fortitudo conſiſtit,vt ſunt pedes & crura,manus & lacerti, & ſic de ſingulis mẽbris vbi fortitudo fundatur,vt dictum eſt ſupra. Quod vero dicitur, ꝙ fortitudo augetur in eis per exercitium, hoc eſt verum.

ergo

ergo pugnare expedit eis. Ad hoc reſponderi poteſt: ꝙ ſola fortitudo non ſufficit ad vincendum in pugna, vt probat Vegetius de re militari in principio, ſed aſtutia bellandi, qua mulieres carent. Rudis enim & indocta multitudo expoſita eſt ſemper ad necem. Sic aũt breuitas corporum Romanorum aduerſus germanorum proceritatem præualuit: vt ibidem dicitur. Et propterea mulieres non debent actibus exponi, ex quibus a virtutibus excludantur. Quod contingit ſi rebus bellicis deputentur: propter incentiuũ libidinis, quod in eis eſt, & reſpectu ſui: & ex conſortio viri. Propter quod natura mulieri multa frena prouidit: vt eſt verecundia: quæ eſt præcipuum vinculum eius: vt Hiero. ſcribit ad Celantiam virginem. Talares veſtes, annulus in digito, ſeruitus viri. Sic.n. ſcriptura ſacra teſtatur: quoniam ſub viri poteſtate erit. Bellicis aũt rebus intendere in repub. libertatem meretur. Vnde & militibus iura gentium ſpeciales apices priuilegiorum concedunt. Quod autem tertio obijcitur ſuper idem medium de fortitudine ad bellandum, locum haberet, ſi ſola fortitudo eſſet cauſa victoriæ: & aptitudo membrorum eſſet in fœminis ad pugnandum, ſicut in viris. Cuius contrarium eſt probatum. Et præterea natura mulieris eſt a viro pati, & non agere. pugnare autem ſumma eſt actio, cum ſit actus fortitudinis: qui ſolus ſi laudabiliter exerceatur, meretur coronam. Dicendum eſt ergo ſimpliciter mulierem non debere exponi bellicis rebus: ſed in domo quieſcere: curam gerere rei familiaris, vt dictum eſt ſupra. Vnde & in hoc Salomon in fine prouerbiorum, fortitudinem mulieris commendat. Speciale de ipſa componens canticum, ſub literis hebraici alphabeti, ac totum circa eam ad domeſticam referens actionem.

Mulierē inquit fortē quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius: quaſi multum ſit reuerenda ſi habeat quæ ſequuntur. Vnde primo ponit artem filandi. Quæſiuit inquit lanam & linum: & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Per hoc volens oſtendere: quòd iſtud ſit proprium earum officiũ. Propter quod & in geſtis Caroli magni ſcribitur: ꝙ filiabus ſuis quas intime dilexit, colo & fuſo mandauit inſiſtere, & operoſas eſſe. Vlterius Salomon ſubiungit alios actus mulieris: qui referuntur ad domeſticam domum: vt eſt filiorum curam habere: familiam diſpenſare: ſuæ domui prouidere. amicos viri ſui honorare ac defectus eius ſupplere: quæ ſunt proprie operationes coniugis: & ad bona matrimonij pertinētes: vt de Abigail vxore Nabal Carmeli ſcribitur: ſicut patet in primo Regum. Sed quia talis ſolicitudo multas habet perturbationes, vt de Martha dicitur in Luca. Martha Martha ſolicita es: & turbaris erga plurima: cum talia ſint obiectum virtutis, & fortitudinis. ideo dictus ſapiens, talem mulierem fortem vocat, nō quidem fortitudine ad opera bellica: ſed ad patienter gubernandam familiam, vt ſuperius eſt oſtenſum.

Refert aliam opinionem dictorum Philoſophorum quantum ad principatum quem volebant eſſe perpetuum: circa quem diſputat ad vtranque partem, quod eſt melius. *Cap. 7.*

EſSe autem & alia conditio quam Philoſophus in 2. Politicorum attribuit politiæ doctorũ Philoſophorum videlicet magiſtratus ad regimē iuxta morem Atticæ regionis. Cuius caput ſunt Athenæ, poſt mortē videlicet Codri Regis. Quos quidem magiſtratus Romana reſpublica ſenatores vocabat. Hos præfati Philoſophi voluerūt eſſe perpetuos, & quoſcũq; officiales in ſua politica cōſtitutos. Quorũ motiuum ſunt imitatio naturæ: vt Ariſt. eis imponit. Videmus enim in terra, ꝙ partes eius eodē modo ſemꝑ ſe habent: vt in mineris cōtingit, quia minera auri in eadem parte terræ ſemper generat aurum, & minera argēti argentum. Vnde in Iob. 28. cap. dicitur. Habet argentum venarũ ſuarũ principia, & auro locus eſt in quo cōflatur. Ex hoc ergo principio ſic concludunt, ꝙ ſi locus auri nũꝗ mutatur,

A & argenti, vt fiat locus plumbi vel ferri, nec locus plumbi vel ferri, vt fiat locus auri vel argēti. Sic & in principatibus contingere debet, quia nec principes, nec officiales mutari debent, vt fiant aliquando ſubditi, vel ꝙ ſubditi fiant officiales vel principes, quia ars imitatur naturā inquantũ poteſt. Amplius aũt ad hoc idem probandũ ſic argumentũ aſſumi pōt: quia vt Philoſophus dicit in principio ſuę metaph. Experientia facit artem, & inexperiētia caſum. Et Vegetius de arte militari. Scientia inquit rei militaris nutrit audaciam. Nemo.n. facere metuit, quod ſe bñ didiciſſe cōfidit. Ex his aũt arguitur, ꝙ ſi fiat mutatio rectorũ vel principũ, ſeu magiſtratus interdũ aſſumitur inexpertus, ex quo multi cōtingũt errores in politia. Rurſus ad idē. Talis viciſſitudo regimini derogat, vt dictũ eſt ſupra in 2. lib. quia datur occaſio ſubditis non obedientiæ ex ſpe euadēdi manum principis, vel veniendi ad dictum principatum. Et ſic motiuum dictorum Philoſophorum Socratis videlicet, &
B Platonis videtur conſonum rationi. Sed econuerſo fuit motiuum ſapientum vrbis ſiue Romanæ reipub. Quia poſt expulſionem Regũ, ſtatuerunt Conſules, vnde in 1. Machab. ſcribitur, inter alia cōmendabilia, de Romanis ꝙ committunt vni homini magiſtratũ ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ, & omnes obediũt vni. Cauſam aũt aſsignāt hiſtoriæ. vt nec inſolens diu maneret, & moderatior cito ſuccurreretur. Quā quidē cām Philoſophus ēt tangit in 2. Politicorum. quia mutare aliqñ principatũ, ac dignitatem magiſtratus perſonis idoneis diſtribuere, cauſa eſt maioris pacis in ciuitate & in politia quacunq;. Alia autem cauſa aſſumit ex vno principio Philoſophi. 5. Ethi. vbi dicitur, ꝙ Principatus virũ oſtendit. Contingit.n. interdũ perſonam aſſumptā ad dignitatem eſſe hominē virtuoſum in gradu ſuo, ſed poſtꝗ ſtatũ principatus accepit, eleuat in ſuperbiā & tyrannus efficitur. Sicut accidit de Saule de quo dicitur in primo Regũ, ꝙ qñ aſſumptus eſt in Regē, inter filios Iſrael non erat melior vir illo, & ſolis duobus annis
C in ſua ꝑmanſit innocentia. Poſtꝗ aũt factus tyrānus, & Deo inobediens, dictũ eſt ei per Samuelē. Quia abiecisti ſermonē domini, & non obediſti voci eius, abiecit te dñs ne ſis Rex. Amplius aũt gradus quidā eſt in natura hoīs quantũ ad virtutes & gratias. Quidā.n. ſunt ad ſubiectionē diſpoſiti, ſed ad regimē minus valent. Quidā aũt ecōuerſo. Ex tali ergo opinione, quia bonus eſt ſubditus aſſumptus, & malo regens, ſi perpetuetur cũ principatu eſt cauſa ſciſſuræ in ciuitatem conueniēs eſt mutare rectores. Rurſus appetitus honoris ineſt homini. vnde Maximus Valerius dicit, ꝙ nulla eſt tanta humilitas, quæ hac dulcedine non tāgatur. Et hinc ſequit aliud. ſ. ꝙ eſt ſuperioris impatiens. Dare ergo principatum vni ſoli, eſt cauſa ſeditionis in multitudine. Et iſta eſt etiam ratio Ariſt. in 2. Pol. vbi dicit, ꝙ Socrates ſemper facit eoſdem principes, quod ſeditionis eſt cauſa apud nullā dignitatē poſſidētes. Videntes.n. ſe oīno ſtatu carere, ſi cōtingat eos eſſe viriles & animoſos, ad diſcordias
D nituntur cauſã. Propter quod Maximus Valerius refert de Fabio duce Romano lib. 10. & de quo dictum eſt ſupra, ꝙ cum ſæpius conſulatum habuiſſet, & in ſua progenie talis dignitas a longo tempore per ſucceſsionem cōtinuata eſſet, id egit cum populo, vt aliquādo vacationē eius honoris Fabiæ genti darēt. Laudabilis igit̃ politia eſt, in qua ſm merita vnicuiq; ſui vicissim diſtribuuntur honores, vt antiqui fecerunt Ro. quā etiā Philoſophus magis cōmendat.

Conſentit auctor melius eſſe in politia non perpetuare: & reſpondet ad partem oppoſitam: vbi etiam dicit nullum habetur in Lombardia dominium niſi per viam tyrannicam: duce Venetiarum excepto. *Cap. 8.*

SEd quod pro ſe inducunt de mineris præfati Philoſophi, non habet ſimilitudinem ſiue neceſsitatem in arguendo: eo ꝙ mineræ, ſiue auri ſiue argenti, ſiue cuiuſcũq; metalli recipiunt impreſsionem a corpore cœleſti,

quæ

quæ eſt ad vnum determinata. Vnde ſicut ficulnea ſemper ficus producit, & non aliũ fructum propter eadem principia quæ ſunt in ipſa, & mediante influentia cœleſti. Ita & eadem pars terræ ſic diſpoſita, vt ſit minera auri ſemper faciet aurum. Sed non ſic eſt de voluntate humana, quæ ſyderibus non ſubijcitur, vt Ptolæmeus probat in centiloquio, quia volubilis eſt. Vnde actus humani ponuntur a Philoſopho in Ethicis de contingenti materia, & inde variantur de bono in malum, & econuerſo. Et ideo perpetuatio eſt periculoſa. Sed quod poſtea dicitur de experientia: hoc ſupponi debet, vt eligatur expertus, qui poſſit & ſciat regere: & ciues dirigere ad virtutem. Alias ſi eligitur vnus inſufficiens, precio, vel amore: iam politia eſt corrupta. Formam.n. eligẽdi tradit ille Ietro: Moyſi cognato ſuo: vt in Exodo ſcribitur: loquẽs de principibus & aſſeſſoribus populi. Prouide inquit viros potentes, de omni populo: in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum. Philoſophus etiam in quinto Ethi. dicit, ꝙ non ſinimus hominem principari, in quo eſt natura humana tantum, ſed illum qui eſt perfectus ſecundum rationem, quia ſi aliter ſiat, aſſumptus ad principatũ, dat ſibi plus de bonis, & tyrannus efficitur. Quòd autem inducitur vltimo de derogatione regiminis, ſi principatus immutetur, hic attendendum eſt, ſicut tactum eſt ſupra in ſecundo lib. ꝙ regiones diuerſificantur quantum ad homines, & in complexione, & in modo viuendi, ſicut cætera viuentia, ſecundum aſpectum cœli, vt Ptolæmeus tradit in quadripartito. Si enim plantæ transferuntur ad aliam regionem, ad eius naturam conuertuntur. Simile eſt de piſcibus & animalibus. Sicut ergo de viuentibus, ita & de hominibus. Gallici enim qui ſe transferunt in Siciliam, ad naturam applicantur ſiculorum. Quod quidem apparet, quia vt narrant hiſtoriæ, iam ter eſt populata dicta inſula de præfata gente. Primo enim tempore Caroli magni, ſecundo ad trecentos annos tempore Roberti Guiſcardi, & temporibus noſtris per Regem Carolũ. Qui iam imbuerunt ipſorum naturam. Hoc ergo ſuppoſito dicendum eſt, ꝙ regimen & dominium ordinari debet ſecũdum diſpoſitionem gentis, ſicut ipſe Philoſophus in politicis tradit. Quædam autem prouinciæ ſunt ſeruilis naturæ, & tales gubernari debent principatu deſpotico, includendo in deſpotico etiam regale. Qui autem virilis animi, & in audacia cordis, & in confidentia ſuę intelligẽtiæ ſunt, tales regi non poſſunt niſi principatu politico, communi nomine extendendo ipſum ad Ariſtocraticum. Tale autem dominium maxime in Italia viget. Vnde minus ſubijcibiles fuerunt ſemper, propter dictam cauſam. Quòd ſi velis trahere ad deſpoticum principatum, hoc eſſe non poteſt niſi domini tyrannizent. Vnde partes inſulares eiuſdem, quæ ſemper habuerunt Reges & principes, vt Sicilia, Sardinia, & Corſica ſemper habuerunt tyrannos. In partibus autem Liguriæ, Aemiliæ & Flaminiæ quæ hodie Lombardia vocatur, nullus principatũ habere poteſt perpetuum, niſi per viam tyrannicam, duce Venetiarum excepto, qui tamen temperatum habet regimen. Vnde principatus ad tempus melius ſuſtinetur in regionibus ſupradictis. Quòd.n. dicitur derogare politiæ, non eſt verum, ſi eligantur idonei. Alias, vt dictum eſt, corrumpitur politia. Idoneus autem Ariſt. tradit in politicis lib. quarto, mediocres ciuitatis, hoc eſt nec nimis potentes, quia de facili tyrannizant, nec nimis inferioris conditionis, quia ſtatim Democratizant. Cum enim ſe in alto conſiderant, ſui immemores, & ſicut ignari regiminis, in erroris baratrum ſubmerguntur, vel de improuida cura ad ſubditos vel de præſumptuoſa audacia ad aliorum grauamina. Vnde & politia corrumpitur, & inquietatur. Aſſumendi igitur ſunt rectores viciſsim in politia, ſiue conſules, ſiue magiſtratus vocentur, ſiue quocunq; alio nomine, dummodo idonei reperiantur. Amplius autem, nec periculum imminet,

E quia iudicant ſecundum leges eis traditas, quibus ſunt per iuramentum aſtricti. Vnde non eſt materia ſcandali puniẽdo, quia tales leges ab ipſa multitudine ſunt inſtitutæ.

Rurſus nec dñio derogat, ſi leuiter puniat, ſecundum naturam gentis ſubiectæ, quia aliquando in talibus regionibus melius politia ſeruatur, diſsimulando culpam vel dimittendo pœnam. In quo facto virtus Epicetis de qua Philoſophus loquitur in 5. Ethi. videtur locum habere, quæ iuſtum legale diminuit. In quo etiam regimine regulæ illius ſummi paſtoris ſunt attendendæ, videlicet beati Gregorij, in regiſtro & paſtorali, in quibus modum correctionis tradit ſecundum perſonarum ſtatum & qualitatem.

De communitate bonorum quantum ad poſſeſſiones, quam quidem Philoſophus nomine Pheleas dicit adæquari debere in omnibus, & quod eſt falſum quod Licurgus ſenſit. Cap. 9.

F ET quia opiniones dictorum Philoſophorum verſabãtur circa communitatem poſſeſsionum, cõgruum videtur de alijs dicere qui circa ipſas, ſuã conſtituerunt politiam. Duo.n. fuerunt Philoſophi, qui conſiderãtes litigia generari in ciuitatibus ex eo ꝙ vnus abundat, & alter caret, voluerunt in ſua politia adæquare in ciuitatibus ſuis poſſeſsiones. Vnus fuit Pheleas Calcedonius de quo Philoſophus loquitur in ſecũdo politicorũ. Alter fuit Lycurgus Spartanorũ Regis filius, qui Lacedæmonijs iura conſtituit vt tradit Iuſtinus, vt æquata poſſeſsio neminem potentiorem altero redderet. Modus aũt quem teneri voluit Pheleas in adæquando, narratur a Philoſopho, vt fieret videlicet, in ipſa conſtitutione ciuitatis, habita conſideratione multitudinis ciuium & camporũ, alias difficile iudicabat. Et vt hic perſeueraret, ordinabat matrimonia contrahi inter maiores & minores. Et ſic per hoc tollebantur iurgia, amouebantur iniuriæ, auferebãtur arrogantiæ & ſuperbiẽ-

G di materia. Ad hoc etiã mouebat exemplũ in alijs politijs. Quia vbi eſt bonorũ temporalium inæqualitas, cõtingit ſępius perturbatio. Ibi.n. eſt inuidendi occaſio. Inde cupiditas oritur quæ iuxta Apoſtolum radix omnium malorũ eſt. Ipſe etiam Lycurgus, propter hãc cauſam, in legibus quas Lacedæmonijs tradidit, pro ipſorum conſeruanda politia artificiales ſubtraxit diuitias, ſiue numiſmata, in cõmutationibus rerum venaliũ, in ſolis naturalibus diuitijs tales permutationes relinquens. Sed hanc poſitionẽ Philoſophus reprobat in ſecundo politicorũ, oſtendens hanc adęquationem omnino impoſsibilẽ. & per conſequẽs contra rõnem. Et primo ex parte humanę naturæ quæ non ſemp in familijs multiplicatur æqualiter, quia contingit vnũ patrẽ familias habere multos filios, aliũ aũt nullũ. Quòd ergo iſti duo haberent æquales poſſeſsiones eſſet impoſsibile, quia vna familia deficeret in victualibus, altera ſuperabundaret. Et hoc eſſet contra prouiſionẽ naturæ. Quia quæ familia plus

H multiplicatur in prolẽ, amplius cedit ad firmamẽtũ politię propter ipſius augmentũ, q̃ quæ in generatione prolis deficit. Et quodam iure naturę magis meretur a rep. ſiue politia prouideri. Amplius aũt, natura non deficit in neceſſarijs, vt dictum eſt ſupra. Ergo nec ars quæ ciuilis eſt regiminis. Sed hoc contingit ſi in familijs adęquantur poſſeſsiones, quia videlicet ciues moriunt penuria, vnde politia corrumpitur. Non tñ ſũt ex parte naturę humanæ ſequitur inconueniẽs adæquare poſſeſsiones, ſed ẽt ex gradu perſonę. Eſt.n. differẽtia inter ciues, quẽadmodũ inter mẽbra corporis, cui politia eſt ſuperius cõparata. In diuerſis autẽ membris virtus diuerſificat & operatio. Cõſtat.n. ꝙ maiores expẽſas cogit facere nobilis q̃ ignobilis. Vnde & virtus liberalitatis in principe magnificentia vocat, propter magnos ſumptus. Hoc autem fieri nõ poſſet vbi poſſeſsiones eſſent ęquales. Vñ & ipſa vox euãgelica teſtat de illo patrefamilias, ſiue Rege, qui peregre ꝓfectus eſt, qualiter ſeruis ſuis bona diſtribuit, ſed non ęqualiter, immo vni dedit quinq; talenta,

tolentū: alteri duo: alij vero vnum: vnicuiq; ſecūdū propriā virtutem. Amplius autem nec ipſe ordo naturæ hoc patitur: in quo diuina prouidentia res creatas in quadam inæqualitate conſtituit: ſiue quantum ad naturam: ſiue quantū ad meritum. Vnde ponere æqualitatem in bonis temporalibus: vt ſunt poſſeſsiones: eſt ordinem in rebus deſtruere: quem Auguſtinus reſpectu inæqualitatis diffinit de ci. Dei. Eſt enim ordo parium & diſparium rerum ſua cuique tribuens diſpoſitio. Et ex hoc Origenes in Periarchon reprehenditur: quia omnia dixit æqualia ex ſui natura: ſed facta ſunt inæqualia propter defectum ſui, hoc eſt, propter peccatum. Non ergo ex adæquatione poſſeſsionum vitantur litigia: quin potius augmentantur: dum in hoc deſtruitur, ſiue tollitur ius naturæ: quando ſubtrahitur indigenti qui plus meretur. Item quia contra rationem eſt eſſe omnia æqualia in politia: cum omnia Deus inſtituerit in numero, pondere, & menſura: vt in lib. ſapientiæ dicitur. Quæ gradum inæqualitatis ponunt in entibus: & per conſequens in ciuilibus ſiue politijs.

De politia Platonis & Socratis quantum ad genera hominum qui requiruntur in ea quæ ſunt quinq;. Vbi multum diſputatur de numero bellatorum. Cap. 10.

Sed redeundum eſt ad politiam Socratis & Platonis: quia quædam alia conſtituerunt in ipſa: præter ea quæ dicta ſunt ſupra. Suam enim ciuilitatem diſtinxerunt in quinq; genera hominum videlicet in principes: conſiliarios: bellatores: artifices: & agricolas. Quæ quidem diuiſio ſatis videtur ſufficiens ad perfectionem ciuitatis: quia omnia genera hominum comprehendit: quæ ad regimen politicum pertinent. Sed Ariſtoteles in hoc prædicto philoſophos videtur reprehendere: tum quia numerum ponebant bellatorum excedentem proportionem ciuitatis. ponebāt. n. mille bellatores ad minus, vel ad plus quinque milia. Secundum quod philoſophus reprehēdit, eſt quia ſic diſtinguebant bellatores ab alijs ꝙ nullo modo ſe exponerent bellicis rebus alij ciues a bellatoribus. Sed quātum ad primum non videtur determinatus numerus poſſe poni, eo ꝙ omnes ciuitates non ſunt æqualis potentiæ & virtutis. Vnde conſideranda eſt multitudo populi in ciuitate, & ſecundū numerum conſtituere bellatores. Item latitudo regionis, vt ſit ſufficientia paſcuorum & victualium. Vnde Ariſtoteles dicit in ſecundo politicorum, ꝙ ſi tanta debeat eſſe multitudo bellatorum in ciuitate, oportet ipſam adæquari ciuitati Babyloniæ, quæ videlicet excedit in gentis multitudine, & in latitudine camporum. Sed ſi attendimus ad ipſum numerum bellatorum qui eſt mille, vt hiſtoriæ tradunt, ſecundum vnam expoſitionem, politia Platonis & Socratis cum ciuilitate concordant Romuli, primi conſtructoris vrbis: a quo & iſtud nomen miles originem habuit, vnde & miles dicitur electus ad bellandum ex numero mille, quia mille erant tūc expediti bellatores ab ipſo electi ad pugnādum contra aduerſarios vrbis, vt contra Sabinos primo, vlterius vero contra Samnites. Et ſic in hoc concordabat Romulus cum Socrate & Platone, licet primus conditor vrbis per longum tempus philoſophos anteceſſerit ſæpe dictos. Alio modo dicitur miles quaſi vnus ex mille. Iuxta quod ſcriptura volens commendare ſanctum Dauid de conſtātia & fortitudine. Dilectus inquit meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Vt ſic importet quandam excellentiam in pugnando. Quos ſcriptura ſacra expeditos vernaculos appellat in Geneſi. Sic enim ſcribitur de Abraam ꝙ contra quatuor Reges proceſsit cum trecentis decem & octo expeditis vernaculis, qui quinq; reges deuicerant, capto Loth nepote eiuſdem Abraæ cum tota familia. Vnde ſatis credibile videtur, ꝙ maiorem habuit multitudinem ad pugnādum, ſed iſti nominantur propter ipſorum probitatem ad inuadendum. Sic & Gedeon trecentos elegit de populo Iſraelitico ad pugnandum contra caſtra Madianitarum, vt

A in li. Iudicum traditur, quos probauit diuino mandato eſſe aptiores ad pugnam, ex eo ꝙ tranſiens populus quaſdam aquas, omnibus ex populo bibentibus ea aquis prædictis, & genua flectentibus, illi ſoli lambuerunt, vt canes nō poplite flexo. Tales igitur ſic electos nō videtur poſsibile mille in ciuitate reperiri, & multo minus quinq; millia. Et ſic vera eſt ſententia Ariſt. contra Socratem & Platonem, ſi ſic intendat. Secundū vero quod Ariſtoteles improbat eſt de diſtinctione bellatorū, quaſi alij ciues ſint immunes a bello, vt conſiliarij & artifices. Quod non eſt verum, vbi ſit aggreſſus multitudinis oſtium contra ciues. Quamuis autem bellatores ſint aptiores ad pugnam, quia experientiam habent & pugnandi artem, vt ait Vegetius, nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit, impetum tamen multitudinis ſuſtinere non poſſent niſi cū multitudine. Sic enim Iudas Machabæus defecit, quia cum paucis pugnauit contra multitudinem Bacchidis principis Demetrij regis, recedente ab ipſo multitudine ſuæ gentis, ſicut patet in primo

B libro Machabæorum. Hinc eſt etiā ꝙ quamuis Saul elegerit tria millia virorum ad defenſionem ſui regni, duo enim millia erant cum ipſo, vbi ipſe curiam tenebat, vt in Magmas & in Bethel, mille vero cū Ionatha in domo propria vt in Gabaa Beniamin, nihilominus contra multitudinem oſtium multitudine vſus eſt. Vnde cum Naas Ammonites Rex eiuſdem regionis obſideret cum multitudine Iabes Galaad, trecenta millia de filijs Iſrael congregati ſunt in caſtris, & triginta millia de Tribu Iuda, ad expugnandū Ammonitas præfatos, vt ſcribitur in 1. Regum. 11. cap. Sed aduertendum ꝙ militaria diſciplina Vegetij in tertio lib. ſecundum ſententiam Lacedæmoniorum ſiue Athenienſium reſtringit numerum in exercitu armorum videlicet ad decem millia peditum, & duo millia equitum vel ad plus viginti millia peditum, & quatuor milliā equitum, oſtendens magnam multitudinem eſſe damnoſam: tum quia difficilius regitur: tum quia laborioſius in victualibus proui

C detur. Ibidem etiam in exercitu computat non ſolum tyrones, ſed etiam auxiliatores, quod ad alios ciues referimus qui non erant militiæ deputati. Et præterea idem Vegetius in primo libro, vbi docet eligi tyronem, ad agricolas & artifices magis remittit, eo quòd aſſueti ſunt ad labores. Aſſumendi ſunt igitur ciues ad pugnam, non ſolum bellatores diſtincti in quocunque genere ſint, ſiue conſiliarij, ſiue artifices, ſiue agricultores, dummodo diſpoſitionem corporis habeant, vnde non impediantur a pugna, vt ſunt homines corpulenti & ponderoſi ad ambulandum, ciues nimijs delitijs dediti, homines etiam prouectæ ætatis quos emeritos habebant antiqui Romani, homines etiam quos diuina lex prohibet ad pugnam. Hos excludere a pugna dignum videtur, vt patet in Deuteronomio. Quos lex prædicta prohibet inſtante exercitu & acclamante prætore. Vbi quattuor genera hominum ponuntur, qui a pugna excipiuntur ibidem videlicet, qui ædificaſſet no-

D uam domum, & non ea fuiſſet vſus, vel qui plantaſſet nouam vineam, & qui in proximo vxorem duxiſſet. Quæ quidem tria, intentionem diſtrahunt a pugnante, & ex hoc efficitur minus audax. Quartum genus eſt, nimis timentium mortem, qui a ſacra ſcriptura formidoloſi vocantur. Vegetius etiam in principio primi libri inter artifices quinque genera hominum dicit excludenda a caſtris, videlicet, piſcatores, aucupes, dulciarios. i. qui delitijs intendunt, lintheones. i. qui molles ſunt & flexibiles. Item qui videntur intendere ad gynæſia. i. ad opera muliebria, vt ſunt opera textrina ſiue venerea. Cęterum de ordine caſtrorum, ſiue exercitus & ipſius rectoribus ſeu motoribus non eſt præſentis negocij, quia noſtrum nō videtur congruum docere pugnare, vel de eiuſdem pugnæ gymnaſijs agere, ſed ſolam veram tradere politiam, per quam ſi ad veram pertingamus, diſponimur ad viuendum ſecundum virtutem, & quaſi participamus cœleſtem, quæ eſt ciuitas Dei, de qua glorioſa dicuntur.

De

vt ſupra de regibus eſt dictum: vt iam patuit: ne forte ex nimia cura rerum tpalium diſtrahant à rebus bellicis: vel ipſorum nimia amœnitate molleſcãt: qđ cedit in politiæ nõ modicum detrimentum. Vnde & ipſe Hippodamus ꝓprias eis auferebat poſſeſsiones, vt ſolis armis intenderent.

Ponit opinionem eiuſdem circa iudices & aſſeſſores politiæ: vbi diuiſionem facit multiplicem, & notabilem circa ea quæ ſunt agenda per iudices. Cap. 13.

ET quia Philoſophus de dicto Hippodamo longum adhuc ſermonem fecit circa ſuã politiã: & de ipſa multum eſt dictum, ſub compendio, accipienda eſt ſua traditio q̃ reſtat. Oium.n.referre politias, cũ quæ ibet ciuitas ſuam habeat, & diuerſam, laborioſum eſſet ſcribere, & faſtidioſum audire. Illud autem in quo multum inſtitit dictus Hippodamus fuit de iudicijs, vt refert Ariſto. in 2. Pol. Primo, quidem de iudicijs reſpectu fuit quia oia iudicia ad tria reduxit, in quibus homines litigãt videlicet. vel de dãno rerum, vel de iniuria in perſonã. Et hoc dupliciter, vel de offenſa in verbo vel de geſtu, quod dehonorationem Ariſt appellat, ſm dictum Philoſophũ: vel eſt de læſione ſiue percutiendo, ſiue vulnerando, quam Philoſophus mortem vocat, quia ad mortem ordinatur: de quibus lõgus eſt ſermo in iure ciuili, & hoc iniuſtificationem vocat ibidem: quia contra iuſtitiam exercentur. Diſtinguebat etiam de iudicijs ex parte iudicantium, quia ad duo genera referebat. videlicet ad patronum ordinarium. Secundum vero erat ꝓuocatorium, quod ipſe principale, vocat, in quo erat appellationis refugium. Et iſtud, vt philoſophus narrat in. 2. Polit. volebat conſtitui ea ſenioribus electis ciuitatis: qui male iudicata reuocarẽt: quos Thuſci ancianos vel priores vocant: & ad hoc ſunt inuenti. Interdum autẽ eſt Sindicus conſtitutus ad idẽ, ſic noiatus quaſi curam gerens politiæ ne lædatur per iniuſtitiam, vt faciunt collegiorum œconomi. Item ſtatuit dictus Hippodamus in ſua politia, in vtroq; prætorio: tam ordinario q̃ principali, vt iudicia ficrent ſine collectione ſapientũ: ſed quilibet ſcriberet ſigillatim in pugillaribus de ſententia ſerenda ſuum cõſilium, quam ordinario vel iudici appellationis ſecreto porrigeret. Cuius cãm Ariſt. aſsignat, ne forte timore ciuium deieraret & declinaret a vero. Quem modum hodie politiæ Thuſcorum obſeruãt, ponendo ſabam ſiue denarium in pixidiie deputatis ad affirmatiuam vel negatiuam ſuper rebus agendis pro rep. ſiue pro cõdemnando, ſiue pro abſoluendo ciuem. Item ſtatuit idem Hippodamus in ſua politia quaſdam leges pietate plenas, & iuri naturæ cõleutaneas, circa quædam genera hoium. Primo quidem quantum ad ſapientes, vt ſi ex eis aliquis ordinaret expediens ciuitati vel caſtro, honorem conſequeretur iuxta meritum operis, ſicut factum eſt Ioſeph per Pharaonẽ, vt in Gen ſcribiť: & ſicut accidit Mardocheo ꝑ Aſſuerum. Et hoc ꝓpter beneficia quæ vterq; cõtulerat, vnus quidem regiori, alter vero principi. Hoc idem etiam de bellatoribus præcipit, vt ſi aliquis eorũ moreretur in bello ob defenſionem patriæ & bono ciuitatis, ipſorum nati acciperent cibum de ærario publico. In quo quidem Romana reſpub. maxime conatum adbibuit victorioſos milites honorare, ſiue in mortẽ, ſiue in vita, vt hiſtoriæ tradunt. Sed præcipue in filijs, quia in eis cum ſint ipſorum ſimilitudo, factis perpetuatur memoria: vt verum ſit quod in Eccleſiaſtico ſcribitur. Mortuus eſt enim & quaſi non eſt mortuus. Similem enim reliquit poſt ſe. videlicet in beneficio adepto cã patris. Item ſtatuit ꝙ totus populus. videlicet tã bellatores, q̃ artifices, q̃ etiam agricolæ principem eligerent: nolebat.n. principem per ſucceſsionem, quemadmodum pro maiori parte obſeruant ciuitates Italiæ. Item ſtatuit ꝙ princeps de tribus haberet curã, ꝓcipue videlicet de rebus cõibus, de peregrinis, & orphanis. Orphanos vocant omnes impotentes qui nõ poſſunt ſua iura conſequi. Qđ

A & lex diuina ſpecialiter præcipit, eo ꝙ eoſdem alij de facili lædunt pp impotentiam reſiſtendi. Iſta ſunt igitur quæ de politia tradit idem philoſophus. Et q̃uis idem philoſophus in. 2. Poli. ipſum reprehendat in multis, quæ diſputabilia ſunt in vtranq; partem, ſicut actus humani, cũ ſint de materia contingenti, multa tamẽ laudabilia ſcribit, & quæ cum politia Romana concordant, ſicut infra videbitur. Et hæc de ipſo intantum ad præſens ſint dicta.

De politia Lacedæmoniorum quã reprehendit circa regimen ſeruorum & mulierum & circa bellatores. Cap. 14.

NVnc igitur ad alias politias procedendum, quas philoſophus refert in prædicto lib. 2. vt Cretenſium & Lacedæmoniorũ: q̃ clare videbãtur, & ex fama regionis & ipſarũ antiquitate, & earum auctore. Et licet in multis Ariſtot. commendet politiam prædictam, multa tñ ibidem reprehendit. B Primo quidem de remiſsione quantum ad ſeruos, quia non vt ſubditos, ſed vt amicos eos habebant. Et inde laſciuiebant & efficiebantur elati, & cõcitabãt rixas in confinibus Lacedæmoniorũ contra tyrannos, vt de eis illud cõpeteret qđ in Prou. 29. cap. dr̃. Qui delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea illum ſentiet contumacem. Item ibidem dr̃. Seruus verbis non põt emendari, quia qđ dicis intelligit, & reſpõdere contemnit. Sed forte hoc non ſine rõne contingit interdum, qñ imminent pugnæ cum hoſtibus, quia tunc ſerui manumittuntur, eo ꝙ audaciores ſunt ad aggrediendum. Vnde in. 3. lib. Regum ſcribiť, ꝙ rex Acab per pediſſequos ciuitates ex mandato Dei Syriam percuſsit & fugauit. Propter quod hiſtoriæ Romanæ tradunt, ꝙ poſt conflictũ ipſorum apud Cãnas, tanta fuit ipſorum ſtrages, ꝙ coacti ſunt relegatos & ꝓſcriptos reuocare, ac ſeruos libertate donare, ex quibus aciem fecerunt ad defenſionem vrbis. C Quia ergo Lacedęmonij infeſtos habebant cõfines, ideo ſeruos leuius tolerabant. Lacedæmonij.n. cõfines erãt, vt ipſe Ariſto. dicit, duabus regionibus. Arcadiæ. videlicet & Meſenę. Item Theſſalonicæ. Ab alia autẽ parte Achaię & Thebęis qui antiquitus multum viriles fuerunt. Reprehenduntur ergo Lacedæmonij ſi populares, quos ſeruos vocant, ſuſtinent, non refrenando eorũ ſtultitias ex iam dicta cã. Sed tolerari poſſunt ſi confines ſunt nimis infeſti, vt dictũ eſt ſupra, quia prædictis ſeruis datur audacia ad inuadendum & refrenandũ malitiam hoſtiũ Et ex eadem cã dabatur libertas mulieribus. Vnde efficiebantur laſciuæ. De hoc.n.a philoſopho reprehenduntur ꝙ ſuas mulieres non reſtringebant a diſcurſibus. Quod mulier eſt laqueus libidinis. vt de Dina accidit filia Iacob, ſicut in Geneſi ſcribiť. Quæ oppreſſa fuit a Sichẽ filio Regis Emor, quia ſine cuſtodia diſcurrebat per regiones. Vnde in Eccleſiaſtico. 26. cap. dr̃. In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur ſe. Ita & de Lacedæmonijs contingebat, D ꝙ viuebant voluptuoſe propter nimiam libertatẽ. Sed eos excuſat Ariſto. propter ipſorum nimia bellorum exercitia, quę habebant Lacedæmonij. Vnde vxores eorum cogebãtur diſcurrere ad gubernationem familiæ. Sed ſi alias ſuſtinuiſſent ipſorum viri mala erat politia. Tertium autem quod Ariſto. diſputat de Lacedæmoniorum politia eſt circa milites, vtrum deberent vxores habere vel mulieribus coniungi, quia ſi hoc eſt, diſtrahuntur a pugna. Ex actu.n. carnalis delectationis molleſcit animus, & min' virilis redditur, vt dictum eſt ſupra Et ſentẽtia eſt Platonis vt Theophraſtus refert ꝙ Militaribus rebus intentis, non expedit nubere. Sed Ariſto. iſtud reprobat dictum. 2. lib. quia bellatores naturaliter ſunt proni ad luxuriam Cauſa autem aſſignatur in quodam libello de probleumatibus, translato de græco in latinũ Federico imperatori. Sed philoſophus ibidem introduxit Heſiodi poetæ fabulã, q̃ Martem cum Venere iunxit. Vnde ſi abſtineant à mulieribus, prolabunť

in maſculos.Et ideo Ariſtot.iu hoc reprobat Platonis ſenteutiam:quia minus malum eſt mulieribus carualiter commiſceri:q̃ iu vilia declinare flagitia. Vnde Aug.dicit,ꝙ hoc facit meretrix in mundo:quod ſentina in mari , vel cloaca in palatio. Tolle cloacam & replebis fetore palatium: & ſimiliter de ſentina. Tolle meretrices de muudo, & replebis ipſum ſodomia. Propter quã cãm id Aug.ait in.13.de ciui. Dei:ꝙ terena ciuitas vſum ſcortorum licitam turpitudinẽ fecit. Hoc etiam vitium ſodomiricum ipſe Philoſophus in 7.Ethi.dicit accidere propter vitioſam natnram, & peruerſam conſuetudinem. Et horum etiam non eſt conuenientiam vel inconuenientiam aſsignare: cum non ſint per ſe delectabilia humanæ naturæ. Vnde mediũ virtutis ibi eſſe non põt. Et hoc concordat cum apoſtolo ad Ro. qui tales actus ignominiæ paſsiones appellat. Quartum autẽ qđ Ariſtotel. reprehendit in Lacedæmoniorum politia, eſt de inæquali diuiſione poſſeſsionum:quia vnus ciuis quaſi totam occupabat regionem,ex re.videlicet pecuuiaria: ſicut ſæpius accidit de fœueratoribus : alij vero ciues expoliati fugiunt , & ſic remanet politia nuda. Item circa vxores. q̇a in bonis defuncti, vxor rõne dotis duas occupabat partes,ſicut accidit in Francia de medietate bonorũ. Reſiduũ vero diſtinguebatur ſeu diſtribuebatur hȩredibus , & pro ſuis legatis. Sed quantũcunq; tolleretur apud Lacedȩmonios de alijs ciuibus diminutio poſſeſsionum : quantũ tñ ad bellatores ſuſtineri non debet: quia per eos ciuitas conſeruatur iu ſua virtute. Hoc autem Ariſtot.accidiſſe Spartiatis hoc eſt Lacedæmoniis dicit , quia ad nihilum ſunt redacti propter dictam cãm. Cũ tñ ſoliti eſſent babere decem millia bellatores,quod non erat modicum apud veteres. Iſti autem ſunt illi Spartiatæ de quibus agitur in.2.Machab. qui propter virilitatem animi cum Iudeis & Romanis ſpecialem babebant amicitiam.

Reprehendit etiam dictam politiam quantum ad legis filiorum & iudicum , mouens quæſtionem vtrum pauperes ſint eligendi ad regimeu politicum. Cap. 15.

EST & aliud quod reprehendit Ariſt.in dicta politia de generatione.videlicet filiorũ.Statuerat.n. iu ſua politia ad ꝓuocandum ciues, ꝙ zelarent multiplicationẽ ꝓlis, ꝙ qui tres hr̃et filios aſſumeretur ad dignitatem publicorũ negociorũ.Et qui quatuor, eſſet ſine vectigali. Hoc aũt erat cã depauperandi ciues. Vnde fiebant impotentes ad inuadendũ hoſtes:& boc fuit iu eis cã diſſenſionis. Vnde regio diminuta eſt in virtute.Iſtud autẽ reprehenſibile eſſe in rõne fundatur. Quia ꝙ quis generet plures , non eſt virtutis:ex qua quis mereẽ præeminentiã. Puta vt in bellãdo pro rep. quod eſt virtutis fortitudinis: vel in conſulendo ciuitati:quod pertinet ad prudentiam : vel in regendo ciues,quod ꝑtinet ad iuſtitiam, vel in conuerſando honeſte cum eis , quod pertinet ad temperãtiã. Sed ꝙ in generãdo quis mereatur præmium in repub. hoc non eſt virtutis,quia etiam vilis homo poteſt habere virtutem generatiuam meliorem. Vnde ꝙ in hoc honoretur, non eſt dignũ:quia honor non debetur niſi ꝑꝑ virtutem: vt philoſophus dicit in 1.Ethic. In omnibus igitur actibus politiæ inter ciues æqua debet eſſe põderatio oneris & honoris præter q̃ in prædictis,vt verum ſit quod dixit Dauid ſicut in.1.Regũ ſcribitur. Recuperatis ſpoliis de Siceleg contra Amalechitas æqua inquit erit portio euntis ad bellum,& remanentis ad ſarcinas.Et quãuis lex Moſayca ſterili maledictionem imprecetur,vt in Exod.& Deuterono. eſt manifeſtum,& ad multiplicandam generationem plurium vxorum ſit facta conceſsio, hoc non fuit ſibi conceſſum,niſi ad virtutem referendo ad cultum diuinum, ſicut Aug.dicit de ciui. Dei.Aliud autem quod reprehendit Philoſophus in Lacedæmoniis,vnde ipſorũ corrupta fuit politia circa electionem iudicum,eſt: quia eligebantur pauperes qui egeſtate compulſi corrũpebantur pecuniis à ma

E ioribus,& inde opprimebatur iuſtitia & exercebantur tyrannides.Comparatione ergo iſtius politiæ Democratiam Philoſophus magis cõmendat: quia deficientibus in ciuitate hominibus virtuoſis ad regimen ex quibus conſtituit principatus qui Ariſtocratia vocatur,melius regitur ꝑ diuites malos, ex quibus conſtituitur principatus qui appellatur Democratia. Non ergo expedit politiæ pauperes aſſumi,& cupidos ad iudicandũ. Vnde narrant hiſtoriæ ꝙ duo viri,per conſules romanos fuerant electi ad gubernãdum Hiſpaniam,quorum vnus nimis paup,alter nimis erat auarus.Cumq; delatio facta fuiſſet in capitolio de ipſis , quia de hoc litigabant : Scipio Africanus de neutro conſuluit: vtrũq; corruptorẽ diffiniens politię,ſiue cuiuſcũq; regiminis:quia ſe habent ad ciuitatẽ,velut ſanguiſugæ ad corpus humanũ.Vnde in Prouer.dr̃. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes affer affer : quaſi ad hoc ſit principalis eorum intentio,extorquere pecunias. Sed quid dicem⁹ de Fabricio cõ
F ſule,qui pauperrimus fuit,vt ſcribit Valerius Max.Item de Lucio Valerio de quo dictum eſt ſupra qualiter in ſumma paupertate mortuus eſt? Ad hoc aũt diſtingui oportet de duplici indigentia,voluntaria.ſ.& neceſſaria.Voluntariam babuit Chriſtus,& ſui diſcipuli.Et hanc habuit Fabricius, & alius conſul Rom.qui vt fideliter guberuaret remp.diuitias contempſerunt.Maluit.n. Fabricius diuitibus imperare q̃ locupletem fieri,vt dictum eſt ſupra de ipſo.Hęc ergo non repellitur à regimine,ſed ſecunda neceſſaria,quia talis raro,vel nunq̃ bene regit,vel conſulit , niſi ſuo appetitui vacuo ſatis detur.Cuius rõ & dr̃ia,de vtraq; paupertate haberi poteſt ex diuerſitate finis. Finis autem paupertatis voluntariæ eſt bonum honeſtum ſiue bonum virtutis. Finis vero neceſſariæ inopiæ eſt bonũ vtile,ad quod appetitus eius eſt pronus. Hoc aũt,eſt cuius gratia aliquid agiẽ vt Philoſophus dicit . Quicquid ergo agunt qui talem habent indigentiam , ad hunc finẽ deducunt vt ſuũ impleãt ventrem & burſam.Sed qui voluntariam,ſicut contempti
G ui diuitiarum,ordinant omnia ad virtutem.Et ideo eũ gubernant vel regunt ciues,ſuper eis bonum virtutis intendunt.quod eſt bonum humanũ,vt idem Ariſtot.dicit iu.1. Ethi. Amplius autem natura nihil fruſtra operatur,vt dicit Philoſophus in.1.de cœlo. Appetitus vero eius,qui nõ habet diuitias ex neceſsitate & non voluntate,ſemper intendit ad habendum diuitias.Si ergo non conſequitur erit fruſtra.Et ideo natura appetitus ad boc impellit, ſicut refugiens vacuum quod ſuſtinere non poteſt . Ergo difficile eſt vitare,vt non inſequatur quocunq; modo ad habendũ diuitias.Periculoſum eſt igitur politiæ ſiue reipub. pauperem aſſumi ad conſulatum,ſiue ad iudicatum , vt Philoſophus dicit,niſi quando paupertas eſt placida,quia tunc eſt reſecata cupiditas,quæ omnium malorum eſt radix,vt ſcribit apoſtolus . Talis enim indigens ad regimen politiæ eſt optimus de quo iu Eccleſiaſte ſcribitur ꝙ Inuentus eſt vir pauper & ſapiens qui liberauit vrbem per ſapientiã ſuam:
H nulla videlicet cupiditate impeditam.

Redit adhuc ſuper politiam Lacedæmoniorum quantum ad ipſorum regem : reprobans modum quem tenebant circa ipſum , oſtendens inconuenientia quæ ſequebantur ex boc. Cap. 16.

POſt hoc autem & ſuper Lacedæmoniorum regimẽ eſt agendum. Voluut enim biſtorici vt Iuſtinus Hiſpanus magnus geſtorum ſcriptor, dictam ciuitatẽ habuiſſe regem , & ipſe Ariſtoteles in.2. Poli. hoc affirmat,quòd rex eſſet reſpectu regionis,& prouinciæ,ſicut iu vrbe contingit.Hoc etiam videmus in multis partibus Europæ occidentalis & borealis quòd regem habent, & quælibet ciuitas ſuas leges & politiam.Puta,Frãcia,Hiſpania,Gallia,& Germania, Lacedæmonij igitur qui Spartiatæ ſiue Spartani , regem babuerunt , in quo Charilaus regnauit , Cuius Licurgus , vt tradit idem Iuſtinus in

in pupillari ætate curam ſuſcepit, vt in Cretenſi politia patebit. Circa quod quidem regimen regis Spartiatarum ſeu Lacedæmoniorum procedit philoſophus in politica reprehendens ipſum de multis. Primo de prouiſione regis, quia non ſuſtinebant occaſione inuenta quòd regimen eſſet perpetuum. Sed nec etiam ad vitam modum rectorum politicorum ſeruare volentes, quod in præiudicium non modicum videbatur eſſe regiminis. Quia in hoc eneruabatur ipſorum poteſtas, & ſubditis dabatur occaſio reſiliendi à legibus obſeruandis. Et ſic non poterant ipſos reges facere viros perfectos, & virtuoſos. Propter quam cauſam, licet dictus Philoſophus non faciat mentionem, hiſtoriæ tamen tradunt Lacedæmonios fuiſſe gentem indomabilē, niſi ꝙ per dictum Lycurgum fuit morū maturitate ac præclaris legibus regulata, de quibus infra dicetur. Sequebatur etiam iſtud inconueniens, quòd ſi quando ciuitas legatos mitteret, vt ipſe Philoſophus dicit ad aliquam ciuitatem vel prouinciam ſiue regionem, cum quidam ex eis pugnarent pro rege, quidam autem hoſtes forent, cognoſcebatur ipſorum diſſenſio. Vnde minus erant cari, & de ſua legatione raro reportabant intentum. Et aduertendum ꝙ quamuis conſules in vrbe annuales eſſent, vt dictum eſt ſupra, & aſsignata cauſa eſt, ſicut & magiſtratus Athenis, tamen non ſic erat faciendum de rege, immo ſi non ſit perpetuus valde periculoſum eſt ciuibus. Dictum eſt enim ſupra, quòd hæc eſt differentia, inter regem & rectorem politicum, quòd alter, videlicet politicus ſolis legibus ſuæ ciuitatis populum iudicat. Regalis vero princeps vltra leges quas inuenit, vel ante ſtatuit, opportunis temporibus, legibus quas in pectore defert, vtitur ꝓ meliori exitu ſui regiminis ac gentis ſalute. Si ergo tales principes ad tempora regnent, contingit ipſos ad iudicandum eſſe præcipites: ſiue contra ciues qui de ipſo amouendo fuerunt ſoliciti, ſiue alicuius rei adipiſcendæ cupidine, vel vt amicis præſtēt gratiam, quam ſi regnaſſent non fuiſſent facturi. Quantum autem ad primum habemus exemplum illius qui dixit in Luca, exponendo, vt litera ſonat. Veruntamen inimicos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc & interficite ante me. Hoc eodē modo, vt hiſtoriæ tradūt, Herodes occidit multos ex nobilibus iudæorum, qui conabantur ſibi regnum auferre. Quantum autem ad ſecūdum exemplum aſſumi poſſet de villico iniquitatis in eodē euāgelio. Quod extendi poteſt ad omnem gradum regiminis, quia gerunt vicem dominorum in terra, quod & principes orbis faciunt in reſpectu Dei. Cum enim timent amoueri ab officio, de ærario publico dominij ſui, iugiter ſibi amicos copulant. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ꝙ maximum eſt periculum alicui temporali rectori conferre regendi arbitrium in faciēdo iuſtitiam. Sed ſi dominium eſt ꝑpetuum rector curabit de ſubditis, ſicut de re propria, ad quam quotidie & continuo ſollicitatur quaſi ad ſuas diuitias naturales, & ad indeficientem theſaurum. Propter qđ ſic ipſos gubernat, ſicut paſtor gregem, & ſicut hortulanus plantam, quorum qualiſcunq; læſio eis efficitur ſcandaloſa.

Ex eadem cauſa ponit quædam in dicta politia Lacedæmonia reprehenſibilia, quæ erant materia diſſenſionis in populo. Cap. 17.

INerat etiam quædam conſuetudo talibus dominis in politia Lacedæmoniorum, ex eadem cauſa trahens fortè originem, quia tales principes de repub. non curabant, vt in eorū ſolennitatibus & oſtentationibus principum fierent exactiones in populū. Vnde grauati pauperes ſeditionem cōcitabant, & ſic eneruabatur politia. Propter quod, vt de publico fieret ærario Philoſophus in. 2. libro Politicorum magis commendat. Quam quidem conſuetudinem dicit in Creta fuiſſe, ſiue legem conſtitutam.

A Exactiones enim ſiue vectigalia multiplicata in populo, niſi pro vrgenti cauſa, vtputa pro cōſeruatione ciuitatis vel regionis, ipſam conturbant, & ſunt in ea cauſa diſſenſionis & litis. Ex hac etiam eadem ratione ſequebatur aliud inconueniens. quòd naualis princeps diſtinguebatur ab ipſa. Ex qua ſequebatur diuiſio animorum, & per conſequens diſſenſio politiæ, quòd non accidiſſet ſi fuiſſet princeps perpetuus, quia quicunq; fuiſſet dux ciuitatis, fuiſſet ei ſubiectus. Facit autem mentionem de nauali bello, quia Lacedæmonij multum dominabantur mari. Concluditur etiam ex eodem forte malam eſſe politiam prædictorum, quia viri militares non aſſumebantur, qui eſſent fortes virtute, videlicet fortitudinis, quę eſt vna de principalibus inter quatuor, qua ciues exponunt ſe morti pro repub. ſicut Regulus apud Penos. Sed habebant dicti milites ſiue principes partem virtutis quam Philoſophus increpat in ſua politica. Diſtinguit enim in tertio Ethico. duplicem fortitudinem, quarum alteram hic tangit quæ militaris dicitur, B quæ ſolis viribus innititur corporis, & hāc philoſophus vocat partem virtutis, ſiue fortitudinis, quia requiritur interdum in vera fortitudine. Alia eſt quæ gratia reipubli. ſe exponit, & non cedit, neque fugit periculis excreſcentibus, de qua Seneca dicit in libro de Dei prouidentia. Fortiſsimos inquit ſibi pares fortuna quærit. Ignem experitur in Mutio. paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Et de qua etiam dicitur in primo Machabeor. per Mathathiam de filio. Iudas inquit fortis viribus à iuuentute ſua ſit vobis princeps, & ipſe aget bella populi. Pro qua hoſtibus gratia reipubli. non cedens, ſed pro ea diſſolutus corde in cæde oppreſſus occubuit. Prima autem fortitudo eſt imperfecta, ſecunda autem perfectiſsima virtus. Aſſumere igitur ad bellandum ſiue principem, ſiue quemcunque militem, qui non ſit fortis ſecunda fortitudine, non eſt bonæ politiæ, quia ſæpius tales conuertuntur in tyrannos vel periculis cedunt, vt dictum eſt ſupra. C Item ex eadem cauſa, quia videlicet princeps non perpetuus erat, nec ad vitam contingebat, non erant in politia Lacedęmoniorum expenſæ communes pro bellatoribus. Et inde ſequebatur quòd experti milites non gerebant bella populi propter defectum ſtipendiorum quibus reſpubli. prouidere non poterat. ſed exponebantur idiotę. i. inexperti plebei videlicet, & amatores pecuniarum, & hoc Ariſtoteles reprobat in dicto libro, quia ſæpius erant cauſa ruinæ populi. Hæc igitur de politia Lacedæmonica intantum dicta ſufficiant.

De politia Cretenſi, & differentia eius ad Lacedæmonicam, de auctoribus dicta, & de legibus Lycurgi. Cap. 18.

D PErtractat etiam dictus Ariſtoteles in dicto libro de politia Cretenſium, quam dicit traditam à Lycurgo fratre regis Lacedæmoniorum, cui nomen Polydecte patre Charilai, vt Iuſtinus refert. Item à Minoe rege eiuſdem inſulæ, qui fuerunt primi legum inuentores in Græcia, ad quas diſcendas profectus eſt Pythagoras, ipſoſque Cretenſes perducit, ſicut idem tradit Iuſtinus. De quibus etiam duobus Philoſophus in prælato lib. mentionem facit, & licet diuerſæ hiſtoriæ de Lycurgo diuerſimode loquantur, nos tamen relationi eiuſdem Iuſtini magis inſiſtimus, quia præclariſsimus fuit hiſtoriarū ſcriptor antiquus, & hinc forte contingit Lacedæmonios cum Cretenſibus eandem habuiſſe politiam, vnde philoſophus dicit Lacedæmonios in hoc imitari Cretenſes, quaſi ab ipſis leges habuerint. Licet igitur in multis conueniant, differunt tamen quantum ad conuiuia, & feſtiuitates, quia fiebant de communi ærario apud Cretenſis, quod dabatur ab incolis de fructibus & pecoribus, quę offerebantur in ſacrificijs,

E crificijs, In his quæ ad Deos pertinent qnn modo inuentę ſunt decimæ. Alia differentia erat de mulieribus, quia Lacedæmonij zelabant multiplicationem prolis Creten. nõ tantum. Tertia differenria erat de agricultura, quia terras Lacedæmoniorum colebant ſerui, terras vero Cretenſium colebant incolæ, per quos oblationes fiebãt iam dictæ. Quarta differentia erat, quia apud Cretenſes eligebantur conſules, ſiue ſapientes qnos coſmos ideſt ornatos ſenes vocabant, non de omnibus, ſed de maioribus erant plures numero. Sed Lacedæmonij de omnibus quos Ephoros dicebant, ideſt procuratores reipub. ſed pauciores. Et hoc quidem Ariſto. magis commendat ꝙ minor erat occaſio concitandi turbam. Ratio antem diſſenſionis apud Cretenſes, quia olim habuerunt regem, de quo dictum eſt ſupra, ſed tempore Ariſtote non habebant niſi ducem quem dicti ſapientes eligebant. Vnde quia populus nunquam habebat electionem, ſomentũ erat iuuidiæ, & per conſeqnens odij. F Sed Lacedęmonij & ſi haberent regem ſecundum beneplaciti tempus, eligebatur tamen à ſapientibus aſſumptis de omnibus gradibus ciuium, & hoc videbatnr conſonum rationi, vt conſenſu totius concilij aſſumpti ad regimẽ populi fieret Rex, vt hodie communiter faciunt ciuitates Italiæ. Sic enim ciuitatis nomen importat, quæ eſt ſecundum Augnſt. primo de ciui. Dei hominum multitudo aliquo ſocietatis vinculo colligata. Vnde ciuitas quaſi ciuium vnitas. Cum ergo nomen ciuitatis omnes cines includat, rationabile quidem videtur ad regimen eius de ſingulis generibus ciuium debere requiri, prout exigunt merita ſingulorũ ac ciuilis regiminis ſtatus. Politia ergo Lacedæmoniorum quàm Cretenſium in hoc melior videbatur. In multis igitur conuenientes dictæ regiones, vt philoſoph⁹ tradit, in aliquibus tamen differebant eo modo quo dictũ eſt ſupra, & hæc de politia Cretenſium ſufficiant quantũ ad ſententiam Ariſtotel. Sed quia de Lycurgo mentionem facit, quod hiſtoria de ſuis legibus narrat, congruum G videtur hic interſerere. Tradit enim idem Iuſtinus hunc Lacedæmonijs & Cretenſibus ſcripſiſſe canones ad quos obſeruandos ſub iuramẽto Lacedæmonios obligauit, vſq; ad reditum ſuæ peregrinationis, quam ad templum Apollinis ſimulabat ibidem conſulturus de ipſorum ſalute. Dictus ergo legiſlator in Cretam ſe tranſtulit, ibiq; moriẽs, ſuasq; leges eiſdem tradens, oſſa ſua in mari iactari præcepit, vt ſuis iuribus daret æternitatem quibus ipſe primum documentum operis dedit. Leges igitur quas tradidit ſub compendio idem Iuſtinus refert. Primo quidem auri argentiq; materiam ſuſtulit populo, legendi ſenatũ vel creãdi quos vellet magiſtratus poteſtatem permiſit. Fundos omnium æqualiter inter eos diuiſit, vt æquata patrimonia, neminem potentiorem altero redderent. Conuiuari omnes publice iuſsit, ne cuiuſquã diuitiæ vel luxuria in occulto eſſent. Iuuenibus vero non amplius vna veſte toto anno veſtiri permiſit, nec aliquem cultius quàm alterum ꝓgredi, nec epulari opulentius emi ſingula non pecunia, ſed H compenſationem mercium iuſsit, pueros puberes non in forum, ſed in agrum duci mandauit, vt primos annos non in luxuria, ſed in opere agerent & labore, nihil eos cauſa ſomni ſuſtinere, vitam ſine pulmento degere, neque prius in vrbem redire quàm viri facti forent iuſsit. Virgines ſine dote nubere voluit, vt vxores non pecuniæ cauſa eligerent, ſtrictiuſque viri ſua matrimonia coercerent, cum nullis frenis dotis tenerentur. Maximum honorem non diuitum, & potentum, ſed ſenum eſſe ſtatuit. Nec vſquam terrarum locum honoratiorem quàm ſenectuti ſtatuit. Hæc igitur ſunt leges politię Lycurgi de quibus philoſophus mentionem non facit, & de quibus diſputare quales ſint, longus eſſet ſermo, & ideo omittitur ad pręſens, non tamen contradicitur his quæ à philoſopho dicta ſunt de ipſo.

De politia Calcedoniorum qualiter famoſa fuerit, & in quo conueniebant Lacedæmonij, & Cretenſes cum ipſis, & in quo differebant.

Cap. 19.

Sed & de politia Calcedonenſi, nunc eſt agendũ quã Ariſtoteles multum commendat, dicens illas tres politias Lacedæmoniorum, Cretenſium & Calcedoniorum apud gręcos magis fuiſſe famoſas, quia magis ordinatæ fuerunt ſecundum virtutem. Eſt autem calcedonia ciuitas in Thracia ſita, vbi celebratum fuit conciliũ quartum ſexcentorum triginta epiſcoporum ſub Leone primo pręſente Martiano principe, quod non fuit ſine magna copia regionis facultatem habere ad prouiſionem tantæ multitudinis prælatorum. Huius ergo politiam Ariſtoteles in ſecundo politicorum. præfert cæteris, quanuis præcedentes duæ eidem plurimum ſunt propinquæ. Cuius quidem perfectionis & bonitatis, Ariſtoteles tria ſigna ſubiungit, vnum quia officiales eiuſdem viuebant ordinate, & ſua tranquille exequebantur officia cum quadã ſtabilitate morum. Secundum vero quòd inter eos in miniſterio reipub. ſatis videbatur eſſe concordia, nec vnquam eſt ibi concitata ſeditio talis, vnde dignum eſſet in ſcripturis, vel quocunque modo de ipſa facere mentionem. Tertium autem argumentum ſuæ bonitatis ſumit philoſophus ex quieto dominio. Nunquam enim inter eos ſurrexit, ſiue dominus, ſiue nobilis, ſiue cuiuſcunque potentiæ qui ibidem tyrannidem exerceret. Subiungit autem Ariſtotel. communitatem quam habebant Lacedæmonij cum Calcedonijs. Sed Calcedonij excellentiori modo. Primo quidem in conuiuijs & feſtis quæ fiebant in demonſtrationibus honorabilium perſonarum, quæ faciebant vtrique per contributionem. Sed Calcedonij honeſtiori modo, quia ſine oppreſſione pauperum. ſecundum autem in quo conueniebant erat electio ſeniorum & regis, ſed in hoc differebant, quia Lacedęmonij aſſumebant quoſcunque de populo quos Ephoros vocabant, & erant pauci ad quos pertinebat electio regis, ſed Calcedonij plures eligebant, & ex melioribus. quos & Ariſtotel. principes appellabat, & erant in Calcedonia centumquatuor. Quos ideo principes nominat ꝓpter virtutem ſui regiminis in quo nemo melius principatur. Iſtos eoſdem philoſophus Geniſios, ideſt honoratos nuncupat. quorum officium erat & aſsiſtere regi & ipſum eligere. Item in hoc differebant à Lacedęmoniis, quia nõ eligebant de quocunque genere, nec ex indifferentibus, ſed ex eligibilioribus ſecundum virtutem, cuius rei cauſam aſsignat Ariſtoteles, quia de vili loco aſſumpti ad principatum, vt pluries lędunt politiam, & lęſerunt aliquando Calcedoniam iuxta illud poetæ. Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. Vnde & in Eccleſiaſtico ſcribitur. 9. cap. Quaſi hoc ſit in magnum detrimentum regiminis. Eſt inquit malum quod vidi ſub ſole, & quaſi per errorem egrediens à facie principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulare quaſi ſeruos ſuper terram. Item nõ ſemper eligebant de eodem genere, quia natura deficit ſepius in ſucceſſu ſuæ prolis. Sed aſſumebant Calcedonij vbicunque reperirent meliorem, ſiue principem, ſiue Geniſios, ideſt honoratos ſenes, & in hoc imitabantur politiã Ariſtocraticam, quę eſt principatus ex paucioribus, & virtuoſis. Quod quidem verum erat apud Calcedonios: quia rex cum aliquibus hominibus honoratis, & virtuoſis tractabat, quæ agenda erant in ciuitate non requiſito populi conſenſu, vt de Romanis ſcribitur in primo Machabeorum, quòd conſilium agebant trecentum viginti de multitudine, vt quæ digna ſunt gerant. Quanuis autem iſtud Rex poſſet cum prædictis honoratis, interdum tamen requirebat populum de quibuſdam agendis, &

licitum

licitū erat populo conſentire vel non; ita vt locum non haberet niſi fuiſſet acceptatum poſtquam fuiſſet propoſitum populo, & tunc reducebatur ſtatus politiæ ad principatum Democraticū, quia hic fiebat in fauorem gentis plebeæ. Aliquando vero cōmittebatur aliquid paucis, & tunc principatus Oligarchicus vocabatur. Eligebantur enim quinq; ea diuitibus, quos Ariſt. Pentarchos appellat, ad quos pertinebat illos cētum quatuor aſſumere honoratos ſiue Geneſios, & fuit proprium politię Calcedoniorom. Quem modum hodie obſeruant ciuitates Italiæ & pręcipue Thuſcię. Hic etiam ritus ſeruatus fuit in vrbe toto tempore quo Coſulatus durauit. Primo enim creati ſunt Conſules qui erant duo, poſtea Dictator, & magiſter equitum vt hiſtoriæ tradunt: ad quos pertinebat totum ciuile regimen. & ſic principatu Ariſtocratico regebatur. Vlterius inuenti ſunt Tribuni in fauorem plebis & populi: ſine quibus conſules & alij prædicti regimen exercere nō poterant, & ſic adiūctus eſt Democraticus principatus. Proceſſu vero temporis ſenatores acceperunt regendi poteſtatem, licet ſenatores primo à Romulo ſint inuenti. Diuiſit.n. totam ciuitatē in tres partes in ſenatores, milites, & plebem, & tunc exiſtentibus regibus in vrbe, tenebant locum ſenum, qui erant in Lacædemonia qui Ephori dicebantur, ſiue in Creta quos Coſmos appellabant, ſiue in Calcedonia quos nominabant Geneſios, vt ſupra dictum eſt, & qoia Senatores cum primis erant in multitudine, ideo tunc principatus Romanorom politicus dicebatur. Quando vero corrumpebatur politia per potentiam aliquorum puta tempore quo exorta ſunt bella ciuilia; tunc regebatur Oligarchico principatu. Hæc pro tanto ſunt dicta ad oſtendendom regimen græcorum multum concordare cum noſtro, etiam tempore Ariſt.

Quomodo Ariſto. in politia Calcedonień. tradit documentum de electione principis, vtrum diues, an pauper ſit eligendus: & q: aliter pauper virtuoſus ſuſtentari debeat, & vtrū vni principi competant plura dominia. *Cap. 20.*

TRadit etiam documētum idem philoſophus in dicta politia Calcedoniorum quantum ad electionē, vt nō arte, vel ſortialiter eligant, ſed virtuoſos, quia contingit aliquādo talem ſortem ſuper pauperem cadere: cuius principatus eſt periculoſus, quia vt ipſe dicit & ſupra eſt oſtenſum, impoſsibile eſt egentem bene principari, ac legitime negocijs publicis poſſe vacare. Propter neceſsitatem enim inhiat lucris, & reſilit à virtute, nec ſibi ipſi vacare poteſt, vt quieſcat animus. Seu vt dicit Saluſtius de antiquis Romanis, ſit animus in conſulendo liber. Tradit etiam documentum Philoſophus, quod & Calcedoniæ dicit contigiſſe in ſua politia: vt ſi qñ reperiretur pauper q̃ foret virtuoſus, ad tollēdam occaſionē, ne ſe lucris immergat illicitis, vt reſpub. ei prouideat in neceſſariis. vnde & ī omni regimine ſunt inſtituta ſtipendia, ſiue de ærario publico. vt Aug. dicit de verbis domini, ne forte dū ſumptus quæritur, prædo craſſetur, ſiue de bonis cuiuslibet ſub regimine conſtituti, vt ſunt tributa & vectigalia quæ dominis debentur quodam iure naturæ: ſicut probat apoſtolus ad Romanos. primo cap. Ideo inquit & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Itē in prima Epiſtola ad Corinthios, quis inquit militat ſtipendijs ſuis vnquam? Quis paſcit gregem & de lacte eius non māducat? Sed tunc mouetur quæſtio, quam Ariſt. tangit in dicta politia. Vtrum ad principatum ſemper diues eligi debeat: quia in hoc datur materia vt homines ſint amatiui pecuniarum quocunque modo, eo ꝙ natura humana ſemper eſt appetitiua honoris, vt ſcribit Maximus Valerius. Ad quod ipſe philoſophus multa dicit comparans Oligarchiam ad Ariſtocratiā, quia ſm primum principatum eligitur diues, ſed iuxta ſecundū, ſp aſſumitur virtuoſus, ſiue ergo pauper, ſiue diues, dummodo viuat ſm virtutem aſſumendus eſt in vera politia. Sed minus periculum eſt de di-

A uite, quia inſtrumenta ſibi ad ſunt humanæ vitæ, per quæ honeſte ſuum poteſt officium exequi, ſalua tamen iuſtitia ſubditorum. Multa alia ſcribit Philoſophus de politia Calcedonienſi comparans adinuicem principatus. Duo tamen concludit reprehenſibilia de ipſis Calcedonienſibus. Vnū ꝙ ſuſtinebant principem plures principatus habere, quod Ariſt. reprobat, oſtēdens multo melius eſſe vel dignius plures eſſe vel conuenire ad vnum principatum, q̃ ꝙ vnus habeat plures. Ratio autem huius ex verbis Philoſophi haberi poteſt ibidem, quia in diuerſis principatibus actus vnius per alium impeditur. Vnde dat illud principium ex quo argumentum aſſumitur, ꝙ ab vno vnum opus optime perficitur. Cuius rei gratia duo ponit exempla. Vnum de fiſtolizantibus ſiue cytharizantibus & coriariis, quia in opere ſibi contrariantur, & in inſtrumentis. Fiſtula. n. ſiue cythara requirit hominem intelligentem in melodiis, & manus agiles & ſubtiles. Sed coriarius nihil horū requirit: quia ſufficit homo etiam ruſticanus cum manibus ſcabroſis. Ita &
B de diuerſis contingit dominiis ꝙ contrariantur ſibi inuicem ſicut fiſtulans coriario. Aliud exēplum introducit de nautico bello & campali, quia non eſt conueniens, vt viro bique ſit vnus rector, cum non habeant ſimiles actiones. Alius eſt enim modus pugnandi in campo, & alius in aqs, & alia inſtrumenta requirit campale bellum, & alia nauale & per conſequens alias actiones. Vnde concluditur inconueniens eſſe, vnum dominum habere plura dominia, & ea bene poſſe gubernare, propter contrarias actiones & inſtrumenta. Amplius autem & virtus eſt debilis in agente, quia vix homo ſufficit ad ſui regimen. Durum eſt enim vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat alienæ, vt Gregorius ait. Multo ergo difficilius eſt habere multa regimina propter cauſas iam dictas.

De politia Pythagoræ quam didicit a prædictis Philoſophis Minoe & Licurgo, quomodo totus ſuus conatus ad hoc
C *fuit aſſueſacere homines ad virtutem.* *Cap. 21.*

PRæter dictas autem politias quas philoſophus tangit in ſua politica inuenitur vna philoſophica de Ariſto. mentionem non facit videlicet Pythagoræ qui ipſum præceſſit per duas hominum ætates: a quo nomen philoſophi exordium habuit, vt ſcribit Maximus Valerius. Non eſt enim auſus ſe nominare ſapientem, neque ſe in numero ſeptem ſapientum computare, qui ipſum præceſſerant, ſed ſe philoſophum appellauit .i. ſapientiæ amatorem. Hic vt tradit Iuſtinus Hiſpanus cū peragraſſet Aegyptum ad perdiſceń. ſiderum motus, originemque mundi, inde regreſſus Cretam: & Lacedæmoniam profectus eſt ad cognoſcendum leges Minois & Lycurgi, de quibus dictum eſt ſupra; & in quibus ſuam fundauit politiam. Sed præter leges iam dictas, idem Iuſtinus hoc de ipſo ſcribit, ꝙ Crotonem veniens, populum in luxuriam lapſum, ſua auctoritate ad vſum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie virtutem, et vitia reprime-
D bat, caſumque ciuitatum hac peſte perditarum enumerabat. Tantum quoque ſtudium ad frugalitatem perdiſcendam multitudini perſuaſit, vt aliquos ea eis luſoriatos fuiſſe incredibile videretur. Tradit etiam Tullius de ipſo quòd quibuſdam armonijs vitia in hominibus extinguebat luxuriæ. Vnde dicit quòd Tauromitanum iuuenem quendam libidine flagrantem, cum audiuiſſet Pythagoras ad oſtium amicæ meretricis inſanire, iuſsit pſalterium ſpondeum canere, et ſic eum ad ſanam mentem reuocauit. Matronarum quoque ſeparatarum à viris doctrinam, et puerorum a parentibus frequenter habuit, vt de ingreſſu religionis frequenter contingit, ex ignito ſermone prædicationis; vel ex virtuoſa operatione et excellenti vita doctoris. Docebat autem nunc hos pudicitiam. nunc illos modeſtiam; literarumque ſtudium. Vt matronæ aureatas veſtes, cæteraque dignitatis

ſuæ ornamenta deponerent. velut quædam luxuriæ inſtru-
menta omnia quæ in Iunonis ædem deferrent, eidemque
conſecrarent ſuadebat, aſſerens Matronarum vera ornamē-
ta pudicitiam fore. Hic aũt cum annos viginti eſſet Croto-
ne Metapontum ſe tranſtulit, ibidemq; deceſſit. Cuius tan-
ta fuit admiratio, vt de eius domo tēplũ facerent, ipſumq;
pro Deo colerent. Scribit etiam Hieronymus de ipſo cõtra
Iouinianũ, ꝙ filiam habuit tantę pudicitię, vt virginitatem
ſeruans choro ſimul virginũ iam præeſſet eaſq; caſtitatis in-
ſtruxit doctrina. Per quod apparet, ꝙ in ſua politia ad hoc
tota ſua ferebatur intentio ſuuſq; conatus, vt homines tra-
heret ad viuēdũ ſm virtutē. Quod & Ariſt. in politia docet
quia ēt oīs vera politia corrumpiť ſi ab hoc fine declineť.

De documentis Pythagoricis ſub figuris, & ænigmatibus traditis, & de duobus Pythagoricis fideliſſimis amicis. Cap. 22.

TRadit etiam Hieronymus vt ſupra, quaſdam leges
Pythagoricas ad conſeruationem ſuæ politię ſub q-
buſdam paradigmis & parabolis more antiquorũ
traditas. Fugienda inquit ſunt modis omnibus &
abſcindenda: lãgor quidem à corpore, imperitia ab animo,
luxuria a ventre, a ciuitate ſeditio, a domo diſcordia, & in
commune a cunctis rebus intemperãtia. Pythagoricorũ ēt
ſunt illa. amicorũ oia eſſe cõia, & amicũ ſe alterum eſſe. In
quo maximè fuit eorũ conatus. Vnde narrat Maximus Va-
lerius de duob' Pythagoricis ſeu Pythagorę diſcipulis. Da-
mone & Pythia, ꝙ iam fidelē inter ſe iunxerunt amicitiam
ꝙ cũ alterũ eorũ Dionyſius tyrannus morti adiudicaſſet, &
is tempus ab eo impetraſſet, vt prius ꝗ periret, profectus
domum res domeſticas ordinaret, alter vadem ꝓ altero ſe
tyranno dare non dubitauit. Appropinquante aũt diffinita
die, nec illo redeunte, cum vnuſquiſq; tã temerariũ ſpõſo-
rē ſtultitiæ dãnaſſet his nihil ſe amici conſtãtiam metuere
prædicabat Eodem itaq; momento, eademq; hora ꝑ Diony-
ſium conſtituta, qui eam acceperat ſuperuenit. Admiratus
tyrãnus amborum aim, ſupplicium remiſit, eorumq; fidei
ſe coniungi deſiderãs, eos, vt ipſum in ſocietatē ſuæ amici-
tiæ reciperēt rogauit. Scribit ēt Hieronymus alia documē-
ta ſeu leges: quas Pythagoras in ſua tradidit politia. duorũ
videlicet tēporum maxime curã habere: mane videlicet, &
veſpe. i. eorũ q̃ acturi ſumus, & eorũ q̃ geſſimus. Poſt Deũ,
veritatē colēdã quæ ſola hoies proximos Deo facit. Refert
etiam Hieronymus ſuper eccleſiaſtē Pythagoricã fuiſſe do-
ctrinã, vt hoies ſcholaſtici vſq; poſt quinquennium taceãt.
Poſtea vero eruditi loquanť. Item alia documenta, & leges
de ipſo reperiũtur, ſub ænigmatibus tradita quæ Hierony.
narrat cõtra Iouinianum Stateram inquit ne tranſilias. i. ne
prætergrediaris iuſtitiã. Ignē gladio ne fodias. i. ne iratũ &
tumidum aium verbis maledicis ne laceſſas. Coronam mi-
nime carpēdam. i. leges vrbium obſeruandas. Cor non co-
medendum. i. merorem de animo expellendũ: Per viam pu-
blicam ne ambules. i. ne multorum ſequaris errores. Hirun-
dinem in domo nõ habeas. i. garrulos & verboſos in tua ſo-
cietate non ſuſcipias: & multa alia documenta, vel his ſimi-
lia leges: quia in ſua politia prędictus philoſophus tradidit
magis ordinata ad regimē aię q̃ corporis, quia regulata: cor-
poralia facilius diſponunť. Et hæc ad pſens de diuerſorum
politijs dicta ſufficiant. Nunc vero de vera vita politica,
ſiue per philoſophum tradita, ſiue per alios ſapientes in ſe-
quentibus eſt agendum.

In quo cõſiſtit perfecta politia ex qua accipitur fœlicitas politica, quando videlicet partes politiæ ſunt bene diſpoſitæ. & ſibi adinuicem correſpondent. Cap. 23.

QVia vero cum de politia agitur ad ciuitate referť:
modus agendi de ipſa ex qualitate ciuitatis depē-
det. Ciuitas aũt, vt Auguſtinus dicit in primo de
ciui. dei eſt hominũ multitudo aliquo ſocie-

E tatis vinculo colligata, quę vera virtute beata reddiť. Hæc
aũt diffinitio à ſententia philoſophi non diſcordat, qui in
perfecto politiæ regimine fœlicitatē ponit politicam, vt ex
.1 Ethi patet. Virtus enim qua rector politicus ciuitatem
gubernat, architecta eſt reſpectu cuiuslibet aliarũ virtutũ,
quæ ſunt in ciuibus, quia cæterę virtutes ciuiles ordinan-
tur ad iſtã, ſicut ad militarē equeſtris, & ſagittatia Et ideo
in operatione eius cum ſit virtus ſuprema, conſiſtit fœlici-
tas politica, vt philoſophus videť velle in cõmemorato iã
libro. Sic enim de vera & perfecta politia contingit, quem-
admodum de corpore bene diſpoſito, in quo vires organi-
cę ſunt in perfecto vigore. Et ſi virtus ſuprema quæ eſt ra-
tio cæteras dirigat inferiores potentias, & ad ſuum mouea-
tur imperium: tunc inſurgit quædam ſuauitas & perfecta
delectatio virium in alterutrum: quam Armoniam vocam'.
Vnde Augu dicit in. 3. de ci. dei, ꝙ reſpu. ſiue ciuitas bene
diſpoſita, melodiæ vocibus comparatur, in qua diuerſis ſo-
nis proportionatis adinuicem, fit cantus ſuauis & delecta-
F bilis auribus, quæ proprie fuit in ſtatu innocentiæ regula-
ta ex virtute originalis iuſtitię præter actum diuinæ cogni-
tionis. Vnde cauſabatur contemplatiua fœlicitas, & etiã mo-
do ſecundum quandam participatam virtutem in viris per-
fectis, vt nihil velint niſi quod regula mandat rationis, &
quod Deo placet. Et ex hac quidem ratione motus fuit phi-
loſophus aſſimilare rempu. ſeu politiam naturali & organi-
co corpori. In quo ſunt motus dependentes ex vno mouen-
te, ſiue ex duobus, vt ſunt cor & cerebrum. & tamē in qua-
libet parte corporis eſt operatio propria primis motibus
correſpondens & in alterutrum ſubminiſtrans. Vnde hoc
corpus diuini muneris beneficio animari aſſerit, & ꝙ ſum-
mę ęquitatis nutu Dei agitur moderamine ratiõis. Quod
& apoſtolus confirmat in prima epiſtola ad Cor. Oſtendēs
totam eccleſiam eſſe vnum corpus diſtinctum in partibus,
ſed vnitum vinculo charitatis. Ad veram igitur ciuilitatem
ſiue politiam requiritur, vt membra ſint conformia capi-
ti, & adinuicem non diſcordent, & ſint omnia ſic diſpo-
G ſita in ciuitate, vt iam eſt dictum. Amplius autem, in cau-
ſis & cauſatis & mouentibus & motis ita videmus, quòd
eſt debita proportio ipſorum adinuicem, quantum ad in-
fluentiam, quia inferiora mouentur ſecundum ſuperio-
rem motum, & ſuperiora mouent quantum ad inferiora
conueniens, cum natura non deficiat in neceſſarijs. Si igi-
tur talis eſt ordo ſuperiorum ad inferiora & econuerſo in
qualibet natura creata, multo magis eſſe debet in natura
intellectuali, quanto perfectior eſt inter entia. Si ergo ta-
lis diſpoſitio ſuauitatem facit contemplando, multo ma-
gis operando. Et hinc Pythagorici moti fuerunt in cœle-
ſtibus corporibus ponere melodiam, vt philoſopus dicit
in ſecundo de cœlo, propter ordinatos motus quos ha-
bent & indeficibiles. vnde inſurgit ſumma ſuauitas, &
quia ipſa fore dicebant animata, ex hac parte eiſdem da-
bant fœlicitatem. ergo ſic politice viuere perfectam & fœ-
licem vitam facit. Præterea ordo eſt parium diſpariumq;
H rerum ſua cuiq; tribuens diſpoſitio. vt Aug. dicit. 18. de ci-
ui. dei. Per quam diffinitionem habemus diuerſum gra-
dum in politia, tam in executione officiorũ quàm in ſubie-
ctione, ſiue obedientia ſubditorum. Vnde tunc eſt perfe-
cta ſocialis congregatio, quando quilibet in ſuo ſtatu de-
bitam habet diſpoſitionem & operationem. Sicut enim
ædificium eſt ſtabile quando partes eius ſunt bene ſitæ, ſic
de politia contingit ꝙ firmitatem habet & perpetuitatem
quando quilibet in ſuo gradu, ſiue rector, ſiue officialis,
ſiue ſubditus debite operatur, vt ſuæ conditionis requirit
actio. Et quia ibi nulla eſt repugnantia, conſequenter ibi
erit ſumma ſuauitas & perpetua firmitas ſtatus, & hoc eſt
proprium felicitatis politiæ. vt philoſophus tradit. Hos
autem tales rectores ciuitatis ſiue politię pro conſeruan-
do in pace populo, deſcribit nobis in Exodo Ietro cogna-
tus Moyſi. Prouide inquit de plebe viros potentes, in qui-
bus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex

eis

eis Tribunos, & Cēturiones, & Qninquagenarios: & Decanos, qui iudicent populum omni tēpore, & poſtea ſubdiť. Si hoc feceris implebis imperium domini, & præcepta ei⁹ poteris ſuſtinere, & omnis hic populus reuerteť in pace ad loca ſua. Quaſi oīa ſubſiſtant in quadam ſuauitate mentis & pace tēporis, ex quibus inſurgit fęlicitas hominis, ſi tales ſint gubernatores reip. quales hic ordinantur. Tales & Saluſtius dicit fuiſſe rectores Romanos. Vnde reſpu. ex parua facta eſt magna, quia in eis fuit domi induſtria, foris iuſtū imperium, animus in conſulendo liber, neq; libidini neq; delicto obnoxius. In quibus tales actus virtuoſi regiminis nobis traduntur, vnde perfecta & felix oſtenditur politia.

Diuidit politiam tripliciter, & vnamquanq; partem proſequitur. Et primo qualiter in partes diſtinguitur integrales ſecundum opinionem Socratis & Platonis. Cap. 24.

NVnc igitur de his in ſpecie eſt agēdum, in q̄, ſiue in quas partes, ciuilitas, ſiue politia diuidiť. Quas quidē oportet accipere, vť reſpectu totius ciuilitatis, cui partes integrales rńdet, vel reſpectu ſui regiminis, aut vt ad negocia ordinatur bellica. Quia ſecundum hanc diuiſionem, diuerſa ſortiuntur vocabula a diuerſis hiſtoriarum ſcriptoribus & auctoribus legum. Quantū autem ad primum modum trahendi diuiſionem accipere poſſumus ſuperius tactam quæ eſt Socratis & Platonis: qui totam politiam in quinq; colligebant partes. In rectores. ſ. conſiliarios, bellatores, artifices, & agricolas. Aliam autem quæ eſt Romuli primi principis vrbis Romæ, qui vt hiſtoriæ referunt, diuiſit multitudinem ſui populi in tres partes videlicet ſenatores, milites, & plebē. Politia vero Hippodami per tria genera hominum dicebatur & ipſa conſtitui per bellatores, artifices, & agricolas, vt ſupra eſt traditū. Harum autem quelibet ſuſtineri poteſt, & rationem habet. Prima enim quę quinq; hominum genera comprehēdit, ſatis videtur conueniens. Si enim vires animæ cōſideremus, quarum reſpectu noſtra attenditur indigentia. vnde accipitur conſtituendi ciuitatem neceſſitas, manifeſtum eſt dictā diuiſionem eſſe ſufficientem. Patitur enim homo indigentiā reſpectu partis intellectiuæ, vt poſſit viuere ſecundum virtutem, propter quod eſt ſibi prouiſa directio in agendis, ad quod ordinatur conciliatiua, quæ ponitur a Philoſopho inter intellectuales virtutes. Vnde in Eccleſiaſtici. 32. ca. ſcribitur. Fili inquit ſine conſilio nihil facias, & poſt factū non pœnitebis, & ideo in repu. ſiue in politia cōſiliarij ſunt optima pars eius, propter quod a Plutarcho comparâtur oculo, qui inter partes corporis eſt nobilior. Indiget etiam refrenatiua concupiſcentiæ, ſiue affectiuæ quæ inordinata eſt vt ipſe Philoſophus tradit. Vnde ipſas ægritudines in. 7. Ethi. appellat. Et inde neceſſarij ſunt rectores ad corrigendum hominum malitiam, propter quod apoſtolus dicit, ꝙ non ſine cauſa gladium portat vindex in ira ei qui male fecit. Ex qua ratione inſtitutæ ſunt leges per principes & rectores, vt per Philoſophum patet. & ipſe Apoſtolus in epiſtola ad Gal. 3. cap. Lex inquit propter tranſgreſſores poſita eſt, & iterum. Iuſto non eſt lex poſita. Sunt etiā & aliæ indigentiæ humanæ vitæ quæ reſpondent alijs potentijs animæ, vt eſt tegumentum, ornamentum, & nutrimentum. Duo quidem prima indigentiam ſupplent partis ſenſitiuæ hominis, quod artificium eſt officiū ſiue in ædificijs, ſiue in veſtimentis, ſiue in calceamentis, ſiue quibuſcūque alijs artificialibus rebus, quæ aſpectum vel auditū vel odoratum ſiue tactum delectant, vel eiſdem conferunt ſupplementum. Sed ad indigentiam ſupplendam humanæ vitæ quantum ad nutrimentum, quod reſpondet parti vegetatiuæ ordinantur agricolæ. ſiue in pane, ſiue in vino, ſiue in fructibus, ſiue in gregibus, ſiue in armentis, ſiue in volatilibus, quæ omnia de iure ad ciuitatē per agricolas deferuntur, & tranſportantur, Bellatores autem cōgrua ſunt pars

A politiæ, ordinata quidem contra impulſores aliarum partium, & ad ipſarum munimen. Ad hoc enim conſtituiť miles in ciuitate, vt ſe pro ſua patria contra hoſtes opponat Vnde ad hoc iuramento aſtringuntur cum ad gradum militarem aſcendunt pro repu. non recuſantes mortem, vt in Policrato traditur, vbi de ſacramento militis agiť. Eſt ergo bellator in republ. neceſſarius, & pars præcipua politiæ, quia eius officium eſt aſſiſtere principi pro exequenda iuſtitia, vt dicitur in commemorato libro, & fideliter & conſtanter contra hoſtes pugnare pro cōſeruanda patria, & ſic non ſolum parti politiæ, ſed toti, militaris gradus in repu. ſingulariter eſt fructuoſus. Ex quibus omnibus manifeſte patet ſufficientia politiæ Socratis & Platonis quantum ad partes eius.

Oſtendit ſufficientiam partium integralium politiæ quas
B *Hippodamus tradidit, & Romulus. Cap. 25.*

SEd & de duobus aliis modis iam dictis, adhuc diuiſio tolerari poteſt, quia comprehenduntur cum prima: cuius ſufficientia eſt iam oſtenſa. Et quidem de diuiſione Romuli cum de ſenatoribus agitur, rectores accipimus politicos, & ſapientes eis adiunctos, ſiue aſſeſſores, ſiue quoſcūq; alios iuriſperitos. Plus enim principes politici ſunt conſiliatiui, q̄ regales vel imperiales. Sicut & de Romanis ſcribiť in primo Machab. ꝙ conſulebāt quotidie trecētos viginti de multitudine, vt quæ digna ſunt, gerāt. Cuius ratio eſſe poteſt, quia regimen politicū ſolis roboratur legibus, vt dictum eſt ſupra. Regale vero, ſiue imperiale, & ſi legibus gubernetur, in caſibus tñ opportunis ac gerendis quibuſcunq; negocijs regimē cōſiſtit in arbitrio principis: quia pro lege hť qđ principi placuerit, vt iura diffiniunt. Concludēdū eſt igiť in dominio politico conſiliarios maxime fore neceſſarios, quos in nomine ſenatorum includimus. Vnde Iſidorus dicit in vndecimo Ethimologiarum, ꝙ ſenator a conſulendo, & tractando eſt dictus, qui ſic
C ſe habet vt conſulat, & nulli noceat. Vnde & Aug. de ciui. dei ſenes inter ſenatores connumerat. Cōprehēdimus etiā in nomine ſenatoris rectores: ſicut idē Iſidorus tradit in ꝑnominato iā lib. ex verbis Saluſtij dicentis, ꝙ ſenatores patres vocati ſunt ꝑꝑ diligētē curā regiminis. Nam ſicut patres filios, ita illi rempub. gubernabāt. Patet igitur ꝙ in nomine ſenatorum quos Romulus diſtinxit a militibus & plebeis etiā rectores & conſiliarios comprehendit, quos Socrates & Plato in ſua politia poſuerunt diſtinctos. Sed in nomine plebis artifices & agricolas accipere poſſumus, qa vtrunq; genus de gente plebea accipitur. Et apparet ꝙ diuiſio multitudinis in ciuitate per præfatos philoſophos, à diuiſione quam fecit Romulus, nō diſcordat. De diſtinctione tñ Hippodami iam prætacti vř eſſe dubium, quia nulla fit ibidē mentio de cōſiliariis & rectoribus, nec ad partes reduci valent ꝑ dictū philoſophum aſſignatas, cum actus & naturæ ipſarum penitus ſint diuerſa. Sed ſi attendimus ad ea quæ de ciuilitate eius ſunt tradita, q̄ſtio facilius ſoluitur.
D Pertractat. n. de iudicibus & aſſeſſorib⁹. vbi circa ipſos ſuam ponit diſtinctionem, & nos ex ea poſſemus accipere conſiliarios, & rectores, de quibus pro tanto mentionē non facit, cum de partibus agit politiæ, eo ꝙ illas partes ſolū aſſumit quæ ad indigētiam referunť corporalis vitæ, vñ & ſua poſitio quantum ad ſubſtātiā a prima videlicet Socratis & Platonis non videtur differre. Hęc igitur de partibus politiæ ex quibus conſtituitur dicta ſufficiant. Vnum tamen de eis adhuc cōſiderandum videtur. de bellatoribus videlicet, quia omnes politiæ de iſta parte faciunt mentionem. Cuius quidē rationē habere poſſumus a Vegetio de arte militari, in fine primi lib. quia omnes regiones & ciuitates per bellatores in ſuo ſunt conſeruatæ vigore, & ꝙ reſpu. diminuta eſt per diſſuetudinem bellandi in vrbe, poſt primum bellum punicum, per annos viginti in pace vitam deducens. Vnde Romanos vbique victores ſic eneruauit,

vt in

vt in ſecundo bello punico Aunibali pares eſſe non poſſent. Tot itaq; conſulibus, tot exercitibus amiſsis, tunc demum ad victoriam peruenerunt: cum exercitium militare condiſcere potuerunt, & poſtea concludit. Semper ergo legendi exercitãdiq; ſunt iuniores. Vtilius enim cõſtat ſuos erudire armis, q̃ alienos mercede cõducere. Neceſſarij igiť ſunt bellatores omni tpe in rep. tum pro pace ciuium cõſeruanda, tũ pro incurſu hoſtiũ euitando. Quorũ cõſiderato fructu in rep. amplior eis inter ciues confert honor, tanquam magis neceſſarijs ad conſeruationem politiç, & propter periculum cui ſe pro ipſa debent exponere. Propter quod eiſdem ſolis dabatur victorioſis corona. Hinc eſt ꝙ i Policrato aſsimilantur manui. quæ ſm Ariſtot. in ſecundo de anima eſt organum organorũ. Iura etiam ipſos milites ampliori decorant priuilegio inter omnes ciuiles, ſiue in teſtamẽtis, ſiue in donationibus, ſeu in qbuſcũq; negociis, ſed præcipuæ dum ſunt in caſtris, ac ſuum exercẽt officiũ.

Agit vlterius de alijs partibus politiæ reſpectu regiminis, vbi verba exponuntur diuerſorum officialium. Cap. 26.

DE partibus autem politiæ reſpectu regiminis, qa Romana reſpub. magis ordinẽ præcipuũ tenuit, & poſt Tarquinium expulſum a regno gradus officialiũ ponitur ab hiſtoriarũ ſcriptoribus, de ipſis ſpecialiter, tanquam aliorom exemplaribus eſt agendũ. Narrant enim primo Conſules inſtitutos, Brutum videlicet, qui maxime egerat, vt expelleretur Tarquinus, & Tarquinum Collatinum maritum Lucretiæ, ſic dicti, vel a conſulendo ciuibus, vel a regendo cuncta conſilio. Quos mutandos ideo elegeront per ſingulos annos, vt dictum eſt ſupra, vt nec inſolẽs diu manerer, & moderatior cito ſuccurreret. Propter hoc ãt duo pares erant, quia vnus rẽ ciuilem alter vero rei militaris curã gerebat. Proceſſu aũt temporis .i. quinto ab exactis regibus anno inuenta eſt dictatura, occaſione habita alicuius nouitatis in vrbe. Dũ.n. gener Tarquinij ad vindicandum regis iniuriam magnum cõgregaſſet exercitum contra ciuitatem, ad conſortationem gentis noua inſtituta eſt dignitas, quàm Dictaturam appellarunt, maior poteſtate ac imperio conſulatu. Item tempore excellentior, quia de quinto in quintum annum ipſorum expirabat officium, conſulatus aũt per annum. Hi dictatores magiſtri a populo vocabantur, quam dignitatem ferunt biſtoriæ habuiſſe Iulium. Eodem etiam anno tradunt magiſtrũ equitum inſtitutũ, qui dictatori obſequebatur. Dictator autem primus, vt ſcribit Eutropius fuit Lamius; ſed magiſter equitum; Spurius Caſsius. Sexto autem anno, quia conſules nimis grauabant plebem à populo inſtituti fuerunt Tribuni, ſic dicti, vt tradit Iſidorus libr. 9. Ethimologiarum, eo quòd iura populo tribuant, quem locum in ciuitatibus Italiæ tenẽt Anziani, ordinati ad defenſionem gentis plebeæ. Sed aduertendum hic quòd ſenatores ſemper fuerunt, ex quo ſunt a Romulo inſtituti, vnde tradunt hiſtoriæ: ꝙ quia conſules cum ſenatoribus populo erant infeſti, inuenti fuerunt tribuni in fauorem plebis. Sunt aũt & alia nomina officialium vrbis, de quibus hiſtoriæ faciunt mentionẽ, ſed pręcipue Iſidorus lib. 9. Ethimo. videlicet Cenſores. Patritij: Præfecti; Prætores. Patres conſcripti, Proconſules, Exconſules, Cenſorij. Decuriones. Magiſtratus, & Tabelliones, de quibus omnibus ſub compendio eſt dicendum. Cenſoria autem dignitas apud veteres Romanos erat, quæ apud modernos eſt dignitas iudicialis. Cenſere.n. iudicis eſt. Dicuntur ẽt Cenſores patrimoniorũ vt tradit idẽ Iſidorus a cenſu æris appellati, qđ eſt officium ſpecialis curæ in ciuitate, ſiue in tutoribus dãdis, ſiue actoribus, ſiue curatoribus: vľ quibuſcũq; cauſis, & negocijs pupillorũ & viduarũ, vľ ẽt rebus patrimonialib. diuidẽdis. Sed Patritij ideo dicuntur, quia ſicut patres filijs, ſic illi ciues

E Romanæ reipu. curam gerant, qualis fuit domus Fabia. de qua dictum eſt ſupra. Patriciatus igiť nõ erat officiũ in re pub. ſed quędam paterna reuerentia populi ad aliquam progeniem ciuitatis, pro zelo politiæ Ro. quem gerebãt. Vnde & iura gentium, patriciatũ omni eminentiæ, ſiue principatui præferunt, ſicut pater omni curæ tutoriæ. Præfecti ãt dicti ſunt, eo ꝙ prætoria poteſtate præſint. vnde & Prætores idem quod præfecti dicuntur. Importat.n. tale officium omnimodam ſactionẽ, quaſi præcipuus ſit operator & executor iuſtitiæ. Scriptura tñ ſacra ad exteriores refert actiones, vt in prin. Exodi ſcribitur, ꝙ præcepit Pharao præfectis operum & exactoribus populi dicens. Nequaquam vltra dabiris populo paleas ad conficiendos lateres. Hi autẽ & pretores vocabantur ex proſecutione iuſtitiæ. Patres autem conſcripti appellabantur ſenatores, ratione officij, vt enim refert Iſidorus, cum Romulus ipſos inſtituit in decem curias ipſos eoſdem elegit: & nomina eorũ præſenti populo in tabulas aureas contulit, atq; inde nominati ſunt F patres conſcripti, quos etiam in tres ordines diſtinxit. primi vocabantur Illuſtres; ſecundi Spectabiles, tertij autem Clariſsimi, quorum verba exponere longum eſſet. Proconſules autem dicti ſunt coadiutores conſulum, quaſi proiecti ſiue adiecti conſulibus, nec conſulatu ſungebantur ſimpliciter, ſicut nec procurator curatoris ſiue actoris. vel pro conſul dicebatur aſſeſſor qui vice conſulum iudicabat.

Exconſul vero dicebatur conſul amotus ab officio peracto vicis ſuæ anno, vnde exconſul quaſi extra conſulatum exiſtens. Habebat tñ aliqua faſtigia ſui conſulatus, ſiue alicuius immunitatis ſiue alicuiuſcũq; ſigni eminentiæ, per quod cognoſcebatur fuiſſe conſul. Cenſorini autẽ minores iudices dicebãtur, ad actus Cenſoriæ Curiæ vel regiminis deputati, de qua dictum eſt ſupra, quaſi inferiores Cenſores. Sed Decuriones ad oẽm actũ curialis officij ſic dicti, vt dicit Iſido. quia ſunt de ordine curiæ, & quia officium curiæ adminiſtrant, ſic vocatus eſt Ioſeph ab Arimathia nobilis videlicet Decurio, ac vir iuſtus & bonus, qui pro dño G noſtro Ieſu Chriſto mercatus ſindonem, officioſiſsimam & reuerentiſsimam contulit ſepulturam. De Magiſtratu autẽ in fine ſuperioris libri ſatis eſt declaratum. Nunc aũt agendum eſt de altero officio, & infimo cuiuſcũq; regiminis, qđ eſt Tabellio ſic dictus, vt tradit Iſido. quoniã portitor ſit tabellarũ, & ſuceptor, in quibus acta geruntur ſiue reipub. ſiue perſonæ priuatæ. Idem etiam & Scriba publicus vocať, quia ea ſolus ſcribit geſta quæ publica vocantur, quem & iura gentium, ſeruum publicum appellant. Reſtat autem de vno ſolo nomine dignitatis diffinire quantum ad regimen politiæ, quod Scipio appellatur, quod quidem ſecundum proprietatem vocabuli baculus dicitur, cui quaſi ad ſui ducatum innititur & ſuſtentatur. Quo pater Cornelij Scipionis indiguit. Huius autem patrem tradunt hiſtoriæ fuiſſe cæcum. Vnde cum Baculo, ſiue Scipione veniebat in forum. Ad huius igitur ſimilitudinem filius eius Publius Cornelius, quia ſuſtentauit rempu. contra Annibalem & Carthaginem, vocatus eſt Scipio, & quia totam H Aphricam ſubiugauit Romanis, dictus eſt Scipio Aphricanus, ad differentiam alterius Scipionis nepotis eius, qui Hiſpaniam deuicit, & vocatus eſt Lucius Cornelius Numantinus, a Numantia quam ſubiecit ac proſtrauit. Scribit etiam Auguſt. 1. de ciui. dei tertium fuiſſe Scipionem qui & Naſica eſt vocatus, frater maioris Scipionis, qui ne Cartago deſtrueretur prohibuit, aſſerens ipſam eſſe Medicinam Romanis. Ex bis igitur propter probitatem tantorum virorum conſiderato principio, vnde nomen Scipionis ortum habuit, Scipionẽ legislatores vocarunt virgam quam princeps portat in manu cum ſceptro, quaſi ſemper victorioſus. vt ille magnus Scipio fuit. Vnde narrat Iſido. in. 18. Ethimo. quòd triumphantes purpuream, & palmatam togam habebant, & Scipionem cum ſceptro gerebãt in manu ad imitationem victoriæ Scipionis. Hęc igiť de nominibus dignitatum reſpectu regiminis intãtũ ſint dicta.

De partibus politiæ quantum ad bellatores, quos diſtinguit ſecundum triplicem conſiderationem. Cap. 27.

A SEd & de partibus ordinatis ad bellum quæ ſunt partes politiæ, & eidem neceſſariæ. vt ſuperius eſt probatum, congruum videtur tradere. Quæ quidem bene diſpoſitæ pulchritudinem, & decorem cauſant, ad delectationem generant. Ex quo etiam ingens cordis augumentum, audaceſq; reddunt animos ad arduorum aggreſſum. vnde Salomon in Cantica. Exercitium diſpoſitum ad bellandum, pulchritudini ſponſæ aſsimilat, & decori. Pulchra inquit es & decora filia Hieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Sic enim pulchritudo allicit, vt extaſim faciés nihil aggredi timeat vel formidet, quod in exceſsiuis amantibus maxime eſt manifeſtum. Ita etiã de acie bene ordinata contingit, & ideo ipſam terribilem vocat, ſiue ad pulchritudinem ſponſæ, ſiue ad aciem referens ex cauſa iam dicta. B Propter qđ non immerito de dictis partibus eſt agendum, quia ad ornatum faciunt politiæ, & quia homo in bello præcipue regimine indiget propter difficilem & terribilem actum quem exercet, inde opportunum videtur in caſtris exercitum diuidere in numerum certũ, cuilibet aſsignando ducatum, per quem regatur & dirigatur ad pugnandum cum hoſtibus. Quem quidem accipere poſſumus à Vegetio in primo li. de re militari, vbi exercitus diuiditur in legiones, in quo dicit duas ſufficere cuilibet Duci vel Conſuli. Legionem diuidit in decẽ cohortes, ſed cohors prima numero antecedit. Nam genere quidem & literarum inſtructione viros electiſsimos quærit, vt idem tradit Vegetius. Quod pro tanto dicit vt caſtra magis confidant, ſi tãti viri in prima exponantur acie, & quia maxime requiritur ſapientia, vbi periculum totius dependet exercitus. Hæc autem cohors aquilam ſuſcipit, ſignum pręcipuum Romanorum caſtrorũ, & totius legionis inſigne. Quod & imperatoribus poſterioribus eſt relictum. Cuius C quidem ratio aſsignari poteſt: quia vt idem dicit Vegetius. Militari Romana diſciplina primas acies faciebat alares. Inter omnes autem auium alas aquilinæ ſunt fortiores. Vel aliter dici poteſt, ꝙ ideo ſignum aquilæ eis traditur, ex ꝓeminentia. videlicet in mundo quantum ad dominium propter cœleſtem & diuinum effectum, quem implorare debent continue, vt faciebat ille princeps Iudas Machabeus, qui in pugnando, auxilium de cœlo petebat. Quod præcipue eis competit propter periculum cui ſe committunt, vel quia merentur apud Deum vt ſint victorioſi, eo ꝙ morti ſe exponunt pro populo. De qua aquila dicit in Ezechiele loquente de Nabuchodonoſor orientis Monarcho, aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu: plena plumis & varietate, venit ad libanum, & tulit medullam cedri. Poſt hoc ſubdit Vegetius numerum primę cohortis, quam millenariam vocat, eo ꝙ mille centum pedites in ea ſunt, equeſtres autẽ centum trigintaſex. Cæteras autem vocat quinquagenarias, quia in qualibet ponit D quingentos quinquaginta quinq; pedites: equeſtres autem ſexagintaſex, vt quilibet eques certum numerum peditum habeat. Diſponit etiam in quinta cohorte milites fortiores: quia ſicut prima dextrum tenet cornu, ita & quinta ſiniſtrum. Multa alia dicit ibi Vegetius quę enumerare nimis eſſet longum, & verba eius. tanquam inuſitata modernis temporibus maiori indigerent expoſitione. Hęc autem tñ ad pręſens ſufficiant. Quòd ſi multitudo populi in politia ſub certis limitibus in gradu & numero diſponitur quãtum ad ſui directionem, multo magis in caſtris in quibus maxima & periculoſiſsima eſt difficultas regiminis. tum ex parte operis quod eis incũbit, quia ad finẽ terribilium ordinatur, qđ eſt mors. tum ex parte hoſtium qui infeſtant. Vnde ſicut in Exodo cõſulitur Moyſi à cognato ſuo Ietro, vt onera diuideret per officia diuerſa in iudicando populum ſuum vbi ait. Prouide viros potentes, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicẽt populũ. Ita & Iudas Machabeus cũ infeſtaretur ab hoſtibus ſua caſtra diuiſit in eodem numero cõſtituendo Duces, per Tribunos. videlicet Centuriones, Pentacontarchos, & Decuriones, qui quidem numerus ſatis ꝓportionatus eſt in militibus ad diſtinctionem exercitus. Vnde vnus in altero continetur, vt facilior ſit ad coniunctionem vnius cum altero. cum bellandi neceſsitas hoc requirit. Diſtinctio vero quã facit Vegetius ex diſpoſitione acierum, attenditur cum campale bellum ordinatur, licet etiam ipſe cohortes ad centurias reducat, & decurias ex certis cauſis & rationibus.

De nominibus Ducum, & de numero cohortum, & quid ſignificat vnumquodque. Cap. 28.

B SEd quia de nominibus agitur ducum, videndum eſt de ipſis prout ſcriptura ſacra denominat, & Romana reſpub. ac moderni deſcribunt. Et primo quidem de Tribuno quod quidem nomen dicit Vegetius ex Tribu originẽ hr̃e, quia pręerat militibus quos Romulus elegerat, qui ex tribu originem traxerunt. Iſidorus autẽ in. 9. Ethimologiarum dicit, ꝙ tribuni dicti ſunt ꝙ plebeis iura prębent. Vnde in fauorem eorum ſunt inſtituti Proconſules. Alibi vero dr̃ ꝙ tribuni dicebantur qui mille militib. præerant, quos græci Chilarchos appellant, ſicut Cẽturiones à centum militibus ſunt nominati. De quinquagenariis ſiue pentarchis, quod idem eſt, Vegetius mentionẽ nõ facit. Sed ſcriptura ſacra in præfatis iam libris, & in. 4. libro Reg. quos ad imprecationem Helye iuxta eorum meritum flamma cõbuſsit. Sed Decanos, ſiue Decuriones, ſic dictos, ꝙ. x. militum curam habent in caſtris, Vegetius ſub vno cõtubernio & vno papilione diſponit. Nomina vero generalia multitudinis armatorum ad pugnandũ diſpoſitæ, hæc ſunt videlicet. Exercitus ab exercitio ſiue ab exercitando dictus. Vtrunq; enim in pędicta requiritur multitudine. C vocantur & Caſtra à caſtitate dicta, vt tradit Iſidorus, eo ꝙ ibi debet caſtrari libido. Subtrahebantur enim deliciæ à caſtris, cum incumberet hoſtium pugna, vt Vegetius ſcribit. vnde caſtra filiorum Iſrael deuicta fuerũt à Madianitis, quia fornicati ſunt cum filiabus eorũ, vt ſcribitur in Numeris. Propter quod in Deutero. ſcribitur, ꝙ Dominus ambulabat in medio caſtrorum Iſraelitici populi, vt ſint caſtra eorum ſancta, nihilq; in eis appareat fœditatis. Vel caſtra dicebantur propter munitionem exercitus in aggeribus & vallibus, ac aliis clauſuris fortiſsimis quib⁹ Romani principes vtebantur, cum inuadebant hoſtes. Propter quod foſſores: fabri ac Latomi aſſumebantur ad militarem diſciplinam, vt haberent in promptu artifices neceſſarios ad munitionem exercitus. Eſt & aliud nomen per quod & multitudo pugnatorum exprimitur. videlicet. Legio ab electione dicta, vt tradit. Iſidorus, eo ꝙ milites in ea contenti eligebantur ab aliis, tanquam magis experti. Quædam autẽ alia D nomina ſunt partium legionum ſiue exercitus, quę à Vegetio traduntur in. 2. lib. & ab Iſidoro lib. 9. vt Manipulus qui eſt numerus ducentorum militum, ſic dictus ꝙ mane hoſtes impeteret, ſiue ꝙ pro ſigno manipulos ſtipulæ, ſiue alicuius herbæ ferret ſecum, de quibus Lucanus. Conuocat armatos ex templo ad ſigna maniplos. Alij vocantur Velites, à volitando dicti propter ſuam agilitatem. Romana enim reſpu. quoſdam iuuenes agiles habebat in militia legionum, qui cum inuaderent hoſtes, conſedebant poſt equitum terga, tunc ſubito deſilientes de equis turbabant hoſtes. Tales autem milites Annibali, vt ſcribit Iſidorus multum fuerunt infeſti, per quos Elephanti eius in maiori parte ſunt interẽpti. Qualis fuit ille Heleazarus de quo dicitur in primo Macha. quòd exiliens in medium legionis contra caſtra regis Antiochi beſtiam inuaſit Elephantinam loricatam loricis regis, ipſamque beſtiam occidit.

I Eſt & aliud genus armatorum, quod acies nuncupatur,

ab

ab acuitate dictæ: vt Iſidorus dicit, quod audaciam importat io aggrediendo hoſtes, de qua ſcriptura ſacra ſæpius mentionem ſacit. Vnde & de vna tribu Iſraelitici populi ſcribitur in Paralipomenon, ꝙ egrediebantur ad pugnam in acie prouocantes contra hoſtes. Aliud etiam nomẽ eſt, quod Cuneus appellaẽ, quaſi couneus, quod eſt in vnum collecta multitudo ad pugoandum, & maxime neceſſarius in bellando. De quo in Deutero. dicitur ꝙ vnuſquiſq; ſuos cuneos præparabit ad bellũ. A quo ſorte Conoſtabulus vocabulum trahit, apud modernos vſitatum, quaſi caput cunei, & hoc conſtãtis ſortis. Eſt & aliud nomẽ oouũ apud Tuſcos de prima cohorte, & quaſi eiuſdẽ Romanæ cohortis ſimilitudinem gerens, qua cenſu, genere, literis, forma, virtute pollentes milites innitebantur, vt dicit Vegetius. Cui tribunus præerat armorum ſcieotia, virtute corporis, ac morum honeſtate præcipuus, quam Trapellum dicunt,

E ad perforandum acies hoſtium appellata. Hoc.n. verbum trapellationis importat. Sed & de officialibos caſtrorũ multa tradit Vegetius in. 2. lib. Sed hæc quæ dicta ſont ſub cõpendio ad præſens ſufficiant quantum pertinet ad politiæ tractatũ in hoc. 4. lib. Reſtat vlterius de priucipatu œconomo: hoc eſt de regimine dom⁹ quod eſt patrisfamilias. Qui quidem materiam habet omnino diſtioctam ab aliis principatibus. Et ideo congruum vƐ hoc per ſe opus componere: diſtinguendo per libros ſiue tractatos & ſua capitula, prout natura facti requirit. Qua in re Philoſophus eundem modom tenet. Et vltimum de virtutibus quæ requirũtur ad partes regiminis in quocunq; genere, ſiue ſint ſubditi, ſiue rectores, ſiue principes, ſiue ſubiecti, fideles. Quia ſic requirit ordo doctrinæ io arte viuendi, & non ſimul ac mixtim tractare de ipſis, vt quidã ſecerũt, quia hoc eſt impedire intellm̃ diſcentis, & eſt contra normam dicentis.

Explicit Opuſculum. XX. D. Tho. Aquinatis De regimine Principum.

REGISTRVM.

† a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z A B C D

Quaterniones, omnes præter C, D Terniones.

Venetijs in Officina Iuntarum,
M D LXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1h. 3. 4. 10